vocat sterilis:
apud Deum

AVGVSTINI BEROII BONONIENSIS

IVRISCONSVLTI CELEBERRIMI, & in Gymnasio Bononiensi Iuris Pontificij primarij Interpretis.

In j. Partem Libri Secundi Decretalium Commentarij.

HAC POSTREMA EDITIONE NON ABSQVE SOLERTI LABORE REPVRGATI.

Omnibus cum in Scolis, tùm in foro versantibus apprime nedum vtiles verùm & necessarij.

Cum Indice omnium materiarum locupletissimo.



VENETIIS, Apud Dominicum Nicolinum.

M D L X X V I I I.

INDEX RVBRICARVM, & Capitum, quæ in hoc volumine continentur.

RVBRICÆ.

CAPITA.

AVGVSTINI BEROI IVRISCONSVLTI BONONIENSIS, In j. partem Libri Secundi Decretalium Commentarij.

Rubrica de iudicijs.

SVMMARIVM.

gibilitate puniatur.

74 *Pœna pecuniaria, quæ a lege, vel statuto pro crimine imponitur, an in dubio applicetur fisco, vel parti.*

75 *Accusatione in crimine utendum est, quando lex, uel statutum non dat remedium procedendi.*

76 *Pœna criminis quando & fisco, & parti virtute statuti est applicanda, si remediũ procedendi, nõ sit datũ, accusatione procedẽdũ est, & quis accusare dẽat, an fiscus, uel ps.*

77 *Fisco quis regulariter stipulari nõ põt, fallit in pub. psona.*

De iudicijs.

CAPVT secundi libri Decretalium hoc initiũ sumit, in quo plurima vtilia reperiuntur. ¶ Quare aũt compilator huius operis ab hoc titulo de iudicijs exordium sumpserit, triplex non redditur. Prima fuit Goff. in summa Io. An. Arc. & Abb. Siculi hic, ꝙ in libro antecedenti de præparatorijs iudiciorũ tractatum fuit, videlicet de rescrip. in quibus dantur iudices, de personis iudicum, & qualiter fiant, de aduocatis, ꝓcuratoribus, ac de alijs, quæ ad paranda iudicia præmitti solent, & cum † ex præparato
1 ris ad illorũ principale digrediamur. l. j. ff. de ori. iu. l. j. C. ad exhib. conuenienti loco positus hic fuit titulus de iudicijs. ¶ Secunda huius subordinationis ratio fuit, quia libro primo de instrumentis, qbus iudices in iudicijs vtuntur, tractatũ est, videlicet de constitutionibus, & de consuetudine, q̃ dñr iudicum instrumenta. l. nemo iudex. C. de senten. & interl. om. iud. c. erit autem lex. in fi. 4. dist. Meritò itaque post instrumenta iudicum de ipsis iudicijs videndũ erat. ¶ Tertia principalis ratio est subordinando titulũ hunc ad proximiora prout fieri debet. l. 2. ff. de statu homi. quoniã proximo titulo præcedenti visum fuit de arbi. & quia arbitria ad instar iudiciorũ redacta fuere. l. j. ff. de arbitr. ideo post illum titulũ iste de iudicijs positus fuit. ¶ Aduersus primã rationem multipliciter instari põt. primò, citatio est caput, & præparatoriũ totius iudicii. §. fin. Insti. de pę. teme. lit. & tñ de illa ante hunc titulum tractatum esse non inuenit, sed potius infra, vt in c. cũ dilecti, ĵ.
2 de do. & cont. cũ aliis. ¶ † Scdo, actio ad exhibendũ est præparatoria rei vendicationis, ac etiã possessorii. l. 1. C. ad exhib. l. ordinarii. C. de rei vend. l. 3. §. Põponius. ff. de exhi. & tñ illa non ante ponit, sed postponitur tit. de rei vend. vt
3 ex ordine titulorũ cõstat. ¶ † Tertiò, cognitio exceptionis declinatoriæ, seu dilatoriæ est ꝑparatoria iudicii, ꝓut illud a lit. cont. incipere dr. c. pastoralis. c. exceptionẽ. ĵ. de exce. Barto. in l. quidam consulebat. ff. de re iudica. & in l. non vr. ff. de iud. & tamen non ante, sed post tit. de iudi. ponit. ¶ Quartò, & vltimo, libelli oblatio dicit de præparatoriis iudicij, quia ante initium iudicii, hoc est ante litẽ contest. fieri dẽt, & tñ de libelli oblatione post hunc titu. ponitur. ¶ Verũ hanc primã rationẽ cõem sustinendo, pro solutio-
4 ne considerandũ est, † ꝙ præparatoria ꝓpriè & verè dñr illa, quæ essentialiter sunt ab ipsa causa principali diuersa, & separata, adeo ꝙ pars, uel de parte ipsius præparati esse nõ dicuntur, vt est actio ad exhibendũ, quæ diuersa est a rei vendicatione, vt est etiã iudicium possessoriũ respectu petitorij, quod ab illo dicitur essentialiter diuersum, ut in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. poss. prout præsentatio quoque patroni se hẽt ad epi institutionẽ. c. decernimus. 16. q. vlt. & in c. quod aut de iure patro. & ut sunt spõsalia ad matrimonium. l. 1. l. oratio. ff. de sponsa. hæc enim oĩa essentialiter a suis præparatis diuersa sunt, qa uere loquendo præparatoriũ secundum naturã nõ põt esse idem, nec de parte ipsius ꝑparati, sicu i dicimus, ꝙ dña est naturalis & essentialis inter electũ & eligentẽ, ac similia. c. fi. ĵ. de isti. c. fi. de iu. pa. c. iter canonicos de ele. Similiter sicut cõtingit inter baptizantẽ & baptizatũ. c. debitum. de bap. vbi quis ſe ipsum baptizare non põt, & de his præparatorijs uerè sumptis prima ratio procedit, & scribentes illã ponẽ-
5 tes loquuntur. ¶ Quare † autẽ actio ad exhibendũ, quæ est verè præparatoria, non ante ponit titu. de rei uend. Dicas istud contingere, qa actio ad exhibendũ non solum dicit præparatoria, rei uendicationis, & possessorij, sed etiã aliarũ actionũ, quibus aliquid petitur, ut in l. 2. ff. ad exhib. & in rubr. C. eo. ti. vt ergo hæc cõio & participatio, quã cum oibus actionibus hẽt denotaret, in medio illarũ tit. ad exhib. positus fuit. ¶ Nec obst. si contra ꝑdicta opponeretur de inter. actio. quæ aliarũ præparatoriæ esse vñr, ut in l. 1. ff. de interro. actio. qa olim erant præparatoriæ, sed hodie sublatæ sunt, & referuantur, ut fiant ad fundandã aduersarij intentionẽ, & iõ post tit. de iud. & de alijs actio. ponuntur. quod aũt fuerint sublatæ, & referuent, ut dixi, est tex.
6 in l. j. & 2. de inter. actio. ¶ † Largè uero, & impropriè illa præparatoria dicuntur, quæ sunt pars, seu de parte præparati saltem aliquo respectu, ut est libelli oblatio, quæ qñ fit iudici, dr esse pars iudicij largè sumpti. l. j. C. de lit. conte. qñ aũt fit parti, dr esse pars iudicij, prout incipit a lit. cõte. c. quoniã contra. de proba. l. 1. ff. de eden. & ĵ. de lib. obla. prout est etiã citatio, quæ caput, & principium iudicii largè sumpti dicitur. §. fi. insti. de pœna teme. liti g. c. 2. ut lit. pend. l. ubi cœptum. cum gl. & ibi Bar. ff. de iud. & de his præparatoriis scrib. in hac prima continuatione non lo-
7 quuntur. ¶ Vel breuiter † dicamus, ꝙ quędã sunt præparatoria, quæ totaliter iudicium præcedunt, assumendo iudicium pro tota tela iudiciaria, & vt a citatione incipere dr & de his scrib. hic loquuntur. Alia sunt præparatoria, quæ præcedunt iudiciũ strictè sumptũ, ꝑut a lit. conte. incipit, veluti. s. dictũ est, & de his post hunc titulũ tractat. At licet infra de possessorio & petitorio, & prius de possessorio positũ fuerit, tñ rectè intelligendo possessorium petitorij præparatorium esse non cẽsetur, quia, & si prius de possessorio cognoscendũ est l. j. C. de appel. l. incerti. C. de inter dic. §. ret inendæ. Inst. eod. tñ hoc nõ infert, ꝙ possessoriũ dicat petitorii præparatoriũ, q̃uis Bal. in d. l. ordinarii. per illum tex. cõtrariũ senserit, q etiã aliter assumpsit præparatoriũ, intelligendo de actione ad exhibendũ, quæ rei uen. & possessorii dicit ꝑparatoria, non aũt intellexit de possessorio, tanq̃ illud esset petitorij præparatoriũ, ueluti. ĵ. declarabo. ¶ Vt aũt ex continuationib. s. traditis, & maximè ex prima aliqua utilitas percipiatur, concludẽdum est primò, vt dictum est, ꝙ præparatoria iudicij sunt illa, propriè, quæ a præparato sunt separata, & diuersa, & ultra supra relata ex
8 mente doctorum in prima continuatione † etiam bonorũ possessio litis agnoscendæ causa, quæ inofficiosi testamenti querelam præparare dicatur, & est merè quid facti. l. Papinianus. §. j. l. quemadmodum. ff. de inofficio. testa. censet esse propriè querelæ præparatoria, quia de illa separatim ꝑ prius cognoscitur, ut per Ale. in l. ii. circa fin. C. qui admitti. cum simi. per eum alleg. similiter protestatio, seu denuntiatio litis mouendæ dr ꝓpriè de præparatoriis iudicij, & litis. d. l. quemadmodum. & Bald. in l. si quis filium. circa prin. C. de inoffic. testa. ¶ Et q̃uis ipse Bal. in auth. clericus. C. de episcopis & cleri. in 2. col. quem refert & sequit Ale. in l. in fraudẽ. §. j. in apost. ff. de iure fisci. voluerit, ꝙ illa, q̃ fiunt in iudicio añ litem contestatã non dicantur esse de actis, sed potius de præparatoriis litis; tñ contrarium ex ꝑdictis infert, & in terminis cõtrarium probat tex. in ca. qm̃ contra. ĵ. de prob. ubi ea, quæ añ litem contestatam fiunt, acta reputant. Nisi diceres saluando Bar. ipsum intellexisse de actis strictè & ꝓpriè sumptis, quasi ea, quæ litẽ contesta. ꝓcedunt, largè & impropriè acta dicantur, quæ declaratio non satisfacit per. d. c. quoniam contra. Rescripti ẽt impetratio, illiusq; ꝓsentatio, & parti notificatio de præparatoriis iudicii propriè dicuntur. §. j. in auth. de litigio. Itẽ constitutio procuratoris, electio aduocati, instrumentorũ apparatus propriè de præparatoriis esse dicuntur, arg. l. 2. C.
9 de dilatio. l. si quis maior. C. de transactio. ¶ † An autem ex præparatoriis absolutè ad principale inferatur. Decius hic inquit, ꝙ sic per ea, quæ in prima cõtinuatione hic præsupponuntur, & dicit Bar. in l. qui proprio. §. item queritur. ff. de procur. ꝙ ille procurator, qui dñm super præparatorijs iudicii defendere cœpit, tenet ẽt super negotio principali eum defendere, ac idem Bar. in l. fi. j. col. de cod. inquit, eligentem ꝑparatorium principale quoq; præparatum elegisse censeri. ex quib. infertur, ꝙ is, qui coram vno iudice sup præparatorio unius causæ litigare elegit, cogetur etiam sũ per cã principali coram eodem iudice litigare, & exemplificatur in eo, qui super actione ad exhibendum elegisset coram uno iudice litigare, postea enim super causa possessorii, vel petitorii, cuius ea est præparatoria, coram eodem iudice, aduersario instante litigare debebit. l. ordinarii. vbi Casus. C. de rei vẽd. licet contrarium ꝓbet tex. in l. j. C. ad exhib.

exhib. sed de hoc infra dicetur. Prædicta quoq; in illo pñt exemplificari, qui corã vno iudice super mero possessorio litigare cœpit, postea enim coram eodẽ super petitorio litigare coget, vt vr̃ tex. in l. nulli. C. de iudic. An autem istud

10 sit rõne pparatorij, vel alia, infra dicã. ¶ Sciendũ tñ est, † ꝙ si quis simpliciter contra aliquem in causis mouendis iudicem impetrauit, ille iudex non solùm in causa possessorij, sed etiam petitorij iudex esse censebitur. c. j. de sequestra. poss. & fruc. secus si expresse sup possessorio iudicem impetrasset, quia super petitorio cognoscere non poterit. l. 3. C. si a nõ cõpet. iud. gl. fi. in d. c. j. si quis tamen super possessorio expresse vnũ iudicem impetrasset, & vellet aliũ super petitorio impetrare, non esset audiẽdus, imo pena arbitraria mulctandus. d. l. nulli. nisi qñ ipsi litigãtes essent diuersi fori, vt est tex. in c. fi. & ibi gl. fi. q̃ bene declarat. ꝗ. eo. & hoc modo posset intelligi. l. j. C. ad exhib. vbi iudex, qui super actione ad exhibendũ cognouit, remittit litigantes ad suum iudicẽ sup pparato iudicio, hoc est petitorio, vel pos-

11 sessorio. ¶ An aũt verum sit, † ꝙ iudex, qui cognouit super possessorio, dẽat & sup petitorio cognoscere ratione preparatorij, vel alia, vr̃ esse dicendum, ꝙ sic rõne præparatorii, vt vr̃ voluisse Bal. in d. l. ordinarij. per illum tex. sed, vt dixi, Bal. ibi aliter præparatorium assumit. ¶ Scdõ hoc probari vr̃ in §. retinendæ. Insti. de interdi. vbi ad cognoscendũ ad quẽ rei ven. agere pertineat, prius super interdicto retinendæ est litigandũ, ergo possessoriũ censetur esse rei vendicationis pparatoriũ, qđ doct. cõiter voluisse vñr, sed ego verius esse arbitror, ꝙ non rõne præparatorii, q̃a nihil cõe hẽt possessoriũ cum petitorio. d. l. naturaliter. §. nihil cõe, sed alia istud cõtingat, videlicet ne continentia causæ diuidat. d. l. nulli. & d. c. j. de seq. poss. & fruc. quæ ratio ab illa pparatorij diuersa esse vr̃, hæc enim intelligit rõne cognitionis, cũ facilius & melius ille iudex possit de cã petitorij cognoscere, qui de causa possessorij prius cognouit, siquidem non potuit de possessorio cognoscere, q n ẽt aliqualiter d e petitorio cognouerit, vt declarat gl. in d. c. j. de cau. posses. & proprie. bene facit. l. 1. & 2. ff. de quibus rebus ad eund. iud. eat. Hinc dr̃, ꝙ ex possessione q̃nque ad dñiũ infertur, nõ econuerso, vt no. per gl. in l. cũ res. in uer. vacuã. C. de prob. Itẽ cognoscendũ est prius de possessione, quam de proprietate. d. l. 1. C. de appel. rõne maioris cõmodi, & facilioris modi probandi. l. is, qui destinauit. ff. de rei vẽdi. ac etiã ratione ordinis per regulas iuris introducti, ut per Bar. in d. §. nihil cõe. ¶ Non obst. tex. in d. §. retinendæ, q̃a illud ibi est nõ rõne præparatorii, sed rõne incertitudinis, & maioris cõmodi, vt ibi colligit. Hinc videmus, ꝙ simili rõne interdictũ vñ vi interdicto vti posidetis ꝑponit, qm̃ per interdictũ vñ vi possessio vi amissa restituit, & per interdictũ retinendæ defendit. l. 1. §. & consequenter. ff. vti

12 possid. ¶ † Sed ꝙ is, qui in cã pparatorii iudex fuit, in causa quoque principali iudex esse dẽat, ꝓbatur in d. l. ordinarii, & hoc ibi voluit Bal. quẽ sequit Alc. in l. quoties. C. de iu. & consi. 58. volu. j. & consil. 60. col. 8. li. 3. ¶ Contrariũ uoluit Paul. de Cast. in d. l. ordinarij. qm̃ secundũ ipsum tex. ille hoc non probat, ideo enim ibi iudex pparatorii dr̃ iudex præparati, qm̃ rõne iurisdictionis in vtroq; iudex erat cũ litigantes iurisdictioni illius subessent, secus fuissent diuersi fori, vt ꝓbat. l. 1. C. ad exhib. ¶ Hæc impugnatio Pauli de Cast. rñdendo tex. in d. l. ordinarii. non multũ facit, qm̃ distinguendũ est, ꝙ aut litigantes sunt eiusdem fori, & tunc rõne suæ iurisdictionis iudex de vtroq; cognoscit, vt in d. l. ordinarii. Aut vero sunt diuersi fori, & tunc iudex præparatorii non cognoscit super præparato. l. 1. C. ad exhib. c. fi. ꝗ. eo. & c. lator. iuncto. c. cãm. ꝗ. qui fil. sint legit. vbi iudex, qui cognouit de causa illegitimitatis, q̃ cãm matrimonialem hẽt annexã, remittit litigantes super principali causa hæreditatis ad suũ iudicẽ secularẽ. Plura etiam alia iura reperiuntur, quæ diuerso modo loquuntur, vt est tex. in c. tuã. de ord. cog. vbi causa præparatoria prius mõta corã ecclesiastico ad se causam bonorũ, & hæreditatis non trahit, sed corã suo iudice cognoscẽda est. Itẽ habemus tex. in l. quoties. C. de iud. qui cõtrariũ probat aduersando tex. in d. c. lator. cum aliis. s. alleg. similiter tex. in l. 2. C. de ordi. cogni. vbi iudex præparatorii incidenter de causa principali hæreditatis cognoscit. Ad idẽ l. si idẽ. §. 1. ff. de ord. iud. c. 1. de mutu. pet. & l. qui non cogit. ff. de iudi. & ideo pro istorũ iuriũ declaratione plures casus consi-

13 derari pñt. ¶ † Primus sit, qñ iudex de cã pparatoria principaliter añ cognitionẽ causæ principalis cognouit, & tũc idẽ iudex de vtraque cognoscet, qñ actor, & reus eiusdem fori essent. d. l. ordinarii. C. de rei vendi. secus si essent diuersi fori, considerando diuersitatẽ non solũ ratione personarũ, sed etiã rerum, vt in l. 1. C. ad exhi. c. fi. ꝗ. eo. & gl.

14 in c. 1. de seq. poss. & fruc. ¶ † Secundus casus est, qñ causa principalis prius cognosci cępit, & præparatoria incidenter per modum exceptionis proposita fuit, & tunc de illa quoque idẽ iudex cognoscit, q̃uis talis esset, quæ alias principaliter ab illo cognosci non potuerit, ita procedat tex. in l. quoties. C. de iud. in l. 2. C. de ordi. iud. c. 3. cũ glo. ꝗ. de dona. inter vir. & vxor. Fallit tamen, quando præparatoria incidenter mota a iudice principalis causæ cognosci non posset ratione spiritualitatis, vt quia iudex esset secularis, qui principaliter, seu incidenter de illa cognoscere nõ pt̃, & hoc modo intelligat. c. lator. c. cãm. ꝗ. qui fil. sint legi. iũ-

15 cto. c. quanto. & c. decernimus. ꝗ. eo. ¶ † Tertius casus est, qñ iudex ecclesiasticus principaliter de causa spirituali ꝑparatoria cognoscere cœpisset, deinde alter ex litigantibus principaliter vellet agere super cã principali, vt hr̃ditatis: quia ꝑ prius cognoscendũ est de spirituali præparatoria, & interim super principali supersedendũ. d. c. a. tuã. Vtrũ aũt de principali postea corã iudice suo cognoscendũ sit, an verò corã illo, qui de præparatoria cognouit. glo. in d. c. tuã. dicit, ꝙ corã alio, vt ibi in ver. patienter. qđ verius esse puto per illũ tex. qui reseruat cognitionẽ cãæ principalis iudici seculari, vt colligitur ex vltimis verbis illius text. quæ ad

16 Carolũ regẽ Franciæ referuntur. ¶ † Quartus casus, qñ corã iudice principaliter de causa ad eum pertinente agit, & reus cõuentus corã eodem iudice vult actorẽ recõuenire super alia causa, cuius cognitio ad illũ iudicẽ non pertinet & tunc pp naturã reconuentionis idẽ iudex de vtraque cognoscere poterit, secundũ ꝙ habetur. in c. 1. de mut. petit. & in auth. & consequenter. per Bart. C. de sent. & interlo. om. iud. & hoc modo loquit. l. si idẽ. ff. de iurisd. om. iud. & l. qui non cogit. ff. de iudi. ¶ Fallit tñ istud, qñ cã reconuentionis non esset de iurisdictione iudicis rõne spiritualitatis, qm̃ nunquã secularis de spũali, uel annexa spirituali se intromittere põt. d. c. decernimus. & d. c. quanto. ꝗ. eo. & per Abb. in d. c. tuã. in 3. col. ver. secundus intellectus. si verò econtra contingeret, ꝙ prius corã ecclesiastico de cã spũali cognosci cœptũ fuisset, tunc cã reconuentionis de re seculari posset cognosci corã eodẽ iudice ecclesiastico, ar. d. l. si cũ simi. ¶ Nec obst. tex. in d. ca. tuã. q̃a ibi iudex ecclesiasticus de cã seculari cognoscere non curauit, vel illud ibi est, quia partes cõcordes fuerũt, alioquin secus per

17 iura prædicta. ¶ † Quintus casus, qñ iudex secularis prius cępisset cognoscere principaliter de cã temporali, & incidenter fuisset per modũ exceptionis opposita causa spiritualis, quæ per prius cognoscenda est, & tunc iudex ecclesiasticus, qui prius de incidenti cognouit, non põt de principali cã cognoscere, cũ eius iurisdictio quoad cãm secularẽ præuenta fuerit, ubi enim iudiciũ cęptum est, ibi finiri dẽt. l. vbi cęptum. ff. de iud. & per do. Anto. in d. c. cãm. in vlti. no. ¶ Sextus casus, qñ iudex cępisset cognoscere de cã meri possessorij, & incidenter de cã ꝓprietatis fuisset oppositum, nam tunc primus iudex de incidenti cognoscere non poterit, qñ diuersi fori essent, cum nihil habeat cõe causa possessionis cum cã ꝓprietatis. d. §. nihil cõe. iũcto. c. fi. ꝗ. eo. & per Abb. in d. c. cãm. in 1. no. secus si eiusdem fori fuissent, ut infertur ex verbis Ant. in d. c. cãm, & hoc modo intelligatur. d. l. ordinarij. d. c. 1. de cau. poss. & pro pri. & d. l. nulli. C. de iud. ¶ Vltimus casus, qñ prius coram iudice cã meri petitorij mota fuisset, & ante conclusum in cã incidenter, seu principaliter suspenso petitorio mota fuisset causa meri possessorij, nã tunc idem iudex, expedita prius causa possessorij, postea de petitorio cognoscere dẽt, ne continentia cãæ diuidat. c. cũ ecclesia. & c. 1. cum

18 gl. de cau. pos. & propr. ¶ † Et ex prædictis infert, q̃uid dicẽdũ sit in casu, quo recursum esset ad iudicẽ ecclesiasticum ꝓ absolutione iuri ad effectũ, ut quis sine metu periurii ad rescissionẽ contractus iurati agere posset. In quo articulo Bal. in d. l. ordinarii. & Ale. in locis. s. alleg. voluerunt, iudicẽ ecclesiasticũ, qui de præparatorio cognouit, posse de cã rescissionis contractus cognoscere, & inhibere iudici seculari, ne procedat. primo, quia magis dignum minus dignũ ad se trahit, c. qđ in dubiis. ꝗ. de consec. eccle. vel alta. Secundò per d. l. ordinarii. tertiò, ne continentia cãæ diuidat. d. l. nulli. quarto, quia iudex ecclesiasticus, qui de absolutione iuri cognouit, tanq̃ melius informatus facilius de causa rescissionis contractus cognoscere poterit, per gl. in d. c. 1. de cau. poss. & propr. contrariũ tenuit Paul. de Cast.

in d.l.ordinarii.pro quo multũ facit tex.in d.c.tuã.de or.
cog.¶Et quia in hoc articulo plura dici poſſent,illũ reſtrin
gendo pro concordia duo caſus conſiderari poſſunt. Pri-
mus ſit,qñ ad effectũ ſe præparandi quis iudicẽ eccleſiaſti
cum adiuit,vt ipſum a iuramento habilitaret ſolũ ad effe-
ctum agendi,quo caſu ſuperior parte nõ citata,& ſine cau-
ſæ cognitione habilitare põt,vt per Imolã in c. debitores.
& p eum ac alios in c.j.ibique Fel.col.9.j.de iureiu.& tũc
iudex eccleſiaſticus non põt iudici ſeculari, ad quẽ cogni-
tio cauſæ principalis pertinet,inhibere,ſed illa eſt per iudi
cẽ ſecularẽ cognoſcenda.Ratiò eſt, quia tunc iudex eccle-
ſiaſticus ſecularẽ præueniſſe non dicit̃quo ad cãm princi-
palẽ,nec etiam ipſe eccleſiaſticus ex habilitatione põt ali-
quo modo de cã principali dici informatus,cũ nullam co
gnitionẽ de illa habuerit,vt per ſcriben.in locis allega.& p
Old.in conſi.120.Petrũ de Anch.conſi.18.& in caſu iſto
ſaluari põt,qđ voluit Paul.in d.l.ordinarij.¶ Secundus ca-
ſus eſt,qñ eccleſiaſticus,ad quẽ ſolũ,de iur̃o,eiuſq; iuribus
iudicare pertinet.c.fi.de foro.cõp. in 6. principaliter adi-
tus fuiſſet ſup abſolutione, ſeu relaxatione iur̃i ordinariè
procedendo parte citata,& cã cognita ad effectum, vt ſe-
quuta abſolutione poſtea ſuper inualiditate contractus agi
poſſit,& tũc opinio Baldi verior vr̃,q iudex eccleſiaſticus,
qui de præparatorio neceſſario cognouit, poſſit eſſe iudex
etiã de cã principali contractus, & iudici ſeculari inhibe-
re,quia iſto caſu iudex eccleſiaſticus tanq̃ melius informa
tus cognoſcere poſſit,alioquin continẽtia cauſæ diuidi di-
ceretur,contra tex.in d.ca.j.de cau.poſ.& propr. & in d.l.
nulli.C.de iudi. & hoc modo ſunt intelligenda ea,quæ in
propoſito ſequendo Bald.poſuit Ale.in d.l. quoties.C. de
iud.& in conſi.58.li.j.& conſi.60.col.8.li.3. & pro hoc fa-
cit,qđ dixit Bar.in d.l.fi.C.de cod.¶ Nec huic vltimo mẽ
bro aduerſat̃ tex.in d.ca.tuã.primo,quia iudex eccleſiaſti-
cus,vt dixi,de cauſa hæreditatis principaliter poſtea mota
cognoſcere non curauit,ut ibi colligitur,ſecundo, ibi par-
tes fuerunt concordes,ſecus ſi altera contradixiſſet, tertiò
ille tex.loquit̃ de cã ſpirituali,quæ prius principaliter,ac ẽt
19 incidenter moueri põt.¶†At in caſu occurrenti cã iur̃i re-
ſpectiua ad cãm principalem contractus ſemper eſt p̃para
toria,nec incidenter proponi põt,quia non audit̃ q̃s cõtra
ſuum iur̃m,niſi prius abſolutus fuerit, alioquin rõne piu-
rij a iure ſuo cadit,& a iudicio eſt repellendus.l.ſi quis ma
ior.C.de tranſ.& d.c.j.d.c.debitores.j. de iureiur. Imo.
latè in c.cum contingat.co.ti.ſu p q̃bus cogita. ¶Succeſſi-
uè Decius hic ſumpta occaſione a p̃paratorijs, de quibus
20 dictũ fuit,inquit,†adulterium ex p̃paratoriis adulterij ꝓ-
bari poſſe.l.& ſi amici.ff.de adulte.in fi.iuncta.l.præcedẽ-
ti,qui tex.nihil facit, quoniã nec de adulterio, nec de eius
præparatorijs loquit̃,ſed de alio crimine, videlicet lenoci-
nij,qualiter committi dicat̃,nã quis domũ,aut agrũ ſuum
ad cõmittendum adulterium, vel ad colloquia, ſine q̃bus
adulteriũ non cõmittit̃,p̃bendo,& cõmodãdo, lenociniũ
committere dr̃,& hoc eſt,qđ vult ille text. & q̃uis dicat,q
quaſi adulter punitur,non tñ dicit illũ, aut adulterũ puni-
ri,q̃a dictio quaſi,eſt nota improprietatis, iuribus vulgari
bus,ſed ideo quaſi adulter leno punitur, quoniã lege iulia
de adulterijs ei pœna imponit̃.l.1.§.lenocinij.ff. de adult.
Quare q adulterium ex præparatorijs adulterij probetur
quando,an commiſſum fuerit,dubitatur,melius probat.l.
quod ait.in prin.ff.de adult. vbi in adulterio repertus, ac
deprehenſus is eſſe dicit̃,qui non ſolũ in actu, & turpitu-
dine adulterij, ſed ẽt in rebus, & apparatibus illius reper-
tus fuit.puta in colloquijs,baſijs & ſimilibus,in loco tamẽ
apto,vt per gl.ibi,& in c.nec aliqua.27.q.j. melius per tex.
cum gl.in c.dixit dñs.32.q.j. vbi non oĩs ſuſpicio, nec oẽ
præparatoriũ dr̃ ſufficere,cum requiratur, q ſit præpara-
toriũ propinquum & violentum,vt ibi p gl. puta q nudus
cũ nuda in eodẽ thalamo reperti fuerint.ca.literis.cũ ſeq.
21 j.de præſumptio.¶†Hinc voluit Bal.in c.tuæ.de ꝓcu.cir-
ca fin.q ſi probetur,mulierẽ fuiſſe repertã in oſculis luxu-
riosis cũ aliquo extraneo,& in loco ſuſpecto, tanq̃ adulte-
ra a marito accuſari poſſit ad thori ſeparationem, dotiſq;
amiſſionẽ.c.plerunq;.de don.inter vir.& vxor. Quod di-
ctum Bal.ſi verũ eſt,idem econtra dicendum erit, q mari
tus repertus oſculari aliquã mulierẽ in loco ſuſpecto, etiã
q conſtet copulã non fuiſſe ſequutã, poterit ab vxore accu
ſari ad thori ſeparationẽ,& donationis pp nuptias amiſſio
nẽ,vt per tex.in c.j.vt lit.non cont.magis enim peccat ma
ritus,quã vxor adulteriũ committendo, ſeu ſimilia perpe-
trando,ut in c.penul.& fi.32.q.6.q̃uis de iure ciuili mari-
tus vxorẽ de adulterio accuſare poſſit, & non econtra.l.1.
C.de adul.¶Pro iſto dicto Bal.q propter oſculum luxurio
ſum etiã non ſequuta copula poſſit agi ad thori ſeparatio-
nẽ,dotiſq; amiſſionẽ,primò vr̃ probare tex.in d.c. nec ali-
qua.& in d.c.dixit dñs.Secundo tex.cũ gloſ.in d.l.qđ ait,
in prin.Tertiò ſicut pp iniuriã illatã a vaſallo ipſi dño tan-
gendo turpiter vxorẽ domini,vel illã cucurbitando,priua
ri põt feudo.c.1.§.1.quibus mo.feu.amit.& ibi gl.in verſ.
exercuit.ita pp iniuriã, quã infert vxor marito luxurioſè
deoſculando,dote priuari poterit. Quarto, licet ſola affe-
ctio criminis non ſufficiat ad pęnam imponendã,tñ qñ ſu
mus in atrocioribus,ex affectione iũcta cum aliquo actu
extrinſeco ad pęnã imponẽdã ſufficit.l.1.§.diuus.l.diuus.
cũ gl.ff.de ſica.gl.no.& ibi Bar.ff.de var.& extraor. crim.
Sed adulterium dr̃ de grauibus,quia de iure Digeſtorũ,&
Cod.pœna mortis imponebatur.l.q̃uis.C. de adult.& iõ
dici debet de artrocioribus,iuxta no.per Bar.in l.non ſolũ
§.ſi mandauero.ff.mand.At propter oſculũ,quod eſt adul
terij p̃paratoriũ ad aliquẽ actũ extrinſecum deueniri dici
tur,ut in d.l.quod ait.& in d.c.nec aliqua,ergo &c. ¶Vlti
mo,iſtud clare ſenſit Bar.in d.l.j.ff.de var.& extraord.cri.
vbi ſolicitatores alienarum nuptiarũ pp voluntatẽ perni-
tioſæ libidinis, & ſi effectu ſceleris potiti non fuerunt, tñ
extraordinẽ ſunt puniendi.Gl.in ver. voluntatẽ,exponit,
vt quia forte ad colloquia,aut ad oſcula deuenerint, p tex.
in d.l.qđ ait.Bart.verò inquit,gl.malè loqui, dũ præſuppo
nit propter oſcula ſolum puniri pęna extraordinaria, imo
imponenda eſt pœna adulterij ordinaria, per tex.in d.l.qđ
ait.ſed pœna ordinaria ſecundum ius canonicũ eſt ſepara-
tio thori,dotiſq; amiſſio, ergo Bart. ſenſit pp oſcula vxorẽ
in amiſſione dotis puniri poſſe.¶Decius hic inquit, dictũ
Bal.nimis rigoroſum,ac durũ eſſe, q pp oſcula ſimpliciter
tam grauis pęna ſit imponenda, & præſertim cum oſcula,
& amplexus in bonam partem ſumi poſſint, qñ maximè a
clericis mulieribus inferuntur, nam animo bñdicendi id
feciſſe præſumunt̃,vt inquit gl.in c.abſit.11.q.3.¶Pro par
te vero contra Bald.multa allegantur,& præcipuè quia ob
ſolã fornicationis cãm licitum eſt,vxorẽ dimittere,& non
ob aliã,vt Matth.c.v.& c.præcepit.ca.præceptum.cũ ſeq.
32.q.v.¶Secundò facere vr̃ tex.cum gl.in l.conſenſu.§.vir
quoque.& §.ſi uerò.C.de repud.vbi de iure Cod. non ſo-
lum ob adulteriũ, ſed ẽt pp adulterii præparatoria mulier
ſeparari,ac dote priuari poterat, ſed ille text. hòdie corre-
ctus eſt,ut vult gl.quia ob ſolã cãm fornicationis fit ſepa-
ratio,ut s̃.¶Tñ ſi opinionẽ Bal.tueri velis, poſſes illũ text.
retorquere,q corrigitur per ius canonicũ, & euangelium
ſolũ in illa parte,q pp alias cauſas,quàm fornicationis ma
trimoniũ ſeparari poſſit,ergo quò ad dotis amiſſionem di
ſpoſitio illius tex.firma remanebit,quia quod nõ corrigit̃,
cur ſtare prohibemus,l.p̃cipimus.C.de appel.l. iubemus.
C.de teſta.ex quo infertur,q ille text. ex quo quo ad amiſ-
ſionem dotis nõ corrigitur,ꝓbat, q ex præparatorijs adul
terij mulier dote priuari poterit,cum ius ciuile, quod cor-
rectũ a iure canonico non reperitur, etiã in foro eccleſia-
ſtico ſeruandũ ſit.c.j.de noui oper.nun.c. ſi in adiutoriũ.
10.diſt.¶Verũ opinionẽ contra Bal. ſequendo euitari poſ-
ſent illa,quæ.s̃.in contrarium allegata fuerũt,& in primis.
d.c.dixit dñs.& d.ca.nec aliqua, nam iura loquuntur, qñ
dubium eſſet,an adulteriũ foret perpetratum,quia ad pro
bandum adulterium commiſſum ſufficiunt oſcula luxu-
rioſa, & alia præparatoria in loco ſuſpecto: & q̃uis ex tali
probatione mulier ſeparari, & dote priuari poſſit, iſtud
fit non propter oſcula,nec propter præparatoria, ſed pro-
pter adulterium, vt s̃. probatum:ſimiliter eodem modo
intelligi poteſt tex.in c.plerunq;.de dona. inter vi.& vxo.
vbi non ſolùm propter adulterium, ſed etiam propter re-
ceſſum vxoris uoluntarium mulier ſeparatione thori,do-
tiſque amisſione punienda eſt, hoc enim eſt intelligendũ,
qñ de adulterio dubitabatur, quod per receſſum volunta-
riũ p̃ſumptiuè probabatur, nam ex quo adulterium eſt de
illis,q̃ ſecrete,& in locis valde remotis fieri ſolent,ad illud
probandũ p̃ſumptiuæ ꝓbationes ſufficiunt, de quibus in
d.c.literis.cum ſeq.de præſumpt.& in d.cap.dixit dñs.per
gl.¶Quod aũt,qñ certũ eſt, reale adulteriũ non fuiſſe cõ-
miſſum,ex oſculis luxurioſis ſolis mulier puniri posſit, ut
per Bal.certè nullo iure cauetur, & in dubio nunquam pę
na amisſionis impoſita cenſeri debet, niſi iure cautũ repe-
22 riatur,gl.& ibi Abb.in c.fi.de iure patrona.¶†Scias etiam
obiter,q pp adulteriũ verum,uel præſumptum mulier nõ
ſolum dote,ſed etiã parafernalibus ſuis priuanda eſt,ut per
tex.

tex. iuncta gl. in d.c. plerunq;. in ver. dotalitiũ, quæ expo-
nit dotalitiũ, hoc est parafernalia, & hanc gl. Roma allegat
in sing. 312. inci. propter adulterium. ¶Scdò rñdetur text.
in d.c. j. §. 1. quibus mod. feu. amitt. Primò, q ibi illud est,
quia agitur de lucro perdendo, nos verò de dãno euitan-
do, cũ ipsa mulier suo patrimonio priuaretur, hoc est dote
l. Pomponius. ff. fam. ercis. not. in l. 3. §. sed vtrum, in fi. ff.
de min. gl. in l. Lucius Titius. ff. quibus mod. pig. vel hypo
the. sol. diuersa enim sunt hæc, non perdere, & damnum
pati, vulgata, l. fi. C. de Codi. ¶Hæc prima rñsio Decij non
procedit, qa perdere feudũ est damnũ, cũ dñium vtile, &
naturalis possessio perdi dicant, de quo vtili dñio est ual-
de curandum, arg. c. 1. circa fi. in quibus cau. feud. amitt.
¶Secundo respõdet Decius, q feudum ob causam, de qua
in d.c. reuertitur ad dñm, ex quo res ad naturam suam re-
uertitur. l. si vnus. §. pactus. ff. de pact. sicut de facili reuer-
sus fit de vsufructu ad proprietatem mediante consolida-
tione. l. idem Neratius. circa. fi. ff. de vsufr. accresc. sicut et
ipso iure fit consolidatio possessionis naturalis uacantis cũ
ciuili. Bar. in l. sticho. ff. de vsufr. lega. Alex. in l. 3. §. ex con
trario. in 4. vj. & 15. col. Abb. in ca. cum venissent. 2. colũ.
ver. vlti. j. de resti. spolia. Bal. in l. 2. q. 45. ff. de rer. diuis. in
v. col. qui voluit econtra, ciuilem vacãtem ipso iure cum
naturali consolidari, quod secus in dote contingit. ¶Tu ve
ro dicas, q in terminis nostris magis de facili ista consoli-
datio fieri debet, qm̃ cum durante matrimonio maritus
dotis dñs dicatur. l. doce ancillã. C. de rei vendi. sed reuo-
cabiliter. l. in rebus. C. de iure dot. interueniente causa, pp
quam mulier dotem amittere solet, vt est causa adulterii,
vel alia similis, facilius maritus, qui iam est dñs, irreuocabi
liter fieri dñs dicetur, sequuto & probato adulterio, lataq;
sententia contra vxorem, quia tantus regressus non fit.
¶Tertiò illi tex. rñdet Decius, q in d.c. j. vasallus feudo pri
uari non dr̃ ob turpem lusum, & sic immediate non ex p̃-
paratoriis adulterii, sed immediate ex ipso adulterio, qd̃
ex illis actibus turpibus probari dicitur. Quę rñsio coadiu
uatur ex his, quæ in terminis dixit gl. in d.c. plerunq;. illũ
tex. hoc modo intelligendo, necnon ex his, quæ voluit gl.
in d.c. dixit dñs. in uer. suspicio. & in d.c. nec aliqua, quæ
præsupponunt, non ex p̃paratoriis, sed ex adulterio ipso, q
ex præparatoriis probatur, mulierem posse separari, ac do
te priuari. ¶Sed hæc responsio mea sententia tex. in d.c. j.
nõ conuenit, quia tanq̃ diuersos casus alternatiuè loquen
do separatim ponit, an vasallus cucurbitauerit vxorẽ dñi,
aut dum illa turpiter luserit, & tñ in utroque casu alternati
uè loquendo tex. vult, vasallũ feudo priuandũ esse. ¶Quar
tò principaliter rñdet Decius, q ille text. loquitur in casu
penitus diuerso a nostro, uidelicet de feudo amittẽdo, nos
verò de dote, & ideo de uno ad aliud non est inferendum.
l. Papinianus exuli. ff. de minoribus. cap. per venerabilem.
qui fil. sint legit. facilius verò vasallus feudo priuatur pro-
pter iuramentum fidelitatis, quod vasallus non obserua-
uit. c. j. ver. prædictis, quæ fuit prima cau. benefi. amitt. At
vxor non debet pp præparatoria adulterij dote priuari, qa
marito fidem seruare non iurauit. ¶Hæc rñsio, vt ex infra
dicendis constabit, rõnem diuersitatis ponere nõ vr̃, licet
casus diuersitatem ponat, nã ratio, quare vasallus in casu.
d.c. j. priuatur, est iniuria, quã dño intulit, quæ ratio iniu-
riæ etiam in casu, qñ mulier turpiter deosculari passa fuit,
militat, ex quibus apparet hunc articulũ satis dubitabilem
fore, & dictũ Bal. periculosum esse, & ferè cõiter scriben.
23 illud tanquã nimis rigorosum impugnant.† Mihi uero vr̃
eius dictũ valde æquum, & de iure sustentabile fore, quia
Bal. noluit ob simplex osculum luxuriosum non sequuta
copula carnali vxorem de adulterio ad separationẽ thori,
& dotis amissionem accusari posse, ut scriben. intelligunt,
sed ita demũ, qñ cum ipso osculo, seu turpi actu plures cir
cunstantiæ concurrerent, quæ huiusmodi præparatorium
multũ aggrauarent, vt quia mulier passa fuerit se turpiter
& luxuriosè osculari animo, & intentione committendi
adulterium, cuius animus, & intentio circa hoc probari
potest ex qualitate loci & temporis, quoniam si ad probã-
dum adulterium ipsum sufficit locus & tempus, quæ ad
hoc apta sint, vt in c. literis. cum seq. de præsump. d.c. nec
aliqua. & d.c. dixit dñs. ergo hoc magis sufficiet ad probã
dam intentionẽ adulterij committendi: ¶ Aliud requisi-
tum ponit Bal. ibi, qñ ex huiusmodi osculo, uel simili ma-
trimoniũ valde diffamatur & laceratur, ut quia ex eo ipse
maritus graui iniuria publicè affectus fuerit, his enim plu
ribus circunstantiis concurrentibus mulier, ut s̃. a marito
accusari potest, nam ratio, quare huiusmodi accusatio ad
thori separationem soli marito, & non aliis competit, est
iniuria, quæ marito irrogatur, ut uoluit solennis doctor
Henricus Boich. in d.c. tuæ. uer. 1. circa fin. qui allegat Ho
stien. in c. literis. de præsumptio. & eundem in summa de
diuor. §. quis admittitur, & Gofre. in summa qui matrim.
accus. possunt, & in tit. de adult. §. sed hæc locum, & Inn.
in c. 1. de adult. Abb. in c. maritum. eo. tit. Sed vbicunque
eadem ratio iniuriæ & diffamationis concurreret, dicen-
dum est, maritum posse accusare vxorem, ut supra, qa vbi
est eadem ratio, ibi est idem ius. l. illud. ff. ad l. aquil. l. a Ti
tio. ff. de verbo. obliga. ¶Præterea, præsupponamus casum
q adulterium vxoris non sit manifestum, probabile tamẽ,
taliter, q ex illo maritus valde diffamatus non fuerit. Nõ-
ne poterit mulierem accusare ad thori separationem, do-
tisq; amissionem propter iniuriam sibi illatam? Certe sic.
d.c. plerunque. & arg. c. 1. vt lit. non conte. ergo si ex oscu
lo luxurioso causa committendi adulterium tradito ipse
maritus valde fuerit diffamatus, ut quia illud sit publicè
notum, maior ex hoc iniuria marito inferri dicetur pro-
pter publicam diffamationem, quam ex simplici adulte-
rio, de quo. s̃. proximè dictum est. Et ex his videtur posse
dari casum, in quo mulier propter simplex osculum luxu-
riosum possit accusari, in quo casu loquitur Bal. itaque eũ
saluare debes, cui non obstant dicta scribentium, quia lo-
quuntur de osculo luxurioso, non ut supra qualificato.
24 ¶†Tractaturi de iudicijs Abb. hic ponit, quid sit iudiciũ,
pluribus modis diffiniendo, nam Gofre. primò diffiniebat
in summa. eo. tit. q iudicium est actus trium p̃sonarũ, iu-
dicis, actoris & rei in iudicio contendentiũ, cum qua dif-
finitione per transeunt Host. & Canonistæ, ac legistæ com
muniter in suis summis, & rubricis. ff. & C. eo. ti. & illam
licet per diuersa verba posuit gl. in c. forus. in uer. iudiciũ.
de uerb. sig. de Gofr. & Abb. hic mentionem non faciens,
dicendo, q est actus legitimus duarum personarum acto-
ris & rei super eadem quæstione sub eodem iudice cõtra-
cta. Quæ duæ diffinitiones in effectu parum differunt re-
spectu & personarũ, & aliarum partium, licet enim Gofr.
dixerit esse actum trium p̃sonarum, tñ in effectu idem vo
luit gl. illa dicendo, vt supra, quæ etiam tres personas com
prehendit. ¶Animaduertendum est adhęc, q illa uerba in
diffinitione Gofredi, in iudicio cõtendentium, nedũ acto
rem & reũ respicere videntur, qui dicuntur contendere.
d.c. forus. ibi, dum discutitur, iuncto. c. j. 14. q. j. sed etiam
personam iudicis respiciunt, qui de causa cognoscendo
quodammodo cõtendere dr̃; nam malè iudicando litem
suã facit. l. rẽ non nouã. C. de iudi. l. fi. cũ ibi no. ff. de var.
& extraor. cog. contendere etiã dicitur iudex, qui cogno-
scendo suã iurisdictionem contentiosam in inuitos exer-
cet. l. inter stipulantem. §. j. ff. de uerb. obli. iuncta gl. in l.
2. de officio proconſ. ¶ Cæterũ contra diffinitionẽ Gofre-
di Cardinalis arguit de iudicio inquisitionis, in quo tres
personæ interuenire non dñr, cum solus iudex, & reus in
eo adsint, ut per Inn. in c. bonæ. il j. in ver. testes. s̃. de elec.
ergo mala est diffinitio, quia oĩa sub termino diffinito cõ-
prehensa non complectitur. l. j. §. dolũ. ff. de dolo. ¶Secun
dò, non solũ tres personæ, sed etiã quatuor in quolibet iu
dicio interuenire necesse est. c. forus. ibi, quia in omni ne-
gotio &c. de uerb. sign. & clarius. in cap. 1. 4. q. 4. ¶Tertio,
nunquã idẽ per idem demonstrari, seu declarari debet. l.
qui interrogatus. & ibi Bar. ff. de peti. hæred. l. fina. ibique
Bar. ff. de procu. Cesa. glo. in l. j. ff. de exercit. At in diffini-
tione dicitur, iudiciũ esse actum triũ personarum in iudi-
cio contendentiũ, ergo &c. ¶Super solutione primæ obie-
ctionis doct. aliqualiter insistunt, nam Abb. primò inquit
Goffedũ tradidisse diffinitionem, secundũ, q frequentius
iudiciũ fieri solet, raro enim contingit procedi per viã in-
quisitionis, & ad ea, quæ rarò accidunt, iura non adaptan-
tur. l. nã ad ea. ff. de legi. regulariter enim, & magis cõiter
per uiã accusationis contra delinquentẽ proceditur. l. re-
scripto. §. siquis accusatorem. ff. de mune. & hono. per in-
quisitionem verò minimè, nisi in certis casibus, ut p Bart.
in l. 2. §. si publico. ff. de adul. Io. An. in ca. ad nostrã. il 2. de
iureiu. Roma. in sing. 532. ¶Hæc solutio Abb. iuridica nõ
vr̃, quia saltẽ de iure canonico, de quo loquimur, ita regu-
lariter de criẽ inquiri potest, sicut accusari, imò frequen-
tius veluti vsus nos docet, per inquisitionem proceditur,
ob periculum inscriptionis ad pœnam talionis, vt probat.
in c. qualiter & quando. il 2. j. de accus. & in ca. licet heli.
de simo. ¶Secundo si in hoc frequentior vsus attenderet,

in diffinitione dici debuisset, ꝙ esset actus quatuor perso-
narum, & non trium, cũ frequẽtius istud eueniat, vt in d.
25 c.forus. & d.c. 1.4.q.4. ¶Tertiò † in diffiniendo nõ debet
attendi cõmunis contingentia, sed solùm, ꝙ diffinitio con
tineat essentiam & substantiam diffiniti, vt per gl. in l.om-
nis diffinitio. ff. de reg.iur. & in Rubr. š. de summa trinit.
& fid.catho. Propterea licet hoc frequentissimè contingat
ꝙ vsufructuarius cauere teneatur. l. 1. C. de vsufru. tamen
in diffinitione vsufructus de huiusmodi cautione non sit
mentio, cum illa potius pro conseruatione rerum requiri-
tur, vt per gl. in l. j. ff. de vsufr. Hinc Bart. & alij in diuersis
locis præcipue in Rub. sol. matrim. & in l. 3. ff. de appel.re
cip. dixerunt, nihil diffiniri debere per verba denotantia
factum, sed ius, in his, quæ iuris sunt, istud enim dicitur es
se substantia & essentia, vt sensit gl. in l. 1. §. quædam. ff. de
rerum diui. quæ dixit ea, quæ iuris sunt, diffiniri per termi
num iuris, nec sufficit, ꝙ diffinitio casus tm̃ regulares con
tineat, nã & particulares continere debet, vt colligitur ex
diffinitione testamenti, de qua in l. 1. ff. de test. quæ nõ so-
lùm testamenta secundum regulas iuris cõprehendit, sed
ẽt quæ specialiter fiunt, veluti testamentũ ad pias causas,
iuxta. l. 1. C. de sacros. eccle. Item testamentum militis ad
l. 1. ff. de mili. testa. & alia, quæ iure speciali. fieri dicuntur,
vt in l. si quando. in prin. C. de inoffi. testa. ¶Cum igitur iu
dicium inquisitionis propriè sit iudiciũ. c. quoniã contra.
j. de proba. cum glo. & infra dicetur, debuit iudicium ita
diffiniri, ut illud quoque comprehendatur, cum omne id,
quod propriè sub diffinito comprehẽditur, sub illius diffi
nitione contineri debeat, arg. not. per gl. in l. j. ff. de vsufr.
per illum tex. iuncta. l. 2. ff. de vsufr. earum rerum, quæ vsu
cõsumun. & hæc quo ad primam Abb. responsionem suffi
26 ciant. ¶Secundò † obiectioni Cardinalis Abbas rñdet, ꝙ
in iudicio inquisitionis, si verè tres personæ non interue-
niunt, saltem fictè interuenire dicuntur, quia fama publi-
ca, quæ inquisitionem præcedere, est loco deferentis & ac-
cusatoris. d. c. qualiter. il 2. & in d. c. licet heli. ibi, quasi de-
nuntiante fama, vel deferente clamore officij sui debitũ
exequatur, & sufficit quid diffiniri etiam per verba impro
pria, dummodo diffiniatur subiectum prout propriè sumi
tur, ut patet ex diffinitione actionis, iuxta. l. nihil aliud. ff.
de actio. & obli. §. 1. Instit. de actio. cũ gl. ibi in ver. debet,
iuncta. d. l. j. cum gl. ff. de vsufru. Nec huic rñsioni obstat
tex. in c. 1. & 2. de accusa. li. vj. vbi sit inquisitio absque fa-
ma publica præcedente. hoc idẽ probatur in extrauaganti
ad reprimen. in versi. ad hoc, & ibi Bar. in ver. per inquisi-
tionem. vbi in crĩe hæresis inquiritur, nulla fama publica
præcedente, & sic sine ficto accusatore, quia sustinendo re
sponsionem Abb. respondeas, tex. in d. c. 1. ꝙ ibi de crimi-
ne, cuius inquisitio commissa fuit, non punitur mediante
iudicio inquisitionis, sed ex propria confessione facta in iu
dicio, quæ rem notoriam contra cõfessum facit, & est cau
sa, ut nullus ordo, nec aliqua solennitas seruetur, quia con
fessus per viam notorii conuinci dicitur, vt no. voluit Inn.
in d. c. qualiter. il 2. & optimè habetur per Bart. in l. si con-
fessus. ff. de custo. reo. qui tex. optimè probat, ꝙ in crimi-
nalibus nullæ sunt partes iudicis, nisi in condemnando, in
ciuilibus verò in exequendo. text. autem in d. ca. 2. rñdere
potes, ꝙ ibi fama non præcedente de crimine quis dãnat,
si non opposuerit, hoc enim contingit, quia inquisitus fa-
uori suo renũtiasse videtur, ut innuit gl. ibi. ¶ Verum hoc
non soluit contrariũ, quare tu melius dicas, ꝙ aut causa in
quisitionis committitur proprio motu ipsius superioris,
& præsertim Papæ, & tunc ipse committens loco accusato
ris esse censetur, quia committendo causam inquisitionis
contra aliquem, approbat eum esse infamatũ, ut ibi in glo.
1. Aut uero causa committitur ad alicuius petitionem, &
tunc ille, ad cuius instantiam commissa fuit, loco accusato
ris habetur. Text. autem in d. extrauag. ad reprimen. aliàs
respondebam, speciale esse in crimine læsæ maiestatis, ꝑut
plura alia specialia sunt, vt in l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest.
& in l. famosi. cum seq. ff. eo. arg. l. 1. cum ibi no. ff. sol. ma
tri. vbi sufficit dicere, speciale est in dote, quia materia est
priuilegiatiua. Sed hæc responsio contrarium non remo-
uet, quoniam allegare specialitatem est refugium misero
rum, gl. in l. filium, quem. C. fam. erci. & ideo nunc aliter
rñdeo, ꝙ quãdo per inquisitionem super crimine læsæ ma
iestatis proceditur, licet fama publica non præcedat, tamẽ
requiritur, vt aliquid saltem leue indicium præcedat, alio-
quin absurdum esset, quòd nulla etiam leui præsumptio-
ne præcedente aliquis de illo crimine inquiri posset, vt
clarè dicit text. in d. extrauagan. cum glo. in ver. tangat, &
in ver. sequenti. & hoc modo glo. & alij rectè intelligunt.
d. l. quisquis. C. ad l. Iul. maiesta. istud ergo super quo, & ꝑ
pter quod inquisitio fundatur, in tali crimine loco accusa
toris habebitur, sicut regulariter dicitur de fama publica:
Similiter quando proceditur per viam generalis inquisi-
tionis, quæ specialem præcedit, inquisitores, ad quos offi-
cium inquirendi pertinet, loco accusatoris esse dicentur:
c. sicut olim. & ibi glo. j. de accus. habetur per Inno. in d.
c. bonæ. de elect. per Spec. in tit. de inquisitione. §. quãdo
autem. ¶Aliter etiam, quàm dixerit Abb. huic obiectioni
27 contra diffinitionem Gofredi rñdet And. Barba. † quod
iudicium inquisitionis non est propriè iudicium: quia ex
mero iudicis officio expeditur, vt per Inno. & Ioan. Andr.
in d. c. bonæ. & Bald. in c. j. §. iniuria. de pace iuramen. fir-
man. gl. in d. c. quoniam contra. in uer. extraordinarium,
vbi Bald. dixit, illud esse iudicium semiplenum, ergo non
simpliciter iudicium, sed impropriè, argu. l. hoc legatum.
ff. de legat. 3. Bar. in l. si maritus. §. legis iuliæ. ff. de adulte.
l. j. & 2. C. de patr. qui fil. distr. Ex quo infertur, ꝙ iudiciũ
inquisitionis diffiniri non debuit, cum solùm diffiniatur
subiectum prout propriè sumitur, non aũt prout impro-
priè. d. l. 1. ff. de vsufru. cum gl. iuncta. l. 2. ff. de vsufr. earũ
rerum, quæ vsu consul. ¶ Sed quia ueritas huius rñsionis
do. And. Barba. dependet ab illo articulo, an iudicium in-
quisitionis dicatur ordinarium, uel extraordinariũ, ideo
super ea me non extendo. Aduerte tamen: quòd aliud est
quærere, an iudicium inquisitionis dicatur ordinarium,
vel extraordinarium, de quo infra dicam, & aliud est quæ-
rere, an remedium inquisitionis dicatur ordinarium, uel
extraordinarium, stant enim simul, quòd remedium intẽ-
tatum dicatur ordinarium, & iudicium extraordinarium
ut in extrauag. ad reprimen. in clemen. dispendiosam. de
iud. iuncta cle. sæpe de verb. sig. Aliud est quære, an iudi-
cium ipsum siue ordinarium, siue extraordinariũ dicatur
propriè iudicium. & quod sit propriè iudiciũ probat text.
in d. c. licèt heli. & in d. cap. qualiter & qñ. il 2. vbi iura illa
simpliciter iudicium appellant. Propterea iudicium inqui
sitionis species est iudicij in genere, quod de ordinario ꝑ-
dicatur. d. c. quoniam contra. ergo licet iudicium inquisi-
tionis diceret extraordinarium, tñ propriè iudicium esset
cum in qualibet specie genus suum propriè verificetur. l.
si quid earũ. §. interemptũ. ff. de lega. 3. l. inter agnatos. ff.
vñ legi. l. 2. §. doli, & ibi Bar. ff. vi bon. rap. Quo fit, vt iudi
cium inquisitionis sub diffinitione comprehendi debue-
rit, alioquin diffinitio mala esset, quicquid dixerit Andr.
Barb. ¶Sustinendo ẽt diffinitionem Gofr. potest obiectio,
quæ fiebat de d. c. forus. & de d. c. j. 4. q. 4. euitari, quòd ad
esse iudicij necessitate præcisa & formali tres personæ oĩ-
no requiruntur, vt per Gof. sed ad bene esse, & ex quadam
necessitate causatiua quatuor adesse debent, uidelicet vl-
tra tres, de quibus in diffinitione dictum est, persona te-
stium non præcisè, sed ad effectum, ut actor obtinere pos-
sit, quia actore non probante reus absoluitur. l. qui accusa
28 re. C. de eden. c. unico. ut ecclesia. benefi. † Sed interuẽtus
testium in iudicio non est præcise, nec formaliter necessa
rius; quoniã sine testibus iudiciũ tenet, & sententia, ut per
Azo. in summa. C. de iud. Barto. in l. prolatam. circa fi. C.
de senten. Alex. in cõsi. 105. col. 2. volu. v. habetur per Bar.
in l. per hanc. C. de tempo. appella. text. ergo in d. c. forus.
& in d. c. j. potius facti frequentiam & contingentiam, seu
id, quod vtilius est, quàm iudicij essentiam refert. ¶ Hæc
tñ responsio dubitabilis esse videtur, cum tex. in d. c. j. di
cat, ꝙ in omni iudicio semper quatuor personæ requiran-
tur, necesse est. Nisi saluando diceres, ꝙ ibi illa uerba sem
per &c. debeant intelligi non de necessitate pręcisa, uel for
mali, sed de causatiua ad effectum, ut actor obtineat, uelu-
29 ti. š. dictum est † sæpe etenim istud uerbum necesse, expo-
nitur, hoc est vtile. cap. credo uas. & ibi Archidiaco. 68. di
stinctio. iuncta. l. j. ff. de officio prætor. Alia enim est ne-
cessitas præcisa & formalis, alia causatiua, seu utilis, glo. in
l. ultima. ff. de separa. bono. cap. sacris. š. quod met. cau. si-
cut etiam dicitur, quod alius est ordo iudicij de substan-
tia & natura, qui est formalis, alius est de natura tantum,
& primi omissio totum iudicium uitiat, secundi uero nõ,
ut per gl. summæ. 2. q. 1. per Bar. & ibi gl. in d. l. prolatam.
C. de senten. & nota, quòd in d. c. j. & in d. ca. forus. testes
ponuntur pro qualibet specie probationis in iudicio ne-
cessariæ, ut per gl. ibi, sicut instrumentorum appellatione
omnis species probationis etiam testiũ continetur. l. j. ff.
de fid.

de fid.instru.¶ Aliter & secūdò Decius & respondebat tex. in d.c.j.ꝙ illa verba,in omni iudicio &c. sunt exponenda, hoc est in omni sententia: nam quandoq; iudiciū pro sententia ponitur, vt in l.1.C. de epi.aud.& in ca.in causis.de re iudica. Quæ intelligentia illi text.applicari non potest, idem etenim,quod inquit tex.in d.c.j.per illa verba in omni iudicio &c.dicit tex.in d.c.forus.in omni negotio,ergo ibi iudicium capitur pro negotio,ut in d.c.forus.& tamen nullibi reperitur negotium pro sentētia sumi.Præterea nō video,ꝙ in sententia,& ad eius ualiditatem quatuor.personæ fiunt necessariæ,& maximè personæ testium per ea,quę diximus.¶ Considerādum est ēt, ꝙ per illa verba diffinitionis Gofr.in iudicio contendentium, cū non solū ad partes litigantes,sed etiam ad iudicem,vt s̄. dixi,referatur, infertur,ꝙ mens Gofr.& aliorū cōiter fuit describere iudicium contentiosum,prout in inuitum redditur.l.inter stipulantem.§.1.ff.de verb.obl.ex quibus cessat alia obiectio, quā contra diffinitionē Gofre.Decius faciebat,dicens,ꝙ sub illa iudicis decretū cōprehendi videbatur,quod in alienationibus rerum ecclesiæ & minoris interponi solet,ut in l.magis puto.§.ne passim.ff.de rebus eorū,& in c.sine exceptione.12.q.2.& c.1.de reb.eccle.non alie.in 6.Facilis etenim

30 est responsio,† ꝙ huiusmodi decretum dicitur expediri iurisdictione voluntaria,ut in l.2.cum gl.ff.de offic. eius cui mand.est iurisd. l.2.§.1. d.l. magis puto.§. ne passim.ff.de rebus eorum.ca.2.§.illi vero.de rebus.eccle.non alie.in 6. Propterea necesse non fuit diffinire iudiciū,ut huiusmodi decretum cōprehenderet;quia mens scribentiū fuit iudicium cōtentiosum diffinire, ueluti etiam est de mente Inno.in c.quintauallis.de iureiuran.qui dixit in iudicio confligentium:& Host.qui dixit esse actum,qui in inuitū redditur.¶ Decius ēt hic in prima lectura col.4.versic.3.aliter respondet tex.in d.c.1.4.q.4.exponendo illa uerba in omni iudicio:hoc est in quolibet loco,in quo,ius redditur;sæpe enim iudicium pro loco iudicij ponitur, ut in l.uoluit. ff.de interog.act.habetur per Inn.in d.c. qualiter. loquendo.de confessione in iudicio facta, hoc est in loco iudicij, & per Bar.in d.l.si confessus.¶ Sed hæc responsio & expositio est truffa,ut uerbis Bar.vtar;quia conuenire non potest tex.in c.1.cum ad eundem effectū tex.in d.ca.forus. dicat in omni negotio,quæ verba,certum est, non posse intelligi de loco,in quo ius redditur, sed aliter,ut ibi,ergo idē dicēdum,est de illis verbis in omni iudicio, de quibus in d.c.j. ¶ Secundo non reperio in terminis.l.ius pluribus.ff. de iustit.& iure,& dicta.l.uoluit, quòd iudicium ponatur pro loco,in quo ius redditur,sed bene illa iura sumunt ius pro loco iudicij,hinc dicitur confessio in iure facta,ut per Bar. in l.1.C.de confes.& l.1.§.largius.ff.de succe.edicto.& q̄uis in d.l.uoluit.in prin.dicatur,ex sua in iudicio confessione,tamen ibi iudicium capitur pro causæ discussione, iuxta.d.c.forus.& sensus est,ꝙ confessio facta in iudicio,hoc est coram iudice,dum iudicium agitatur,vel iudice sedente pro tribunali,ad l.2.§.dies.ff.quis ord.in bon.pos.serue. & hoc modo intelligatur tex.in l.si defensor.in prin. ff. de interroga.actio.ac id,quod uoluerunt Inn.in d.c.qualiter. & Bar.in d.l.si confessus.¶ Quare iudicium a scribentibus multis aliis modis diffinitur, vt Abba. hic refert, veluti a Cardinale,qui nimis prolixè diffinit & contra naturā diffinitionis, quæ diffiniti substantiam breuiter continere debet arg.l.1.iuncta l.omnis diffinitio.& ibi gl.ff. de re. iur. put etiā colligitur ex omnibus diffinitionibus in iure positis,vt l.nihil aliud.ff.de act. & obl.l.j.ff.de tute.l.1.ff.de vsufru.insti.de obliga.in prin.& in l.j.§.dolum. ff. de dolo, cum simi.propterea super illius diffinitione aliter non insisto.¶ Azo quoq; ita iudicium describit, ꝙ est causa in iure reddendo necessario posita cum interpositione personarū, dicendo,necessario posita; uoluit iudicium contentiosum duntaxat diffinire, ad l.inter stipulantem. §.1.ff.de uerbo. oblig. dicendo etiam cum interpositione personarū simpliciter,illud dubium euitare voluit,an tres, vel quatuor requirantur.

¶ Hanc Azonis diffinitionem Ab.impugnare conatus fuit, per text. in d. capitulo. forus. ubi iudicium non dicitur

31 causa,sed causæ discussio † cum propriè iudicium dicatur a litis contestatione incipere.l. iudicium soluitur. cū gl.ff. de iudi.Bar.in l.amplius non peti. ff.rem rat.hab. ergo nō potest dici causa,quæ dicitur,dum proponitur.d.ca.forus. ¶ Posset,tn̄ hæc diffinitio defendi, assumendo hic causam prout stat,ut genus, quod prædicatur, & de causa ipsa in specie sumpta,& de iudicio,& de eius fine, qm̄, ut perpēdi potest ex d.ca.forus. causa ibi consideratur tanq̄ genus, & tanq̄ species,prout dr̄ de cognatione.l.inter agnatos.C.vnde legi.l.iureconsultus.§.1.ff.de gradi.& ut dicitur de adoptione respectu arrogationis,vt insti.de adoptio. Cum ergo iudicium dicātur species respectu causæ,qū ea stat ut genus,sequitur,ꝙ est propriè causa:quia in qualibet specie genus de proprietate sermonis verificat̄, vt s̄.dictum est,optima itaque est Azonis diffinitio, dicendo iudicium esse causam: nam terminus semper per genus & differentias diffiniri debet,ut habetur in topicis Aristotelis,& colligitur ex omnibus diffinitionibus, notatur per Bart.in l.j.ff. de acqui.poss.& ff.de testa.¶ Abbas etiam tertio loco iudicij,diffinitionem ponit, inquiens, iudicium esse causæ discussionem, quæ coram iudice iuridice fit, quæ profecto est sustentabilis,quia vt inquit tex.in d.c.forus.iudiciū est, qñ causa discutitur contra illam tñ instare possumus:nam sub ea agnitio quoq; bonorum possessionis cōprehēditur, quæ ius tribuit,prout in l.3.§.bonorum.ff.de bon.poss.tit. generali,de iure enim fforum saltem agnoscebatur bonorum possessio coram iudice sedente pro tribunali, & solū diebus non feriatis.l.2.§.dies.cū ibi no.ff. quis ord.in bo. pos. ser. item per iudicē causa cognita & discussa decernebatur.l.3.§.si causa cognita.ff.de bo.pos. & illam etiam de iure fforum seruus agnoscere poterat.l.seruus bonorū. ff. eo.tit.& tamen iudicium esse dici non poterat, cū seruus in iudicio esse nequeat,vt habetur in d.l.seruus. licet ei cōueniant illa verba,est causæ discussio,quæ coram iudice iuridicè fit.verum hodie sublata fuit illa discussio & cognitio causæ non feriatis diebus,ut in l.fin. C.qui admitti. & in l.fi.§.nos itaque.C.de cura.furio.Cogita tamen.

¶ Minus etiam satisfacit,dum Abb.iudiciū,prout sumitur pro loco iudicij,diffinire voluit, quia sic accidens iudicij, uel prout ipsum in concreto sumitur, diffiniri diceretur, cum quid,nisi prout in abstracto sumitur,non diffiniat̄, vt habetur in 3.topicorum,& in l.1.ff.de usufr.cum si.neque secundum accidens,sed secundum substantiam, ut no.per gl.in rub.s̄.de summa trini. & fid. catho. & in d.l. omnes diffinitio.ff.de reg.iu.ac per Bar.in ijs locis,in q̄bus de hac materia disputat, vt in l.3.ff.de appel.recip.cū si. Alia sup hac materia diffinitionis iudicij vide p Moder.¶ Ex verbis Ab.successiuè colligitur,ꝙ in hac rubrica & in nigro iudiciū pro tota tela iudiciaria capitur, inchoando a citatione vsque ad sñiam secundū iuri ordinē ꝓcedendo, vt habet̄. in c.qm̄ cōtra.de prob.& hoc modo iudiciū hic a scribē.

32 diffinit̄.Alijs quoq; modis sumitur, ut hic p Abb. ¶ † Post hæc,quoniam hic,in ff.C.li.6.& in cle.ponit̄ rubrica de iudicijs qui sermo pluralis in pluribus verificatur. l. vbi numerus.ff.de testi. Abba.quærit,quæ sint hæ plures iudicij species,& secūdū ipsum prima diuisio est:qa aliud est iudiciū ciuile,aliud criminale,aliud mixtū,ciuile,qñ nullo mō de crimine agitur.c.dilecto.c.cæterùm.& c.causam.j̄.eo. Criminale,qñ merè agitur de crimine ad pœnam imponēdam.c.at si clerici.c.cum non ab homine. j̄.eo. Mixtū qñ partim de crimine agitur ciuiliter ad priuatam vtilitatē,& partim criminaliter ad pœnā ad quod probandū Abb.allegat tex.in c.super his.j̄.de accu. qui de iudicio mixto nullum verbū facit, sed solum qñ de crimine cognoscitur per uiam exceptionis,tūc enim hæc quæstio criminalis non dicitur,& ideo in illa procurator interuenit.Probat ergo potius iudiciū esse simpliciter criminale, & melius de mixto probat tex.in c. tuæ.s̄. de procu. qui an probet.j̄.dicetur. ¶ Mihi autem videtur hæc ita melius considerari posse, ꝙ tunc criminale iudicium dicatur, qñ in crimine criminaliter per uiam accusationis ad imponendam pœnā ordinariam,& sic principaliter ad vindictā publicam procedītur.d.c.super his. versi.sed cum in modum accusationis oportet se inscribere;quoniam ad depositionē fuit institūta accusatio,quæ depositio dr̄ pœna ordinaria,quæ pro grādi crimine imponitur.c.j.81.dist.ca.cum non ab homine. j̄.eo.d.c.qualiter.il 2.de accu.vel quando per inquisitionem contra simplicem clericum procederetur, quo casu pœna extraordinaria & arbitraria esset imponendā,siue ex officio,siue ad petitionem alicuius de crimine inquireret̄, vt est tex.in c.qualiter,il 1.& gl.in d.c.qualiter.il secundo. Per uiam quoque exceptionis de crimine criminaliter cognosci potest, vt solum pœna extraordinaria & arbitraria imponantur,vt in dicto c.super his.& hoc casu non est verum iudicium dici mixtum,ex quo pœna arbi.imponitur de crimine quoque ciuiliter agi dicitur, quando non ad pœnam, sed ad rei restitutionem, & partis interesse per uiam

viam actionis ciuilis proceditur, ut in l.fi.ff.de priua.deli. & in l.fi.ff.de furtis,ubi Barto.in Rubr.de pub.iud.in l.3. ff.de sepul.viola.& Insti.de pub.iud. in prin.ac per Barto. in extrauagan.ad reprimen.in uer.accusationem.¶Merè verò ciuiliter agi dicitur, quando non ratione criminis, sed propter causam ciuilem agitur; vt est obligatio, quæ ex contractu, vel quasi oritur: quia si per uiam actionis agatur, merè ciuiliter agi dicitur. Quod genus iudicij Abba.hic
33 sub alia distinctione comprehendit. † Mixtum verò iudicium est, quando non merè ciuiliter, nec merè criminaliter agitur, sed causa criminis est inter ciuilem & criminalem, vt in casu.c.tuæ.circa fi.s̃.de procura.& in ca.plerunque.j̃.de dona.inter vir.& vxor. Nam ideo dicitur mixtū primo, quia huiusmodi accusatio, quæ fit ad separationem thori & dotis amissionem nō est publica, sed ad solum maritum pertinet, prout alias.s̃.declaratum fuit. Secundò naturam ciuilis causæ habere dicitur, quia in illa procurator interuenit.d.c.tuæ.in fi. Quod non contingit, si causa esset merè criminalis, ut in d.c.tuæ.in prin. c.veniens.j̃.de accu.l.penul.§.ad crimen.ff.de pub.iud. Tertio, causæ ciuilis naturam sapit; quia accusator in hoc iudicio ad pœnam talionis se inscribere non tenetur. Quod secus esset, si merè criminaliter ageretur, vt in d.c.tuæ.in prin.c.inquisitionis.c.super his.de accusa.iuncto.d.c.qualiter.& c.licet heli.de simo.cum l.fi.ff.de priua.delic.& ff.de furt.

¶Criminalis autem causæ naturam habere dicitur ob pœnam, quæ vxori accusatæ iniūgitur, vt est priuatio commercij maritalis, separatio thori, dotisq; amissio & parafernalium secundum vnam opinionem gl.in d.c. plerunq;.quā, vt s̃.dixi, Roma.singularē reputat. Nam priuare quem administratione, ac iure suo dicitur pœna delicti.l.testamento centurio.ff.de manum.test.l.moris.ff.de pœnis.

¶Potest etiam dici iudicium mixtum, quando contra vasallum propter feloniam commissam ad priuationem feudi ageretur ad utilitatem ipsius dñi, ac etiam publicam, ut in casu.ca.1.§.denique, quæ fuit pri.cau.ben.amit.c.1.§.si fratrem.quib.mod.feu.amit.& c.j.si vasal.feu.priue.

¶Reperio quoq; mixtam dici posse, secundum ꝙ exemplificat gl.in d.c.tuæ.in uer.mixta. quando querela inofficiosi testamenti ageretur. Quod dictum mihi non placet: quoniam effectus criminalis ibi incidenter sequeretur, & non principaliter.l.Papinianus.§.1.ff.de inoffi.testa.gl.in d.c. tuæ. Ad hoc enim, ut mixtum iudicium dicatur, requiritur, quod principaliter vterque effectus & ciuilis, & criminalis sequatur.d.c.tuæ.d.ca.plerunque.vbi Barr.& Henri. Boich.pro cuius tex.intellectu aliqua.j̃.etiam dicentur.

34 ¶†Secūda diuisio iudiciorum est, ꝙ aliud est ordinarium, aliud extraordinarium, ut clarè habetur per text.in c.quoniam contra.in princ.j̃.de probatio.ibi, tam in ordinario, quàm in extraordinario. Ordinarium est quando proceditur uel per uiam accusationis uel per viam actionis ciuilis, quæ sunt remedia ordinaria.l.nihil aliud.ff.de actio.& oblig.Insti.de pub.iud.in prin.Bar.in Rub.ff.eo.& in extrau.ad repri.in ver.accusationem. Quod nonnulli intelligunt, dummodo agendo per remedia ordinaria seruatus fuerit ordo solennis & ordinarius iudicii, de quo in l. prolatam.C.de sentent.& per gloss.ibi ac scriben.iuncto.cap.1.de libelli obla. ubi habetur; quia si remedium esset ordinariū, ordo uerò iudicij extraordinarius, ut quia de plano, summariè & sine strepitu procederetur, tunc iudicium ordinarium dici nō posset, quamuis remedium ordinariū intentaretur, vt est actio cle.sæpe. de verb. sig.cle. dispendiosam.de iud.l.leuia.ff.de accu. Similiter econtra, si remedium intentatum esset extraordinarium; quia ex mero officio iudicis nobili procederetur, quod dicitur remediū extraordinarium.l.in causæ.in prin.la 2.ff.de mino. & ordo iudicij solennis seruaretur, non diceretur iudicium ordinarium: vt in c.fin.s̃.de officio iudi.d.l.in causæ.iūcta.l.Papinianus.in fi.ff.de mino. Propterea qn̄ remedium esset extraordinarium, & ordo iuris extraordinarius, magis dicetur iudicium extraordinarium, ut in casu.c.nouit. cū ibi not.j̃.eo.& econtra, si remedium esset ordinarium, & ordo iudicij ordinarius, absque dubio iudicium merè ordinarium diceretur, ut in casu.c.examinata.j̃.eod.

¶Verùm quia aliqua statim in sequenti articulo dicentur, quæ ad hoc propositum faciunt, idcirco successiuè nunc
35 quæro. Nunquid † iudiciū super crimina agitatum per viā inquisitionis dicatur ordinarium, vel extraordinariū. Inn. super hoc variauit, nā in c.cū oporteat.j̃.de accu.dixit, illud esse extraordinarium. Idem voluit gl.in d.c.qm̄ cōtra. in uer.extraordinario, & gl.in c.1.4.q.4. At ipse Inn.in ca. cum dilecto.de sen.excō.in 6.contrariū voluit, ꝙ sit ordinariū. ¶Hanc Innocentij contrarietatem Abb. ad concordiam reducere conatur, diuersos respectus considerando: nam debet dici ordinarium primò; quia de iure canonico cautum fuit, de quolibet crimine per uiam inquisitionis regulariter procedi posse, fama publica præcedente.d.c. qualiter.d.c.licet heli.cum tamen de iure ciuili hoc modo regulariter procedi non posset, nisi in quibusdam casibus, de quibus in l.2.§.si publico.per glo.& Bar.ff.de adulte. & in extrauagan.ad reprim.in uer.per inquisitionē. Io. And. in c.ad nostram.il 2.de iureiuran. Bal. in l.si vacantia. C.de bonis vacan.li.x.Roma.in sing.532.inci. Inno.dubitat.

¶Secundo respectu dici potest ordinarium; quia certus ordo seruandus est, de quo in c.qualiter.il 1.de accus. & his respectibus uerum erit dicere, iudicium inquisitionis posse dici ordinarium ac in his casibus potest intelligi id, qd uoluit Inn.in d.ca.cum dilecto. ¶ Extraordinarium verò dici potest in illis casibus in quibus procedi potest non seruato ordine alias requisito, ut habetur in c.1.& 2.de accu. in 6.& in casu.d.c.qualiter.il 2.in fi. ¶Secundo extraordinarium dici potest, etiam ꝙ ordo aliàs in inquirendo requisitus seruetur; quia respectu ordinis solennis iudicij, de quo in d.l.prolatam.hic ordo extraordinarius dici potest, vt j̃.dicetur. ¶ Tertio dicitur extraordinarium; quia per inquisitionem non iniungitur pœna ordinaria, sed extraordinaria, & arbitraria.vt dictum fuit, & probatur in d.c.inquisitioni.in fi.prin.& d.c.qualiter. ver. uerum.

¶Similiter dicetur extraordinarium; quia exercetur ex mero officio iudicis nobili, quod est extraordinarium. d. l.in causæ.la 1.ff.de mino.& secundum hos modos debet intelligi id, quod voluit Inno.in d.c.cum oporteat.

¶Hæc concordia, quæ fuit de mente Abb.uera non videt, primò per tex.in d.c.quoniam contra. qui præsupponit ordinem aliquem seruandum esse, & tamen illud iudicium extraordinarium appellat, & hoc iuncta gl.

¶Secundo ꝙ ratione ordinis in iudicio inquisitionis seruādi dicatur ordinarium, verum non videtur: quia ex quo ordo ille non est ordinarius, sed extraordinarius respectu ordinis solennis & ordinarij iudicij, verum erit dicere, ꝙ ratione sui ordinis dicatur extraordinarium, vt est de mente glo.in d.ca.1.4.q.4. ¶Præterea ordo, qui in hoc iudicio inuentus fuit, non dicitur solennis, nec præcisus, quia de consensu partium omitti potest, ut in ca.2.de accusa.in 6.
36 Quod secus est in illo ordine solenni, † qui est præcisus; & a partibus, seu iudice omitti non potest, ut habetur in d.l. prolatam.& gl.no.in clem.sæpe.in fi.in vlti.gl.de uer.sig. & adeo hoc est verum, ꝙ solus princeps illum remittit, vel per rescriptum, ut est gl.in c.fi.de hæreti.li.6.Abb.in ca.1. colum.1.s̃.de rescrip.vel quando ipse cognoscens de causa hunc ordinem omittit, ut in c.in causis.de re iudi. ex quo infertur, ꝙ ordo inquisitionis respectu ordinis solennis iudiciarij censetur extraordinarius, & ab eo iudicium inquisitionis potius extraordinarium dicetur, sicut iudicium appellatur ab ordine solenni, qui in eo seruandus est, & sic adhuc vr̄ remanere contrarietas inter dicta Inn. in locis allegatis. ¶Ex quibus infertur, ꝙ in materia odiosa, in qua uerba sunt strictè intelligenda.l.3.§.hæc uerba.ff.de nego. gest. Bar.in l.liberorū.maximè in vlti.col.ff.de uerbor.sig. c.in nostra.de iniur.& dam.dat.iudicij ordinarij appellatione inquisitionis iudiciū non cōprehendetur, vt hic per Abb.& fuit de mente Inn.in d.c.cum oporteat.& c. super literis.de rescrip. Cald. in consil.1.de accu.& in 1.de pœ. Petrus de Anch.in consi.190.Bal.post Cynū in l.ea quidē. col.2.C.de accu.& hanc opinionem, ꝙ iudicium inquisitionis simpliciter dicatur extraordinarium, Dec.hic de iure veriorem esse affirmat, illamq; sequitur Aretius. Quæ vltra prædicta confirmat; quia mero iudicis officio expeditur, ergo extraordinarium dr̄.l.pecuniæ.§.persecutionis.l. actionis verb.cum gl.ff.de uerb.sig.& hoc modo Are. hic voluit inducere tex.in l.1. C.de libert.& eorum liber. qui nihil aliud probat, nisi ꝙ iudicium extra ordinem vocat illud, in quo iudex ex suo mero officio procedit, ut per Pau. de Cast.ibi. Præterea.d.l.1.loquitur de officio iudicis a patrono implorato, ergo non loquitur de iudicio inquisitionis quod non fit mediante officio iudicis implorato, sed ex mero, vt supra. ¶ Huic primo motiuo contrariam sententiam sequendo potest responderi, ut ex præmissis colligit, ꝙ inquisitio remedium extraordinarium dicatur, ex quo mero iudicis officio fit, sed propter hoc non infertur, quòd

ꝙ iudicium ipsum dicatur extraordinarium, maximè cum aliquis ordo in illo seruari debeat, & hoc suadetur per textum in d.c.fi.de offi.iud.¶Sed replicando dicas, quod attento ordine inquisitionis ordinarium dici non pôt, cũ ordo ille sit extraordinarius, vt proximè plenius dictum fuit.
¶Secundò principaliter, quòd sit extraordinarium, probat tex.in d.c.quoniam contra: Sed euitari potest: quia simpliciter loquitur de extraordinario ad differentiam ordinarij, non tamen inquit tex.inquisitionis iudicium esse extraordinarium, de hoc enim nullum verbum: & licet glo.ibi de eo exemplificet, tamen illa expositio non est necessaria: cum aliter illud verbum extraordinario possit intelligi, vt
37 per gl.ibi colligitur.¶†Tertiò principaliter signum, per qđ cognoscitur, quid esse extraordinarium, est quando per ordinarium tolli dicitur: quia ordinarium facit extraordinarium cessare.d.l.in causæ.la prima.ff.de mino.l.ait pretor. cum l.eleganter.in princ.ff.de dolo.l.si cum exceptione.§.eum, qui.ff.de eo, quod met.cau.l.in prouinciali. & ibi per Bartol.ff.de noui ope. nuntia. Sed inquisitionis iudicium cessat propter iudicium accusationis, quod dicitur ordinarium: quoniam superueniente legitimo accusatore iudex, qui inquirere cœperat, ab inquirendo desistere debet.ca.j.15.q.5.glo.in d.c.qualiter.il 2.in glo. magna circa fi.& ibi Abb.infra de accusa.ergo verum est dicere, inquisitionis iudicium esse extraordinarium. ¶Quartò nõ sequitur, in inquirendo aliquis ordo seruandus est d.c.qualiter. il 1.ergo iudicium inquisitionis dicitur ordinarium. Quoniam cũ talis ordo dicatur extraordinarius, non autem ordinarius duplici respectu. Primò, quia ordo, quòd fama publica precedat, ab ipso reo inquisito remitti potest dicto cap.2.de accu.lib.6.quod fieri non posset, si esset ordinarius.d.l.prolatam.cum glo. Secundo respectu: quia si talis ordo inquisitionis remitti potest, ergo extraordinarius erit, cum solus princeps vel rescribendo, vel cognoscendo ordinem ordinarium remittere valeat, glo.fi.in cle.sæpe.in vlti. verb.de verb.signi.gl.in c.fi.de hæreti.in 6.c.in causis.§.de re iud.
¶Nec ex eo, quòd pro omni crimine possit per inquisitionem procedi, debet dici iudicium ordinarium: nam si ordinarium esset, per superuenientem accusatorem ante latã sententiam iudex ab inquirendo desistere non deberet: qa remedium ordinarium aliud ordinarium cessare non facit, imò locus est præuentioni.l.filiusfamilias.§.varijs.ff.de lega.primo.
¶Sed hoc est falsum: quia semper per accusationem superuenientem cessat inquisitio iam inchoata.d.c.j.15.q.5. & d.c.qualiter.per glo.ergo &c.q̃uis contrarium & malè senserit Bart.in l.si maritus.§.sinautem extraneus.in vlti.col. ff.de adult.qui pro se nihil allegat, sed simpliciter dicit, ꝙ si per statutum cautũ sit, regulariter de crimine inquiri posse tunc dicetur remedium ordinarium: verum ex hoc remedium non dicitur effici ordinarium, ex quo merè per officium iudicis nobile exercetur. Item ratione ordinis extraordinarii dicetur extraordinarium, vt supra dictum est. Et hæc opin. nunc mihi magis placet, quamuis aliàs contrarium tenuerim.
¶Quoniam supradictum fuit, quòd est dare iudicium mixtum inter ciuile & criminale. Abb.hic dubitat, nunquid similiter sit dare iudicium mixtum inter spirituale & temporale: quia nemini dubium est, hęc duo extrema reperiri, nã dicitur esse iudicium merè spirituale: vt quando agitur de causa spirituali, veluti est causa matrimonij, vt in cle.dispẽdiosam.de iudic.c.lator.c.causam.qui fil.sint legi.Itẽ quoties agitur de vinculo iuramenti, vt in c.fi. de foro compe. lib.6.& quando agitur de iure decimãdi, quod est spirituale.c.causam.cum fi.de præscrip. Item reperitur iudicium, quòd est merè tẽporale & prophanum, vt quãdo de re mere temporali agnoscitur, vt per glo. in summa.11. q.1.c.frater.16.q.1.Datis ergo his duobus extremis dicendum erit dari quoque mixtum inter spirituale & tẽporale, sicut mixtum inter ciuile & criminale: & hoc erit quãdo in iudicio agitur de causa iuris patronatus, quod dicitur annexum spirituali, vt in c.de iure.de iure patro.& in c.quæsitum.cum gloss.infra de rerum permu. & colligitur ex his, quæ ponit Spec.in ti.de cõtumace.§.sequitur videre. paulo post prin. qui dixit, aliam esse causam ciuilem, aliam crimnalem, aliã spiritualem, aliam mixtam.
¶Contrariam sñiam doct. magis cõiter tenuere, quod non sit dare mixtum inter tẽporale & spirituale: vt Goff. in summa de iure patrona. Ant.& sequitur Imola.& quãdo in iudicio ecclesiastico de iure patronatus cognoscit, forte dici posset, causam illam esse coniunctam & annexam spirituali: tñ non sequitur, quòd dicatur mixta, vt infra dicetur.
¶Secundo, & si causa dicat̃ connexa, & forte mixta: tamen iudiciũ, in quo de illa cognoscitur, mixtum non dicet̃, sed vel merè temporale, vel merè spirituale.
¶Sed antequam ad huius articuli discussionem deueniã, vt bene verba Abb.intelligere possis, quæ in libris, quos vidi, sunt hoc modo impressa. Istud vltimum dictum doctorum non puto verum: quia nemo potest dici mixtum respectu tẽporalitatis & spiritualitatis, qua participat de vtroque. Si hæc verba ita se habeant, & stent, certè inferunt totum contrarium eius, quod ipse voluit, siue stent hoc modo, nemo potest, siue nihil potest, quoniam cum Abb. uoluerit reprehendere doctor. communiter tenentes, quòd ius patronatus dicatur quid spirituale etiam originaliter, certè si modo prædicto eius verba starent, inferrent illud idem, quod docto. voluerunt, quòd non dicatur mixtum: sed spirituale.
¶Præterea, salua vera & recta limitate, istud nomen nemo, non conuenit generi neutro, sed tantum masculino, vel feminino, ideo corrige; quia imo potest dici mixtum ius pat.
¶Modò ad articulum propositum redeundo, utrum iudicium iuris patronatus dicatur mixtum inter spirituale & prophanum Abb.tenuit esse mixtum, Quia non est inconueniẽs, reperiri mixtum inter spirituale & temporale, sicut inter ciuile & criminale.& hoc potest exemplificari, quando agitur de crimine mixto partim ecclesiastico & partim seculari, vt est crimen vsurarum & adulterium, vt per gl.& scriben.in c.cum sit generale.de foro compet.prout etiam mixtum dicitur iudicium, quando partim agitur ad vtilitatem publicam, & partim ad priuatam: quia pro parte pœna fisco esset applicanda, & pro parte parti, vt in casu proposito per Bar.in l.j.in fi.prin.& in l.senatus.§.senatus.ff. de iure fisci.& in l.arbiter.ff.de arbit. Similiter in casibus, de quibus per Bar.& Alexã.in apostil.in l.3.ff. de sepul.viola.
38 ¶†Contrariam sententiam in puncto iuris veriorem esse puto, quòd nõ detur iudicium mixtum inter spirituale & temporale, sed uel erit merè temporale, aut tãtum spirituale, vt primo colligitur ex his, quæ voluit gl.summę.11.q.j. quæ inter causas ecclesiasticas solum considerat spirituales item & pecuniarias & non mixtas.
¶Secundò, hoc mihi in terminis probat.tex.in d.c.quãto. vbi de causa annexa spirituali non cognoscitur, nisi in iudicio ecclesiastico, & sic simpliciter.
¶Tertiò iudicium, in quo de crimine mixto cognoscitur, dicitur vel temporale simpliciter, vel ecclesiasticũ, vt in d.c.cum sit generale.¶Nec obstat dicto cap.tuæ.de procura. Quia primo dici potest, aliud esse quærere, an detur iudicium mixtum inter ciuile & criminale, & aliud est quęrere an sit dare mixtum iudicium inter temporale & spirituale, De primo loquitur tex.in d.c. tuæ. de secundo quærimus. & videtur concludendum, quòd non sit dare mixtum: qa nullo iure cautum reperitur, ergo &c.l.illam.C.de coll. Secundò respondeas, tex.in d.ca.tuæ. quòd loquatur non de iudicio, nec de causa, quæ est iudicii pars. d.c.forus.de verbo.sign. sed de accusatione, qua mulier accusator ad thori separationem, & licet accusatio ipsa, prout est remedium, quod intẽtatur, possit dici mixta, non tamen iudicium ipsum, sicut in simili diximus.§.de inquisitione.
¶Tertiò & melius posito, quòd text. ille loquatur de iudicio sub illis verbis, qa accusatio non est criminalis, sed mixta &c. Dico, quòd ille tex. non simpliciter præsupponit accusationem, vel iudicium esse mixtum, sed quasi, ergo verè
39 non est tale qa† dictio quasi, est nota improprietatis.l.si cũ dotem.§.fi.ff.solu.matri.Bal.in l.in suis.ff.de lib. & posth. l.Fulcinius.§.si quis bona.ff.ex quibus cau.in possess.eatur. Abb.in c.j.col.2. de postula.præla. Verè ergo non dicatur mixtum, sed vel merè criminale, vel merè ciuile, prout in illo magis effectus criminalis, vel ciuilis prẽualebit, argum. l.quæritur.ff.de statu homi.cap. hermaphroditus.4. quæstione 4.& habetur per Bart.in l.fi. ff.de priua.delictis. Similiter igitur iudicium iuris patronatus dicetur merè ecclesiasticum d.cap.quanto, quamuis in illo cognoscatur de causa iuris patronatus, quæ couiuncta dicitur spirituali: quia qualitas spiritualitatis ad se trahit qualitatem temporalitati, cum nobilior sit qualitas spiritualitatis, argu.c. quod in dubijs.de consecra.ecclesiæ vel alta.
40 ¶†Venio modò ad secundum, qđ Abb.hic supponit, vtrum ius patronatus ecclesiæ in se, & essentialiter dicat̃ quoddã mixtum vel merè spũale, vel merè tp̃ale. Doc.magis cõiter

vt hic

vt hic per Abb.qui refert Ant.Ioan.de Imo.& Gof.in sum
ma de iure patro.voluerunt,quod attẽta origine & prime-
ua natura iuris patronatus dicatur merè spirituale, quod
primò sic probari potest, de natura rei spiritualis est, vt re-
gulariter,& de iure communi laicis non acquiratur.c.cau
sam.de præscri.c.2.j.e.c.sacrosan.c.messana.s.de electio.
iuncto.ca.2.j.de institu.sed regulariter ius patronatus lai-
cis deberi non potest ratione spiritualitatis; quia si illis de-
betur,istud contingit ex gratia & de iure speciali,c.3.j.de
iure pat.vbi Abb.& omnes.c.si quis episcoporum.16.q.2.
ergo dicetur quid spirituale & non temporale. Nec ex eo,
quòd laicis ex gratia acquiratur dicitur execrari: quia de
spirituali non efficitur temporale: imo suam naturam reti-
net sicut in casibus, in quibus laicis potest competere co-
gnitio spiritualiũ,vt per glo.in c.decernimus.j.eo.& sicut
habetur in c. Adrianus. 63.dist.vbi si laico conceditur,vt
intersit electioni episcopi,vel Papæ propter hoc electio nõ
execratur,hoc est de spirituali nõ fit temporalis. §.verum.
32.dist.c.menã. 2.q.5.vbi Papa potest laico concedere po-
testatem excommunicandi.

¶Secundò,causa & causatum sunt eiusdem naturæ. l.fori.
cum glo.C.de aduoc.di.iud.l. assumptio.§.j.& ibi Bart.ff.
ad munic.sed ius præsentandi,qui est effectus, seu fructus
iuris patronatus,vt in c. cum Berthold.j.de re iudi. Abb.
in c.consultationibus.j.de iure pat.dicitur esse quid spiri-
tuale.c.3.& fi.de iur.pat.sicut etiam ius eligẽdi prælatum
spirituale dicitur,ergo & ius patron.à quo ius præsentandi
causatur,dicetur esse quid spirituale.

¶Tertiò, hoc verum esse demonstratur,considerando om
nes & singulas causas iur.patr.quæ videntur se habere po-
tius ad spirituale,quam ad temporale.Nam si cõsideremus
causam efficientem illius,quæ fuit ecclesia militans.d.c.3.
de iur. pat.& d.c.si quis episcoporum.illa dicitur merè spi
ritualis participatiuè.c.cum sicut. de conse.ecc.vel al.c.ne
mo.c.ecclesia.de consecr.dist.j.gloss.in c.fi.ne præla.vices
suas.& infra dicetur. similiter si causam materialẽ, ex qua
ius pat.conficitur, inspiciamus, quæ spiritualitatem habet,
vt est constructio ecclesiæ,dotatio & fundatio.c.nobis.de
iur.patr.hæ enim spiritualitatem habent; quia participare
videntur de consecratione,seu benedictione;quoniam ec-
clesia fundari,vel dotari non potest absque consensu & cõ-
secratione episcopi,vt in d.c.nemo.d.c. ecclesia.& d.c. cũ
sicut,similiter si cõsideremus causam effectualem, quæ est
institutio facta ad ecclesiam vacantem, vt in c.fi.de iur.pa.
certè ea dicitur spiritualis,vt per Abb.in c. quod autem.&
in c.authoritate.j.de insti.idem si causa finalis etiam con-
sideretur, quare fuerit introductum, quæ est: vt cultus di-
uinus augeatur,& homines ad conseruationes ecclesiarum
inuitentur,vt in c.3.& c.cum dilectus.vbi gl. de iur.pat.c.
dilectus.de offi.deleg.nam hæc causa spiritualis est,vt col-
ligitur ex dictis Arch.in summa.j.q.j.c.vnico.de cler.non
resi.ergo omnibus causis attẽtis ius patr.dicetur spirituale.

¶Quartò principaliter ius pat. & causa illius licet essentia-
liter inter se differant,habentur tamen tanquam principa-
le & accessorium,seu tanquam antecedens & subsequens.
c.quæsitum.cum gl.de rerum permu. sed causa iuris patr.
dicitur coniuncta & connexa spirituali ratione iuris pat.d.
c.quanto.ergo quid spirituale censeri debet,cum causa di-
catur annexa spirituali, hoc est iuri pat.

¶Contrariam verò sententiam, quòd ius patr. merè quid
temporale esse dicatur,comprobare possumus primò: quia
laici iuris pat.capaces esse dicuntur.d.c.3. ergo quid tem-
porale dicetur: quoniam si spirituale esset ad laicos non spe
ctaret.c.causam.de præscri.

¶Nec obstat, ꝙ ex gratia cõpetat: hoc enim non contingit
ratione spiritualitatis,sed ex alia ratione,vt j.dicetur.

¶Secundò principaliter iura dicũt,ius pa.esse spirituali an-
nexum.d.c.de iure.de iure pat.ergo inconueniens esset, ꝙ
ius pat.diceretur spirituale, & spirituali coniunctũ,nam si
esset spirituale, non diceretur coniunctum, argumen.l.in
testamento.ff.de condi.& demonst. vbi monumentum fa-
ctum ad exemplum alterius non dicitur illud,& per text.
in l.quod Nerua.ff.depo.

¶Tertiò iudicandum est esse temporale, considerando ef-
41 fectus iuris patro.cum † ab effectũ rei eius natura & quali-
tas cognoscatur,arg.l.quoties.§.si quis nomen.& ibi Imo-
la.ff.de hær.insti.l.3 .& ibi Bal.C.de insti. & substi. sub cõ
di.fac.sed omnes effectus iuris patronatus, quos consequi
tur patronus,magis ad temporalitatem tendunt, ergo &c.
42 Capiamus † primum, qui est honor,qui patronus debetur
in stando & procedendo, nam hic honor etiam omnibus
Christianis non patronis debetur.cap. piæ mentis.c.frigen
tius.16.q.vlti.,c.nobis.in fi. de iure pat.secundus effectus,
quem patronus consequitur, est in præsentando rectorem
clericum ad ecclesiam vacantem,qui censetur quidam fru
ctus iuris pat. vt per d.c.cum Bertholdus.& c.consultatio-
nibus.vbi Abb.de iure pat.At præsentare dicitur quid tem
porale,& meri facti: qa ex illa ius aliquod nec in re, nec ad
rem in ecclesia acquiritur, sed censetur quoddam inchoa-
mentum & præambulum,vt c.quod autem.de iure pat.ter
tius effectus est omnis competens patrono in defendendo
bona,& iura ecclesiæ.c.filijs.16.q.vlti.defensio autem ad
tpalitatem tendere dicitur: quia omnes defendere possunt
& tenentur, vt sunt parochiani.c.si quis presbyterorum.j.
de rebus eccle.non alie.c.non liceat Papæ.12. q.2.& defen
sio ipsa foranea ac temporalis est, vt in l.4.in fi.& l.in exe-
cutione.§.insolidum.ff.de verb. obliga.l.ita tñ.§. nunc vi-
deamus. & in l.si ante. ff. iudica. solui. Quartus effectus
est vtilitas & cõmodum, quod patronus ab ecclesia habet,
vt tempore necessitatis ecclesia illi alimenta subministrare
teneatur.c.quicunq;. 16.q.vlti.& d.c.nobis. in fi.qui effe-
ctus similiter in mera temporalitate cõsistere dicitur, vt in
dictis iuribus, nam filijs a parentibus, & econtra, ac alijs
quoque,vt vxori,& seruis proprijs alimenta propria pstãda
sunt. Consideratis ergo omnibus istis effectibus, qui tẽpo-
ralitatẽ respiciunt,iudicabimus ẽt ius patr.esse quid tpale.

¶Quartò principaliter si consideremus omnia media,qui-
bus ius pat.acquiritur,quæ dñr esse temporalia & non spi-
ritualia,ius pat.eiusdẽ naturæ erit,acquiritur enim & cau-
satur ex constructione,fundatione & dotatione ecclesię,&
non aliter d.c.3.d.c.nobis.c.piæ mentis. cum sequẽtibus,
16.q.vlti.c.cum sicut.de consecra.eccle.vel alta. Quæ om-
nia temporalia dicuntur,ergo & ius patonatus.

43 ¶†Quintò hoc principaliter suadetur,arguendo a sufficiẽ-
ti partium enumeratione.Nam quatuor modis quid spiri-
tuale dicitur,vt per gl.& latius ibi Arch.in summa.j.q.j.&
in d.c.piæ mentis.primo originaliter & essentialiter, secũ-
dò ordinatiuè,tertiò participatiuè,quartò præparatoriè ori
ginaliter spirituale dicitur, quod sua essentiali natura, &
origine spirituale est: quia diuina gratia eius substantia im-
mediate procedat,vt est anima, fides signa miraculorum,
dona Dei erga naturam angelicam, & humanam, item &
gratia virtutum: ius autem pat.non est sui essentia & origi-
ne spirituale;quia immediate a diuina gratia non prouenit
sed ab ecclesia militante.d.c.3.& d.c.si quis episcoporum,
ergo &c.

¶Ordinatiuè spirituale dicitur id,quod immediate ad finẽ
spiritualium fuit ordinatum,vt sacramenta ecclesię,baptis-
ma,& similia,vt per c.fi.de tempo.ordi.c.causam. de præ-
scri.c.sacrosancta.c.messana. de elec.cle.dispendiosam.de
iudi.c.fi.de foro cõpe.in 6.& c.j.de decimis.& hoc modo
ius pat.nõ potest dici spirituale; quia immediate ad finem
spiritualium non ordinatur,sed ad præsentationem,q̃ non
dicitur quid spirituale.

¶Participatiuè spirituale est illud, quod de cõsecratione &
benedictione participat, vt est ecclesia.c.nemo.c.ecclesia.
de consecr.dist.j.c.quod in dubiis.c.non sicut.extra. e.ti.
vt sum vasa sacra & vestes sacræ ac benedictę.c.j.de pigno.
nec isto modo ius patronatus spirituale dici potest: quia cõ
secratione seu benedictione non participat.

¶Præparatoriè spirituale dicit̃ id, quod nullo modo essen-
tialiter est spirituale, sed ad præparandum spiritualia fuit
inuentum,vt sunt sponsalia ad matrimonium.l.j.l.oratio.
ff.de sponsa. & hoc modo ius patronatus non dicitur spiri
tuale, sed quoddam præambulum & inchoamentum spi-
ritualis,ex quo nihil spiritualitatis acquiritur nec in re,nec
ad rem vt in d.c.quod autem.de iure patronatus.

¶Ex quibus infertur ius patronatus nullo modo dici essen-
tialiter spirituale,ergo temporale erit,quod probatur; quia
est annexum spirituali,ergo non est spirituale.

¶Alijs etiam pluribus rationibus do.Fran. de Areti.cona-
tus fuit demonstrare ius patronatus potius quid tempora
le dici,quibus Decius non perfectè respondit;quoniam re-
spõsionibus suis facile ex prædictis respõsio colligi potest,
& præsertim non obstant superius deducta, dum diceba-
tur, quòd spirituale erat: quia regulariter laici acquiri
44 non poterat,sed ex gratia. † Nam hoc pluribus rationibus
contingit: prima, quia spiritualitati erat annexum, & de
connexis idem iudicatur.cap. translato. de constitu.l.quæ
45 religiosis. ff.de rei vend.& si tu diceres,†quòd ꝓpter cohe-

rentiam

rentiam & coniunctionem spiritualem dici debeat.arg.d. l.quæ religiosis.Rñdetur, q̄ dupliciter quid cohærere alicui dicitur, vno modo, qñ est affixũ & incorporatũ, & hoc modo loquitur tex.in d.l.q̄ religiosis.alio modo qñ nõ est affixum, sed propinquũ & proximum.l.ędificia.C.de ope. pub.c.nulla.cum gl. 12.q.1.& gl.in d.l. q̄ religiosis.& hoc non dicitur religiosum ratione connexitatis, sed ius patronatus dicitur annexum spirituali per modũ proximitatis, non autem incorporationis, propterea spirituale non est dicendum, vt ex d.glo.infertur.¶Alia ratione ius patronatus laicis ex gratia acquiri dicitur: quia est quædam seruitus, q̄ imponit ecclesia.c.significauit.de testib. gl. in d.c.piæ mẽtis, sed regulariter rei sacræ seruitus imponi non põt l.seruitutes.§.vlti.ff. de serui.l.caueri.ff.cõia prædio.ergo hac ratione ipsis laicis ex gratia ius patronatus acquiri dicitur, non autem ex eo, quòd sit spirituale.¶Non obstãt alia, quæ pro cõi opinione deducuntur, & maximè, q̄ cũ iuris patronatus dicatur spiritualis, seu annexa spirituali: quia præsupposito, q̄ causa efficiens, q̄ fuit ecclesia militans, sit quid spirituale, tamen causa materialis, qua introducitur, vt est cõstructio, fundatio & dotatio, censetur temporalitatem cõtinere, vt declaratũ fuit.¶Præterea non sequitur, causa finalis iuris patronatus fuit cultus diuinus, ergo illud dicitur spirituale: quoniam data instantia argumẽtum corruet.ca.
46 sicut vrgeri.j.q.j.†Nam ob cultum diuinũ, vt possit ecclesijs inseruiri præbendæ inuentæ fuerunt, quæ clericis debeantur, & tamen quid temporale esse dicũtur, & laicis deberi possunt, gl.in c.cum M.Fer.de consti.iuncto.c.penul. §.his ita respõdetur.12.& colligitur ex tex.in ca.dilecto.de pb.vbi tunc præbenda dicitur quid spirituale, qñ fuit cõnexa canoniæ, ergo qñ est saparata; censetur quid temporale.
47 ¶†Vltimò pro responsione considerandum est, vt etiã fuit de mente Abb.hic, q̄ primeuo tempore, quo cęptæ fuerũt ecclesiæ construi, nihil penitùs constructoribus acquirebatur, sed ecclesia cum omnibus dotibus suis sub sola ptãte episcopi esse dicebatur.c.si quidam.cum seq.10.q.j.secundo vero tempore constructores & fundatores ac dotantes ecclesias non ius patronatus, sed quoddam factum, vel honorem acquirebant, quod aditus processionis appellabať, vt ipsi præminentiam in sedendo procedendo haberent d. c.piæ mentis.&c.frigentius.16.q.vlt.Vltimis autem tẽporibus, cum multæ essent gẽtes, & ecclesiarum inopia foret, ecclesias erigere necesse erat, iuxta.c. ad audientiã.de eccl. ædifi. Propterea ecclesia militans, vt inuitaret homines, & præsertim laicos, qui tunc diuitijs abundabãt, introduxit, q̄ constructores & fundatores ecclesiarum ius patronatus haberent.d.c.3.de iure patrona.d.c. si quis epõrum.16.q. 2.& hac de causa ius patronatus fuit ipsis laicis ex gratia acquisitum, non autem ratione spiritualitatis, sed inspecto iure communi, quo nihil iuris ipsis fundatoribus acquirebatur,
48 & hoc est q̄ iura dicunt ex gratia acquiri.¶†Quare autẽ ius patronatus dicatur esse annexum, vt inquit tex.in d. c.de iure, & in c. quæsitum. de rerũ permu.glo.in d.c.piæ mentis.& clarius Car.Flor.in d.c.quanto.voluit dici annexũ: quia istud ius, seu seruitus fuit imposita sup ecclesia, q̄ est q̃d spũale, & cõsequenter ecclesiæ, & nõ spũali annexũ esse diceť.Ideo docto. diffinientes ius patronatus dicũt esse ius competens in ecclesia, & (vt diximus) istud ius sapit ecclesiæ seruitutem.Abb.vero dicit, ius patronatus esse annexum spirituali: quia ex iure patronatus præparať institutio.c.secundo, c.pe.ĵ.de institu.cum ibi allegatis. Idem Abb.in d.c.quanto.Inno.in c.quod sicut.de elec.& Arch. in gl.summæ.j.q.j.qui dixit ius p̄sentãdi esse præparatoriũ spiritualis, & hanc rationem tanquam nouam multum cõmendat Abb.Sed (vt dixi) expressè fuit de mente Archi.& Inno.in locis alleg. ¶Aduertendum tamen est: quia si causam remotam & mediatam inspiciamus, hæc ratio procedere posset: quoniam causa immediata institutionis est p̄sentatio.d.c.quod autem.& c.fin.ĵ.de iure pat. At ius patronatus est causa immediata præsentationis. Propterea p̄sentatio tanquam fructus iuris patronatus reputatur, vt habetur per c.cũ Bertoldus.de re iu.& c.cõsultationibus. de iure pat.ergo simpliciter verum non est, q̄ ius patronatus dicatur spirituali annexum propter institutionem, sic etenim consideraretur causa mediata, & non immediata, quæ semper est attendenda.l.fi.C.de nat.lib.Præterea, ius patronatus potest esse absq; eo, quòd causetur præsentatio & institutio, vt contingit in ecclesia regulari a laico cõstructa, in qua ipse constructor, acquirit ius patronatus absque eo, q̄ habeat ius præsentãdi, ac etiam aliqua institutio non sequatur, vt in c.nobis.ĵ. de iure pat. ergo hæc ratio Abb. non est generalis: quia non comprehendit quodlibet ius patronatus. Archi.aũt in d.c.pię.inquit ius patronatus impropriè dici annexum spirituali: quoniam accedit pręsentationi, quæ non est quid spirituale, sed præparatorium.d.ca. quod autem. Hæc declaratio non videtur vera, per d.c.de iure.qui text.probare videtur, q̄ propriè dicatur spirituali annexum: quoniã simpliciter sic illud vocat, ergo uere, & propriè: nam quod simpliciter tale est, ꝓpriè est tale.l. hoc leg.ff.de leg.3.l.si maritus. §.legis Iuliæ. & ibi Barto.ff.de adulte.
¶Secundò ille tex.in d. capit.de iure vtitur verbo, sum, es, est dicendo ius patronatus est annexum spirituali, ergo ꝓ-
49 priè, †quia verbum, est, denotat proprietatem, vt per Bar.& Soc.in l.j.§.si stipulanti.ff.de verb.ob.Bal.in addi.ad Spec. in ti.de leg.ver.sum, es, est, & in trac.scisma. quẽ posuit sub tit.C.si quis ali.test.prohi.dixit verbũ hoc significare substantiam & essentiam. Minus etiam verum videtur, q̄ ius patronatus p̄sentatione accedere dicatur. Primò, quia ius patronatus absque præsentatione patrono deberi potest, vt in casu d.ca.nobis. Sed accessorum sine principali stare nõ põt, vt in c.accessorium.cũ gl.de reg.iur.in 6.ergo &c. Præterea, præsentatio a iure patronatus dependet, tanquam illius fructus.igitur ea magis iuri patronatus accedere dr, q̄ ecõtra, sicut fructus rei illi accedunt, & non econuerso. ar.l.qui per collusio.ff.de act.emp.c.grauis.ĵ. de rest.spo.
50 Rursus vnus potest esse patronus, alius habere †ius præsentandi ratione possessionis, vel quasi, quæ etiam per vnicum actum præsentandi contra patronum acquiritur. ca. cum vos.de offi.ord.c.querelam.& ibi Abb.plenè.s̄.de elec.& d.c.consultationibus. Si quis autem rationem Abb.defendere vellet, q̄ ex præsentationi nullum ius præsentato acquratur, & consequenter præsentatio intermedia nõ sit in cõsideratione, & institutio immediate ad ius patronatus referri dicatur, tu respõdeas, primo, hoc esse contra.c.decernimus.16.q.vlt.d.c.fi.de iure pa.ac etiam, quia datur præsentatio, ex qua ius saltem ad rem acquiritur, vt est illa, quę fit a patrono ecclesiastico, vt per Abb.per illum tex.in c.cæte.in c.cum autem, in fi.necnõ.c.quod autem, de iure pa. Præterea is, qui non est patronus, si tamen sit in quasi possessione præsentãdi ad illius præsentationem fit institutio. Et tamen hoc casu non est verum dicere, q̄ ius patronatus dicatur causa immediata institutionis: & ideo sequor rationem Cardi.tanquam veriorem.
51 ¶†Successiuè Abb.notabilem quæstionem proponit, vtrũ causa meri possessorii quasi possessionis rei spiritualis dicatur esse spiritualis, an vero temporalis: & consequenter an per iudicem ecclesiasticum, an per temporalem cognoscenda sit. Abb.se remittit ad dicta per se in c.fi.ĵ.eo.& in c.literas.de iura.cal.& quoniã quæstio est vtilis, & valde practicabilis, neque alibi tractatur. Ideo pro veritate huius dubij tres facio conclusiones. Prima, q̄ si causa possessorii rei spiritualis causam proprietatis annexam habere dicatur, & sic mixta censeatur: quia de vtraque participet, tunc illa per iudicem ecclesiasticum erit cognoscenda. Primo: quia qualitas spiritualitatis qualitatem temporalitatis absorbet c.quod dubijs.de cõsecra.eccl.vel alta.cũ aliis.s̄.alle.secũdo hæc conclusio probatur in c.lator.& in ca.suam.2.ĵ.q. filii sint legi. vbi causa illegitimitatis, quæ causam matrimonii habet annexam, a iudice ecclesiastico, & non seculari cognoscenda est tertiò in simili facit, quod voluit Bal.in l.vnica colũm.2.C.si de momẽ.poss.fue.appella.& fuit de mente Angeli consi.42.viso puncto prædicto, & Bart.in l. creditor.§.iussus.ff. de appella. vbi a sententia lata super possessorio, quod habet mixtam causam proprietatis, appellari potest: cum tamen a sententia meri possessorij non detur appellatio.d.l. vnica, & habetur in §.de possessione. 2. q.6.iuncta.l.fi.C.de edic.diui Adr.tollen.
¶Hinc etiam videmus, q̄ si agatur possessorio.l.si quis in tãtam. C.vnde ui. appellari potest: quia habet in se causam proprietatis.d.l.si quis in tantam.c.eum, qui de præbend. in 6.Bald.post Barto.in d.l.vnica.col.3.uersi.quæro, quid in conditione.& dixit Guido Papa in q.j.q̄ ex quo possessorium adipiscẽdæ in beneficialibus habet incidenter causam petitorii annexam, illud solum per iudicem ecclesiasticum cognosci debet: nam quis de nouo possessionẽ in beneficialibus acquirere non potest, nisi de canonica institutione constet.ca.primo.de regulis iuris in 6.capitulo fina. de in-

de insti.cum ibi no. Verum quia per hanc rationem idem
in alijs quoque possessorijs, videlicet retinendæ & recupe-
randæ dici posset, ar.d.c.j.idcirco forte attentari posset, ꝙ
hęc est ratio quare de iure cano.a sentẽtia lata ĩ possessorio
potest appellari, vt in cle.j.de cau. poss.& ,pp. & in cle.j.de
seq. pos. & fruc. super quo cogita. ¶Hoc tamen vltimum,
ꝙ sit idem in alijs possessorijs, ꝙ est in possessorio adipiscẽ-
dæ, verum non videtur: quia sequeretur, quod in possesso-
rio retinendæ,& recuperãdæ solus iudex ecclesiasticus es-
set competens ratione dictæ mixturæ, quod tamen est fal-
sum, vt ĩ.demonstrabitur,& præsertim quia illa ratio, quę
militat in possessorio adipiscẽdæ, cessat in alijs possessorijs,
quæ præsupponunt possessionem iam fuisse acquisitam, q̃d
non est in possessorio adipiscendæ: quia agitur ad possessio
nem de nouo acquirendam, quæ non potest acquiri sine
probatione canonicæ institutionis. d.c.j.de reg.iur.in 6.&
c.ex frequentibus, cum c.fi.de institu. Prædicta corroborã-
tur per ea, quæ in simili habentur in c. dilecto. ĩ.de præb.
iuncta gl.in c.cum M.de consti.& in c.2. cum gl.de instit.
nam laici, qui sunt capaces præbẽdæ, quando a canonia est
separata,& dicitur quid tpale, non dicuntur capaces prębẽ
dæ connexæ canoniæ, quia tunc ratione connexitatis quid
spirituale efficitur. ¶Secunda conclusio est, ꝙ cã meri pos-
52 sessorij † rei tpalis ipsius iuris spiritualis puta ecclesiæ,& p̃-
laturæ censet esse cã merè tpalis, & ideo de illa iudex secu
laris cognoscere poterit,& ita intelligo glo. & Arch.in c.j.
de resti.spo.li.6.& gl.& in c.literas.in fi.de iura. cal. vbi in
cã meri possessorij rei ipsius ecclesiæ iurandum est de calũ
nia, ergo non est spiritualis, sed tpalis, ar.d.c.literas.gl. etiã
in summa.11.q.j.inquit, ꝙ cã ecclesiastica dr̃ ciuilis, siue pe
cuniaria, quando de rebus tpalibus ecclesiæ cognoscit, nec
inconuenit, ꝙ respectu eiusdem rei petitoriũ sit spirituale,
possessorium vero temporale, cum nihil inter se cõueniãt,
l.naturaliter.§. nihil cõe.ff.de acq.poss.& hæc cõclusio ve-
ra est,& de mente Abb.in d.c.literas. ¶Tertio cõclusio, ꝙ
cã meri possessorij rei spiritualis, vt iuris patronatus, seu
iuris præsentandi, aut iuris eligendi, vel decimandi,& alia-
rum rerum spiritualium censenda est merè tpalis,& sic nõ
videtur differẽtia, an sit cã possessorij rei tẽporalis ecclesiæ,
vel prelaturæ an verò ipsius iuris spiritualis, vt hr̃ per glo.
in d.c.literas,& doc.cõiter Abb.Vinc.Io.And.& Inn.in c.
fi.ĩ.eo.Arch.in d.c.j.de resti.spolia.in 6.Card.in cle.2.de
de iud.Gul.de monte Lauduno in clemen.j.de seq.pos.&
fruc.& sequitur Guido Papa in sua q.j. Prò qua opinione
facit: quia non est inconueniens, ꝙ respectu eiusdẽ rei spi-
ritualis petitorium sit spirituale,& possessoriũ merè tpale:
quia nihil cõe &c. vt s̃.dixi. ¶Secundo Guido Papa ad hoc
allegat.c.cãm.il 2.ĩ.qui fil.sint leg.vbi iudiciũ possessoriũ
iudici seculari reseruatur, petitorium verò per iudicẽ eccle
siasticum cognoscitur. ¶Tertio hanc opinionẽ probat tex.
in c.fi.ĩ.eo.vbi causa super quasi possessione iuris eligendi
rectorẽ cognita,& decisa fuit per ptãtẽ Florẽtinum, cã aũt
petitorij super iure eligendi per iudices ecclesiasticos.
¶Quartò accedat.c.cũ sit gñale de foro cõp.vbi ratione rei
ecclesiæ violenter ablatæ non solum ecclesiasticus, sed etiã
secularis cognoscere potest. ¶Quintò prædicta corroborã
tur per c.petimus.11.q.1.vbi cãm intrusionis, seu inuasio-
nis ecclesiæ cognoscit rector prouincię, hoc est præses arg.
53 l.j.C.ad exib. ¶†Sextò merum possessorium recuperandæ
iuris spiritualis, seu ecclesiæ est penitus nudum & ab oĩ spi-
ritualitate abstractũ: quoniã in illo nullo modo quærit de
canonica institutione, sed solũ de spoliatione, & violentia,
quæ merè dicitur quid facti tpalis, vt in c.in literis.ĩ.de re
sti.spol.c. querelam,& ibi Abb.s̃.de elec.c.epi.c.reintegrã
da.3.q.1. De hmõi igit causa secularis cognoscere poterit,
¶Septimò istud voluit gl.in ca.cum dilectus.in ver.iurm.
in fi.ver.s̃.de ele.quæ dicit, ꝙ qñ agitur possessorio rei spi-
ritualis, non dicitur agi spiritualiter,& idẽ voluit ibi Inno.
54 ¶†Octauò hæc opinio coadiuuatur ex dicto no.Inno.in c.
ex parte B.ĩ.de foro competẽ.ꝙ causa meri possessorij ip-
sius feudi, non censetur feudalis,& ideo de illa quilibet iu-
dex cognoscere poterit: cum tamẽ de causa feudi solus do-
minus cognoscere valeat, & quamuis huic dicto dicat ad-
uersari tex.in c.ex transmissa.ĩ.tit.proximo, vbi iudex feu
di adeo de possessione rei feudalis cognoscere debet, ꝙ al-
teri etiam episcopo volenti cognoscere inhibere potest: ta-
men saluando Inn. dicas, illum tex.non de possessione ,put
a proprietate differt & prout sumitur, in l.j.ff.de acq.poss.
esse intelligẽdum, sed de possessione, hoc est de proprieta
te, prout appellatione possessionis proprietas continetur.l.
interdum.ff.de verb.sig.Bar.in d.l.j.col.2.Hæc sunt, quæ
55 pro cõi conclusione adducuntur. ¶†Contrariam vero sen
tentiam plures doc.secuti sunt, inter quos Ant.in d.c.fin.
Laur.Ioan.de Lig.Bertran.in cle. dispendiosam.de iudi.q̃
dicunt, ꝙ in causa meri possessorij iuris spiritualis, seu præ
laturæ summariè sine strepitu & figura iudicij procedẽdũ
est, prout in alijs spiritualibus & ecclesiasticis. Per illũ text.
igitur inferunt, huiusmodi causam possessoriam fore spiri-
tualem, siue ecclesiasticam, alioquin iuris ordo seruandus
fuisset l.prolatam.C.de senten.& c.quoniã contra.de ,pb.
56 ¶†Secundò, licet possessio nihil commune habeat cum ,p-
prietate, vt dictum est, per dicto §.nihil commune. tamen
hoc intelligitur, quoad modum acquirendi & amittendi,
non autem quoad cognitionem & continentiam causæ, q̃
diuidi non debet.l.nulli.C.de iudi.c.j.cũ glo.de cau.poss.
& proprie.ergo ratione huius continentiæ & connexitatis
ab eodẽ iudice cognoscenda erit, q̃ de spirituali cognoscit.
57 ¶†Tertiò possessio rei qualitates recipit ab ipsa re, & ideo
possessio rei corporalis dicitur vera possessio, at iurium in
corporalium dicitur quasi & impropriè, l.3. in princi.ff.de
acquiren.possessione, l.seruus.§.incorporales.ff.de acquir.
re.do.l.sequitur.§.qui viam.ff.de vsucap.& in c.cum eccle
sia.de cau.poss.& proprie.ergo similiter quasi possessio rei
spiritualis qualitatem & naturã suam recipiet.c.ex frequẽ
tibus.ĩ.de instit.& habetur per Bar.in l.si aquã.col.4. post
Inn. C.de seruitu. Propterea laicus, qui spiritualium capax
nõ est, nec suæ quasi possessionis capax erit, vt in c. cãm.de
præscript.& tantum habet spiritualitatis, vt etiam proprio
facto acquiri nequeat, nisi mediãte inuestitura facta ã per-
sona ecclesiastica ad hoc officiũ deputata, vt est Arch.iuxta
c.officiũ.& c.ad hęc.s̃.de offi.archi.c.perlectis.25.dist.c.
in frequentibus.de rest.spo.& ideo de huiusmodi cã cõne
xitatem cum spirituali habente secularis non cognoscit.c.
lator.c.suam.ĩ.qui fil.sint legiti.c. quãto.ĩ.eo.& facit, q̃d
voluit Io.And.in addi.ad specu. de peti.& poss.§.j.ver. q̃d
si possessorio ago, vbi inquit, quæstionem possessoriã super
matrimonio non esse simpliciter spiritualẽ sed annexã spi-
rituali, de illa igitur iudex ecclesiasticus cognoscere debet.
d.clè.dispendiosam. Similiter Archid.& Io.mona.in c.cũ
qui de eo qui mit.in pos.rei ser.cã, dicunt, ꝙ sicut qñ agit
de beneficio perdẽdo, non est faciendo immissio cã rei ser
uandæ, ita quando agitur possessorio adipiscendæ ratione
beneficij ecclesiastici. Hinc specu.in titu.de iura.cal.§.seq
tur.in prin.clarè inquit contra glo.in d.c.literas.ꝙ in me-
ro possessorio rei spiritualis non est curandum de calũnia,
sicut in causa proprietatis rei spiritualis de ea non curatur
per c.præsentium.de resti. spol.li.6.& Io.de Imol.in d.c.li
teras.tenuit contra gl.ibi ꝙ non sit differentia in modo co
gnoscendi inter cãm, quæ est de re spirituali & illã, in qua
cognoscitur de quasi possessione rei spiritualis & hoc ratio
58 ne continentiæ & connexitatis. ¶†Quartò principaliter li
cet ex collatione, & prouisione beneficij ecclesiastici ipso
iure ius in beneficio acquiratur.capitu.si tibi absenti. de p̃-
ben.in 6.tamen quasi possessio iuris spiritualis & beneficij
non acquiritur, nisi ex inuestitura facta a persona ecclesia-
stica ad hoc offm̃ deputata.d.c.ex frequẽtibus.d.c.ad hęc.
§.in quadam.de officio Archid.cum simi. Magis ergo erit
necessaria persona ecclesiastica ad translationem & acqui-
sitionem possessionis iudicialiter factam. ¶Quintò est tex.
in clem.vnica, de causa possessio.& proprie. qui beneficia-
lem appellat, siue ea sit super petitorio, siue super mero pos
sessorio beneficij, igitur tanquã ecclesiastica erit per iudicẽ
ecclesiasticum cognoscenda.c.2.ĩ.eo.clem.2.eo.titu.
¶Sextò induco tex.multum practicabilem in clemen.vni-
ca.de sequest.possessio.& fruc. vbi si vna tantum sententia
in causa beneficiali lata fuerit super petitorio, siue super
possessorio contra ipsum possessorem, beneficium, & eius
possessio penes ecclesiasticam personam, & non secularem
sequestrari debet, ex quo infertur, quòd causa super posses-
sorio beneficij cẽsetur potius ecclesiastica, quàm secularis
quoniam si merè temporalis diceretur, penes secularem se
questratio fieri posset, argumen.not.per glo. in c.cum M.
de constitu.
¶Et quoniam tota difficultas huius articuli in respon-
dendo contrarijs consistit, ideo primo respondetur gloss.
in dicto capitulo literas. de iuram. calumnia. quòd illa re-
peritur reprobata a Ioan.Andr.in capitulo præsentium.de
testibus.in sexto,& ab Imola in dicto cap.literas.& Specu.
in ti.

in tit. de iura. calum. §. sequitur. post principium. Posset etiam responderi, vt colligitur ex verbis An. & Abb. in d.c. literas. quòd licet in causis spiritualibus iuramentum calumniæ deferendum non sit: tamen in connexis spiritualibus secus est, vt est causa meri possessorij rei spiritualis ex eo, quòd dispositio d. cap. literas. est a regulis iuris exorbitans, & ideo ad alium casum trahi non debet. ¶ Non obstat secundò, quòd petitorium & quasi possessorium rei spiritualis nihil commune habeant: quia respondetur, hoc verum esse quoad acquirendum, seu amittendum, vt in d. §. nihil commune. non autem quoad cognitionem iudicialem, hæc enim duo coniunctionem & connexitatem maximam habent, argum. d. l. nulli. C. de iudi. & d.c.j. de cau. poss. & proprie. ¶ Tertiò non obstat tex. in d. cap. causam. il 2. qui fil. sint legit. Quia ad hoc allegari non meretur, quoniam ibi iudex ecclesiasticus licet cognoscat de causa matrimoniali, siue illegitimitatis, quæ habet connexam causam matrimonialem ratione spiritualitatis: tamen causa hæreditaria & possessionis bonorum hæreditatis ad iudicem secularem est remittenda, cum illa nec spiritualis, nec annexa spirituali sit, sed merè temporalis, facit tex. in c. tuam. de ordi. cogni.

¶ Non obstat. d. cap. cum sit generale. quia ibi non solùm ecclesiasticus, sed etiam secularis de rebus ecclesiæ inuasis cognoscit; quoniam talis causa censetur esse temporalis, & ideo præuentioni locus est. Vel melius dicas, quòd principalis cognitio in terminis illius tex. pertinere dicitur ad iudicem secularem, qui si negligens fuerit in exhibendo iustitiam ecclesiæ, tunc ad ecclesiasticum recurritur. Ex quo infertur, quòd hæc causa siue fit super petitorio, siue super possessorio, principaliter pertinere dicitur ad iudicem secularem; quoniam dicitur esse causa super re temporali ecclesiæ.

¶ Non obstat tex. in d.c. petimus. 11. q. j. Quia debes exponere ibi rectorem prouinciæ, hoc est Archiepiscopum,
59 † qui rerum ecclesiasticarum dicitur esse rector, vt in cap. primo. & per totum nona, quæstione 3. cap. regula. distinctione 3. & per totum. supra de officio ordina.
60 ¶ † Non obstat, quòd de possessorio recuperandæ dicebatur: quia istud procedit in hoc possessorio propter odium illius, qui violenter inuadit, vt possit conueniri etiam coram iudice temporali, argumento d.c. cum sit. Vel secundò possessorium recuperandæ in beneficialibus nihil habet spiritualitatis, sed merè est temporale, in eo etenim nõ quæritur de canonica institutione, sed solùm de violentia illata, quæ est merè facti temporalis, vt in cap. in literis. de restitu. spoliato.
61 ¶ † Vltimò superest respondere textui. in c. fina. ꝰ. eodem. super quo tenentes contrarium magnam vim faciunt, nam si (vt etiam ibi illum intellexit Ioan. An.) non loquitur de quasi possessione iuris eligendi rectorem ecclesiasticum, sed secularem in castro. Propterea nil mirum si huiusmodi causa per iudicem secularem Fiorentinum cognosci potuit. Quare autem inter monachos lis coram seculari fuerit agitata. Ratio est; quoniam ipsi monachi fuerunt actores, qui, super hac quasi possessione eligendi egerunt contra Communitatem dicti castri, ideo comparere debuerunt coram iudice seculari dictæ Communitatis ex illa regula generali, quòd actor sequitur forum rei, capitu. si clericus. infra titulo proximo. Quare autem idem iudex postea non cognouerit de causa petitorij, ratio est, quia dicta Communitas, quæ sententiam super possessorio contra se habuit, volens litigare super petitorio iuris eligendi contra ipsos monachos, illorum forum sequi debuit, & ideo ea causa coram iudice ecclesiastico tractanda fuit per illam regulã, quòd actor sequitur forum rei, & hæc quò ad hunc
62 articulum sufficiant. ¶ † Deuenio ad tertiam principalem quæstionem Abbatis, quæ secundùm ipsum est Canonistis incognita, vtrum quando pro crimine pœna pecuniaria a lege, vel statuto imponitur, causa dicatur ciuilis, vel criminalis. Abbas in effectu sex opiniones refert, prima fuit Anto. quòd ciuilis censeatur, quando pęna ad cõmodũ priuatum tẽdit, criminalis, cuius finis est cõmodum, & interesse publicũ, mixta uerò, quę de vtroq; cõmodo participat.

¶ Secunda opinio fuit glos. in l. 3. ff. de sepul. vio. ꝙ crimina lis dicatur, quãdo pœna fisco est applicanda, ciuilis autem, quãdo parti offensæ est acquirenda.

¶ Tertia fuit opinio gl. in l. si qua per calũniam. C. de epis. & cler. ꝙ ciuilis semper dicatur, quando pœna est pecuniaria, cuicunq; sit acquirenda, criminalis vero, quando pęna est corporis afflictiua. ¶ Quarta fuit de mente glo. in l. lex Cornelia. ff. de iniu. ꝙ criminalis causa sit, quando pęna est imposita, siue ea sit pecuniaria, siue corporalis, siue fisco, siue parti sit applicanda, ciuilis verò, quando actione ciuili solùm agitur ad damnum, & interesse partis offensæ.

¶ Vltima opinio est Abb. ꝙ propriè criminaliter agi dicitur, quando contra criminosum proceditur, vt durius & acrius puniatur, quam de iure fieri possit, veluti, quando agitur, vt pœna ordinaria delicti imponatur, ciuiliter verò de crimine agi dicatur, quãdo petitur, vt delinquens pęna mitiori, ac leuiori, & nõ ordinaria puniatur, ciuiliter enim intelligitur, hoc est curialiter, vt hic per Abb.

¶ Item omnes opiniones, diligenter considerando, ex ꝰ. dicendis ambiguæ redduntur. Prima enim redditur dubitabilis per tex. in c. per tuas. de simo. in fi. vbi non ad commodum priuatum, sed potius publicum tendit, & tamen ciuiliter agi dicitur.

¶ Secundo illi obstat. l. fi. ff. de priua. delic. & l. fi. ff. de furtis. vbi criminalis causa esse dicitur, licet ea parti offensę sit applicanda, & tunc per viam accusationis proceditur.

¶ Contra secũdam opinionem similiter facit tex. in dictis iuribus proximè allegatis, vbi pœna pecuniara parti, & nõ fisco applicatur, & tamen criminalis causa dicitur.

¶ Tertiæ quoq; obstant iura prædicta, nec non tex. in c. super his. & in c. inquisitionis. ꝰ. de accusatio. vbi pęna parti non applicatur: & tamen causa criminalis nõ dicit, sed potius ciuilis, quæ iura etiam quartæ opinioni aduersantur; quoniã falsum videtur, ꝙ semper dicatur criminalis, quando pro crimine quęcunq; pęna imponat cõtra. d.c. ꝑ tuas.
63 ¶ † Similiter contra omnes opiniones relatas facit. c. tuę. ꝰ. de procura. vbi pęna non applicatur fisco, sed potius parti, hoc est marito, & tamen ciuiliter, seu criminaliter agi non dicitur, imo tũc causa mixta inter ciuilem & criminalẽ cẽsetur, & præcipuè per illũ tex. secunda opinio cõfundi videtur: quoniã ibi iniungitur pœna pecuniaria, id est dotis. c. plerunq;. de dona. inter vir. & vxo. & c. j. vt lit. non cõtesta. Sed tamen non dicitur simpliciter agi ciuiliter, & quãuis Bar. in l. penul. §. ad crimen. ff. de pub. iud. dicat in terminis illius tex. de crimine ciuiliter agi, quia ꝓcurator interuenit, tamen hæc intelligentia videtur contra illũ tex. qui non appellat eam ciuilem, nec criminalem, sed mediã inter vtranq;. ¶ Nec obstat, ꝙ procurator interuenire possit.
64 Nam non infertur, ex hoc, ꝙ tũc ciuiliter agi dicatur, † ad hoc enim vt in causa criminis procurator comparere possit, sufficit ꝙ causa nõ sit merè criminalis, ut in c. ueniens. ꝰ. de accusatio. d. l. penul. §. ad crimen. & uidetur esse text. in l. licet. §. ad actionem. ff. de procurat. ibi, & si pro publica exercetur, priuata tamen est, iuncta gl. & bene facit. l. nõ solum. §. item ait. ff. de procura. vbi tutor de suspecto accusatus potest se per procuratorem defendere, & hoc ex eo, quia causa nõ est merè criminalis cum de suspecto agatur non propter dolum, sed ob culpam etiam latam. l. fi. cum gl. vbi scribentes hoc dicunt. C. de suspec. tuto.

¶ Reperio tamen Alex. de Imo. in rub. C. de iud. dicentem causam dici mixtam in terminis. d. ca. tuæ, quia pœna pro parte marito, & sic parti acquiritur, hoc est dos, & pro parte fisco applicatur, quia separatur thorus, quo casu mulier de crimine puniri dicitur ad utilitatem, & uindictam publicam, argu. l. ita ulneratus. in fi. ff. ad l. Aqui. c. ut famæ. de senten. excommunic. Nam aliquem ab administratione, & officio suo remouere dicitur pœna. l. testamento centurio. ff. de manu. testa. l. moris. ff. de pœnis.
65 ¶ † Hæc declaratio Alex. vera non videtur. primò; quia Docto. pœnam fisco applicari intelligunt, quando pœna est pecuniaria, uel amissio bonorum, quæ bursam fiscalem implet, vt intelligunt glo. & Barto. in l. 3. ff. de sepulc. viola. & Abb. hic in secunda opinione, non autem qñ pro crimine pœna iniungeretur, quæ cõmodum pecuniariũ non cõtineret. ¶ Præterea vt præsupponunt Ant. & Imo. in d.c. tuæ. & habetur in d.c. j. vt lit. non contest. quãdo contra mulierẽ agitur de adulterio ad thori separationẽ simpliciter, nõ dr̃ principaliter, nec in cõsequentiam agi ad dotis amissionẽ, nisi hoc expressè in accusatione fuerit petitũ, & tñ regulariter, ac simpliciter cã illa dr̃ mixta. d.c. tuę. & cõsequẽter ẽt dote non petita, vt ibi, nõ vr̃ ergo verum id, quod inquit Ale. ꝙ mixta censeat̃ propterea, qa dos marito acquiritur.

¶ Alia rõne hæc declaratio Alex. non placet, ꝙ dicatur mixta & consequenter ꝓ parte criminalis: quia fisco applicet̃, remouendo vxorẽ a thoro, nã in primis priuare aliquẽ officio, & administratione & sic iure suo, hoc non operatur, quòd

ꝙ causa censeatur criminalis,imo potius ciuilis, ut in d.c.
per tuas.in fin. Secundò pœna separationis thori fisco non
applicatur,imo potius marito,sicut dotis amissio , nam re-
mouere vxorem a thoro viri releuat maritum ab oneribus
matrimonij,& a grauamine alimentorum,ad quę maritus
uxori tenebatur.l.quod ob vxorem. C.de nego.gest.l. ubi
adhuc.l.pro oneribus.C.de iure dot. ¶Rursus cū ipse vir
esset in quadam seruitute maritali constitutus , ut colligit
ex gl.in c.mulieri.de iureiur.quia coniugium grauis sarci-
na est,& multis calamitatibus opprimitur.c.omnes.33. q.
7.per separationem thori ab hoc iugo,& seruitute & sarci-
na maritus liberat,ergo hæc pęna separationis potius com
modum & utilitatem viri quàm publicam continere cense
tur: vt est de mente glos.in d.c.j.in ver.diffinitiuam,ut lit.
non contest. Et licet respectu vindictæ publicæ hæc pœna
vindictam publicā continere dicatur , tn̄ pro maiori parte
vtilitatem partis offensæ continet . Ex quibus cā ciuilis po-
tius,q̄ criminalis censenda est,& idcirco non sine ministe-
rio tex.in d.c. tuæ. simpliciter illam denegat esse crimina-
lem,sed non dēt,non esse ciuilem,& hoc ratione pręmissa.
Quare magis denominanda est ciuilis, ar.l.quæritur. ff.de
statu homi.c.hermaphroditus.4.q.4. ¶Itē tex.in d.c. tuæ.
opinioni Abb.aduersatur; qm̄ agendo ad separationē tho-
ri,dotisq; amissionem uxor nō punitur pœna ordinaria,&
seueriori , quę prò adulterio imponi posset,vt colligitur ex
illo tex.in prin.iuncto fi.ordinaria enim pœna cēsetur, qn̄
de adulterio mulier accusaret,ut pęna ciuili puniretur,quā
canō ibi approbat,& tūc pcurator interuenire nō dr̄,& tn̄
66 tex.ille non appellat eam esse ciuilē causam. ¶†Tertiò prin
cipaliter ferè contra omnes opiniones facere videtur.d.c.p
tuas.Sed Fran. Areti. Decius & alij Moder.respondent,ꝙ
ibi agitur ciuiliter,quia pœna fisco non applicatur. Quæ re
sponsio duplici respectu non satisfacit. Primò, qm̄ si fisco
non applicatur,nec etiam parti,sed affligitur delinquens p
amotionem ab administratione,ut in d.l. testamento cen-
turio.& in d.l.moris. & tn̄ non deberet dici ciuiliter agi :
cum pœna parti non sit applicanda. ¶Secundò pœna amo-
tionis ab officio & administratione potius dicitur corpora
lis: cum inter pœnas corporales describatur,ut in l. si quis
forte,cum sequen.ff.de pęnis.& propterea potius crimina-
liter agi q̄ ciuiliter dicendum esset,contra illum tex. ¶Con
siderandum tn̄ est,ꝙ contra determinationem.d.c.p tuas.
multum facere uidetur illud,quod dicitur de tutore accu
sato de suspecto,qui si propter dolum & fraudem fuerit ac
cusatus,talis causa dicitur esse criminalis , in qua procura-
tor interuenire non potest.l.non solum.in fin.cum glos.ff.
de procu.l.fi.cum ibi no.C.de susp.tut.Bart.in d. §.ad cri-
men.& plene p scrib.ubi alia ego quoq; legendo dixi. in c.
veniens. j.de accu.optimus tex.in §.suspectus. insti. de su-
spe.tuto. Quod ēt suadetur, quia vbicūq; propter dolū q̄s
ab officio & administratione remouetur,efficitur infamis.
67 ¶ Sed † pœna infamia dicitur corporalis, imo in uiris pro-
bis maior est quam pęna mortis.l.isti quidem.in fine.ff.de
eo quod met.cau.d.l.si quis forte. in fin.cum sequen.ff.de
pœnis. At in casu.d.c.per tuas. prælatus ab administratio-
ne ob dolum tanquam suspectus remotus fuit, vt ibi ; quia
erat de dilapidatione suspectus,ergo cā illa debuit dici cri
minalis,non ciuilis,cuius contrarium uult ille tex. ¶Pro so
lutione dicas,ꝙ quando agitur cōtra aliquem de suspecto,
ut amoueatur , non propter dolum,sed ob culpam latam ,
tunc non dicitur infamari , & consequenter corporaliter
non puniri,ergo non dicetur tunc criminaliter agi,quoniā
in cā illa procurator interuenit, ut in d.l.non solum,in fin.
Bar.in d.l.j.§.sciendum.ff.de suspec. tuto.& in d.l.fi.cum
gl.C.eo.tit.Sed in casu.d.c.per tuas.contra prælatum age-
batur , ut ab administratione prælaturæ amoueretur non
pp dolum,sed ob culpam,ut per illū tex.qui dicit eum tan-
quam suspectum de dilapidatione, & tanquam immeritū
& damnosum esse remouendum,ergo vere suspectus & dā
nosus non erat,quia dictio tanquam,est nota improprieta-
tis,imo veritatem in contrarium pręsupponit: vt in euan-
gelio,tanquam ad latronem venistis,& in ca.dudum . il 2.
s. de electio. In terminis igitur.d.c.per tuas.causa fuit ciui
lis,& in ea procurator comparere potuit , & hunc intelle-
ctum in terminis tradidit Abb. in d.ca. sup his.col. 2.& in
d.c.per tuas. ¶Confirmantur prædicta ex tex.in d.c. super
68 his. vbi quando agitur † de crimine per uiam exceptionis ,
ut ab ordine quis amoueatur,tunc non dr̄ agi ratione doli,
sed solum ut a iudicio excludatur.c.2.de ord.cog.ca. 1. j.
de except.Et ideo non dicitur criminaliter,sed potius ciui-
liter agi,& procurator interuenire potest,ut in d.cap. ergo
idem, in d.c.per tuas.quia ibi tali remedio agebatur, quod
intentatur,non ut principaliter quis puniatur seu amouea
tur ab administratione : nam ibi per uiam denuntiationis
procedebatur,quam charitatiua correctio procedere dēt ,
ut in c.licet heli. de simo.c.qualiter & quando . de accusa.
qui modus agendi fit solum principaliter, vt quis se corri-
gat,non autem,ut puniatur.c.nouit. j.eod. & hac ratione
ibi ciuiliter agi dicitur,ut per gl.in versi.inscriptio. in d.c.
licet heli.& gl.in c.tam literis.in uersi.fœminas. j.de testi.
& est tex.in c.quoniam.eod.titu.quæ omnia sunt notanda
ad declarationem plurium iurium. ¶Et quoniam hucusq;
vt ex prædictis apparet,circa quæstionem propositam nul-
la opinio est sustentabilis,ut nouam, & sextam opinionem
habeamus,quæ forte sustineri in puncto iuris possit,verbis
Callistrati iurecōsulti vtar,de quibus in l.cognitionum. in
prin.ff.de uar.& extraord.cog.qui in simili inquit,Cogni-
tionum numerus cum ex varijs causis descendat , in gene-
ra diuidi facile non potest , nisi summatim diuidatur.
69 ¶ †Ita cum in terminis huius quæstionis numerus cogni-
tionum ex variis causis dependeat, in sex genera hanc ma-
teriam diuidendam esse puto, nam primum genus cogni-
tionis criminis est,quando per uiam actionis ciuilis proce-
ditur,ut generaliter contingit in priuatis delictis.l.fi. ff.de
priua.delic.& ff.de fur.& quandoq; etiam in publicis iudi
ciis,in quibus per uiam quoque actionis agitur,prout diffi
nitur in l.nihil aliud.ff.de actio.& obliga. ut est in crimine
falsi , & uis publicæ, & in aliis quibusdam , de quibus in l.
unica.C.quando actio ciui.crimi.præiud. & tunc hoc ge-
nere agendi de crimine ciuiliter agi dicitur : quia ad com-
modum & interesse priuatum ipsius agentis dicitur agi , si
quidem actiones ciuiles ad priuatum cōmodum sunt insti
tutæ,vt colligitur ex uerbis Bart.in rub. & in l.fi. ff.de pri-
ua.delic.& per eum in rub.ff.de pub.iud. & in extrauagā.
ad reprimen.in uer.accusationem,& est text. insti.de pub.
iud. in prin. ¶Secundum genus cognitionis criminis est ,
quando proceditur per uiam accusationis, cuius tres uidē
tur esse species,alia enim est publica,quando quis de crimi
ne publico accusatur,ut in l. 3.ff.de præuarica. alia dicitur
priuata, quādo quis de priuato delicto accusatur, quamuis
ad vindictam publicam agatur.l.fi.& ibi Bar.ac in rubr.ff.
de priua.delic. nec refert , an hoc modo imponatur pœna
corporalis,vel pecuniaria,quæ fisco,uel priuato sit applicā-
da.Et hic modus agendi per accusationem tam publicam,
q̄ priuatam ad uindictam publicam arguit causam dici cri
minalem,seu criminaliter agi,ut per Bar.in d.rub.& in d.l.
fin.ff.de priua.delic.in rub.de popula.actio.& in rub.iun-
70 cta.l.1.ff.de pub.iudi.cum simi.proximè allega. † Ciuilis
etiam accusatio de crimine reperitur,ut per tex. in l.hac le
ge.C.de proxi.sacro.scri.lib.12.ibi, in acccusatione ciuilis
causæ,vel criminalis,& tex.in d.c.qualiter.il ij. de accusa.
ibi,vt criminalis accusatio,ergo etiam ciuilis datur.Et ciui
lem accusationem forte tex.in d.l.j.sumit pro actione : q̄a
sæpe accusatio pro actione ponitur, vt in l.qui accusare.C.
de eden. & in d.l.unica. C.qn̄ actio ciui.præiu.crimi. & p
Bar.post gl.secundum unam literam in d.rub.ff.de publi.
iud.uel forte melius tex.ille ciuilē accusationem appellat ,
qn̄ agitur,vt pœna pecuniaria ad priuatam utilitatem im-
ponatur,tūc enim est quodāmodo ad instar actionis,vt col
ligitur ex uerbis Bar.in l.agraria.ff.de termi. amo. & in d.
l.3. ff. de sepul. vio. & hic modus ēt procedendi p accusa-
tionē faciet causam dici criminalem,præterquā qn̄ accusa
tio fieret ad separationem matrimonij, uel fęderis quo ad
fędus , vt expressè habetur per Abba. continuando rub. j.
de accus. & ibi scribē.vel qn̄ ad separationem thori ageret,
quo casu non criminaliter,sed potius ciuiliter agi dicitur p
71 tex. in d.c.tuæ.vt supra declaraui . ¶†Tertiū genus proce-
dendi de crimine est,qn̄ p modū inquisitionis cōtra delin-
quentē procedit iuribus. s.allegatis,& tunc si agat,vt pœna
ordinaria , & seuior imponatur,prout cōtingit in casibus,
in q̄bus de iure ciuili pōt de criē inquiri,iuxta no.p Bar.in
d.l.ij.§.si publico.post Io.And.& Rom.in suis singu.quos
supra allegaui,vel de iure canonico in casibus.d.c.inquisi-
tionis,& glos.in d.c.qualiter & qn̄ , tūc causa dicet crimi-
nalis,adeo,ꝙ in illa procurator comparere nō poterit,hoc
enim casu eadē rō militat,quæ viget, qn̄ p accusationē p-
cedit,ergo idē ius. l.illud.ff.ad l.aquil.l. a Titio. ff.de uer.
obli. Si vero per inquisitionem ageretur ad leuiorem pœ-
nam,puta ad amotionē ab administratione,vel ad pœnam
arbitrariā scdm dist.d.c.inquisitionis.& put regulariter fit.

d.c.

d.c.licet heli.& d.c.qualiter.tunc non criminaliter, sed potius ciuiliter agi dicetur, vt habetur expressè per gloss.in c. quoniam. de testi.& Abb.in d.c.super his.col.2.j.eo.

¶Quartum genus procedẽdi est per modũ notorij a principio, & quia tunc agitur, vt pęna ordinaria, & seuerior imponatur.c.euidentia.cum ibi not.de accus.& arg.c. ad nostram.j.de iureiuran. vbi in notorijs solum ordo iuris remissus esse cẽsetur; ergo non alia remissa dicuntur, idcirco causa dicetur criminalis, non autem ciuilis ar.eorum quæ de modo procedendi per accusationem diximus.

¶Quintum genus est per viam denuntiationis, quam charitatiua correctio præcedere debet c.nouit.j.de iudi. d.c. licet Heli.d.c.qualiter & quando. iuncto d.c.super his, & tunc procedi ciuiliter dicetur, non autem criminaliter; vt per tex.clarum, qui sic intelligi debet, prout loquitur, in d.
72 c.per tuas.in fi.& tunc huius ratio est.primo: quia † per denuntiationem principaliter non agitur, vt quis aliqua pœna puniatur, sed solùm, vt se corrigat, & data incorrigibilitate in cõsequentiam est puniendus, vt in d.c. nouit.c. si peccauerit.2.q.1.& habetur per glo.magnam in ver. & cũ proceditur.in d.c.qualiter, & per gl.in d.c. licet Heli.& in c.ex parte.& in ca. tam literis.j. de test.Propterea criminaliter procedi dici non potest. Quod suadetur: quia quoties in consequentiam per viam denuntiationis quis punitur, non pęna ordinaria puniendus est, sed leuiori, hoc est amotionis ab administratione, quo casu potius dicitur pœna ciuilis.d.c.per tuas.iunctis præmissis.

73 ¶†Sextum genus est per viam exceptionis in casu, quo pœna hoc modo esset imponenda: tunc enim criminaliter agi non dicetur, ergo ciuiliter.d.ca. super his, & ratio est: quia quándo de crimine per exceptionem opponitur, principaliter agi non dicitur, vt quis puniatur, sed vt a iudicio excludatur; quia exceptio est actionis exclusio.l.2.ff.de exceptio. c.2.de ordi.cogni.c.j.j.de exceptio. quo fit vt dicatur potius ciuiliter, quam criminaliter agi.

¶At incontrarium est tex.in c.item cum quis.j.de restitu. spo.vbi opponens exceptionem criminis contra agentem de spoliatione non est audiendus: quoniã hoc modo criminaliter agi diceretur, & ideo tanquam inimicus excipiens non est audiendus, contra tex.in d.c.super his, qui expressè dicit; tunc non criminaliter agi.

¶Pro solutione dicas, quod tex.in d.cap.item cum quis.est intelligendus non quando de crimine per exceptionem opponebatur, sed principaliter agendo per modum reconuentionis, vel per viam accusationis, vt innuunt verba illius literæ, ibi, obijciendo crimen agere non potest, & sic principaliter.l.j.ff.de eden.& si diceretur, q excipiens etiã agere dicitur l.j.ff.de exceptio. Respondetur, quòd ad euitandum contrarium magis conuenit illa verba agere non potest, intelligere propriè, quàm impropriè, arg.c.cum expediat.de electio.li.6.l.j.C.de inoffi.dotibus.

¶Nec obstant etiam verba.d.c.item cum quis.ibi, aduersarius ei crimen obiecit, & ibi eum a sua intentione repellat, ac etiã ibi, q illius obiectio &c.quæ verba potius exceptionem, quam modum principaliter agendi demonstrant: qa pro responsione, vt euitetur contrarietas dicas, q illa verba etiam possunt importare, quando principaliter agitur de crimine per modum accusationis, vt facit text.in l.5.ff.de crimi.stellio.& in terminis.d.c. item cum quis. per ca.j.3. q.j.cum glo.ex quo tex.d.c.item cum quis.fuit assumptũ, & tamen verba illa, obijci potest, exponuntur principaliter agendo, ut ibi no. & hæc sufficiant quò ad hanc notabilem quæstionem.

74 ¶†Deuenio ad vltimam q.in qua quæritur, quando a lege, vel statuto pro crimine pœna pecuniaria imposita reperit, nec expressum fuerit, cui applicari deberet, an fisco, an verò parti læsæ sit applicanda. Bar.in l.gratia, ff.de termino, amoto.hunc articulum examinat, quem succinctè hic Abb.sequitur, ex cuius verbis aliquas conclusiones elicio.

¶Prima sit, quando lex vel statutum voluit de crimine procedendum, esse per accusationem vel aliis verbis vtatur, ex quibus inferatur, principaliter ad vindictam publicam de crimine cognoscendum esse, & tunc attento remedio procedendi pœna fisco erit applicanda: nam modus procedendi per accusationem arguit pœnam principaliter ad vindictam & vtilitatem publicam fuisse iniunctam, vt in princi. Insti.de pub.iud.cum simi.s.ad propositum allegatis.

¶Secunda conclusio sit, q si lex vel statutum dicat, de crimine cognoscendum, & puniendũ per viam actionis, tunc pœna parti offensæ applicari debebit: quoniam (vt dictum fuit) actiones ad priuatum commodum repertæ sunt, vt in d.prin.insti.de pub. iudi.cum simi.de quibus.s. & probatur hæc conclusio in l.3.de sepultu..violat. & est optimus tex.in l.mulctarum.C.de modo mulctã.& hoc voluit Bar. in d.l.agraria.

¶Tertia conclusio, q quando lex vel statutum de remedio non prouidet, sed simpliciter, & impersonaliter statuit pro delicto pœnam pecuniariam, in hoc dubio pęna potius fisco, quam parti erit applicanda, quoniam in dubio semper debet censeri pœna imposita principaliter ad vindictã publicam.l.ita vulneratus.in fi.ff.ad l.aqui.c. vt famæ de sen.
75 excõ.†& ideo de mente statuentium fuit per uiam accusationis procedendum esse, ut in l.4.C.de sepul.uiola.& in l. 3.ff.e.in fi.ar.l.iubemus.§.his iudicibus.C.de sacrosan. eccle.& est optimus text.in l.3.§.quod enim.iuncta gl. ff. de
76 crimi.stellio.¶†Addo prædictis, q quandocunque lex, seu statutum non dat remedium procedẽdi, quo casu locus est accusationi, uult tamen pœnam non solum fisco: sed etiam parti esse applicandam, si pars velit partem suam consequi, non per actionem, sed per accusationem agere debet; quia ex quo semel statuta fuit accusatio ad vindictam criminis, non potest remedium illud ad commodum priuatum alterari, & forte talis accusatio respectu partis tunc dicetur priuata vt per Bar.in d.l.agraria.si eius verba bene animaduertantur ibi, nisi aliter exprimeretur. Faciũt no. per Ang.Areti.in §.pęnales.colũ.6.ver.vnũ tñ tene menti, insti.de act.

¶Sed aduertendum est, q in hoc casu proximè relato videtur, q accusatio criminis tantùm sit facienda ad petitionẽ fisci, vel communis, aut eius nomine, & pœna a camerario exigenda erit, illique numeranda, qui postea partem pęnæ parti offensæ soluere debebit, vt videtur inferre verba Bar. in l.senatus.§.senatus.§.de iure fisci. Puto tamen etiã sufficere partem offensam per accusationem procedere fisci nomine ad effectum, vt pęna camerario, seu procuratori fisci solueretur, ac sibi facta solutione camerarius partem pęnæ sine retinebit, & partẽ offenso dabit, vt d.§.senatus.& Ange.in d.§.pęnales.& in tractatu suo maleficiorum.in versi. dandis, vel soluendis.si illud tamen, qđ erat pro pęna soluẽdum antequam de crimine ageretur, reperitur apud eum, qui de pęna participare debet, tunc ille agere posset, & accusare suo nomine, ut pęna sibi adiudicaretur, & partem fisco solueret, vt in l.edicto.in prin.ff.de iure fisci. & per Barto. in d.§.senatus.& excepto hoc casu, vbicũque aliquid inter fiscum & priuatum est communicandum, semper fiscus diuisionem facere debet, & electionem priuato tradere tenetur, vt in l.j.C.de his, qui se differunt.d.l.edicto. in prin.l. 2.C.quan.& quibus quarta pars.lib.10.Bart.expressè in d. §.senatus, in fi.¶Ex quibus infero, q licet quãdo lex vult ad consequendam pęnam actionem cõpetere, vt pęna sit parti applicanda, tamen hoc non procedit, quando lex vltra processit, cauẽdo q pęna pro parte fisco applicari deberet, prout econtra diximus in casu, quo lex voluit per viam accusationis procedi. Ad prædicta optimè faciunt dicta per Bart. in d.l.3.in fi.ff.de sep.viol.dum inquit, q quando lex vult accusationem competere, fisco pęna sit applicanda, nisi nomine fisci aliqua actio moueretur: quia tunc non criminalis, sed ciuilis causa diceretur.l.j. C. de his qui. vt indig.l.j.& l.deferre.ff.de iure fis.

¶Prædicta suadentur: nam licet quis † fisco regulariter sti-
77 pulari non possit.l.arbiter.ff.de arb. Bar. Alexan.& Imo.in l.ita stipulatus.§.Chryso.ff.de verbo. obliga. & argumen. eorum quæ habentur per Bar.in l.cum a socero, & ibi Bal. C.de iure dot.l.illud, & ibi Cast.C.de sacros.eccl.tamen si pro fisco publica persona acceptauerit, vt est notarius, vel iudex, tunc fisco etiam sine cessione acquiritur, vt per Alex.in apostil.ad Bal.in d. l.cum a socero.fisco tamen irreuocabiliter non acquiretur, sicut nec ecclesiæ, nisi secuta ratificatione tacita, vel expressa, argumen.l.Paulus.ff.tem ra.ha.& istud voluit Bal.in l.nec ei.§.satisdatio.ff.de adop.Soc.in l. j.§.si iusserim.ff.de acquir.pos.& in consi.suo.125.colum. 2.li.3.Dec.consi.127.volumine 2.& per eum in regula. l. contractus.de regulis iuris. nunquam enim absenti etiam priuilegiato acquiritur, nisi secuta ratificatione.capitulo si tibi absenti.cum ibi not.de præbend.in 6.& per Bald.in dicta l.illud.C.de sacrosan.eccle.post Pau.Cast. faciunt not. per Alexan.in l.si mihi & titio.ff.de uerborum obligatio. l.absenti.ff.de dona.cum simil. Modo si contingat, quòd in contractu pacis, ut fieri solet. quis stipulatus fuerit pęnam pro parte sibi, & pro parte fisco applicandam, si non fuerit persona publica, fisco nihil diceretur acquisitum,

vt per Barto. in d. l. arbiter. ff. de arbi. sin verò notarius, ut publica persona, aut iudex pro fisco acceptaret, tunc secundum Bar. in l. 1. in fi. prin. ff. de iure fisci. fiscus, uel eius camerarius ad pœnam agere poterit, qua sibi soluta partem priuato contrahĕti dare debebit, ut per Bar. in d. l. senatus. §. senatus. & hoc seruari vidi.

78 ¶ † Pro fisco etiam, ac eius nomine quilibet priuatus ad vtilitatem fisci agere poterit, vt per Alex. in apost. ad Bart. in d. l. j. in prin. ff. de iure fisci. qui ad hoc plura allegat. & in simili facit tex. cum ibi no. in ca. si quis presbyterorum. ĵ. de rebus ecclesiæ non alien. & ex his, diuina fauente gratia, sit expedita hæc Rubrica, de iudicijs.

SVMMARIVM.

1 *Conciliorum genera sunt quatuor, vsque ad nume. 3.*
2 *Primates qui sint.*
3 *Papa in omni iurisdictione ordinaria cum omnibus ordinarijs concurrit.*
4 *Concilium, de quo in hoc text. vtrum fuerit generale, vel prouinciale.*
5 *Concilium generale, cui Papa præest immediate, nullam habet iurisdictionem, sed tota apud Papam residet, si verò absente Papa, per legatos expediretur, Papa ordinariā legati autem delegatam iurisdictionem haberent.*
6 *A sententijs concilij, cui Papa immediate præsit, non appellatur.*
7 *Statuta concilij prouincialis quando ius generale faciant.*
8 *Contumax etiā dolosus antequam de crimine liqueat, pœna ordinaria non punitur, sed excommunicatur.*
9 *Pactum præter ius commune ad sui præiudicium factum aliquid vltra operari debet.*
10 *Pactum inter virum & vxorem tempore traditionis dotis factum de restituenda dote infra longius tempus, quam velit ius commune, an valeat, & mulier interim alimenta ab hæredibus mariti consequi debeat.*
11 *Prouisio hominis specialis facit cessare legis prouisionem.*
12 *Mulier tempore datæ dotis non potest pacisci de die longiori restituendæ dotis vltra ius cōmune ad sui præiudiciū.*
13 *Pactum de restituenda dote infra tempus a lege statutum valet, & vltra ius commune operatur, vt interim mulier ab hæredibus non sit alenda.*
14 *Mulier incontinenti soluto matrimonio potest cum marito pacisci de longiori tempore dotis restituendæ.*
15 *Dotans mulierem potest tempore promissæ, vel datæ dotis de longiori tempore restitutionis pacisci, sed non post.*
16 *Mulier habens, vnde se alat, potest petere ab hæredibus mariti alimenta sibi debita.*
17 *Papa ab inferiori, cuius iudicio se subiecerit, iudicatur.*
18 *Cōcilium prouinciale causas criminales episcoporum olim cognoscebat, & an illas conuentione partium decidere valeat. num. 19.*
20 *Litigans mecum ciuiliter iustè est meus aduersarius. Aduersarij appellatione in statutis quis contineatur.*
21 *Statutum non trahitur ad casum fictum, nisi is a iure antiquo per modum regulæ esset verò æquiparatur.*
22 *Filius spurius legitimatus an comprehendatur sub statuto exclusiuo fœminarum propter masculos.*
23 *Filius legitimatus a lege antiqua filio legitimo & naturali per modum regulæ æquiratur.*
24 *Arrogatus in filium ab auo materno, an comprehendatur sub statuto fœminarum propter masculos exclusiuo.*
25 *Arrogatus ab auo materno, & legitimatus quoad iuris effectus æquiparantur.*
26 *Statutum fœminarum propter masculos exclusiuū est principaliter fauorabile.*
27 *Litigantes ciuiliter inter se etiam de re iusta inimici dici possunt, & an hoc verum sit, si de re particulari litigēt, numero 31.*
28 *Inimicitia ex lite criminali iusta, vel iniusta oritur, & an sit grauis, & capitalis, vel leuis, vt a testificando, & ab accusando repellat.*
29 *Inimicitiæ prouenientes ex quæstione status, aut omnium bonorum, vel maioris partis, graues, & capitales simpliciter dicuntur, & a testificando, accusandoque repelluntur, num. 30.*
32 *C. item cum quis. de rest. spol. intellectus.*
33 *Inimicitiæ causa, & cuius culpa, factoq; prouenerit, non cōsideratur ad cognoscendum, an ea sit grauis, vel leuis. Fallit in priuando legatarium relicto sibi facto ratione inimicitiæ, & in inimicitia dolosa.*
34 *Aduersarius meus in lite ciuili datus mihi iudex in alia causa, tanquàm suspectus recusari potest: & quid si causa iam finita, & omnino extincta esset. nu. 37.*
35 *Tutor habens litem mecum ratione rei pupilli datus mihi iudex in alia causa potest tanquàm suspectus recusari.*
36 *Argumentum de ecclesia ad pupillum, & econtra, an & quando procedat.*
38 *Aduocatus contra me dicitur aduersarius, & non inimicus meus.*
39 *Ex spoliatiōe rei particularis an grauis inimicitia oriatur.*
40 *Citatio in iudicio contentioso authoritate iudicis, & ad instantiam partis fieri debet.*
41 *Citatio descripta in actis an cum omni solennitate facta præsumatur, & præsertim ad instantiam partis. nu. 48.*
42 *Citari aduersarius propria authoritate non potest.*
43 *Citatio legitima in iudicio contentioso quot ad esse illius requirat.*
44 *Verba legis facti enuntiatiua, & super illo disponentia non solum id factum probant, sed etiam ex ijs ad iuris decisionem inferre possumus.*
45 *Verba enuntiatiua principis superiorem non recognoscentis de facto suo proprio fidem plenam faciunt & præsumptionem iuris & de iuris pariunt.*
46 *Citatio legitima in iudicioso contentioso an partis instantiā necessariò requirat.*
47 *Citatio in actis est describenda, ad cuius instantiam fuerit facta.*
49 *Citatio de mandato iudicis facta non præsumitur, nisi expressè constet.*
50 *Citatio in quibus casibus ad partis instantiam in dubio facta præsumatur.*
51 *Scripturæ solennitas ad actum requisita nunquam in dubio præsumitur.*
52 *Actus iudicialis expensam pecuniariā exposcens ad illius petitionem factus præsumitur, qui expensas soluere dēt.*
53 *Actus in iudicio, vel extra factus ad illius instantiam factus præsumitur, ad cuius fauorem principaliter tendit.*
54 *Solennitas extrinseca, & intrinseca quæ sit.*
55 *Pro mandato nunquam præsumitur, etiam diuturnitate temporis interueniente.*
56 *Iudex potest super meritis causæ ad instructionem suam interrogare partes ante, & post litem contestatam.*
57 *Verbum promitto, quandoq; pactum, quandoq; pollicitationem, & quandoq; stipulationem importat.*
58 *Iudex vt publica persona alteri sibi subdito stipulari pōt.*
59 *Pactum de litigando ad hoc, vt exceptiones declinatorias excludat, fieri debet in principio causæ post citationem, antequam iudex sua iurisdictione vtatur.*
60 *Iudex reum interrogare potest ad effectum remouendi non solum exceptiones declinatorias, sed quascunque dilatorias.*
61 *Excommunicationis exceptio quandocunq; in qualibet parte iudicij opponitur, & nu. 64.*
62 *Pactum de non declinando, & pactum de prorogando iurisdictionem differunt.*
63 *Exceptiones declinatoriæ & dilatoriæ quomodo aliter, quàm per litis contestationem tollantur.*
65 *Exceptio dilatoria, vel declinatoria ex noua causa superueniente, vel iustè ignorata post litē cōtestatā opponi pōt.*

66 In-

eus de iure ciuili.

148 *In obligationibus facti de iurecanonico non succedit obligatio ad interesse.*

149 *Pactum prorogans iurisdictionem iudicis non sui ab altera parte tantũ reuocari nã põt, secus ab vtraq; & re integra.*

150 *Pactum factum per viam stipulationis etiam ilico, & re integra reuocari non potest, secus in pacto nudo.*

151 *Pactũ iurisdõnis prorogatiuum est re integra reuocabile.*

152 *Pacti prorogatiui iurisdictionis, & pacti de litigando cum aduersario, & pacti de non declinando iurisdictionem iudicis sui differentia.*

153 *Iurisdictio ordinaria extenditur de persona ad personam.*

154 *Prorogatio iurisdictionis qñ sit fauorabilis, & qñ odiosa.*

155 *Pactum de non declinando solum ius partium tollit, pactũ verò prorogatiuum iudicis ordinarij ius tollit.*

156 *Pactũ de non declinando a solo consensu partium depẽdet, pactũ vero ꝓgatiuũ iudicis quoq; consensum exposcit.*

157 *Ius spe, & ad rem facilius tollitur, quamuis in re.*

158 *Iurisdictio prorogata per pactum de litigando de præsenti an iudici statim acquiratur reuocabiliter, vel irreuocabiliter, an verò necessaria sit lit. contest. vsq; ad n. 164.*

159 *Litis contestationem plures actus præcedere possunt.*

160 *Papa iurisdictioni imperatoris, aut alterius laici se de iure subijcere nequit, sed solum de facto.*

161 *Iurisdictio per pactum expressum extraiudiciale irreuocabiliter non prorogatur, nisi aliqs actus in iudicio postea fiat, ex quo tacitus consensus partiũ purus inferatur.*

162 *Iurisdictio statim irreuocabiliter prorogatur per pactum in iudicio coram iudice acceptante factum.*

164 *Iurisdictionis prorogatio semel irreuocabiliter facta in alia instantia effectũ habet, et si cũ cautione facta sit, ad præiudiciũ fideiussoris vltra instantiam nõ extendetur.*

165 *Prorogans iurisdictionem an quando, & vsque ad quod tẽpus potest se ipsum pęnitere.*

166 *Prorogatio iurisdictionis extraiudicialiter per stipulationẽ fcã reuocatur, si interesse, vel pęna adiecta soluatur.*

167 *Stipulatio actui sui natura reuocabili adiecta facit ipsum irreuocabilem.*

168 *Stipulatio quando, & quomodo naturam contractus, cui adijcitur, assumat, & quando non.*

169 *Pactum nudum iurisdictionis prorogatiuum exceptionem, haud actionem parit.*

170 *Pactum nudum iurisdictionis prorogatiuum non seruans actione de dolo conuenitur ad interesse, vel ad pęnam pacto adiectam.*

171 *Princeps non præsumitur aliquid in præiudicium tertij cõcedere, quamuis motu proprio concedat.*

172 *Pęna pacto nudo apposita facit, ut nõ liceat ipune pęnitere.*

173 *Ex pacto nudo prorogatiuo iurisdictionis, & extraiudiciali de iure canonico oritur actio ad obseruantiã pacti, uel ad soluendum interesse, aut pœnam.*

174 *Pęna conuentionalis adiecta obligationi facti de iure canonico eatenus debetur, quatenus interest, & non vltra.*

175 *Pactum nullum secundum ius canonicum est nudum.*

176 *Et an hoc hodie ratione peccati in quocunque foro ꝓcedat.*

177 *Prorogatio iurisdictionis ab utraq; parte reuocari põt, sed non ab altera, & ea non solùm in consensu partium fundata est, sed etiam in legis dispositione.*

178 *Interesse proueniens ex reuocatione pacti prorogatiui corã quo iudice peti possit.*

179 *In obligationibus facti iudicialibus non succedit obligatio ad interesse.*

180 *Mulier ad dotis restitutionem in quo loco agit.*

181 *Qualitas respiciens dispositionem simpliciter præcedentem non censetur repetita in dispositione sequẽti accessoria.*

182 *Pactum iurisdic. ꝓgatiuum iuratum an reuocari possit.*

183 *Iurm̃ in compromisso intelligitur, si laudum fuerit æquum.*

184 *Iuramẽtũ præcise ad vnguẽ, & nõ per eqpollẽs seruãdũ est*

185 *Iuramentum in obligationibus facti etiam contra naturam obligationis ligat.*

186 *Iuramentũ in contractibus innominatis pęnitentiam tollit.*

187 *Iuramentum continet clausulam, vt actus ualeat omni meliori modo.*

188 *Iuramentum omnino seruandum est, quando absque interitu salutis æternæ seruari potest.*

189 *Iuramentum quando intelligatur assumere naturam actus, super quo interponitur, & quando non.*

190 *Iuramenti natura multiplex est.*

191 *C. dilecti. de foro comp. declaratio, & intellectus.*

192 *In alternatiua locorum, & remediorum electio est creditoris, secus in alternatiua rerum.*

193 *Destinata in loco solũ iurisdõnem irreuocabiliter prorogat.*

194 *Promittens soluere in loco certo specificato inuitus in illo respondere cogitur, si ibi reperiatur, neque reuocare potest, & si non soluerit, poterit in loco sui fori conueniri actione arbitraria ad interesse creditoris, nu. 198. et an possit in illo loco conueniri, in quo realiter contraxit, si ibi forum aliter non sortiebatur, nu. 199.*

195 *Promittens respondere, vel soluere in loco certo specificato etiã si ibi nõ inueniatur, cogi poterit in illo respõdere.*

196 *Promittens in certo loco soluere cum renuntiatione sui fori potest in loco sui iudicis ordinarij conueniri ad faciendam remissionem ad iudicem destinatæ solutionis.*

197 *In contumacia maxima constitutus a quolibet iudice põt ad suum iudicem remitti, ac in causa ciuili propria domo extrahi, & realiter citari.*

200 *Forus domicilij cuilibet foro accumulatur.*

201 *L. exigere. ff. de iudicijs. declaratio.*

202 *Promittens soluere in pluribus certis locis copulatiuè, uel sine copula specificatis, quomodo soluere debeat.*

203 *Et quid si promittat soluere cum ediectione clausulæ vbicunque locorũ: & quid hæc clausula per se, aut cum alijs locis spãliter, & copulatiuè noĩatis operetur, vsq; ad n. 207. et qd de clausula, vbicũq; creditor uoluerit. n. 206.*

204 *Promissio de soluendo Caio & Titio, & oĩbus hominibus de mundo, solum nominatis facta intelligitur.*

205 *Verba generalia postposita ad similia expressis referuntur.*

208 *Promittens soluere in pluribus locis alternatiuè quomodo conueniatur.*

209 *Promittens soluere in pluribus certis locis copulatiuè, & generaliter in quocunque alio loco alternatiuè, quomodo conueniri possit, & quid econtra num. 210.*

211 *Ratione criminis quando, & qualiter quis beneficio ecclesiastico priuari possit, remissiuè.*

212 *In excõmunicatione ob contumaciã an citatio requiratur.*

213 *Contumacia notoria & manifesta quoad excõicationem, aliasq; mulctas imponendas aliã citationem non exigit cuius rationem vide nu. 219.*

214 *Sententia diffinitiua absque citatione ferri potest, quando certum est, nullam absenti defensionem competere.*

215 *Cõtumacia manifesta, & contumacia notoria differunt, et quæ sint.*

216 *Contumacia non notoria quò ad mulctã & pęnam arbitrio iudicis contumaci infligendam nouam citationem requirit, & quomodo hoc procedat.*

217 *Iudex certam pœnam, vel mulctam comminatus potest absque noua citatione contumacem punire.*

218 *Mulcta, quæ ratione contumacie infligitur, arbitrio iudicis imponi dicitur.*

219 *In contumace puniendo requiritur iudicis ꝓnũtiatio, per quã declaretur, ipm̃ fuisse cõtumacẽ, & an hoc verũ sit.*

220 *Cõtra cõtumacẽ quõ iudex pronũtiare, & procedere dẽat.*

221 *Contumax in expensis absque noua citatione condemnatur quod limita vt hic.*

222 *Expensarum taxatio nouam citationem requirit.*

223 *Delinquens sæpius circa idem quõ a iudice puniri possit.*

224 *Delictũ ex reiteratione grauatur ad effectũ augẽdi pęnam.*

225 *Citari quis nullo mõ sine iudicis lñia, & authoritate põt.*

226 Debitor

226 *Debitor fugiens sine lr̃a iudicis capi, & ad iudicẽ duci pt.*
227 *Creditor an ꝑpria authoritate possit verbaliter citare debitorẽ corã aliquo iudice quò ad effectũ ꝑueniẽdi iurisdõnẽ.*

Cap. De Quouultdeo.

DIVERSIMODE scrib. hunc tex. intelligunt, vel ꝙ loquatꝰ de iudice suo non declinando, vt uoluit gl. nostra, vel de iudice nõ suo non declinando, & scd̃m vtrũq; intellectũ doc. variis modis summant, vt colligitꝰ ex verbis Moder. & p̄sertim And. Barb. Primũ intellectũ sequitꝰ Abb. sed vtrũq; cõprehendẽdo ita summari põt, si quis in iudicio sistere promiserit, deinde cõtumax fuerit, excõicetꝰ, non aũt de cã principali dãnetur. Diuiditur, vt hic p doc. ¶ Præmitto tñ, ꝙ hoc verbũ de Quouultdeo fuit nomẽ propriũ epi Canturien. scd̃m gl. j. & 2. & est casus datiui, qui regitꝰ a verbo cõicet, & relatiuũ quẽ exponatꝰ ꝑ qui, vt sit figura antiposis, vt per gl. in ca. forus. in ver. parte extra. de uerb. sig. iuxta illud euãgelij. Sermonẽ quẽ audistis non est meus. Hæc lec. non placet, cũ alius sit datiuus casus hic, qui ab illo verbo cõicet, regitur. Nec placet, ꝙ ponatur casus pro casu, cũ possit accusatiuus proprie intelligi, vt intelligũt Host. & Im. qui dñt istud verbũ de Quouultdeo separatim esse legendũ, vt de, stet tanquã præpositio, & Quouultdeo sit ablatiui casus, sensusq; sit. Placuit concilio Aphricano de Quouultdeo epo Cãtuar. vt nullus eidẽ cõicet &c. ¶ Ex verbis Abb. in j. no. duo eliciuntꝰ, primum ꝙ dũ hic tex. loquitꝰ de cõcilio simpliciter debet intelligi de ꝓuinciali, & nõ de vniuersali, & hæc est cõis sñia Ant. Abb. & aliorũ, & ex hoc (vt infra apparebit) magnus effectus erit. Scd̃m colligitur, ꝙ criminales causæ non solũ inferiorũ clericorũ, sed etiã episcoporũ olim in concilio prouinciali cognosci poterãt, & cõcilium prouinciale dr̃, cui Archieps, vel Patriarcha, seu Primas præesse
1 dr̃, q aũt hi sint, hr̃ in c. cleros. 21. di. ¶ † Priusquam ad horum duorũ discussionẽ condescendã p̄suppono, quatuor esse gñã cõciliorum, tria solũ refert gl. in sum. 17. di. Imo vero quatuor in c. graue. col. vj. de præb. vnũ em̃ vniuersale, seu generale dr̃, aliud prouinciale, tertiũ diocesanũ, uel synodale, quartũ religiosorũ, gñale regulariter fit, & congregatꝰ authoritate solius Papæ, & expedit ipso p̃nte, vel vno, aut pluribus Legatis apostolicis ad hoc specialiter deputatis. c. significasti. de elec. c. regula. 3. dis. c. nec licuit. & c. regula. 17. dist. quale est nunc conciliũ Tridẽtinũ, quod authoritate Papæ fuit congregatũ p̃ntibus Legatis ad hoc spãliter deputatis, & si contingeret aliter quã authoritate sedis Apostolicæ cõgregari non conciliũ, sed synagoga diceretur. c. multis. 17. di. & hmõi conciliũ constat ex cõuētu oĩum eporum, & p̃latorũ administrationẽ ac iurisdõnẽ ecclesiasticã hñtium, ad qd̃ oẽs epi, & prælati totius orbis sunt conuocãdi, & iõ dr̃ vniuersale. c. j. 15. dist. §. j. 18. dist. ¶ Quo aũt ordine sedeant, & loqui dẽant illi patres in concilio existentes, hr̃ in c. fi. & ibi scrib. 17. dist. ¶ Prouinciale aũt conciliũ appellatꝰ, quia regulariter fit, & congregatꝰ in prouincia authoritate Archiepi metropolitani, qui oĩbus epis, p̃latis, & clericis prouinciæ p̄esse dr̃, ꝙ congregari pt nõ solũ authoritate Archiepi, sed etiã Primatũ, vt p glo. d.
2 sum. & in ca. regu. 3. dis. & hoc præsupponit Abba. ¶ † Sed vr̃, q idẽ sit primas, & Archieps, vt d. c. cleros. contra gl. in d. sum. nisi diceres, ꝙ gl. primates appellat illos Archiepos ad differentiã aliorũ archiepiscoporũ, qui vltra quinque principales Patriarchas appellantur Patriarchæ, q propriẽ primates sunt, quinque enim principales sunt patriarchæ, Romanus, Constantinopolitanus, Alexandrinus, Hierosolimitanus & Antiochenus. Præter hos alii quoq; dñr patriarchæ, vt Aquilegiensis, Cantuarien. & Bituricẽ. qui vltimi licet sint archiepiscopi, tñ primates appellãtur, vt est de mẽte gl. in ver. archiepiscopis. d. c. cleros & de his primatibus loquitur Abb. hic & gl. d. summæ. q dũ dicit conciliũ prouinciale posse sine authoritate primatis congregari, intelligi debet, qñ archieps, seu primas nollet, uel nõ posset facere congregari, alioquin absq; consensu, & p̃ntia primatis fieri posset congregatio authoritate sui archiepi vt in c. j. 18. dis. & c. 2. 92. di. & hoc mõ intelligas. d. c. regula. consistit aũt hoc conciliũ ex episcopis, suffraganeis, prælatis & clericis dũtaxat ipsius prouinciæ. c. de conciliis, & per totũ. 18. dist. c. concilia. 17. dist. in contrariũ vr̃, ꝙ concilia prouincialia solũ sint congreganda authoritate Apostolica. c. synodũ. d. c. concilia. & d. c. regulo. 3. dis. solutio. Papa potest in subsidiũ facere congregari, deficiẽte archiepiscopo, vel eo existente ꝑ aliquã cãm papa ipsum puenire põt. & hoc mõ intelligo iura in contrariũ, & cap. nec licuit. 17. dist. nã si Papa, qui est pater patrũ, conciliũ vniuersale facere congregari põt, multo magis prouinciale, cum
3 † ipse sit ordinarius ordinariorũ, & in iurisdõne ordinaria cum oĩbus concurrere dicatꝰ, tã in contẽtiosa, quã in uolũtaria. c. cũcta per mundũ. 9. q. 3. c. hi qui. c. si a sede. de p̃b. in vj. c. duobus. de rescr. e. lib. Bal. in l. rescripta. col. pe. C. de præc. impe. offe. ¶ Tertiũ genus concilij ep̃ale, seu synodale dr̃, q authoritate epi in sua diocesi quot annis cõgregari dẽt, & consistit ex clericis, & prælatis suæ diocesis tantũ. Hinc dr̃ diocesanũ ad dñam prouincialis, ut per d. glo. summæ. c. placuit. 12. q. 2. gl. in c. pp. §. annis. & ca. fi. 17. q. j. & 18. q. 2. ¶ Quartũ dr̃ conciliũ conuentualiũ, qd̃ ꝑpriẽ appellatur capitulũ, & congregatꝰ authoritate Abb. & prioris generalis, qui religioni suæ præsunt. c. in singulis. & ca. ea q. de sta. mo. Imo. in d. c. graue. col. 6. & hoc cõcil. sæpe congregatꝰ authoritate Papæ per prædicta. ¶ Stantibus his
4 vtrum conciliũ, de quo hic fit mentio, fuerit gñale, vel † ꝓuinciale, doc. cõiter intelligunt fuisse ꝓuinciale. Dec. vero voluit fuisse gñale primo per hunc text. in inscriptione ibi ex Aphricano concilio, qd̃ fuit gñale, & sæpius authoritate apostolica in Aphrica de epis totius orbis celebratũ vt legitur in c. prima. il 2. 16. distin. vbi hr̃ de primo cõci. Aphrica. de tertio in c. petimus. 16. q. j. de quarto hr̃ mentio in c. j. 4. q. v. in c. j. de pac. in c. j. de arb. & ca. non hñti. 12. q. 2. cũ si. ergo de generali cõci. tex. hic loqui vr̃. ¶ Scdò hic fit mentiò simpliciter de conci. ergo licet in dubio debet intelligi de excellentiori, quale est gñale, arg. l. j. §. qui in perpetuũ. ff. si ager vec. vel emphy. §. sed ius quidẽ insti. de iu. na. gen. & ci. Qd̃ aũt gñale sit excellentius, ꝓbatꝰ attenta authoritate, qua celebratꝰ, arg. d. c. cleros. & d. c. cuncta per mundũ. c. per uenerabilẽ, de elec. iuncto. d. c. regula. ¶ Tertio hoc infertꝰ ex verbis finalibus huius literæ, quę p̄supponunt contra ep̃m fuisse de criẽ ꝓcessum ad priuationẽ episcopatus, sed hoc non ꝑtinet ad conciliũ prouinciæ. c. quis. c. accusatus. 3. q. vj. sed ad Papã, vel gñale conciliũ, ut ꝓbat tex. in c. vnico. 4. q. 5. ergo &c. ¶ Et ꝙ conciliũ gñale possit deponere, sicut Papa suadetꝰ, q a illud fit solum authoritate Papæ, ergo id, qd̃ in eo fit a Papa ꝓuenire dr̃, nã oĩa nostra facimus, q bus oẽm authoritatẽ nostram impartimur. l. j. §. omnia. C. de ve. iu. enu. imo Im. in d. c.
5 graue. col. 7. inquit. ꝙ † qñ Papa immediate concilio gñali p̄est, totalis iurisdictio apud solũ Papã residere dr̃, q totalẽ potestatis plenitudinẽ hẽt. c. proposuit. de cõces. p̃bẽ. c. quanto. cũ gl. s̃. de transla. epi. gl. in ca. sunt quidẽ. 25. q. j. alij verò epi, & prælati hoc casu iurisdõnẽ aliquã habere nõ dñr, sed potius loco consultorũ hñr, vt ibi per Im. si verò conciliũ, abñte Papa per suos legatos ad hoc deputatos expediretꝰ, tunc iurisdictio ordinaria censeretur esse penes Papã, delegata vero penes Legatos & conciliũ, ar. l. a iudice. C. de iud. c. sanẽ. de offi. deleg. hæc expresse inferuntur
6 ex verbis Imo. q Papæ multũ fauent. ¶ † Ex quibus infertꝰ, ꝙ in primo casũ a sñijs & factis concilij non appellatꝰ, q a a Papa non appellatꝰ, cũ de se ipso ad se ipsum non dẽtur appellatio. c. nemo. c. cuncta per mundũ. 9. q. 3. c. 2. vbi bona gl. de consuetu. li. vj. scdò verò casũ a concilio, & sic a Legatis ad Papã esset appellandũ, qui hẽret corrigere, & iudicare de factis concilij, & a delegato Papæ ad papã appellatur. c. sup qõnũ. §. porrò. de off. dele. & hoc est regulare, ꝙ a delegato ad delegãtẽ appellatur. l. j. ff. quis & a quo. ¶ Redeũdo ad casum nostrũ, licet hic in fi. dicatꝰ, ꝙ eps non potuit ep̃atu priuari, non tñ sequitꝰ, ut per Dec. ꝙ glo. loquatꝰ de prouinciali, qd̃ deponere non põt. Quia r̃ndetur, ꝙ eps non potuit deponi ex sola contumacia anteq̃ liquerit de cã criš, ut in c. rursus. c. quicunq;. 11. q. 3. glo. in d. sum. 3. qu. 9. Præterea & scdò hæc inductio Dec. nil facit nouiter hunc tex. intelligendo, qui rectẽ intelligenti non probat, nec loquitꝰ aliquo modo de depositione, quæ ad gñale conciliũ pertinet, sed de amotione ab ep̃atu, vt clarẽ ex ipsis verbis apparet, quia diuersa sunt deponere ep̃m & amouere ip̃m ab ep̃atu, hoc est ab administratione, primũ ad prouinciale nõ ꝑtinet, scd̃m illi interdictũ nõ reperitꝰ ¶ Quarto principaliter hæc opinio Dec. confirmatur. Nã hic canon est gñalis quò ad oẽs, arg. c. j. s̃. de cõsti. ergo nõ a ꝓuinciali, sed a generali concilio editus fuit, quia gñale canonẽ gñalẽ facit, prouinciale verò ꝓuincialẽ, & particularem,

7 rē,vt per gl.in sum.3.di.q̄uis statuta † concilij prouincia-
lis qn̄que ius gn̄ale faciant,& hoc qn̄ vel a Papa, uel a con-
cilio gn̄ali confirmantur;& recipiunt, vt faciant ius gn̄ale
arg.d.l.j.§.omnia.& in c.j.j.de loca.vbi statutū Legati,ꝙ
dicit particulare.d.c.fi.de off.le.efficitur gn̄ale, qn̄ a papa
vel concilio receptū fuit.d.c.1.de loca.¶Et sequendo opi.
Dec.ipse inquit non obstare id,quod dn̄t doc. cōiter intel
ligendo,ꝙ dū in vsucapione fit mentio de concilio, loqua
tur de gn̄ali, in nigro verò de particulari. Qm̄ hæc intelli
gentia scd̄m Dec.est diuinatiua,ergo reijciēda,ut in auth.
de testa.imper.in fi.prin.& ideo nigrū dubiū a rubro cer
tō est interpretandū, vt per scrib.in rub.ff. de reb. credit.
¶Vltimò hæc opi.Decij p hunc tex.corroborat, qui psup-
ponit;epm citatū a concilio cōparuisse, ergo infertur, ꝙ a
concilio cogi poterat ad cōparendū,quia si certū,& noto-
riū fuisset,ipsum non debuisse cōparere, potuisset istud iu
stè denegare,nec ob hoc de contumacia potuisset puniri,
vt p gl.no.in c.si eps.3.q.2.gl.in l.si quis aliena.ff.de iudi.
& in l.2.in prin.ff.si quis in ius vo.nō ie.at eps rōne cōtu-
maciæ a concilio excōicari potuit,ergo infertur, text.loq.
de generali,corā quo eps comparere tenet. ¶ Quicq̄d di-
xerit Dec.intellectus cōis mihi magis placet, qm̄ illi nihil
obstat,quominus in inscriptione dicat fieri mentio de ge-
nerali,in nigro aūt de prouinciali. Quod patet, quia si in
nigro de gn̄ali loqueret,frustra hic consideraret conuētio
& promissio de litigando coram concilio,cum absque illa
conciliū potuisset de cā accusationis ep̄alis cognoscere, iō
ne conuentio de litigando fuerit frustratoria, dēt intelligi
hic tex.de concilio prouinciali, ad quod non pertinet de-
terminare de causa depositionis epi, iuribus sæpe allegatis
ex quibus cessat id,quod dicebat Dec. ꝙ intelligentia cōis
dicat diuinatiua,cū aperte ex verbis literæ colligat, & con
sequenter cessat aliud motiuū,ꝙ simus in dubio, & idcir-
co de concilio potentiori intelligi dēat.¶Non obst.ponde
ratio facta de hoc tex.in fi.dū Decius cōsiderat cōparitio
nem epi,ac depositionē & priuationē ep̄atus, quia rn̄det,
ꝙ conciliū prouinciale non potuit ante cognitionem crīs
epm priuare,hoc enim primū non pertinet ad concilium,
sed solū cognoscere, & idcirco hic in fine epm potuisse
8 priuari denegatur.Scdò qa † ob solā contumaciā etiā do-
losam anteq̄ de crīe liqueat, vt quia simul in principio cāę
non pōt quis puniri,neq; pena ordinaria dānari, sed solū
excōicari.d.c.rursus.c. quicunq;.11.q.3.& per glo.3.q.9.
Tertio, vt dictum fuit, hic necessario non probatur, ꝙ con
tra epm de crīe ad depositionē ageretur, imo potius text.
innuit,ꝙ simpliciter ad amotionē episcopatus,& hoc con
cilio prouinciali interdictū non reperit. Vel quarto posset
etiā attentari,ꝙ intelligendo de concilio prouinciæ, illud
in terminis huius literæ poterit epm dānare, seu iudicare
esse deponēdum ad effectū, ut promissio de litigando co-
rā concilio frustratoria non dicatur,nam opabitur,ꝙ licet
alias regulariter conciliū non possit epm deponere, sed so
lū cām depositionis ventilare,ut in c.q̄uis.3.q.6.tn̄ vbicū
que eps accusatus cū aduersario conuenisset corā cōcilio
litigare,pactū istud operat,ꝙ etiā deponere valeat, ne pa-
ctum sit frustratoriū,ar.l.si qn̄.in prin.ff. de leg.1.& opti-
mè inseruiunt ea q̄ hn̄t per Sal. in l.licet.circa fi.C.lo.ubi
si inter conductorē & locatorē fuerit conuentū,ꝙ locator
in casu sterilitatis, vel alterius casus remissionē facere te-
neat,ratione huius pacti locator etiā pro modica læsione
remissionē facere tenebitur, q̄uis regulariter non teneat,
nisi modū excederet,scd̄m,ꝙ habetur in ca.pp sterilitatē.
9 j.de lo.cū sim.¶ Præterea quoties quis præter ius cōe pa
ctū ad sui piudiciū fecit,illud semper est intelligendū, ut
aliquid ultra operet,ueluti plura exēpla adducit Ro.in sin
gu.474.inci.emphyteuta,opti.tex.cū gl.in l.2.C.cōia vtr.
iu.vbi pactū partiū operat,ut sn̄ia lata ab incōpetenti iudi
ce saltē valeat vt pactū,q̄uis ipso iure non valeret vt sn̄ia.l.
10 fi.C.si a non cōp.iu.¶ Addo casum similē, & notandum,
qn̄ inter virū & uxo.tpe traditionis dotis facta fuit conuē
tio,ꝙ dos solu.ma.j. bienniū seu trienniū esset restituen-
da,& sic alio tpe longiori,q̄ velit ius cōe, iuxta.l. vnicā.§.
exactio.C.de rei vxor.ac. hæc em̄ conuentionalis dilatio
non intelligit scd̄m terminos iuris cōis, ut interim hr̄des
mariti uxori alimēta pstare tenerent in casu inopię,& hoc
vt pactū istud vltra ius cōe operet,ar.l.si qn̄.C.inoffi.te.in
prin.d.l.si qn̄.ff.de le.1.iuncta.l.si cui.ff.de le.3.Præterea
hmōi dilatio conuentionalis adiecta censet ad cōmodū
debitoris.l.Iabolenus.alias.l.cū qui.ff.de an.leg.l.si ita re-
lictū.§.Pegasus,ff.de leg.2.l.in fideicōmissi.§.cū Polidius
ff.de usu.& ar.no,per gl.in l,qui Romæ.in prin.vbi Bart.
11 & alij.ff.de uer.ob.¶† Præterea p prouisionē hominis spe
cialē oīno a prouisione legis recessum vr̄.l.fi.C.de pac.cō.
l.fin.C.de fideius. qđ confirmo, qm̄ quis in traditione rei
suæ pōt legē,quam vult,ipsi rei apponere.l.quoties. C.de
do.q̄ sub mō.Bar.& alii in d.l.qui domę.§.Callimachus.
ff.de ver.ob.& hæc fuit elegans decisio Gul.de Per.ut re-
fert,& sequit,Pet.de Vbald.in l.diuortio.in gl.2.ff.so.ma.
¶Contra tn̄ hoc dictū huius doct.aliqua facere vn̄r: nam
hæc conuentionalis dilatio subrogata dr̄ in locum lega-
lis,ergo scd̄m eius naturā intelligi debet,ar.l.si eum.§.qui
iniuriarū.ff.si quis cau.¶Sed rn̄det,ꝙ licet possit dici in lo
cū legalis subrogata,debet tn̄ sapere naturā primordialē il
lius,non tn̄ accidentatē per ea,q̄ dicit Bar.in l. certi cōdi-
ctio.in prin.ff.si cer.pet.At ꝙ pendēte dilatione legali mu
lier ab hæredibus viri sit alenda,est accidentale, hoc est si
vxor non habuerit,unde se alat,ut per gl. in fi.in d.§. exa-
ctio.ergo &c.¶Secundò obstare vr̄,nam hmōi dilatio cō-
uentionalis censet q̄dā ꝓrogatio dilationis legalis quo ca
su eadē cum legali censeret.l.sed si manente.ff. de pcario.
sed ꝓrogatio, & terminus ꝓrogatus semp intelligit cum
ijsdē qualitatibus,ut p Ab.& Dec.in c.de causis. de offic.
dele.l.2.uer.sed & si iudex.ff.de inoff.don.Bald.in l.acce-
ptā.in 7.q.C.de vsur.Bar.in l.1.§.post operis.ff.de no.op.
nun.& gl.fi.in c.hi.qui.vbi Domi.de præb.in vj.ergo hęc
conuentionalis dilatio cū ijsdem qualitatibus,eadēq; na-
tura legalis facta censetur.¶Sed rn̄deas ꝙ ex quo ab initio
tpe dotis datæ facta fuit conuentio,ut longiori tpe, quam
lex velit, dos restituat hæc dilatio conuentionalis non dr̄
ꝓrogatio,tunc em̄ ꝓrogatio diceret, qn̄ ab initio non es-
set facta conuentio,sed cępisset legalis dilatio anni curre-
re,& illa adhuc pendente de maiori tpe conuenissent, nā
tunc iste terminus censeret ꝓrogatus,& consequēter idē.
d.l.sed si manente.& ibi Bar.Abb.& alii in d.c. de causis.
¶Tertiò non obst.ꝙ pactū maioris dilationis satis operari
dicat:quia dat maius tps,q̄ lex daret,ergo vlterius ad piu-
diciū mulieris alimentorum remissionē operari non dēt,
& ideo si pactū factum esset,ꝙ solut.matri. dos esset infra
annum restituēda, ꝓut etiā vult lex,tunc forte alimenta re
missa dicerent,alioquin pactum nihil operaret. Quia rn̄-
det,ꝙ aut uolumus dicere alimēta deberi vxori rōne mo-
ræ,& hoc casu pendente cōuentionali dilatione hr̄des vi-
ri ad alimenta teneri non debēt,cū non possint dici in mo
ra constituti,qa ubi nulla petitio, ibi non est mora.l.si pu-
pillus.ff.de uer.obl.sed qm̄ alimenta vxori non debentur
rōne moræ:quia si rōne moræ pēd.dila.legali non dēren
tur.l.si cū excep.§.quatenus.ff.de eo qđ me.cau.vbi pend.
dila.legali non pōt quis in mora constitui. Propterea dicē
dū est,hæc alimenta deberi non rōne moræ, sed legis di-
spōne,qn̄ vxor aliunde ali non posset, & iō per pactū ma-
ioris dilationis simpliciter factū hmōi alimenta non dē-
bunt,qm̄ sibi imputandū est,si conueniendo, uel paciscen
do legē apertius sibi nō dixerit.l.veteribus.ff. de pac.con-
stat enim partes,ut s̄.paciscentes dilationi legali renūtias-
se,& ab illa recessisse.ergo in totū etiā quò ad alimenta,qa
ꝓuisio hoīs prouisionē legis cessare facit.d.l.fi.C.de fidei.
& C.de pac.cō.reperio tn̄ Im.in l.si socer.§.Lucius. in 3.
& 4.col.ff.so.ma.dicentē,ꝙ hmōi pactum restituendæ do
tis longiori tpe,q̄ a lege fuerit statutū non valet,p tex.in l.
de die.cum 3.seq.ff.de pac.do.& rō est.qa tale pactū con
tra publicā utilitatē esse censet, cū per illud interim mr̄i-
moniū contrahendū retardetur contra.l.1.ff.sol.ma.q̄ ra
tio necessario non infert, qm̄ sepissime mr̄imonia contra-
hunt,& pn̄ti die dos non soluit,sed longe post, ut qn̄ sub
conditione,uel in diē fuerit promissa. Præterea,pacta sæ-
pe valent,ut quibus dos est restituēda, vlteriori die, q̄ lex
velit restituat,vt in l.licet.& l.aliud.ff.de pa.do.Itē, ꝙ pa-
ctum ad præiudiciū mulieris,& dotis soluendæ fieri pos-
sit,probatur,quia promittens vel soluens dotē pōt legem,
quā vult,suæ rei imponere,ut in l.cum dos.l. ob res.§.j.ff.
de pa.do.& colligit ex his,q̄ hn̄r per gl.in c.1.10.q.1. Et li
cet Imo.in hoc articulo vlterius,q̄ alii insistat, tn̄ non per
fectè declarauit,Ideo cogita,si in materia huius pacti dici
12 possit,†ꝙ si mulier sit illa,quæ cū marito tpe datæ,uel solu
tæ dot.conueniat de die longiori restituendæ dot. isto ca
su pactum ad piudicium mulieris; seu dotis non valebit,
qa licet sibi meliorē, non aūt deteriorē conditionē dotis
facere.d.l.de die.l.ut autem.& l.Attilicinus.ff.de pa.dor.
& non obst.tpe apposito in hmōi pacto dos ab hæredibus
viri tpe statuto a lege erit restituenda,& hoc casu pactū so
lū non ualet,& uitiat quò ad tps,qđ excedit tps legale, &
sic ꝓ tpe, quo dilationi legali cōuenit,ualet, ut in d.l.At-
tiliacinus.

tilicinus.si rectè consideret. Itē quia vtile per inutile vitia
13 ri non debet.c. vtile cū si. de reg.iur. in vj. Et † ꝙ pactum de restituēda dote.j. tps a lege statutū etiā .ꝙ idē cōtineat ꝙ lex, valeat, patet per tex. in l.si vnus.§.pactus.uersi.qd in specie.ff.de pactis. & hoc casu vt pactū istud aliquid ultra ius cōe operet, verū erit dicere, ꝙ interim vxori alimenta non debeantur per ea quæ.s.diximus, & etiam.j. declarabit.
14 †Mulier etiā cum viro pactū, ꝙ longiori tpe dos reddat iure pōt, qn̄ fieret incontinenti sol.ma.d.l.licet.ff. de
15 pac.dot.l.iurisgē.§. vt puta.uer.post.ff.de pac.¶†Præterea pater, qui dat dotē ꝓ filia, tpe promissionis, uel traditionis non aūt post pactum de longiori tpe restituendo facere pt d.l.aliud.ff.de pact.do.hac rōne, qa in traditione rei suæ pōt legem, quā uult, imponere, iuribus.s.alleg.multo magis igit extraneus hoc pactū facere pōt: quia in eo hæc rō a lege considerat, q̄ in patre considerauit.d.l. ob res.§.j. his ergo casibus, quibus huiusmodi pactū de iure valere pōt, locū habebit id, qd̄ s.dictum fuit ex mente doct. hoc est Gul.& Pet.de Vbaldis in d.l.diuortio.& præcipuè quo ad præterita alimenta, q̄ so.mat.ab vxore peti non poterūt etiā in casu, quo aliàs peti possent, vt p Soci. in d.l. diuort. col.8.in 2.conclusione, qui multos alle. nā ob tale pactū illa etiā in hoc casu peti non poterūt, cū alimenta preterita, quæ legis dispositione sunt debita, peti nequeāt, Bar.in l.libertis, quos.§.j.ff.de ali.& ciba.le. q̄uis debita vxori cōstāte mat.in recōpensatione operarū præterita peti possint,
16 vt ibi per Bart.¶†Item notandū est, ꝙ si mulier etiā ab alio alimentari posset, quē de iure cogere valeret puta a parentibus, tunc ēt alimenta sibi debita sol.ma. petere posset, ut declarant doc.maximè So.in d.l.diuortio.col.8. tñ si hoc casu factū esset pactū de vlteriori die dote restituenda, ualeret, & operaret. ut ēt j. dila.legalē alimēta peti nequeāt, quia in illis per pactū mulieri p̄iudicatum esse censeretur. Vbicunq; uero mulier nullo mō posset se alere, neque hēret a quibus alimenta peteret, tunc non obstante hmōi pacto ab hr̄dibus viri alimenta cōsequi dēret solū tpis a lege impositi, ne ipsa famæ periret, & ob reuerentiā præteriti matrimonij, ut p Im.in d.l.diuortio.col. 2.lapso vero legali tpe, hæredes nullo mō tenentur, etiā si fuissent in mora constituti, sed mulier tunc solū ad interesse agere poterit, vt per Imo.in d.l.si socer.§.lucius.col.3. & 4.& habet per Inn.Io.An.& Abb.in c.salubriter.j.de vsur.¶ Redeundo mō ad tex.nostrū, ꝙ pactū in terminis illius operatū fuerit
17 conciliū potuisse etiā epm deponere confirmat, † nā Papa, q a nemine iudicari pōt.c.nemo.c.aliorum.c. cuncta per mūdū.9.q.3.& c.si Papa.40.di.si se iudicio inferioris subiecerit, illius iurisdōnē ꝓrogando, ab eo iudicari, & deponi poterit, ex quo enim Papa se ipsum pōt deponere.c.nūc aūt.21.dist.ca.j.de renun.in 6. vbi Papa renuntiando pōt se a papatu abdicare, ut per gl.p illū tex.in c.nos si incōpetenter.2.q.7.gl.in d.c.si Papa.ergo a fortiori eps hoc facere poterit se iudicio concilij ꝓuinciales subijciendo: qm̄ illius iurisdictionē respectu depositionis ꝓrogasse dicet, cum q̄libet fauori renuntiare possit.l.si quis in conscribēdo.C.de pac.utrū aūt hoc vltimum ꝓcedat.j.dicet.¶ Nō obst.conclusioni cōi, ꝙ sicut ti.huius cano.intelligitur de concilio uniuersali, ita dēt intelligi nigrū. Quia r̄ndetur, non esse inconueniens, ꝙ in concilio generali fuerint diffinita & decisa ea, q̄ in prouinciali principiū habuerunt, ibi que decisa non reperiunt, ut in c.fi.18.di.& ar.c.j. de loc. ¶Non obst.ꝙ conciliū ḡnale facit canones ḡnales, & non prouinciale: qa fateor hoc verū esse, & in terminis nostris hic canō, qui ḡnalis est, totus emanauit a concilio Aphricano, sup dubio tñ, qd in concilio ꝓuinciali resultauit; nā sæpe, q̄ in concilio ꝓuinciali, uel a legato in ꝓuincia sua facta sunt a Papa uel a concilio ḡnali confirmant, aut declarantur, & tunc illud rōne confirmationis dicet ius ḡnale, ar.d.l.j.§.oīa nostra.C.de iu.vet.enuc.uel rōne extēsionis, ut in c.j.de lo.& ar.l.ius ci.ff.de iusti.& iu. ¶Non obst. vltimū: quia ex p̄dictis sublatū vr̄, siquidē conciliū ꝓuinciale, qd habuit cognitionē cāæ criminis epi, potuit illum cogere ad cōparendū, & non comparentē mulctare, & excōicare, alioquin frustratoria esset concilii iurisdō.ca.ptere a.s.de off.del.l.fi.ff.de of.eius cui man.est iur.l.2.ff. de
18 iuris.om.iu.¶ Deuenio ad scdm † qd ex verbis Abb. collegi, ꝙ ad conciliū ꝓuinciale olim spectabat cognoscere de causis criminalibus epōrū, & hoc per hunc text. Deci.hic inquit prima facie hunc tex.non ꝓbare, qa rōne ꝓmissionis factæ de litigando coram concilio potuit conciliū cognoscere, ergo infertur, regulariter non potuisse, alioquin illa promissio fuisset frustratoria, ꝙ non est dicendū, ar.l.si qn̄.in prin.ff.de leg.j. ¶Sed ipse Dec.r̄ndet, ꝙ ex quo eps vocatus ad concilium an̄ pactum factū r̄nsurus cōparuit, infert, ꝙ concilium hanc potestatem citandi & cognoscendi habebat.¶Hæc r̄nsio obiectionē non tollit, cū sæpe contingat iudices ad instantiam agentis aliquē ad iudiciū uocare, qui de iurisdōne sua non sit, & propter hoc fuit ꝓpositus tit.ff.si quis in ius uo.non ier. maximè in l.2. eadem rōne emanauit.l.si quis aliena.ff.de iud.& l.fi.ff. de iuris. om.iu.& per totū.C.si a nō cōp.iud. ¶Quare pro r̄nsione cōtrarij dici posset, ꝙ p̄supposito conciliū ꝓuincie posse de cā criminis cognoscere tm̄, non aūt decidere, ut in d.c.q̄uis.non vr̄ verū, ꝙ ꝓmissio de litigando hic facta superflua fuerit, quia imo primò operari potuit in casu quo eps, de quo in tex. non fuisset iurisdictioni concilij subiectus, ut qa non esset de suffraganeis, per pactū aūt hmōi ad hoc se astrinxit, qd maximè de iu.ca.obseruat.c.j.& c. qualiter de pac.& c.quicunq; suffragio.12.q.2.& idem de iu.ci.in l.si conuenerit.ff. de iuris.om.iud.q̄uis in vno videat d̄ria inter ius ca.& ci. quia de iu.ca.locus non est pœnitentiæ post conuentionē factā, ut hic, secus est de iur.ci. ut in d.l.si conuenerit.sup qua d̄ria.j. multū instabimus. ¶Vel scdō obiectioni, de qua.s.nouiter r̄ndere posset, ut alias tetigi, ꝙ pactū de litigando nō fuerit frustratorium, qm̄ per illud ur̄ data facultas concilio non solū cognoscendi, sed ēt terminandi cām criminalē epi, & hoc ne pactū
19 dicat frustratoriū.¶ † Sed aduersus hanc declarationē, ꝙ pactū hmōi ēt iudiciale nōn possit hanc ptātem concilio dare, optimè facit, quia deponere, seu iudicare super depositionē dr̄ esse de reseruatis sedi Apostolicæ, gl.in c.quod ad translationē.de offi.le.c.j.de transla.epi. ergo pacto priuatorū & litigantiū istud ius transferri in inferiorē non potuit in p̄iudiciū sedis Apostolicæ.c.huic soli sedi.17.di.& in hac rōne forte fundata est dispositio.d.c.q̄uis.& aliorū iuriū, de quibus in 3.q.6.ꝓbantium ad concil. nō ptinere deponere, seu iudicare deponendos epos, qd sine speciali concessionē Papæ ad alios inferiores nō ptinet.d.c.quoad translationē.¶Præterea, deponere epos est m̄rimoniū spirituale, qd est inter epm & ecclesiā, separare, quæ separatio quoq; dr̄ esse reseruata sedi Apostolicæ in signū spālis priuilegij, qd beato Pet.& successoribus Dn̄s noster indulsit. d.c.j.de transla.epi.ergo non licuit litigantibus p suū pactū ēt iudiciale auferre sedi Apostolicæ, & in prouinciale conciliū transferre. Et iō per pactū, de quo in hoc text.nō pōt dici data hæc potestas deponendi, & licet pactū redderet frustratoriū, illud potius tolerandū est, q̄ ut ex illo iuri superioris p̄iudicet.¶Hinc videmus, ꝙ iurm̄ contra ius superioris iurantē non ligat.c.uenientis.de iureiur.¶Prædictis tñ obstat id, qd dictū fuit de Papa, q inferiori potestatē ipm iudicandi & deponendi dare pōt. Nisi diceremus primò, istud reddi dubitabile ex prædictis, vel scdō, ꝙ Papa hoc pōt facere, ut s.dictū est.& ratio est primo: quia licet deponere sit de reseruatis sibi, authoritate tamē sua illud transferre pōt.d.c.qd translationē, scdō.qa transferendo nulli alteri p̄iudiciū facit, sed sibi soli, & iō suo priuilegio renuntiare pōt.l.si quis in conscribendo.C. de pac. & ar.d.c.j.de renū.in 6.¶In scdō no.Abb.quinq; elicio.primū, ꝙ ille, q mecū ciuiliter iustè litigat, aduersarius meus esse censet.scdm, ꝙ ille ēt pro meo inimico hr̄.tertium, ꝙ ad causandā inimicitiā inter aliquos, non refert, cuius facto ꝓuenerit.quartū, ꝙ ille, qui meus est aduersarius, ut s. si datus fuerit iudex in aliqua cā, possum eū tanquā suspectū recusare, ut est gl.j.in c.cū super abbatia.s. de of.dele. quintum ꝙ non solum is, qui me oībus bonis, uel maiori parte illorū uiolenter spoliauit, censet meus capitalis inimicus.c.frequens.de rest.spo.in vj.ca.itē pp litē. iuncto. §.itē pp inimicitias.inst.de excusa.tu.sed etiā ille, qui violenter possessionē rei meæ particularis me spoliauit, q̄ inimicitia apta est ad repellendū, que a testimonio & ab actu accusandi.c.itē cum quis.j.de rest.spo. ¶Primum ex hoc
20 text. ꝓbari non vr̄: qa loquit † de eo qui litē crialem mecū habet, ergo secus, si tm̄ ciuilem, istud tñ in se est verissimū, & probat in l.1.C.de eden.c.proposuisti.j.ti.1.& ca. si mand.s.de procu.cū si.qd secundū Abb. post Ant.facit ꝓ statutis loquentibus de aduersarijs, qa sub illis cōprehēdent ij, qui inter se hn̄t cām ciuilem, ex quo infert, ꝙ hn̄s mecū cām ciuilem ꝓpriè dr̄ aduersarius, cū in statutis uer
21 ba ꝓpriè sint intelligenda † nec ad casum fictū trahatur. l.3.§.hæc verba.ff.de neg.ge.c.in nostra.j.de iniur.& dā. da.& hoc uerum est, nisi casus verus & casus fictus a iure

antiquo p modū regulæ,& extensionis essent æquiparati, tunc eñ statutū etiā exorbitans, & correctoriū ad casū fictum traheret p id,qđ uoluit gl.Bal.& Pau. Cast.in l.si q.s seruo.C.de fur.& maxime qn statutū exorbitans principaliter esset introductū ad fauorē, q̃uis in consequentiam odiū alterius contineret: tale eñ statutum fauorabile iudicat,ar.l.qui exceptionē.in prin.ff.de condi.indeb.nā tunc si vtroq; casu eadē rō fauoris militaret,statutū ad casum fictū uero æquiparatū haberet,imo vterq; sub eo contineri diceret,ar.l.noīs & rei.§.uerbū ex legibus.ff. de uerb. sig. & si fictus sub statuto extensiuè cōprehenderet, hoc fieri diceret per extensionē passiuam,ar.l.j.§. lex falcidia.& ibi Bar.ff.ad l.fal.& Im.in l.gallus.§.& quid si tm̃.col.pen.ff. de lib.& posth.qui infert ad.q.de statuto puniente maleficiū pęna exorbitanti,& maiori,q̃ esset pęna iuris cōis,sub quo etiā mandans maleficiū fieri contineri dicetur, quia a iure antiquo p modū extensionis,& regulæ in maleficiis delinquenti æquiparat.l.j.§.deiecisse.ff.de vi & ui arm.& Pau.de Cast.in d.l.si quis seruo.in fi.dicit,q odium rōnabile extendit de casu ad casum.¶Et ex his pridie ego quoque inferebā ad.q.stat uti excludentis fęminas, & illarum descendentes pp filios masculos, utrū sub illo statuto primo cōprehendat filius legitimatus pcipuè, qn prius erat spurius.Scdō, an nepos ab auo materno arrogatus cōprehendat.

22 ¶Et q legitimatus sub† statuto pdicto ad exclusionē fęminarum contineatur.Primo probari vř,quia ipse verè & propriè ltimus & naturalis censet,ut uolunt Barto.& alij cōiter in l.si is,qui pro emptore.ff. de vsucapi.& latè p Ale.consi.2.j.uolu.ergo filius ltimatus dicetur excludere sicut legitimus,& naturalis,& hoc uoluit Alexā.in l.sed si hac.§.patronū.ff.de in ius uo.qui attestatur,docto. cōiter istud tenere,& multos allegat,idem in d.consi.2.in v.col.

23 & in consi.87.in 2.lib.in v.col.¶Secundo: quia † iste legitimatus filio legitimo & naturali a lege antiqua æquiparat ēt per modum regulæ.c.p uenerabilem.ǰ. qui filii sint legit.ut colligitur ex uerbis Ale.& aliorū in Rubr. ff.de lib. & posth.l.cōium.C.de natural.liberis.ergo statutum factum de nouo de filijs habebit locum ēt in legitimatis, & qm̃ doct.cōiter vt s̃.istud tenent,ulterius non insistam.

¶Quo uero ad secundum . an sub hmōi statuto exclusiuo

24 † arrogatus in filium ab auo materno comprehendatur, concludo,q sic: quia per oīa similis est filio vero legitimo & naturali tam ratione patriæ ptātis, quā quoad effectum suitatis,ac ēt respectu successionis ab intestato , ut in §. in nostra.Insti. de actio.§.penul.Instit.de hæred.quę ab intestā.iuncta.l.cum in adoptiuis.circa fi.ff.de adop.l.si te parens.& ibi Bar.C.de suis & legiti. ¶ Præterea nepos,ut s̃. arrogatus filij appellatione continetur.l. filij appellatione l.iusta.l.liberorū.ff.de uerb.sig.ergo sequuta arrogatione cum in eo concurrant vinculum ciuile & naturale.d.§.in nostra.filius legitimus & naturalis dicetur, & eadem rōne,qua & filius legitimus & naturalis, fęminas excludere dicetur,uel saltem rōne,qua legitimatus excludit. Quinimò maior rō quoad hunc casum vř militare in hmōi arrogato,quā in legitimato, quia aut legitimatus erat naturalis,& tunc añ legitimationē propriè filius non dicebat. l.filium diffinimus.ff.de his q sunt sui, uel alien.iuris,aut erat spurius,& nullo mō filius dici, & nominari poterat, auth.ex complexu. C.de incest.nup.d.ca. per uenerabilē. in fin.at nepos,ut s̃.arrogatus ante arrogationē de iure filius dicebat.d.l.filii.cū si. Igitur sicut legitimatus sub dicto statuto continet,magis nepos,ut s̃.arrogatus comprehenderetur.¶Rursus arrogatus ab auo materno, & legiti

25 matus † quoad iuris effectus æquiparantur,& idē iuris habere censentur,q hēt filius legitimus & naturalis,ut ex pdictis constat, ergo concurrente identitate rōnis statutū disponens de filio locum habebit in filio non solū legitimato,sed etiā arrogato ab auo materno,argu.l. illud.ff.ad l.aquil.l.a Titio.ff.de uerbo.obl.& præsertim hoc uerum erit,qn essemus in statuto, quod principaliter fauorabile

26 censeret,ut est statutum,per qđ fœminæ † pp masculos excluduntur,ut per Bal.in l.maximū uitium.C.de liber.pteritis.& per Alex.in consi.89.& consi.132. sexto uolum.& consi.141.7.volu.& tanto magis,qn vltra qđ esset statutū fauorabile, ēt ageretur de conseruatione testamēti a vitio præteritionis,qui fauor censetur esse publicus.l. uel negare.ff.quemad.d.testa.aper.& ideo attento hoc multiplici fauore statutū,de quo. s̃.pōt extendi de casu ad casum.l.fi na.C.de posth.hęr.insti.cū ibi no.& dicit Pau.Ca. in d.l. si quis seruo,in fin.ver. q odiosum rationabile de casu ad casum extenditur,ergo quamuis statutum prædictū odiosum dici posset.d.l.maximum vitium,tñ si sit rationabile introductū principaliter ad fauorem agnationis,& cōseruationis familiarum, pp quod censendum est simpliciter fauorabile.d.l.qui exceptionem.in prin.de casu ad casum extendi poterit.Facit quod voluit Alexā.in l. si constante. in prin.in 14.q.primæ partis.ff.sol.mat.& glo.in l.si a primo.quam ponderant Ang.& Imo.ff.de lib.& posthu.quī dñt,q etiam in exorbitantibus fauore testamenti conseruandi,a uitio præteritionis ex identitate rationis fit extensio,optima gl.in l.unica.in uer.liberos.in fi.C.de his, qui ante aper. ta.& est tex.no.in l.hoc modo,in fi.ff.de cond. & dem.vbi ob publicum fauorem dispositio etiam exorbitans recipit interpretationem extensiuam.¶Pluribus ēt alijs rationibus prædictā conclusionē diebus elapsis, cum casus iste mihi occurreret,confirmabam,sed quia hæc nō

27 est principalis materia nostra ulterius nō insisto.¶†Aggredior scdm principale,q ex uerb.Abb.inferebā, q habētes inter se litē ciuilem inimici appellari pñt, ēt q inter se de re iusta contenderent,qa ex facto etiā iure non reprobato qnq; inimicitia oriri pōt,cum non sit consideranda causa inimicitiæ,& a quo ,pueniat,sed solus effectus, qa ex leui causa qnq; graues inimicitiæ oriunt.c.repellant.ca.cū P. & in c.cum oporteat.& ibi no.ǰ.de accusa. ¶Hinc iudex, q̃ inter subditos iustè iudicat & criminosos castigat,odiosus illis efficit.c.non est crudelis.23.q.5.optimus tex.in c. qualiter . il 2.ǰ.de accusa.& quia hæc conclusio apud me dubitabilis redditur,nec vera simpliciter: vt statim dicet, ideo pro illius ueritate aliquos casus considero. ¶ Primus sit,qn inter aliquos fuisset lis criminalis,tūc ex illa dř oriri iusta inimicitia,nec est in consideratione, an iustè vel iniustè mota fuerit.d.c.cum P.d.c.meminimus. cum gl.cū aliis.ǰ.de accus.gl.in uer.inimicus.in l.3.in prin.ff. de testib.¶An autē hmōi inimicitia grauis,& capitalis,an leuis sit,do.Ant.hic sensit esse arbitrarium iudicis consideratis qualitate personarū,& grauitate cāæ,vt uoluit gl.in d.ca. cum oporteat.& est gl.in c.accusatores.il 1.3.q. 5.quæ dicit,q inimicitiæ semper ab accusando, & testificando repellunt,nisi essent leues & modicæ, qđ cognitioni iudicis relinquit,quod uř probari in l.1.§. quæstionē.ff.de q̃stio.

28 ¶†Subtilius tamen considerando vř,q inimicitia, q̃ causatur ex lite criminali,ut ex accusatione crīs, uel testimonio præstito in causa crīali,in qua agat de pęna corporali, aut publicationis bonorū,simpliciter dicat grauis & capitalis,non autem sit in arbitrio iudicis: nam talis inimicitia excludit quem ab accusando, & testificando simpliciter in alia causa,& hoc modo intelligo tex.in d.c. cum P.

29 & in d.ca.cum oporteat.¶†Comprobo istud.Nā inimicitiæ,quæ ex qōne status,aut oīum bonorum, uel maioris partis illorū proueniunt,graues & capitales simpliciter dicuntur.§.itē pp inimicitias.iuncto.§.item pp litem.insti. de excusa.tuto.§.fi.§.itemq;.3.q.vlti.c.j.de resti.spol.lib. vj.ergo magis uel saltem pariter inimicitia, quæ de causa criminis resultat,,p quo pęna corporalis aut publicationis bonorū esset imponenda,dicetur grauis & capitalis, cum qlibet pęna corporalis ēt leuis maior cēseatur, q̃ quælibet pęna pecuniaria & bonorū.l.in seruorū.§.fin.ff.de pęnis. Ale.consi.113.in 2.volu.& ista sunt de mente gl.in d.c.accusatores,q̃ primo dicit,quem repellēdum esse tm̃ ob criminales,& capitales,ut in c.per tuas.in fi.de simo.deinde de inqnit,non excludit ob leues,& modicas, ergo innuit graues esse inimicitias,quæ a lite criminali proueniunt.

30 ¶†Secundus casus sit, quando esset inter aliquos qō ciuilis oīum bonorum,uel maioris partis bonorum,& tunc illa simpliciter grauis & capitalis hř, quæ ab accusando, & testificando repelleret.d.§.item propter.& d.c.1.bona gl. cum tex.in c.oportet.tertia,quæstione secunda.ubi fit differentia,an quid modicum, uel quid magnum violenter fuerit inuasum ad hoc, vt dicatur inimicitia considerabilis contrahi.Idem uoluit gl.in d.c.primo . de restitutione spoliatorum.in vj.in uer.substantia .

31 ¶†Tertius casus,quando esset quæstio ciuilis de aliqua re particulari,quæ totum patrimonium,uel maiorem partē non absorberet;nam licet ex ea quis aduersarius dici posset,seu præsumptus inimicus,d.c.proposuisti, non tamen dicetur esse uerus inimicus,& minus,grauis, in capitulo, item cum quis. infra de restitu.spolia. & hoc est ex mente glossæ in d.c.oportet.& in d.c.j.

¶Nec refragantur ea,quæ hic Abb.Dec. & alij ex aduerso deducūt,& in primis tex.nř, qa loqt nō de lite ciuili , sed de

de criminali, pro qua pœna depositionis, & sic grauis imponenda erat, ar. c. j. 81. dist. Secundò hic tex. non probat quẽ dici inimicum, sed simpliciter aduersarium, q̃uis in terminis huius tex. non solum dici potuerit aduersarius, sed etiã inimicus ille, qui hunc epm accusauit, tum ratione grauis pœnæ depositionis; tum etiam quia agebatur, de priuando epm suo episcopatu, & sic re magna per ea, quæ ĩ. dicentur.

¶ Similiter secundo principaliter respondeo text. d. c. cum P. & c. cum oporteat.

¶ Tertiò non aduersatur, quod voluit gl. in c. cum super abbatia. de offi. deleg. & etiam in c. accusatores. il 3. 3. q. 5. vbi propter litem ciuilem, quam habet, vel habuit quis mecũ, si datus fuerit mihi iudex in aliqua causa possum illum allegare suspectum; quia rñdetur, istud non arguere illum esse inimicum, sed potius simpliciter aduersarium; & ipsum excludi tanq̃ suspectum non ratione inimicitiæ, sed cuiusdam suspicionis, & sic leuioris causæ, quã sit inimicitia, cũ vltra causam inimicitiæ ex aliis pluribus causis iudex suspectus allegari possit, vt colligitur ex gl. in c. accedens. il 2. vt lit. non contest. quæ tñ causæ non repellerent quem ab accusando, seu testificando, cum facilius, & ex minori causa iudices, q̃ testes repellantur; quia magis de facili mille iudices reperiri possunt, q̃ vnus verus & bonus testis, vt dicit gl. in c. j. & in c. accusatores. il 3. 3. q. 5. & gl. in c. quicunq; . 11. q. 3. & in c. cum R. ĩ. de offi. deleg. Prædicta cõfirmant; quia inter causas plures & infinitas, quibus iudex recusari potest, connumeratur inimicitia; vt per Spec. in tit. de iud. deleg. §. sequitur videre, & per gl. in c. postremo. de ap. & in c. cum speciali. vbi Mod. post Abb. s̃. de off. deleg. ergo omnis causa, quæ iudicem suspectum reddit, inimicitiam causare non dicitur. ¶ Sed prædictis multum aduersatur text. in d. c. item cum quis. vbi ob ciuilẽ causam repellitur quis ab accusando de crimine; quia inimicus censetur, at ab accusando grauis, & non leuis inimicitia repellit, vt s̃. ergo ꝓpter ciuilem causam inimicitia grauis oriri dicetur, & illũ tex. ad hoc inducit gl. in d. c. accusatores. il j. & etiam gl. in d. c. cum oporteat. in ver. inimicos. ¶ Verum pro solutione, primò dicere possumus, quòd propter hmõi litem ciuilem quis licet efficiatur aduersarius, non tamẽ verus inimicus, sed præsumptus, & sic leuis, vt probat, d. c. item cum quis. At quia hæc responsio totaliter contrarium nõ eneruat, ex quo innuit tex. ille eum ab accusando repellere. Ideò secun-

32 dò respondeo, † illum tex. secundum verum intellectũ non ꝓbare quem ob litem ciuilem effici inimicum verum, vel præsumptum, sed simpliciter aduersarium, vt etiam inquit tex. in c. accepta. & in c. literis. cum simi. de restit. spo. & inquantum. d. c. item cum quis vult, spoliatorem censeri præsumptum inimicũ, istud non contingit ratione litis ciuiliter motæ sup spoliatione, sed pp actum ꝓcedentem, videlicet, pp violentiam, & spoliationem factã de re, seu possessione rei aduersus dñm possessorem: nam hoc modo violẽter priuando quẽ sua possessione non dr̃ contrahi vera inimicitia, sed solum præsumpta, & hoc est, quod considerat ille tex. qñ ob spoliationem rei particularis non potest dici contracta vera inimicitia, glo. in d. c. j. sed qualisqualis, hoc est præsumpta, nisi quis violenter aliquem spoliasset possessione sua alicuius rei magnæ, seu habentis annexam iurisdictionem, vt qñ vi priuaret possessione epatus ciuitatis, monasterij, vxoris, vel ecclesiæ cathedralis, seu prælaturæ; tũc enim ex tali spoliatione uera contraheret inimicitia. c. oportet. c. si eps. 3. q. 2. c. accedens. il 2. vbi casus. ĩ. ut lit. nõ conte. Idem qñ quis violenter spoliatus fuisset possessione omnium bonorum, uel maioris partis; vt est casus clarus in d. ca. j. de restit. spo. in 6. facit tex. in d. §. item propter litem.

¶ Nõ aduersantur etiam ea, quæ hic dicit Abb. quod ad inducendum & causandum inimicitiam non est consideranda causa illius, a quo prouenerit; quia respondeo, quò causa ciuilis rei particularis per se non dicitur esse causa proxima inimicitiæ, sed bene causa mediata & remota, quando ob litem ciuilem litigantes ad iurgia, & ad rixas, deueniunt, ex quibus immediate grauis inimicitia causari potest c. forus. in versi. iurgium. cum gl. de verborum significa. c. iurgantium. infra. de re iudica. l. properandum. in princ. vbi casus. C. de iud.

33 ¶ Ad tertiam conclusionem deuenio, † quòd ad cognoscẽdum, an inimicitia sit grauis, seu leuis, cuius culpa prouenerit, non est quærendum; quia quandoque ex leui causa magna, & ex graui leuis inimicitia resultat, vt per Abb. in d. c. repellantur. & in c. de cætero. in 1. not. de sent. excom. do. Ant. in c. veniẽs. il 2. ĩ. de spon. & dicit Bart. in l. pe. in prin. ff. solu. ma. quòd si quis absque mea culpa esset meus inimicus, & ratione huius inimicitiæ ille alteri damnum intulerit, teneor illi damnum resarcire, optimus text. in l. si merces. cum glo. §. culpæ. ff. locati.

¶ Limitatur autem ista conclusio, quando ratione inimicitiæ ageretur de priuando legatarium relicto sibi facto; quia tunc considerari debet, cuius facto & culpa inimicitia ꝓcesserit l. cum in tabulis. ff. de his, quibus vt indig.

¶ Secundò limitatur in inimicitia ad hoc dolosè procurata, vt ad excludendum aliquem a testificando, vel accusando propter inimicitiam. Nam si illa fuisset dolosè procurata, talis inimicitia non noceret, exempli gratia, si ille contra quem erat testificandum, seu accusatio formanda, percussisset ante actum testificationis, seu accusationis illum, qui debebat deponere, seu accusare ad effectum, ut contra eum opponere posset exceptionem inimicitiæ, vt voluit Bart. in l. j. §. cum q̃s. ff. de quæst. Bal. in auth. si dicatur. pen. col. C. de testi. vnde Bar. in l. j. §. si seruus. ff. de quæstio. dicit, conditionem testis inspiciẽdam fore eo tempore, quo vult deponere, nisi testis conditionem suam dolosè mutasset, ne testificari cogeretur.

¶ Ex quibus infertur, ꝙ licet socius criminis contra socium fidem non faciat. l. fi. C. de quæst. tamẽ si socius dolosè fingeretur procurando, vt de eodem crimine falso inquireretur, ne super illo testificari posset, hoc non obstante examinari potest, & examinatus fidem facit: & ad propositum facit, quod voluit Bald. & post eum Pau. Cnstr. in l. 2. §. sed si agant. ff. de iudi. per Ale. in l. nullus. in apost. ad Bart. ff. de testibus. cum ibi alleg.

¶ Deuenio ad quartum principale, quod Abba. hic uoluit,

34 quòd ille, qui habet mecum litem ciuilem in vna causa, si datus fuerit mihi iudex in alia, potest tanquam suspectus recusari, & præsertim quando ambæ lites conformitatem haberent: vt voluit gl. not. in d. c. cum super abbatia. quam doc. communiter sequuntur, & Spe. in ti. de offic. delega. §. superest videre. in 3. col. idem voluit: & a fortiori hoc idem dicendum esset, quando habẽs causam criminalem mecũ datus fuisset mihi iudex in causa ciuili, vt uolnit glo. in d. c. j. in fin. gl. magnæ. 3. q. 5. & in d. c. ex parte R. & in d. c. cum P. cũ aliis. s̃. alleg. Idem esset, quando quis effectus esset inimicus meus ratione spoliationis & uiolentiæ mihi illatæ ꝑ prædicta, & non solum istud procedit, quando quis haberet litem super re mea, sed etiam super re me ecclesiæ, seu dignitatis, quam obtinerem, quia causa ecclesiæ meæ mea censetur, argum. cap. insinuante. s̃. de offi. deleg. in c. fi. per glo. 12. quæstione prima, & idem, quod dictum est in prælato, seu rectore ecclesiæ, dicendum est in tutore respectu

35 pupilli, quòd † si tutor habuerit litem mecum ratione rei pupilli, & datus fuerit mihi iudex in alia causa, illum poterro tanquam suspectum recusare. quia si hoc dicimus ratione litis rei ecclesiæ, vt per gloss. & Abb. in dicto capit. cum super abbatia. & per Abb. hic, ergo idem in tutore, qui habet litem ratione rei pupilli, procedit enim argumẽtum de ecclesia ad pupillum, & contra. capitu. primo. s̃. in integ. restitu. optima gloss. in c. similiter. 16. quæstione j. & in c. apostolicos. 12. q. 2.

36 ¶ † Sed huic dicto aduersatur id, quod voluit glo. in c. quia episcopus. 5. q. 3. quòd ecclesia & pupillus, & consequẽter tutor, & prælatus regulariter differunt, & dissimiles in iure habentur, nisi in his, in quibus a iure ex expresse parificant; nam prælatus magis dicitur ecclesiæ attinere, quam tutor pupillo, quia ipse prælatus vir, & coniunx ecclesiæ censet, inter c. quãto. & c. fi. cum simi. de transl. epi. Item prælatus est perpetuus, tutor vero temporalis, prælatus suos fructus facit, non autem tutor. Item prælatus sibi possidet, tutor vero pupillo. Item tutela est onus, prælatura honor. Prælatus etiam liberam & generalem administrationẽ habet in bonis ecclesiæ, & quandoque aliquid potest de bonis ecclesiæ donare, ut habetur in c. cæterum. ĩ. de donatio. ut ibi per gl. & uide etiam aliquid per gl. in d. c. fin. 12. q. j.

¶ Vlterius non procedit semper argumentum de pupillo ad ecclesiam, ut colligitur ex tex. in l. si fundus sterilis. & ibi glo. ff. de rebus eorum, iuncto. c. ut super. & ca. ad aures. ĩ. de rebus ecclesiæ non alienan. & in ca. terrulas. 12. q. 2. vbi licet res ecclesiæ sterilis, & minus utilis pro utiliori alienari, & uendi possit, tamen secus est in re sterili pupilli, quamuis gloss. in l. mandata. ff. de officio eius, cui mand. est iurisdictio. contrarium senserit, quòd etiam in hoc sint æqui parati, & malè, ut alias declaraui in dicto c. 1. de in integrũ restitutione.

¶ His

¶His tamen non obstantibus, idem quod dictum fuit de prælato mecū causam super re ecclesiæ habente arbitror in tutore. Nam ex quo pupillus non potest esse in iudicio, nisi mediante tutore, vt in l.j.& 2. C. qui legiti. perso. habent. sequitur, q̄ in alia causa, quam habeo cum pupillo, eius tutor dari iudex non poterit; quia idem non potest esse iudex & pars. c.j.4.q.4.c. forus. de verb. sig. si autem tutor, qui est aduersarius meus in causa pupilli, daretur mihi iudex in cā quam cum alio, tertio haberem, forte a me vt suspectus recusari non posset, per prædicta. ¶Sed maius dubiū superest,

37 †quid si causa ciuilis, quæ erat inter te & me, iam extincta, & totaliter finita esset, vel per sententiam, quæ in rem iudicatam transiuit, aut transactione, vel iureiurando, iux. tex. cum gloss. in l.j.& in l.2. ff. de iureiur. Et tu esses mihi datus iudex in alia causa; vtrum te tanq̄ suspectum recusare possim? do. Are. hic dicit, q̄ sic, idem voluit Abb. qm̄ cū semel propter litem orta fuerit inimicitia, illa lite finita adhuc durare censetur, arg. l.i ipsius. & ibi Bald. C. fami. erci. Idem voluit Are. in d.c. repellantur. & est de mente glo. in d.c. per tuas. in ver. capitales. & in d.c. accusatores. il j. & in d.ca. ex parte R. quæ sentiunt, q̄ illi qui semel inimici fuerunt, nisi fuerint iamdiu reconciliati a testificando & accusando sunt repellendi: quia de recenti reconciliatione iudicatur, vt de inimicitia. ¶Sed contra Areti. opinionem facit id, quod voluit Ioan. And. in addi. ad Spe. in rub. de test. in ver. sciendum. in ver. sexto. q̄ ille a testificando contra me non repellitur, quamuis aliās litem mecum habuerit, quod dictum refert, & sequitur Abb. hic in ver. an aūt rōne &c. ¶Secundò contra Are. Decius inducit tex. in c. postremo. j. de appel. & ibi Abb. not. q̄ ille qui est aduocatus in causa si datus fuerit iudex in illa, potest recusari, ergo infertur, q̄ si in alia non poterit. ¶Tertiò allegatur tex. in c. ad hæc. il j. & in ca. proposuit. de appel. vbi qui semel iudicauit contra me, & ab illius sententia fuerit appellatum, si datus fuerit mihi iudex in alia causa, non possum illum recusare. ¶Quartò allegatur text. in §. si vero quis dicat. in auth. de testi. vbi durante causa criminis inter aliquos, adinuicem contra se testificari non possunt, ergo secus videtur, si causa esset finita. ¶Quintò inducit tex. in §. si vero aliter odiosus. eo. ti. vbi propter litem pecuniariam minimam pendētem non prohibetur quis in alia causa testificari. Si uero esset quæstio de statu, aut de alia re graui, litigantes in alia cā non poterunt, lite adhuc durante testificari, ergo lite finita secus erit. ¶Nec placet concordia, quam inter has duas opiniones ponit Deci. hic in j. lectura, quòd aut statim lite finita aduersarius datur mihi iudex, & tunc propter recētem inimicitiam potero illū recusare, & isto casu procedat opi. Aret. aut iādiu finita fuit lis, & secus erit, & isto modo ꝓcedat opinio contraria, nam hæc distinctio procedere posset, quo ad effectum repellendi, seu admittendi quem ad testificandum, seu accusandum, vt per glo. in d.c. accusatores. il j. cum simil. non autem quo ad effectum repellendi quem a munere iudicandi. Rō; quia minor causa repellit iudicē, quā testē, vt p glo. in d.c. j. & in d.c. accusatores. il 3.3.q.5. ¶Eadem ratione etiam non satisfacit concordia, quā Deci. ponit hic in 2. lec. q distinguit, an orta fuerit inimicitia grauis ratione litis ciuilis, & lite finita adhuc durare censetur ad effectum excludendi iudicem, & in casu isto procedat opi. Are. aut orta fuit leuis inimicitia, & tūc lite finita cessat inimicitia, & ob illa non excluditur quis a munere iudicandi, vt dixi, hæc concordia mihi satisfacit quo ad excludendum, vel admittendum testem, aut accusatorem, non autem iudicem. ¶Et ideo opi. do. Are. in puncto iuris absolutè sustineri potest, præsertim quia deducta contra eū nō multum stringunt, & euitari possunt, nam in primis nō obstat tex. in d.c. postremo. Quia loquitur in eo, qui cōtra me

38 aduocatus fuit, †qui & si pōt dici aduersarius. l.j. §. sed constitutio. cum glo. ff. de calum. non tamen legitur in iure, q̄ dicatur inimicus: & ideo quod non dicit lex, nec nos. l. si seruum. §. non dixit prætor. ff. de acqui. hær. Præterea aduocatus non excluditur propter inimicitiam, sed ob affectionem, quam ad causam, & litem, in qua est aduocatus, habere præsumitur, arg. l. prætor. cum gl. ff. de iurisd. om. iu. quæ affectio cessare dicitur lite finita. Nil mirum, si iudex mihi dari poterit, vt diximus. s̄. de tutore. Rursus aduocatus propriè non dicitur aduersarius saltem eo modo, quo principalis, vt vr̄ tex. cum gl. in l.j. in fi. prin. ff. de eden. quæ rationes cessant in illo, qui factus fuit inimicus meus ob causam etiā ciuilem: quia illa finita adhuc censetur durare, nisi reconciliatio sequuta fuerit. Præterea illi tex. in d.c. postremo respondetur, quòd licet deneget aduocatum in eodem negotio iudicem posse dari, non tn̄ permittit illum in alia causa dari posse. ¶Non refragatur secūdò principaliter tex. in d.c. ad hæc. & in d.c. proposuit: quia non loquuntur de aduersario, qui ob litem effectus fuit inimicus, sed de illo, qui vt iudex tulit sententiam contra me, qui licet possit lite pendente, & etiam finita dici odiosus. d.c. non est crudelis. & d.c. qualiter. ob hoc tn̄ non censetur esse inimicus. Præterea illa iura contra Aret. probant a contrario sensu, quod argumentum non est semper necessarium, vt colligitur ex his, quæ ponunt scrib. in l.j. §. huius rei. ff. de offic. eius &c. ¶Tertiò principaliter non aduersatur tex. in d. §. si uero q̄s dicat. & in d. §. si uero, aliter odiosus. iuncta gl. quia primo illa iura a contrario sensu probare dicuntur, igitur &c. Secundò loquuntur non ad excludendum iudicem, sed testem. Ratio: quia minor causa iudicem repellit, quam testē

39 vt supra. ¶†Capio vltimum, quod ex uerbis Abb. inferebā, quòd ex violentia & spoliatione rei particularis causetur grauis inimicitia, per d.c. accedens. il 2. vt li. non contesta. Illud dictum redditur dubitabile ex text. in d.c. item cum quis. ibi, cum præsumatur eius existere inimicus, ergo non verus, ar. not. p gl. in l. vnica. §. accedit. C. de rei vxo. actio. & per Bar. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap.

¶Secundò per spoliationem ita demū grauis inimicitia cōtrahi dicitur, quando fuit spoliatio omnium bonorum, vel maioris partis. d.c.j. de resti. spo. in 6. iuncta glo. in ver. substantia. nec aduersatur tex. in d.c. accedens. quia (vt dixi. s̄.) loquitur de spoliatione rei magnæ annexam iurisdictionē habentis, hoc est de spoliatione ciuitatis, quo casu contrahitur grauis inimicitia, & isto modo etiam intelligo tex. in d.c. oportet. & in dicto capitulo, si episcopus. 3.q.2. Vltimo in casu. d.c. accedens. interuenit nedum spoliatio ciuitatis suæ, sed etiam vxoris, ob quam irrogatur maxima iniuria, cū quis honore priuetur. Et ideo ex hoc grauis oritur inimicitia magis, quam si quis corporaliter offensus fuisset, ar. l. isti quidem. in fi. ff. de eo, quod met. cau.

¶Tertiò colligit Abb. ex isto text. ibi, quē cum aduersarius

40 ipsius petiisset ad concilium introduci, †quòd citatio partis in iudicio contentioso non valet, nisi ad partis instantiam, & de mādato iudicis fiat quorum altero deficiente citatio deficit, vt hic innuit tex. & expresè voluit Barto. per illum tex. in l. ad peremptorium. ibi, vt primo quis petat. ff. de iudi. Citatus ergo uirtute peremptorij pro contumace haberi, & tanquam contumax puniri non potest, nisi quando ad petitionem aduersarii iudex pronuntiauit, & non comparentem tanquam contumacem puniuit, nam iudex, quādo agitur de interesse priuato & partis, ex suo mero officio aliquem citari facere non potuit, nec debuit, neque non parentem punire, cum ad vtilitatem priuatam suum officium impartiri non debeat nisi imploranti. l.4. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infec. & inquit Inno. in c. ad nostram. il 2. de iureiur. iudicem per inquisitionem ex suo officio super iuribus singularum personarum extra ordinem procedere non posse, sed per actiones ciuiles ordinariè ad partis petitionem, & Specu. in titu. de citatione. §. sequitur. & §. illud autem. notat, citationem ad partis instantiam fieri debere.

41 ¶†Sed dubium superest, quid apud acta notari scriptum reperitur, quòd Titius de mādato iudicis in causa &c. fuit tali die citatus, vt nuntius publicus retulit, neq; dicit, quòd ad partis aduersæ instantiam citatus fuerit, vtrum citatio valeat? Si certum esset, quòd non ad petitionem partis, profecto non valeret, vt supra. In dubio autem dicit Abb. præsumendum esse citationem ad partis petitionem factam fuisse, vt ea valeat, & ne iudicium periclitetur, quando alia ad citationis validitatem requisita interuenerunt, allegat Innocen. in capitulo innotuit. de eo, qui furt. ord. susce. qui dixit parum præsumi pro his quæ in iudicio fiunt, nisi ex actis probētur. capitulo quoniam contra. infra de probat. Nisi in his, quæ sunt iudicis arbitraria, vt sunt dilationes. & probationes, argumen. l.j. §. fina. ff. de iure deliber. Et ideo nisi pars malam dilationem datam probaret, dilationi datæ a iudice standum esset. capitulo primo. infra de dilatio. quia & si pro iudice in arbitrariis non multum, sed parum præsumatur, argumen. §. primo, instit. de officio iudi. & l. planè. ff. de rei vendi. Tamen præsumi dicitur. l. quod si minor. ff. de mino. §. sicut institu. de lega. l. age. C. de transactio.

¶Præterea solennitas intrinseca, quæ in instr̄o nuntiatiuè narratur, in dubio p̄sumit̄, vt per scribentes post Bart. in l. sciēdū. ff. de uer. ob. §. si insti. de fideiuss. §. si scriptū. inst. de

inuti.

inuti.stipu. & scriben.in auth. si quis in aliquo. C.de eden. ¶Hanc opinionem Abba. hic prius posuit Gul. de Suza.in d.l.ad peremptorium,& post eum do.Ant.hic,qui in simili allegat Host.& Io.And.in c.j.gl.j.de litis cōtest. Faciunt quæ hñr in l.2.C.de dot.pmis.vbi ex eo, q quis certas vsuras afferta,& enuntiatæ dotis promisit, dotē ipsam quoq; promisisse censetur,& Bar.in l.qui in aliena.§.j.ff. de acq. hære.dicit,q ex cursu longi temporis aditio hæreditatis facta iussu patris præsumitur.¶Subdit Abba.etiam,† q quis
42 authoritate propria aduersarium citare non potest,per l.neminem.C.de exhiben.& introducen.reis, & dicit gl.in c.cum sit Romana.in ver.rectè.de app.q si quis extraiudicialiter appellet,& aduersarium ad curiam,seu ad iudicem vocet,uocatus extraiudicialiter ire non tenetur: quia appellationes extraiudiciales vim citationis iudicialis non habēt, nisi citatio de mādato iudicis facta fuerit, vt voluit Inn. in c.dilecti.s.de maio.& obe.¶An autē pars aduersarium ppria authoritate ad iudicium vocare possit.j.dicetur.
43 ¶†Ex verbis Abb.notandum est,tria ad esse legitimæ citationis in iudicio contentioso concurrere debere,instantiā partis,commissionem,seu decretum iudicis de citando, & nuntij relationem.Addo quartum,saltem ad illius probatoriam solennitatem,q in actis descripta fuerit per notarium ad acta deputatum,vt in c.qm̄ contra.j.de prob. Primum requisitum probatur ex hoc tex.vt præsupponūt Abb.do. Anton.&alii, ibi, quem cum aduersarius ipsius ad concilium introduci petijsset.¶At Decius inquit hunc tex.necessariò non probare: quia illa verba, quem cum aduersarius &c. sunt enuntiatiua prolata a concilio generali factū referente,quæ non probant,neque necessariò inferūt id ad esse citationis requiri,quamuis forte etiam id seruatū fuisse probarent,ar.eorum,quæ posuit Bar.in l.vnica. post glo. circa fi.C.qn̄ non pet.par.& per Ioan. And.in c.inter dilectos.j.de fide instr.¶Mihi vero vr̄ primò hunc tex.de par-
44 tis petitione,& instātia probare,& fidem facere.Nam † qn̄ lex factum aliquod enuntiat,& super illo disponit, & decidit,tunc uerba enuntiatiua factum illud probare dicūtur, & ex illis ad iuris decisionem inferre possumus, vt colligit ex uerbis Ioan.de Imo.in c.cum apostolica.de his,quæ fi.a præ.si.con.ca.Alc.ī l.j.12.col.ver.tertiò fallit ff.de off.eius. Sequitur Dec. in c.2.2.col.s.de offi.delega.& soleo ad hoc inducere.c.in præsentia.infra de proba.vt ibi dixi.
45 ¶†Secūdò verba enūtiatiua principis superiorē nō recognoscentis de facto suo proprio plenam fidem faciunt, & ex illis psumptio iuris & de iure oritur,contra quā probatio nō admittitur,vt in cle.1.& ibi gl.Abb.& Imo. de proba. Sed verba huius literæ, super quibus Abb. & d.Ant.dictū suū fundant,fuerunt verba concilii generalis habentis authoritatem condendi canones,vt per glo.in sum.3.dist.& super illis dispositionem huius tex.fundauit,ergo ea probare dnr
46 & ex illis argum.sumi potest.¶† Vtrum autem ad esse citationis legitimæ in iudicio contentioso partis instantia sit necessaria, Abb.hic voluit, q sic per hunc tex.& ea,quæ.s. dicta sunt.Vltra,quæ addo,q licet ex hoc text. probetur in terminis illius citationem ad partis petitionem factā fuisse non tn̄ infertur istud ad esse citationis fuisse necessariū,sed hoc ex alio dicto probari vr̄,de quo proximè, & habetur p Inn.in d.c.ad nostrā.il 2.argu.d.l.4.§.hoc autē iudicium. ¶Secundò probatur ex tex.in c.proposuisti.j.titu.proxi. & ibi Abb.no.hæc enim sunt verba illius literæ. Proposuisti nobis,q quidam subditus tuus ad petitionē aduersarii sui a te legitimè ad causam citatus est &c. quæ verba frustra a canone ibi,& hic ponderarentur,& proponerentur,nisi iuris ministerium,& obseruantiam importarent, cum in iure nihil superfluum esse debeat.§.quibus.in 1.cōsti.cod. & s.in proœ.ibi,resecatis superfluis &c. ¶Tertiò corroborat per l.properandum. §.& si quidem. C.de iudic.vbi iudex contra contumacem non procedit,nisi parte petente & instante.Ex quo infertur,q citatio quoque per quam ad cōtumaciam deuenitur,parte petente a iudice fieri debet. ¶Quartò Abb.alleg.d.l. ad peremptorium. cum seq. ff.de iud.vbi Bar.per illū tex.hoc expressè voluit,& idem in l.si finita.§.Iulianus.ff.de dā.infe.vbi Alexā.hoc idē sequutus est per d.l.ad peremptorium.qui tex.optimè probat,& nisi ille esset,alia.s.alle. facillime tolli possent. ¶Sequor tn̄ hāc conclusionem,quā doc.cōiter sequuntur,vt refert Alex.in d.§.Iulianus.& idē uoluit Spe. in ti.de citatione.§. sequit.
47 ver.illud autem no.¶†Et ideo iudex cautus esse debet,vt in actis describi faciat, ad cuius instantiam citatio emanauerit,alioquin de legitima citatione constare non diceret, & actus,seu iudicium corrueret,l.de vnoquoque.ff.de re iud.

cle.pastoralis.ver.cæterū.eo.tit. & hanc cautelā cōmendat Ang.in d.l.ad peremptoriū,q allegat gl.pe.in l. sancimus. C.ad Treb. An aūt illa sit necessaria. j. declarabitur,est tn̄ vtilis ad difficultates fugiēdas. ¶Quod autē partis instātia sit necessaria,sequitur Dec.hic,sed istud intelligit verū esse in iudicio ordinario,in quo ille tres psonæ, uidelicet actor reus & iudex ad minus sunt necessariæ,iuxta.c.1.4.q.4. & d.c.forus.& in hoc casu loquit. d.l.ad perēptoriū.d.c.proposuisti.& text.noster, secus in iudicio extraordinario, in quo persona actoris,seu accusatoris verè non interuenit; vt qn̄ per viā inquisitionis pcederet,iuxta illa,q̄ s.in rubr.diximus.nā cū psona.actoris verè nō adsit,sed imaginariè,& fictè.d.c.qualiter.& d.c.licet Heli.non dr̄ adesse psona,ad cuius instantiā citatio fieri dicatur,& ideo iudex ex suo officio in hmōi iudicio mandat quem seu aduersarium citari; Hāc declarationem expressè sensit Abb.in d.c.proposuisti. & in d.c.qualiter.il 2.q text.optimè pbat,& in d.c.ad no-
48 strā il 2.¶† Quo ad illud aūt, quod hic Abb.voluit & fuit dictū do.Ant.hic,& de mente Gul.de Suza.in d.l.ad perēptoriū,q si ex actis constat,citationem de mandato iudicis factā fuisse,& in illis adest relatio nuntij citātis simpliciter, absq; eo,q expressè de instantia partis petentis citationē fieri constet,in dubio debeat psumi citationē fuisse factam ad partis petitionē,ad hoc vt actus & citatio valeat, cū hoc sit minor pars citationis,& semp in dubio faciēda sit interpretatio,vt actus valeat.l.quoties.ff.de uer.obl.de reb. dub.& de regu.iur.cum simi.& alia ad propositum.s.allega.fuerunt Decius inquit istud dictum Ant.& Abb.verum non esse: quia in causis ordinariis ordo iuris, seu iudicij seruandus est l.prolatam.C.de sent.& tamen si in sententia, siue apud acta notarij scriptum reperiatur,sententiam latā fuisse iuris ordine seruato,& illo totaliter enuntiatiuè prolato, ille ordo non præsumitur;nisi expressè probetur.c.cū a nobis.j.de testi.alioquin sententia nulla esset.d.l.prolatā, & volunt scribē.post gl.in d.c.qm̄ contra.& in d.auth.si quis in aliquo.¶Secundò in contractibus & alienationibus rerū pupilli authoritas tutoris requiritur.§.neq; insti.de aut.tu. l.obligari.§.tutor.ff.e.ti.& tn̄ si apparet de cōtractu & alienatione pupilli simpliciter,in dubio authoritas tutoris interuenisse non præsumitur.l.quæcūq;.§.pe.ff. de publicia. ¶Tertiò partis instantia dicitur de requisitis pro solennitate citationis,& de solennitate extrinseca eē dr̄; quia ex facto hoīs extrinseco cōsistit,ergo in dubio interuenisse non psumitur,nisi expressè de illa cōstet.d.l.sciendū.& ibi Bar. & alij,& hanc opi.vn̄r sequi doc.magis cōiter Bar.in d.l.si finita.§.Iulianus.in glo.in ver.peremptorio. & ibi Alex.in 4.col.Roma.in d.l.sciendum.Ang.in d.l.ad peremptoriū. & est de mente gl.pe.in d.l.sancimus.¶Quam opinionem
49 quartò confirmo, †nam si uera esset opinio Anto. & Abb. sequeretur, q sicut in dubio præsumeretur citationem ad partis instantiam factā fuisse,ita ex identitate rōnis psumēdū esset,q etiam de mandato iudicis facta diceret, cum & hoc,sicut illud ad esse citationis reqrat: cuius cōtrariū tn̄ doc.cōiter volūt,& probat in cle.cū lite.vt lit.pēd. Abb.& alii in c.gratū.s.de off.dele.& Io.And.in c.fi.de offi, leg.c. cum dilecti.infra de dolo & contu. ibi ipsi mandauimus, quatenus.&c.& c.fina.eo.ti.¶Hanc cōclusionem vt s.corroboratā limitat Dec.hic.†.qn̄ essemus in causis minimis
50 & leuioribus,in quibus ordo iudicii & iuris solennitas a iure remissa censetur,vt hic per eū: qm̄ in hmōi causis solennitas extrinseca psumitur,& consequenter partis petitio, vt in simili voluit Ab.j.eo.c.in vlt.char.ver.an aūt.& p eū.& Mod.in c.Albericus.j.de testi. facit l.j.in fin.ff.de vē.insp. vbi omissio leuis solennitatis actum nō uitiat.¶Scdo limitari pōt in causis,in quibus p viā notorij procederetur.qm̄ in notoriis iuris ordo & solēnitas nō seruat. d.c.ad nr̄am. il 2.Et ideo q̄uis in illis citatio requiratur, vt per gl.ibi,tn̄ qūocunque de ea cōstet,sufficiet absq; q probet,q ad instātiam partis,qa psumet. Posset tn̄ dici, q ex quo in leuioribus & notorijs quilibet ordo iudicij, & iuris solennitas a iure remissa censetur, vt in iuribus proximè alleg. si cōstet citationem simpliciter factam esse,citatio ualebit quomodocunque,etiam si constaret parte nō petente factam fuisse, & cōsequenter partis petitionem præsumere necesse nō erit;quia cum illa dicatur de iuris positiui solennitate, ut s.& in leuioribus, & notorijs iuris positiui solennitas non sit necessaria, vt in dictis iuribus,sequitur, q simplex citatio,quæ est de iure naturali.clementina, pastoralis.§. cæterum sufficiet,etiam si certum sit partem specialiter non instetisse, q aduersarius citari debuerit. Et consequenter hæ

duæ

duæ limitationes non ratione præsumptionis, sed regulariter,& sui natura procedunt, vt supra.

¶Præterea limitatio Decij, de qua s. impertinens,& extra terminos conclusionis traditæ vr; quia conclusio procedit in terminis, quibus apud acta reperiret simpliciter descriptum aduersarium fuisse citatum,& sic quando essemus in iudicio ordinario plenario,& non summario,& consequēter in casu quo acta vniuersa iudicij describenda essent, ut habetur in c.qm cōtra. At in causis leuioribus minimis & notoriis acta non sunt describenda,ut in auth.nisi breuiores. C.de sen.ex breui.reci.& habetur in d.c.quoniam contra.& arg.d.c.ad nostram.il 2.ergo limitatio Decii,& alia, quā addidi,materiæ,& casui conclusionis positæ per Abb. & Ant.conuenire non videntur; quorum opinio vltra su-
51 perius dicta, quinto loco dubitabilis redditur.† Nā qncūque ad actus validitatem,lex seu canon scripturam requirit,nunquam in dubio dicta solennitas scripturæ præsumitur, Alex.in d.l.sciendum.in 4.col.& est de mente canonistā. in d.c.innotuit.s.de eo qui fur.ord.susce.c.super his. de accu. Io.And.& do.Ant.in c.quod sicut.de electio.per tex.in c.1.de appella.in 6.& in c.cū sit medicinalis. de sen.excō.eo.lib.& probatur ex his,quæ voluit Bal.in l.item q̄ritur.§.qui impleto.cū l.seq. in addi.ff.locati. sed canon ꝑ solennitate citationis scripturā actorū requirit, in qua oīa tria de quibus.s.in citatione requisita cōprehendantur.d.c.quoniam cōtra.cum ibi no.ergo in dubio non præsumetur,& hęc opinio,(vt dixi)magis cōiter approbata videtur.

¶Sed præmissis non refragantibus arbitror sententiā Abb. & Anto.de iure sustentabilem esse, quicquid Decij,& alii, de quibus.s.dixerint, & illam multipliciter confirmo, & primo; nam cum constet citationem apud acta descriptā a iudice fuisse commissam in iudicio ordinario ad vtilitatē priuatam ipsius partis, in quo casu Gui.Ant.& Abb.loquūtur,sequitur,ꝙ ea debet intelligi commissa ad instantiā partis: quia iudex ad vtilitatem priuatam officium suū impartiri non debet,nisi implorāti.d.l.4.§.hoc autem iudicium, vbi Bar.& omnes cōmuniter,& Inn.in d.c.ad nostrā. il 2.
52 ¶Secundo,† quando actus iudicialis factus & exequutus reperitur,si talis sit,qui expensam pecuniariam exposcat,semper in dubio ad illius petitionē factus præsumitur, qui expensam soluere debet,argu.l.fi.C.de alim.pup.præst.Bart. & Alex.in l.cum seruus.ff.de verb.ob.Abb.in consil. 54.j.lib.Inn.in c.nonnulli.de rescrip.& hic per Are.Sed citatio expensam exposcit,quam is soluere debet, ad cuius vtilitatem & petitionem fit.l.j.C.de sportulis. no.in c. finem litibus de dolo & contu.ergo &c.
53 ¶Tertio† actus, qui fit in iudicio, vel extra in dubio factus censeri debet de voluntate,& ad instantiam illius, ad cuius fauorem,& vtilitatem principaliter tendit.c.constitutis.& ibi Abb.& alii.j.de testibus.Bart. in l.de pupillo.§.si quis ipsi prætori.in 10.q.ff.de no.ope.nunc.ergo,&c.

¶Quartò induco.d.c.quoniam cōtra,vbi tex.videtur velle sufficere,quòd simpliciter apud acta scriptum fuerit, citationem fuisse factam,absque quòd vlterius appareat ad cuius petitionem,quod si fuisset necessarium,parum fuisset, illud ibi exprimere,& hoc non ex alio, nisi q̄a in dubio istud præsumendum est rationibus, de quibus supra.

¶Quintò citatio dicitur esse vnum integrum ex pluribus integralibus partibus compositum sicut domus, constat enim ex partis instantia, iudicis commissione & nuntij exequutione & relatione, vt dictum est, quæ tria de solēnitate intrinseca esse dicuntur, vt statim demonstrabit, ergo quoties apparet, puta ex actis, citationē simpliciter factā fuisse, in dubio præsumendū est, illa tria solennia interuenisse per ea, quæ habentur in d.l.sciendū.d.§. si scriptum. & in §.fi. insti.de fideiuss.quod autem hæc tria de solennitate intrinseca,non autem extrinseca esse dicantur, ex his colligi pōt, quæ habentur per Bar.Ale.& alios in d.l.sciendum.Fel.in c.sicut.j.de re iu.& in c.Albericus.de testi. & optimè per
54 Bal.in l.quęcunque.§.pe.ff.de publici.Nam† extrinseca solēnitas ea esse dicitur,quæ ab actu,cui accedit,separata est, considerando actum prout est in fieri, vt est decretum in alienatione rerum ecclesiæ,vel minoris,tutoris authoritas, & similia iux.l.obligari.§.tutor, & ibi per totum.ff. de authoritate tutoris §.neq;. inst.eo.ti.c.1.2.3. cum ibi not.& per totum de his,quæ fi.a præ.sine cōs.ca.c.cura.j.de iur.pat.l.j.l.magis puto.§.non passim.ff.de reb.eo.l. non solū. l.ob æs.cum ll.seq. & ferè per totum.C.de præd.min.c. sine exceptione.12.q.2.c.j.de reb.eccl.non alie.in 6.cū sim. & hęc non dicitur pars integralis ipsius actus,sed formalis dicitur enim solennitas extrinseca, quasi extra actum, cui accedit,seu extra personā,a qua actus fit, vt sensit Bal.in d.l.quæcunque. §.pe. Intrinseca uero solennitas est illa, quæ respicit personam contrahentem,seu actum celebrantem, & dicitur pars integralis actus,in quo requiritur,nec ab eo est separata,sed cum ipsum contexta,& intrinseca,quasi intra actum,vt est interrogatio & respōsio in stipulatione, & consensus in contractu,sine quo nec est,nec fieri cōtractus potest.l.j.§.adeo.ff.de pac.l.1.in prin.& l.5.§. stipulatio.ff. de uerbo.obliga.iuncta,l.continuus.in prin. eo.ti. sed partis instantia,iudicis commissio & exequutio, atque relatio nuntij ab ipsa citatione separata nō sunt, imo ea tota ex his tanquam partibus integralibus componitur, vt scriben.præsupponunt,& probatur in cle.2.vt lit.pen.cum simili.s.ad hoc alleg. ergo illa de solennitate intrinseca esse dicentur quæ in dubio per prædicta præsumetur.

¶Et hanc Abb.opinionem saluando.Ex proximè dictis tollitur fundamentum Roma.Ange.Bar. Alex.& aliorum cōtrarium tenentium, qui præsupponebāt partis petitionem esse de solennitate extrinseca ipsius citationis,nam imo est de intrinseca,vt dictū fuit.Ipsa autem totalis citatio,quę in actu iudiciali requiritur,de extrinseca esse dicitur: quia ab actu iudiciali est separata,& diuersas personas respicit, arg. d.cle.pastoralis.§.cæterū.& cle.sæpe. de uerb.sig.& habetur per gl.in l.prolatam. C.de sent.

¶Vel posito, sed non concesso, partis instantiam esse de solennitate extrinseca citationis,tamen in dubio præsumetur rationibus pro hac opinione.s.adductis.& maximè quando in actis constaret de mandato iudicis factam fuisse, per prædicta.At quādo in actis scriptum esset,citationem simpliciter factam fuisse,nec diceretur de mādato iudicis, tūc opinio contraria Bar.Ang.Ale.Roma.& aliorum forte sustineri posset, tenendo partis instantiam esse de solennitate extrinseca,q̄a isto casu multæ,ex rationibus.s.ꝓ opi. Abb. deductis cessarent.

¶Sed sustinēdo prout verius videtur partis petitionem esse de solennitate intrinseca,absolutè opin.Bar.& aliorum per prædicta vera non uidetur.

¶Nec aduersatur secūdo loco,quòd citatio scripturā exposcit,vt inferebat Alex.in d.l.sciendum.in 4.col.per d.c.qm contra. quia responderi potest d.c. quoniam contra. non requirere scripturam ad esse citationis, seu aliorum actuū, sed ad faciliorem probationem, vel saltem duntaxat ad solennitatem probatoriam,& ideò citationes, & alia acta aliter,puta per cōfessionē partis,uel per testes probari possent iuxta ea,quæ aliàs diximus ibi,sed in casu proposito pręsuppositum est,citationem apud acta simpliciter fuisse descriptam.Igitur obiectio cessat.

¶Non refragatur tertiò id, quod dicebatur,quòd ad esse citationis necessaria est partis petitio de citando d.l.ad perēptorium.iuncta l.& post edictū. §.quod si is.ff.de iud.ibi, edictum impetrauit &c.Nam primo respondetur,illa iura loqui ponendo ius certū,quòd partis instātia & impetratio citationis est necessaria,& hoc verū esse admitto,sed in casu.q.nīæ an in dubio p̄sumat,necne,iura p̄al.non loquunt.

¶Secundò forte dici posset,quòd licet ad obtinendum a iudice citationem peremptoriam,requirat,vt expresè de partis instantia & impetratione constet, aliàs perēptorium,& eius effectus,q magnus est,& longè diuersus ab effectu simplicis citationis nō valeret.d.l.ad peremptoriū.cū quinq;.ll.seq.& hic, tn̄ ad validitatē citationis simplicis oīno non requiritur,vt expresè de partis instātia constet:quia in dubio præsumenda est,vt hic per Ant.& Abb.& s.probatum fuit.Fateor tamen,quòd si clarum esset,citationem absque partis instantia factam fuisse, tunc ea non valeret,& consequenter nec processus; quoniam iudex officiū suū ad vtilitatē priuatā impartiri non debet,nisi imploranti, & in hoc casu posset procedere opinio Bar. Alex.Roma. & aliorum.

¶Nec refragatur etiam, dum dicebat, ꝙ si in dubio partis instantia præsumeretur similiter & mandatū iudicis,qđ tn̄ falsum est, vt s. Nam hæreticum esse non putarem tenere idem in utroq; casu datis paribus terminis,uidelicet,quòd appareret citationem simpliciter descriptam fuisse sed dubium esset,an ad partis instantiam, & de mandato iudicis, in quo dubio non solum vnum,sed etiam alterum credere præsumendum esse interuenisse ad validitatem citationis processus & sententiæ, quia inter hos casus nullam diuersitatis rationem video,ergo idem ius in vtroque esse dicet.l. a Titio.ff.de verbo.obliga.Secundò respondeo, quòd præsupposita inter hæc duo differentia, & diuersitatis ratione

ex vno

ex vno ad aliud non est inferendum iuribus vulgaribus; nam iudicis mandatum de citando in dubio nuncio factũ non censetur, quia licet plura de iure maximè concurrente temporis diuturnitate in dubio præsumantur, vt per Barr. & alios in l. qui in aliena. & ibi Alexan. in 5. col. ff. de acqui. hæred. & per Bar. in l. qui fundum. in fi. ff. pro emptore, tñ
55 †nunquam etiam diuturnitate temporis interueniẽte pro mãdato præsumitur, vt in l. 2. ibi, vsque ad mille an. C. si ex fal. insti. Fal. qui multa congerit in c. sicut. in 19. col. ff. de re iudica. Sed in dubio bene de partis petitione præsumi põt rationibus. supra adductis.

¶ Non aduersatur quintò illud, quòd si plura, quæ ratione ordinis sunt necessaria, in sententia, vel instrumento & cõtractu enunciatiuè referantur, ex hoc illa in dubio non p̃sumũtur, nisi expressè probentur, ergo minus de partis instantia. vt s̃. Nam huic fundamento facile responderi põt. Primò, quòd doct. in locis. s̃. alleg. loquuntur, quando illa, quæ sunt de solennitate extrinseca, enuntiantur, quæ in dubio non præsumuntur propter regulam generalem, q̃ solẽnitas extrinseca in dubio non præsumitur. d. l. sciendum. cum ibi no. sed partis instantia de citando dicitur de solennitate intrinseca, quæ in dubio præsumit̃, vt s̃. ergo de vno ad aliud non est inferendum. Vel secũdò, aliud est, quòd ea, quæ ad esse sententiæ, seu alienationis actum ipsum præcedere debent, enuntiatiuè exprimantur, & tunc illa non præsumitur: vt est authoritas tutoris, decretũ superioris. Aliud q̃ enuntietur aliquid per se & simpliciter, quod ex pluribus partibus integralibus consistit, vt q̃ citatio facta fuerit, lata fuerit sententia, interuenerit authoritas tutoris, & similia; tunc enim citatio in dubio integraliter facta præsumetur, & sic de singulis.

¶ Quartò Abba. colligit ex hoc text. ibi interrogatus &c. q̃
56 † iudex ex mero officio non solum post litem contesta. & quandocunque ante sententiam latam super meritis causæ ad informationem animi sui partes potest interrogare. l. vbicunque. ff. de interro. actio. c. iudicantem. 20. q. 5. & c. cum Ioannes. de fide instr. sed etiam ante litem contest. in principio causæ post citationem immediate factam ad ordinandum iudicium, & ad remouendum exceptiones declinatorias potest reũ interrogare, cui interrogationi reus respondere tenetur. Et hoc modo Abb. Ant. & aliis intelligunt tex. loqui de concilio interrogante.

¶ Videtur tamen iste tex. hoc necessariò non probare: cum uerba literæ magis inferant, interrogationẽ ab aduersario factam fuisse, quàm a concilio, si rectè considerentur.

¶ Et notandum est, quòd ista promissio non fuit simplex pactum nudum de litigãdo, sed stipulatio firmiter a partibus facta, vt colligitur ex obseruatione formæ stipulationis: cũ promissio ad interrogationem facta fuerit, arg. l. j. in princ. & l. 5. §. stipulatio. ff. de verb. obli. instit. eo. in prin. iuncta l. non codicillum. C. de testa.

¶ Doc. tamen cõiter intelligunt, hic fuisse factum simplex pactum de litigando, ponderando illud verbum promiserat, quod pactum arguit. l. sciendum. §. dictũ. ff. de ædi. edi. l. pactum. ff. de pollic. l. j. ff. de pac. Quæ inductio necessario
57 non probat: quia †verbũ promitto, qnq; pactũ, qñq; pollicitationẽ, qñque stipulationẽ importare dicitur, p̃ut inchoatum fuit, vt d. l. sciendum. §. dictum: nam si a promissione facta cõi consensu duorum interueniente, dicitur pactũ. l. j. §. pactum. ff. de pact. Si vero a promissione facta a solo offerente non interueniente cõi duorum consensu, dicetur simplex pollicitatio. d. l. pactum. Si autem ab interrogatione, stipulationem continere dicetur propter formam stipulationis obseruatam. d. l. sciẽdum. §. dictũ. l. 1. C. de vsuris. At hic fuit ab interrogatione inchoatũ, & sequuta fuit promissio. Igitur infertur, stipulationem fuisse cõtractã: quod suadetur, quia episcopus promisit, ergo per stipulationẽ; nã verbum promitto, in scriptis redactum stipulationem continet. §. si scriptum. insti. de inu. stip. ¶ Istud vltimum parũ facit; qm̃ refert, an uerbum promitto, inter contrahentes in scriptis redactũ fuerit, & tunc stipulationem significat. d. l. sciendum. d. §. si scriptum. an uerò prolatum a teste, & redactum in scriptis, & tunc pactum significat, gl. in d. l. j. C. de vsur. an vero in lege & canone factum narrante scriptum reperiatur, & tunc necessario stipulationẽ, aut pactũ non continet, sed sumitur secundum subiectam materiam d. l. sciendum. §. dictum. & d. l. pactum. sed hic prolatũ fuit a canone factum narrante, ergo non concluditur stipulationem fuisse cõtractam. ¶ Alia tñ ratione dicere possumus stipulationem hic fuisse contractam, quia si simplex pactũ nudum de litigando factum fuisset, potuisse esse locus pœnitentiæ. l. si conuenerit. ff. de iurisf. om. iud. sed hic nõ fuit locus pœnitentiæ, vt dicit tex. ergo fuit stipulatio, de cuius natura est, q̃ etiam si apponatur in actibus de quorum natura, sit, vt pęnitentiæ locus esse possit, tamen contrarium operatur. l. ex placito. & l. cum precibus. C. de rer. permut.

¶ Videtur tñ, q̃ in terminis huius literæ non sit differentia, an promissio facta fuerit per stipulationem, an vero per pactum; quia etiam q̃ pactum fuisset factum, idem quo ad iuris effectũ operaretur, ac si stipulatio facta esset; quia hic pactum factum fuit in iudicio coram iudice, quod calore iudicij vestitur quo ad producendam efficacem actionẽ. l. cũ ostendimus. ff. de fideius. tut. Alex. post Roma. & alios in l. j. in prin. ff. de ver. ob. cum simi. ibi alle. ¶ Videtur etiam, q̃ non sit differentia in terminis huius literæ, an promissio facta fuerit ad interrogationem partis, an vero ad interrogationem iudicis; quia licet regulariter quis alteri stipulari nequeat l. stipulatio ista. §. alteri. cum simi. ff. de verb. obli. tñ
58 qñ † iudex vt publica persona alteri sibi subdito stipulatur valet stipulatio, & illi acquirit̃, sicut qñ notarius vt publica p̃sona alteri stipulat̃. l. 2. & ibi Bar. ff. rẽ rat. ha. Istud voluit Bar. in l. arbiter. ff. de arbi. & in l. 1. circa fi. prin. ff. de iu. fis. Facit quod voluit gl. in c. j. in ver. absentia. in fi. ver. de ele. lib. 6. q̃ iudex ex suo mero officio procuratorẽ interrogare potest ad legitimum mandatũ habeat, & eũ ad illud exhibẽdum cogere; qm̃ ipsius iudicis interest hoc scire, ne in uanum laboret; cum iudiciũ cũ falso p̃curatore factũ nullũ
59 sit. l. licet. in prin. C. de procu. ¶ Et † intelligendo hic fuisse factũ pactũ de litigando, siue cum iudice, siue cum aduersario factũ sit ad hoc, vt per illud remote, & exclusæ dicant̃ exceptiones declinatoriæ, quæ contra iurisdõnem iudicis opponuntur, requiritur, q̃ istud pactũ factũ fuerit in principio causæ immediate post citationẽ, antequam iudex aliquo modo sua iurisdictione vsus fuerit; quia si postquã aliqualiter sua iurisdictione vsus fuisset, tunc pactũ factũ post non diceretur exceptiones declinatorias remouere, cũ iam per vsum iurisdictionis suæ declinatoriæ sublatæ, & remotæ dicantur, vt in c. inter monasteriũ. j̃. de re iud. Bart. in l. quidã consulebat. ff. eo. ti. Sali. in l. fi. circa. fin. C. de iudi.
60 ¶ † Et non solũ permissum est iudici interrogare reũ ad effectũ remouendi declinatorias, sed etiã ad effectũ remouẽdi alias exceptiones dilatorias, quæ ad iudiciũ differendũ opponũtur, vt sunt procuratoriæ. d. l. licet. gl. in d. c. j. in ver, absentia. vt sunt etiã exceptiones recusatoriæ iudicis. l. apertissimi. iuncta l. fi. & ibi scriben. maximè Sali. C. de iud. & istæ exceptiones declinatoriæ, & dilatoriæ sunt proponendæ, & cognoscendæ in principio iudicij ante li. cõte. vt in
61 c. pastoralis. de excep. l. fi. C. eo. † excepta tamen exceptione excõicationis, quæ licet dilatoria sit, tñ qñcunq; in qualibet parte iudicii opponi potest propter periculum animarum eo q̃ in cõicando & participãdo cũ excõicato quis incurreret minorẽ excõicationem, vt est casus clarus in c. exceptionẽ. j̃. de excep. iuncto. c. si quis frater. cum simi. 11. q. 3. Ac etiam pp̃ huiusmodi periculum animarum iudex ex suo mero officio a limine iudicii excõicatum expellere potest, parte etiã non instante, quando iudici manifestè constat de excõicatione actoris. d. c. exceptionem. in fi. ver. & probat text. in c. prout. j̃. de dolo, & contu. q̃ iudex ex suo mero officio potest contumacem compellere ad p̃stãdum saltem iuratoriam cautionẽ de stando iudicio & iudici pa-
62 rendo in pęnam suæ contumaciæ. ¶ † Animaduertendũ est etiam, q̃ hic tex. loquitur de promissione facta de non declinando iudicem, non autem de prorogando illius iurisdictionem, quæ duo inter se differunt; nam per pactum de non declinando conseruatur iurisdictio sui iudicis, vt etiã in casibus, in quibus ab eo recedi potest, p̃pter huiusmodi pactum non sit recedẽdum, ut in casu. l. si quis in cõscribẽdo. C. de pactis. gl. fi. in l. si conuenerit. ff. de iurisf. om. iudi. Per pactum verò de prorogando iurisdictionẽ quis de nouo iurisdictioni iudicis non sui subiicitur. d. l. si conuenerit. l. j. & 2. ff. de iudi. & l. j. C. de iurisdictio. om. iudic. ¶ Et quod tex. iste de pacto prorogatiuo non loquatur, dupliciter demonstratur. Primò; quia ante pactum citatus cõparere nõ debuisset. l. si q̃s aliena. ff. de iud. cum ibi no. & gl. in l. 2. ff. si quis in ius voc. non ie. At hic episcopus ante pactũ citatus cõparuit, ergo præsupponit conciliũ aliàs fuisse iudicem cõpetentẽ. ¶ Secundò hic p̃supponit̃, q̃ pp̃ simplex pactum episcopus comparere debuisset, nec apparet istud pactum fuisse factum de consensu alicuius superioris episcopi, ergo non loquitur de pacto prorogatiuo, sed potius

de non

de non declinatorio: quia etiã iudicis ecclesiastici iurisdictio a non subdito prorogari non potest, nisi de cõsensu & licentia sui superioris. c. j. & 2. & c. significasti. j. ti. proxi. & iste est verus intellectus, quem sequitur Alex. in d. l. si conuenerit. in 2. col. in 5. fallentia, & in 3. col. in 8. limitatione.
¶Item ex verbis Abba. in hoc quarto notabili colligitur,
63 †quòd non solum per litis contestationem, vel termini statuitionem præcluditur via exceptionibus declinatorijs & dilatorijs, vt in c. pastoralis. de excep. c. inter monasterium. de re iudic. iuncta d. l. fi. C. de except. Sed etiam per actum citra contestationem, vel termini appositionem. Actum vero citra appellat Abb. pactum, per quod promissum fuit de litigando coram iudice, & de non declinando eius iurisdictionem, vt probat iste tex. & in d. l. si conuenerit.
¶Ex quo ampliatur id, quod habetur in d. ca. pastoralis. cũ aliis. supra allegat. vt tantum operetur pactum de non declinando, quantum litis contestatio, & lapsus termini dati ad opponendas exceptiones dilatorias.
¶Alio quoque modo potest præcludi via declinatorijs, quãdo per prius iudex sua iurisdictione vti cœpisset, puta in cognoscẽdo de causa suspicionis, seu de alia dilatoria; quoniã si postea exceptio incompetentiæ opponeretur, & sic declinatoria, excipiens non est audiẽdus: quia illi renũtiasse videtur, vt voluit Bar. in d. l. quidam cõsulebat. & in d. l. apertissimi. vbi Sali. & in l. fi. C. de iudi. Moder. post Inn. & Abba. in d. c. cum inter monasterium. Si autem contingeret simul dilatorias & declinatorias proponi, licet quo ad ordinem scripturæ proposita fuisset dilatoria, tñ quò ad ordinem intellectus declinatoria proposita diceretur, & de ea prius cognoscendum esset, vt habetur per Sal. in d. l. fin. & in d. c. cum inter.
64 ¶†Limitantur tamen prædicta in exceptione excommunicationis opposita ad processum: quia illa quandocunque post lit. contesta. & lapsum termini, ac etiam post pactum, de quo supra, vsque ad sententiam exclusiuè opponi poterit, & hoc propter periculum animarum, vt in d. capitu. exceptionem. quæ tamen generaliter proposita non admittitur, nisi qualitas excõmunicationis expressa fuerit. Vtrũ excommunicatione maiori, vel minori actor excommunicatus fuerit, & hmói exceptio, quæ cõtra regulas iuris quãdocunque opponi potest, restringitur, vt debeat probari infra octo dies a die oppositionis, vt hæc omnia probãtur in c. pia, vbi no. de excep. lib. 6.
65 ¶Secundò prædicta limitantur, † quando post contestationem litis, vel lapsum termini, aut post pactum de non declinando noua causa superueniret, ex qua dilatoria, seu declinatoria causaretur: quia illa post cõtestationem & termini lapsum opponi poterit, necnon post pactum, vt est gloss. in l. fi. C. de excep. & habetur per gl. in d. c. pastoralis. Idem est, quando etiam causa, ex qua oritur huiusmodi exceptio, a principio aderat, sed iustè ignorabatur, vt est glo. pulcherrima & magistralis. in ca. 2. §. exceptio. 3. q. 6. & habetur in d. c. pastoralis.
66 ¶Sciendum est etiam† quòd inter interrogationes, q̃ fiunt, seu fieri possunt a iudice, iux. d. c. iudicantem. & d. l. vbicũque. magna est differentia, an ex mero officio iudicis fiant, an verò ad partis instantiã: quia primo casu interrogationes fiunt absque quod positiones fiant, taliter, quòd ex responsionibus datis interrogationibus non dicitur confessi iudicium resultare ad præiudicium respondentis, sed solũ ex ijs resultat declaratio eorum, quæ dubia erant, & iudicẽ ambiguum reddebant. Secundò verò casu interrogationes per viam positionum aduersarij fieri debent, quibus est respondendum per verbum credit, vel non credit, & responsiones datæ habent vim confessionis iudicialis, quæ confitenti præiudicat, alioquin si sine positionibus interrogationes ad partis petitionem fierent interrogatus respondere non teneretur, & hoc introductum fuit, ne pars calumniose petat interrogationibus responderi. Quę præsumptio calumniæ cessat in iudice ex officio suo interrogante. Item aliud ex hoc resultat: quia quãdo per viam positionum interrogationes proponuntur, ponens videtur fateri omnia, quæ in positionibus continentur, vt per Anto. in capitu. fina. infra de confess. & ponunt scriben. & ibi diximus in gl. in ver. confessiones. in capitulo, quoniam contra. infra de proba. per Ioan. Andr. in capitulo positionibus. de iureiurando in 6. capitulo primo, & secundo, & ibi no. de confes. eod. lib. Et ad propositum videas gloss. no. in d. c. ad iudicantem. & etiam gloss. in capitulo penul. in versicu. responsionibus. de iuramen. calum. & aliqua per Barto. in rubr. ff. de interro. actio. ¶Addo etiam, quòd aliquæ interrogationes sunt, quæ ex officio iudicis mercenario implorato fiũt, quę dicuntur iudiciorum, & actionum præparatoriæ, & fiunt, ne elusorium sit iudicium, & hæ olim per viam actionum proponebantur, quæ interrogatoriæ actiones dicebantur, & hodie sublatæ sunt l. j. ff. de inter. actio. & illis sublatis, propter vtilitatem, ne elusorium sit iudicium, hodie fiunt ex officio iudicis mercenario ante litem contestatam, nisi iusta causa allegaretur, quare ante factæ non fuerint, vt habetur per gloss. in rub. ff. de interro. actio. & per Bartol. ibi, & in l. prima, cum l. qui petitorio. cum glo. ff. de rei vendi. Interrogationes verò, quæ ex mero officio iudicis fiũt, vbicunque æquitas iudicem mouet ad interrogandum partes quandocunque vsque ad sentẽtiam exclusiuè fieri possunt etiam quòd merita causæ concernant: quia ex illis non fit noua probatio, sed prius facta & ambigua declaratur. d. l. vbicunque. dicto capitulo cum Ioannes. & dicto capitulo. iudicantem, secundum quòd declarat Bart. in l. j. in 3. q. ff. de interro. actio. & de his interrogationibus loquitur gl. in c. pe. de iur. cal.
¶Quinto loco Abb. colligit ex hoc textu, ibi, placuit enim,
67 ut nullus communicet &c. † quòd concilium prouinciale pertinet episcopos verè contumaces excommunicare: nam ex quo concilium habet iurisdictionem ordinariam in clericos & prælatos suæ prouinciæ, etiam in causis criminalibus, vt in capitulo scitote. 6. quæstione tertia. & per totum, sequitur, quòd ex sua potestate ordinaria excommunicare poterit; quia excommunicare de lege iurisdictionis ordinariæ esse dicitur. capit. primo, c. conquerente. ca. licet, c. cum ab ecclesiarũ. de off. ord. c. cum in ecclesijs. & c. quod super his. de maio. & obe.
¶Decius hic in ij. lectu. in 5. not. dicit hunc tex. non ꝓbare illud, quod dixit Abb. quia illa verba placuit, vt nullus &c. nõ fuerũt verba cõcilij ꝓuincialis, sed cõcilij gñalis, ad q̃d causa cepta coram prouinciali deuoluta fuit. Nam, vt diximus figurando casum, iste est casus generalis, qui a cõcilio Aphricano emanauit. Inquit tamen Decius, dictum Abba. in se verum esse, & comprobatur: quia videmus episcopum ad concilium vocatũ excõicari, quando venire neglexit. c. placuit. c. decernimus. & c. si quis. 18. dis. c. si ęgrotas. 5. q. 3.
¶Præterea nulli dubium, quòd concilium prouinciæ iurisdictionem ordinariã habet, vt dictum est, ergo poterit excommunicare etiam episcopos subditos, alioquin frustratoria esset ipsius iurisdictio in episcopos. c. præterea. capit. sanè. supra de offi. deleg. argumen. l. fina. ff. de offi. eius &c. & l. 2. ff. de iurisd. om. iud.
¶Tertiò, quando vni est aliquid interdictum, alia sibi permissa videntur. l. ita iuris. & ibi Cast. C. de relig. & sum. fu. capitu. per venerabilem. qui fil. sint legi. l. cum prætor. ff. de iud. sed concilio prouinciæ, quod de causa criminis episcopi cognoscit, interdicta est depositio episcopi, ergo dicitur sibi excommunicatio concessa.
¶Quartò hoc ad literam videtur probari in ca. si quis episcopus in concilio 11. q. 3.
68 ¶†Vltimò Archiepiscopus solus per se ratione suæ iurisd. ordi. episcopum suffraganeum excommunicare potest. ca. pastoralis, in fi. princ. de off. ord. iuncto. c. venerabili. & ibi Abb. de sen. excom. ergo & poterit ipse cum cõcilio, cuius est caput, vt supra diximus in prin. huius cap.
69 ¶Aliud colligitur ex uerbis Abb. in hoc notabi. q. † concilium prouinciæ, ad quod de iure pertinet de causa criminis episcopi cognoscere, non potest illum deponere. d. c. accusatus. d. c. quamuis. ¶Et quia multa iura cõtrarium ꝓbare vñr, ideo Dec. ex mente Abb. inquit, illa procedere de iure antiquo, secus verò de iure hodierno. Ex quo infertur, iura antiqua corrigi, quod minimè dicẽdum est, q̃ncunq; aliter possumus cõtrarietatem soluere. c. cum expediat. de elec. in 6. l. vnica. C. de inof. dot. ¶Sed antequam ad solutionem dictorum iurium deueniamus, prius videamus, q̃ sint ista iura probantia cõcilium posse episcopos etiã deponere. Et in primis allego text. in c. 1. & 2. 6. q. 4. vbi præsupponitur, episcopum a concilio damnari. ¶Secundo vř text. in c. si quis eps. il 1. & in c. eps prebyter 11. q. 3. vbi eps a synodo dãnatus sacra ministeria tractare nõ pót. ¶Tertiò est opti. tex. in c. si epm. 16. q. 6. vbi p̃supponitur, epm ab alio, quã à Papa fuisset depositũ: & licet gl. ibi dicat, id malè factũ esse, & tolerari pp scandalũ euitandũ, prout etiã in c. & quippe. 3. q. 6. tñ hæc rñsio est diuinatiua, quia in casu. d. c. si episcopum, & c. & quippe. non præsupponit aliquod scandalum imminere, ergo intelligi debet, episcopũ fuisse depositum

positum non a Papa; quia vlterius hoc confirmari non debuisset, igitur a concilio prouinciæ; quia tunc confirmatio Apostolica sequi potest.

¶ Quarto alle. c. si quis a proprio, 21. q. 5. qui tex. interdicit episcopo a synodo damnato posse Imperatorem adire, sed mandatur sibi, ut ad synodum episcoporum sese conuertat & sic ad generale concilium, ergo præsupponitur, prius ab alio cōcilio, & sic a concilio prouinciali damnatum fuisse.

¶ Pro solutione horum iurium, quidam, vt fuit gl. in d. ca. accusatus. in ulti. verb. Decius & Abb. hic dicunt, iura proximè allegata procedere de iure antiquo. Quæ responsio, (vt dixi,) admittenda non est, & precipuè: quia aliqua iura, quæ uolunt, concilium posse deponere episcopus, de iure antiquo existunt, vt est tex. in d. ca. accusatus. qui conditus fuit ante canonem vltra, in quo dicitur, episcopum a concilio damnari posse.

¶ Secundo aliqui, ut refert gl. in c. 1. 6. q. 4. in vers. pronuntiante, pro concordia dicunt, ꝙ concilium prouinciale nō potest episcopos deponere, sed bene, quando dubitatur, an episcopus de crimine sit deponendus, vel damnandus, tūc concilium stante huiusmodi dubio potest non damnare, sed consulere, an sit damnandus, uel absoluendus, ut probatur in d. c. 1. & 2. 6. q. 4.

¶ Hæc solutio quamuis posset conuenire tex. in d. c. 1. & 2. tamen adaptari non potest tex. in d. c. si quis a proprio. ibi, a synodo exauthoratus &c. Nec etiam tex. d. c. vltra. ibi, a cōprouincialibus terminetur. Nec tex. dicto capit. si quis. episcopus. 11. quæstione. 3. ibi, si quis episcopus a synodo damnatur.

¶ Tertio aliqui dicunt, ꝙ regulariter concilium non deponit. d. cap. accusatus. cum simi. Sed Papa potest hoc concilio committere. d. ca. accusatus. & in his terminis loquuntur iura vltimo loco allegata.

¶ Hæc solutio in se uera est, sed non conuenit pluribus iuribus. s. allega. quæ simpliciter loquuntur.

¶ Nonnulli quarto loco respondent, vt refert gl. in c. 1. 6. q. 4. ꝙ regulariter concilium prouinciæ deponere non potest nisi episcopus accusatus prorogauerit iurisdictionem concilij, etiam quo ad depositionem, arg. c. iudices, 11. q. 1. & optimè probat hic tex. intelligendo illum, ꝙ hic conciliū prouinciæ potuerit episcopum suo episcopatu priuare.

¶ Hæc solutio falsa est; quia episcopus non potest iurisdictionem non sui iudicis prorogare, nisi consentiente ipso iudice. c. 1. c. 2. & c. significasti. j. tit. proximo. Sed quo ad depositionem concilium non est proprius iudex episcopi, iuribus sæpe allegatis. Ergo prorogando illius iurisdictionem non posset concilium deponere, nisi de consensu iudicis ipsius episcopi, qui in hoc solus Papa est.

70 ¶ † Præterea, licet concedatur in ciuilibus prorogatio, non tamen in criminalibus. l. si quis ex consensu. & ibi Bal. C. de episc. aud. Bar. in l. 1. in ulti. col. C. de iurisd. om. iud. & in l. 1. in 5. not. C. qui pro sua iuris. ponunt scriben. in c. P. & G. s. de offi. de leg. ergo in terminis huius text. & iuriū supra allegatorum non possumus dicere, quòd concilium prouinciæ potuerit episcopum deponere ex prorogatione facta.

¶ Preterea, cum depositio episcoporum in signum singularis priuilegij ad Papam pertineat, ad quem solum spectat matrimonium spirituale diuidere. c. 1. c. inter. & ca. fin. de transla. epi. iuncto c. quod translationem. cum gl. de offic. dele. Sequitur, ꝙ ex prorogatione facta de consensu partiū priuilegio apostolico derogari non potest.

¶ Quintò quidam dicunt, vt fuit de mente gl. in d. ca. 1. 6. q. 4. ꝙ concilium prouinciæ episcopum deponere potest, quando omnes de concilio sunt concordes, sed etiam vno solo contradicente diffinitio ad Papam pertinet, per illum tex. ¶ Hæc solutio vera non videtur, cum ad solum Papam, & non ad alium inferiorem, vt est concilium prouinciæ, in signum specialis priuilegij depositio spectet, vt dictū fuit.

¶ Hæ sunt solutiones, quas a glo. & ab alijs positas reperio, quæ ex præcedentibus dubitabiles redduntur.

¶ Cogitabam igitur, si pro solutione primò dici, posset, ꝙ
71 † cum duplex sit depositio, una quæ verbalis dicitur, altera actualis & realis, & una videlicet actualis maior altera dicitur, vt in c. degradatio. de pœnis. in 6. & habetur in c. cum non ab homine. j. eod. tit. & per actualem maius præiudicium irrogatur, vt in dictis iuribus, sequitur, ꝙ concilium prouinciæ verbaliter deponere poterit, hoc est declarare suam sententiam, ꝙ episcopus sit deponendus, vel damnandus, & hoc modo intelligantur iura ultimo loco allegata.

Sed depositio actualis ad conciliū prouinciæ non pertinet, sed ad Papam per iura superiora, ut per totum. 3. q. 6. Ratio diuersitatis esse potest; quia per actualem separatur matrimonium spirituale, quod est inter episcopum & ecclesiam, quod ad solum Papam pertinet. d. c. 1. d. c. inter. & d. c. fin. de transla. epi. At per uerbalem nō fit huiusmodi separatio sed solùm quædam declaratio, facit in simili, quod dr̄ in l. ab exequutore. ff. de appel. & ibi Imo. post Bar. ubi dubitatur, an ab exequutore iudicis appellari possit, nam refert, an iudex uerbaliter declarauerit locum esse exequutioni, & tunc appellatur, an vero commiserit, mandādo exequutori, vt exequatur, & tunc appellari non potest; quia prima non dicitur exequutio, sed declaratio. Secunda vero dicit actualis exequutio. ¶ Secundò principaliter respondetur, ꝙ aut episcopus accusatur de crimine graui depositione digno, ut in c. 1. 81. dist. & tunc episcopus a concilio deponi non poterit, sed a Papa, aut accusatur de crimine non digno depositione, sed suspensione, vel excommunicatione, & tunc concilium prouinciæ, coram quo episcopus accusatur, potest illum damnare; quia cessat illa ratio, quę in depositione militat, & in hoc casu procedant iura, quę volūt, episcopum a concilio posse damnari. Hæc responsio colligitur ex uerbis gl. in d. c. accusatus. quia licet concilium deponere nequeat, potest tamen suspendere, & excommunicare per iura, quæ gl. illa allegat. Et hæc sufficiant quo ad solutionem istorum iurium. ¶ Vltimò ex uerbis Abb. in hoc
72 quinto notabi. in uer. † fortius hoc videtur procedere, colligitur unum satis notabile, referēdo illius verba ad proximiora, ꝙ concilium generale, sede Apostolica vacante, cōgregatum in casibus a iure permissis, de quibus in c. si duo. 79. dist. & per Bar. in c. olim. & ibi Barba. s. de rescrip. & p̄ eundem Barba. in c. pastoralis. eod. tit. Non potest ratione criminis episcopos deponere. Abba. se remittit ad no. per eum. in c. licet. & in ca. significasti. de electi. ubi illud non ponit. ¶ Sed præsupposito istud in se verum esse, infertur, ꝙ si concilium generale, vt s. congregatum, in quo adsunt Archiepiscopi & prælati totius orbis, episcopos deponere non potest, minus concilium prouinciæ, in quo tot prælati non adsunt. ¶ Hoc tamen præsuppositum Abba. videtur dubitabile; quia si præsupponamus concilium, uacante Papa tu, fuisse legitimè cōgregatum, sequitur, ꝙ episcopos deponere poterit, nam hoc est de pertinentibus ad concilium, vt videtur probari ex tex. c. Teugaldum. 11. q. 3. Quāuis ille posset, euitari; quia loquitur in concilio, in quo interfuit Nicolaus Papa, & ideo nil mirum, si episcopos deponere potuit: quia omnia a Papa emanasse dicuntur, vt alias diximus, per no. per Imo. in c. graue. de preb. ¶ Secūdò, ꝙ concilium hoc possit, est tex. in c. si quis episcopus. & in c. episcopus presbyter. 11. q. 3. vbi præsupponit, episcopum a synodo iuste procedente fuisse depositum. Appellatione autem synodi uniuersale concilium continetur. c. 1. §. harum. & in §. seq. 15. di. ¶ Tertiò optimus est tex. in c. 1. & 2. 6. q. 4. vbi synodus generalis causam depositionis episcopi mandat cognosci debere ab illis, quibus a concilio mandatum fuit, ergo si concilium generale potest per alium episcopos deponere, multo magis per se. ¶ Quarto probatur in c. 1. 3. q. 5. ubi, si autem ad uniuersale concilium occurrere noluerit, ut vel ibi causa eius terminetur &c. qui tex. loquitur, qn̄ de crimine episcopus accusabatur, ergo &c. ¶ Quintò, si vacante sede Apostolica collegium cardinaliū, quod in iurisdictione Papæ succedit, episcopos, excommunicare, & deponere potest, ut colligitur ex gl. in ca. nullus. 79. dist. ergo idem poterit concilium generale vacante sede congregatum. Faciunt, quæ habētur in d. c. significasti, per Bal. & Barb. in d. c. olim. Et quamuis hodie detractum fuerit authoritati Cardinaliū, ut uacante sede Papalia exercere non possint, ut in clemen. ne Romani. & ibi gl. de electio. & gl. in c. vbi periculum. in uersi. intromittant. de electionib. in 6. & in c. 1. in uersi. sede vacante. de scis. in 6. nō tamen reperitur hoc ius detractum fuisse concilio generali; quia hoc cautum non reperitur, ideo stare, non prohibetur. l. præcipimus. C. de appella. & l. sancimus. C. de testa.

¶ Addo, ꝙ illa verba Abba. fortius hoc videtur procedere, possunt referri ad primum illius dictum, inquantum dixit concilium prouinciæ posse suos episcopos excōicare, ergo fortius concilium generale, sede vacante, congregatum, ut s. An autem episcopos possit deponere, qđ est maius du-
73 bium, dicendum est, vt s. ¶ † Vtrum aūt uerum sit, ꝙ concilium generale possit epos, & archiepos inobedientes excōmunicare: ex prædictis videtur dicendū, ꝙ sic a maiori, quia

quia si potest deponere, ergo & excommunicare. ¶Præterea, si archiepiscopus & concilium prouinciæ potest suos episcopos contumaces excommunicare, ergo & cõcilium generale, cuius maior est authoritas.

¶Rursus concilium generale Papam excõmunicat, & deponit in casibus, in quibus concilium potest de causa Papæ cognoscere. c. si Papę. 40. dist. & ibi glo. quam approbat Abb. in d. c. significasti. Barba. in c. quod translationem. de officio lega. absque dubio concilium generale, in quo præsens est Papa, potest archiepiscopos & alios prælatos excommunicare & deponere, dictis iuribus: quia omne id, quod fit in tali concilio, dicitur a Papa fieri, & alii in concilio existẽtes nullam iurisdictionem habere dicuntur, sed habentur tanq̃ Papæ consultores. Imo. in d. c. graue. & Abb. in dicto c. significasti. Quando vero fuisset congregatum authoritate Legati apostolici, omnis potestas in Legato residere dicitur: quia censetur iudex delegatus Papæ, vt in d. cap. graue. Igitur sicut alii delegati Apostolici episcopos excommunicare possunt, illosque suspendere. c. præterea. cap. sane. s̃. de offic. deleg. cum simil. ergo & ipse Legatus apostolicus.

¶Et quia dictum fuit, ꝙ Papa potest excommunicari & deponi propter eius crimen a concilio generali, intelligas nõ ob quodlibet crimen, sed quando notorium & ecclesiæ scãdalosum esset, vt vult gl. in d. c. si Papa. quam sequitur Abb. in d. c. significasti.

¶Contrarium voluit gl. in c. si quis pecuniam. 79. dist. quã refert & sequitur Io. de Imo. in d. c. licet. qui voluit, Papam non posse alicuius criminis etiam grauis & notorij causa accusari & deponi, nisi ob crimen veræ hæresis: quia in articulis fidei erraret. Idem est de mente gl. in c. non nos. 40. distin. nam male facta & errata Papæ excusantur, sicut homicidia Sansonis, furta Hebreorum, & adulterium Iacob, vt dicit glos. in c. mandastis. 2. q. 4. per tex. in c. gaudemus. j. de diuor. arg. c. nemo, c. cuncta per mundũ. 9. q. 3. Et hæc opinio verior videtur, quæ probatur ad literam in d. ca. si Papa, vt per gl. in c. nunc autem. 21. dist.

¶Et si dicatur, ꝙ etiam de crimine hæresis a concilio non posset deponi, neque in illo accusari: quia ipse nullum habet superiorem, nisi Deum qui illum iudicare possit, cum vnius Dei, & non hominis vicarius esse dicatur. c. quanto. de translatio. episcopi. iuncto. d. c. cuncta per mundum. Respondetur, ꝙ quando accusatur & deponitur ob crimen veræ hæresis, tunc non vt Papa, sed vt quilibet minimus catholicus & priuatus deponi & accusari dicitur: quia ratione criminis hæresis ipso iure ante accusationem Papa esse desijt, & quocũque catholico minor effectus fuit, vt est gl. singularis. in c. Acatius. 24. q. 1. Nil mirum itaque, si de crimine veræ hæresis in concilio accusari potest, & ab illo deponi.

¶In sexto notabi. quod Abb. colligit, ex verbis suis hanc
75 conclusionem facio, † ꝙ excommunicatus donec satisfecerit, ad hoc, vt dicatur absolutus, non sufficit simpliciter satisfacere, sed a superiore absoluendus erit, per hunc tex. nã cum excommunicatus extra ecclesiã eiectus fuerit, & Diaboli, membrum effectus, vt habetur in c. cum non ab homine. j. eo. debebit cũ solennitate superioris ecclesiam reconciliari, vt per gl. in clemen. j. de deci. & per Inn. in c. cũ bonæ. de æta. & quali.

¶Decius hic negat hunc tex. probare id, quod Abb. & Anto. prsæupponunt: quia si vltra satisfactionem hic requirit absolutio, istud contingit; quia forma excommunicationis hoc continebat: quia lata fuit, vt nullus, cum eo communicet, donec satisfactione præmissa fuerit absolutus, ergo secus si simpliciter excommunicatus quis esset, donec satisfecerit. Ista impugnatio, quam sibi Decius attribuit, fuit Ioã. de Imo. hic. Subdit tamen Decius, istud dictum Abb. in se verum esse, non per hunc tex. sed per id quod voluit Inno. in d. c. bonæ. qui allegat tex. in c. presbyter si a plebe. 2. q. 4. qui loquitur de suspenso, non autem de excommunicato, inter quos in casu occurrenti facit differentiam gloss. in d. clemen. j.

¶Glo. tamen in c. pen. in gl. magna. j. de sen. excom. dicit, excommunicatum semper a superiore absoluendum forę. Idem voluit gl. in clemen. præsenti. in ver. donec. de censibus. per illum tex. cum. c. quamquam. eod. ti. in 6. qui tex. potius contrarium probat: quia ibi facta fuit excommunicatio sub illa forma, donec satisfecerit, nõ dicitur absolutus &c. Idem probatur in c. propter cum gl. in ver. sententiam. 13. distin. vbi excõmunicatus fuit, vt absolui non posset, donec satisfecerit.

¶Si quis tamen tenere vellet, ꝙ in casu, quò excommunicatio esset facta sub illa forma, donec satisfecerit simpliciter, non sit necessaria absolutio vltra satisfactionem. Istud de facili defendi posset. Primò: quia iura vltra satisfactionem absolutionem quoque exposçentia loquuntur, quando forma excommunicationis istud continebat, vt in d. c. quamquam. & in d. c. propter.

¶Secundò, istud probatur per tex. in cap. fina. de matrimo. contr. cont. inter. eccle. vbi excommunicati, donec separetur matrimonium, statim quòd fuit separatum, desinunt esse excommunicati absque absolutione: & licet glos. dicat cautius esse, ꝙ interueniat absolutio, ea tamẽ nihil allegat. Pręterea, cum absolutionem ad cautelam requirat, ergo infertur, illam non esse necessariam, sicut dicimus de absolutione a iuramento, quæ quandoque ad cautelam petitur, non tamen requiritur, vt per Imol. in cap. j. & in c. cum contingat. in varijs locis, de iureiu.

¶Tertiò allego tex. in c. non est nobis. j. de sponsalibus. vbi loca regis Angliæ interdicto supposita fuerunt, donec in illis vxores filiorum suorum detentæ fuerint, dicit gl. ibi, in ver. donec, ꝙ statim quo vxores prędictæ aliquas terras exirent, in illis interdictum relaxatum censetur.

¶Quartò induco. c. si qui sunt cum gl. in ver. emẽdat. 81. distin. vbi presbyteri in crimine fornicationis deprehensi interdicti sunt ab ingressu ecclesię, quousque se emendent, & pulchrè glo. ibi dicit, ꝙ sicut ipso iure suspensi dicuntur, ita ipso facto se emendando restituuntur. Idem voluit glo. in c. nullus. 32. distin.

¶Quintò facit tex. ĩ c. p̃sbyter si a plebe. 2. q. 4. vbi vr̃ casus.

¶Sextò facit. c. cum tu. cum glo. in uer. donec. j. de vsuris. vbi vsurarii manifesti sepultura Christiana carere debent, & excommunicati censentur, donec vsuras restituerint, dicit glo. ꝙ statim, quo vsurarum restitutio facta est absoluti, & relaxati censentur: & quamuis glo. in fi. ver. dicat. interdictum illud a superiore relaxandum esse, vt in ecclesia sepeliri possint, tamen hoc debet intelligi ad cautelam, vt s̃.

76 ¶Septimò, suspensio spiritualium, & † excommunicatio pari passu ambulant. c. is cui. de sent. excom. in 6. Sed in suspẽsione facta sub illa forma sola satisfactio sufficit. d. c. presbyter si a plebe. & gl. in d. clemen. j. de decimis. ergo idem in excommunicatione dicendum est, vt videtur velle. gl. in c. exigit. per illum tex. in ver. quousque de censib. in 6.

¶Octauò, in excommunicatione & suspensione spiritualiũ istud voluit tex. in c. si quis deinceps. 16. q. vlt. cum gloss. in ver. intendimus. quæ allegat. c. nos sanctorum. 16. q. 6. & c. si quis canon. 81. distin. ꝙ absolutio nõ sit necessaria, licet si fiat ad cautelam, nocere non possit, quę opinio videtur etiã de mente Arch. in c. decenter. 89. dist.

¶Postremo in simili facit. l. j. ff. de cur. furio. vbi datus curator prodigo & furioso tãdiu censetur esse curator, quousque furiosus sanitatem, & prodigus sanos mores receperit, & statim quo istud euenerit, ilico sub cura esse desinit absq; sententia etiam declaratoria.

¶Non refragatur, sequendo hanc opinionem, ille duæ glo. prius allegatæ. in d. cle. j. & in d. cle. præsenti. quia loquuntur, quando forma excommnnicationis etiam absolutionẽ requireret: eodem modo potest responderi huic tex. vt hic intelligit Dec. & tetigi. supra.

¶Reducendo tamen has opiniones ad concordiam, forte posset ita distingui, quòd aut excommunicatio irrogatur a canone ipso iure, & tunc sequuta satisfactione, † dicitur li-
77 beratus absque absolutione, quoniam canon in suis dispositionibus ipso iure factis factum, seu ministerium hominis non exposcit, argumen. eorum, quę habentur in l. si qua pęna. ff. de verborum significationi. Et hoc modo procedat. dicto capitulo si qui sunt. cum gl. cum aliis pro vltima opi. allega. Aut quis fuit excommunicatus a ministro canonis, hoc est a iudice sub illa forma simplici, & tunc non sufficit satisfactio, nisi sequatur absolutio. Ita intelligatur, quod voluit Inno. in dicto capitulo bonæ. & glo. in d. clemẽ. j. & in d. clemen. præsenti intelligendo. quòd loquatur, quãdo excommunicatus fuisset simpliciter, donec satisfecerit. Hanc distinctionem sumpsi ex verbis Barto. in l. fi. ff. ad Tertul-
78 lia. qui dicit referre, † an dispositio facta fuerit a lege, seu testatore, cuius dispositio lex est. §. disponat. in authen. de nupt. donec aliquid factum, vel subsequutum fuerit, an vero facta fuerit a iudice, & sic a legis ministro: quia primo casu, sequuto adimplemento, aliud vltra non requiritur. Secundò verò casu aliud requiritur, & allegat Innocen. in dicto cap. cum bonæ. ergo excommunicatio lata, donec satis-

factum

factum fuerit, sequuta satisfactione, erit necessaria etiam absolutio, quando excommunicatio a iudice facta fuerit. Ratio differentiæ inter hos duos casus est: quia mitius agit cum lege, seu canone, quam cum eius ministro. l. Celsus. ff. de arbi. vt in simili etiam inquit glo. in c. episcopis. 11. q. 3. & hæc ratio est de mente gl. in cle. cupientes. post medium de pœnis. quæ est multum not. ad propositũ, & hęc distinctio etiam in terminis nostris est de mente Hosti. in
79 c. cum ęterni. & ibi Arch. de re iu. in 6. ¶ † Aut excommunicatio facta sub forma plena, quod nõ dicatur absolutus, nisi satisfecerit, & tunc etiam requiritur absolutio; quia forma eius ad vnguem est adimplenda, vt in c. cũ dilecta. de rescr. & hoc modo intelligitur d. c. quamquam, d. c. ꝓpter, & tex. noster secundum intelligentiam Decii. ¶ Vltimò ex verbis Abb. in hoc tex. notab. colligitur differentia, quæ fit ad effectum absolutionis inter excõicationẽ, & suspensionem factas sub illa forma, donec satisfactum fuerit, quia licet in excõicatione sit necessaria absolutio, tamẽ secus est in suspensione, hanc differentiam posuit glo. in d. cle. 1. quia in suspensione sufficit declaratoria satisfactionis, non autem absolutio. ¶ Decius hic reprobat hanc differentiam Abb. dicens illam iure non probari, vt etiam affirmant Card. & Imo. in d. cle. 1. Secundo: quia excõicatio & suspensio spiritualium æquiparari videntur, cũ ambæ secũ exequutionem trahant. Et ideo illarum effectus ꝑ appellationẽ suspendi non dicitur. c. pastoralis. §. i. ĩ. de ap pel. c. is cui. & ibi gl. de sent. excõic. in 6. ¶ Dicit etiam Decius, ꝙ si recte considerentur uerba Inno. in d. c. cum bonæ. ipse hanc differentiam non præsupponit, imo idem in
80 vtraq; velle videtur. ¶ † Sed animaduertendum est; quia in pluribus suspensio spiritualiũ, & excommunicatio differunt, primò; quia excõicatio ad homine, hoc est a ministro canonis fieri nõ põt, nisi ratione peccati mortalis, & grauius causę, c. nemo episcoporũ, c. nullus, c. episcopi. 11. q. 3. & hic est bonus tex. suspensio verò etiam leui causa ab homine irrogari põt, gl. in d. cle. cupientes. de penis. ¶ Secundò, plus & grauius est excõicatum, esse quã suspensum qm̃ participãtes cũ excõicato excõicati sunt, vt. s̃. secus est in participantibus cũ suspenso; quia suspensi non efficiuntur, vt dicit glo. in d. cle. cupientes. ¶ Tertiò, qui est suspensus a spiritualibus, si suspensionẽ negligat, excommunicatũ. c. si quis presby. 11. q. 3. c. 2. de cleri. excõi. ministrã. ergo plus est esse excommunicatũ; qa de suspensione in excõicationem descendit. ¶ Quarto, excõicatio priuat cõmunione fidelium, sepultura Christiana, & sacramentis ecclesiæ, c. a nobis, & ibi gl. in ver. relaxetur. de senten. excõica. cle. dudũ. de sepultu. suspensio verò non est illorum priuatiua, vt per gl. in d. cle. cupientes. Cõueniunt aũt in aliquibus; quia sicuti excõicatio secũ trahit exequutionem ipso facto, ita & suspensio spiritualium, & ideo vtraq; per appellationem (vt dixi) suspendi non põt. ¶ Secundò, suspensus nihil de officio ecclesiastico tractare potest, alioquin deponi posset, ita & excõicatus, vt in c. 2. de cleri. excõi. minist. & per gl. in d. c. pastoralis. §. verũ. in ver. subtrahuntur. circa mediũ. de appel. ¶ Et prædicta intelligas de suspensione spiritualiũ, nõ aũt temporaliũ, nam multiplex est suspensio, & uaria sunt eius genera, vt colligatur ex gloss. in d. §. verum, & latius per gl. in d. cle. cupientes. ¶ An autem cõueniãt, quando factæ essent sub illa forma, donec fuerit satisfactum, quoad effectum absolutionis, magis placet, ꝙ dixit in d. cle. 1. de decimis, quicquid senserit Inn. in d. c.
81 cum bonæ. ¶ † Septimò Abba. not. ex isto tex. ibi placuit, vt nullus eidem communicet, &c. quod ius mulctandi cõtumaces principaliter ad iudicem pertinere dicitur, cuius iurisdictio neglecta fuit, & hac ratione ipse iudex ex suo mero officio etiam non implorato cõtumaces excommunicare, vel aliter punire poterit, vt hic. Ex quo infertur, ꝙ aduersario ratione contumaciæ alterius partis non competit actio ad effectum agẽdi ad pęnam quam lex, vel homo ex iuris dispositione ratione contumaciæ imposuit: faciunt no. per Bar. in l. 2. in princip. in vltima colum. post gloss. ibi. ff. si quis in ius voca. non ier. & ratio est, quia per contumaciam principaliter authoritas publica offenditur negligendo iudicis iurisdictionem, vt per gl. in d. l. 2. §. 1. in ver. mulcta. ¶ Ex quibus infertur, quod mulcta, quæ ratione contumaciæ iniungitur, parti non acquiritur, sed fisco, vt est tex. clarus. in l. mulctarum. C. de modo mulctã. & Bar. in d. l. 2. Potest tamen iudex ex arbitrio sibi concesso mulctam in aliquos vsus publicos commutare, vt dicit tex. in d. l. mulctarum. ¶ Sed animaduertendum est primò, quod hic tex. probare non videtur, ad iudicem pertinere ex suo mero officio contumacem mulctare, quia non fuit hic conciliũ, cuius iurisdictio neglecta fuit, quod excommunicauit, nam illa verba, placuit &c. verba concilii prouinciæ non fuerunt, sed verba conditoris canonis, hoc est concilii generalis Aphricani, coram quo causa nõ fuit agitata.
¶ Præterea iste tex. non loquitur de mulcta quæ dicitur esse pœna pecuniaria. l. aliud. §. inter mulctam, & l. si qua. ff. de verb. sign. sed de excommunicatione, quæ pro contumacia iniungitur, que dicitur pœna ad differentiam mulctæ, vt in c. quoniam frequenter. in fin. vt lit. non contest.
82 ¶ Rursus per † excommunicationem quis infamari dicitur, glo. in c. omnes, c. illi. & c. infames. 6. q. 1. c. 1. 4. q. 1. per mulctam verò quis non infamatur, l. j. C. de modo mulctan. ergo iste tex. qui loquitur de excommunicatione, malè ad mulctam inducitur. ¶ Præterea vltra excommunicationem ecclesia non habet, quid faciat, & hac de causa dicitur esse maior pœna quam ecclesia imponere possit d. c. cum non ab homine. & ibi glo. & scriben. sed vltra mulctam lex, aut iudex habet, quid faciat, imo cẽsetur esse minor pœna, quã lex imponere possit d. l. aliud, & d. l. si qua. ¶ Item excommunicationis pœna fisco, parti, seu iudici nõ acquiritur, sed mulcta fisco, aut iudici acquiritur, inquantum ipse illam arbitrio suo ad vsus publicos deputare potest. d. l. mulctarum.
¶ Rursus iudices tam delegati, quàm ordinarii contumaces excommunicare possunt, c. præterea. de officio deleg. & ferè per totum. s̃. de officio ordinarii. Mulctare verò solùm ordinarii possunt, non autem delegati. l. eos. & ibi gl. C. de modo mulctan. Nisi essent delegati ad uniuersitatẽ causarum, vt in l. i. & ibi gloss. C. de sportu. & ratio huius est: quia huiusmodi delegati ad instar ordinariorum habẽtur, vt habetur per scriben. in l. i. ff. de officio eius &c. & benè probat d. l. i. C. de sportu.
¶ Propterea nullibi reperi excommunicationem appellari mulctam, sed semper, & propriè pœnã, d. ca. quoniam. frequenter. in fin. & d. c. cum non ab homine, mulcta verò propriè pœna non est d. l. aliud. & d. l. si qua.
¶ Contra illud etiam quod dixit Abb. quod iudex ex mero officio suo, & non ad partis petitionem mulctam contumacibus imponere potest, facit l. properandum. §. & si quidem. C. de iud. ibi, parte actoris absentiam accusante, &c. idẽ probat l. ad perẽptoriũ. ff. de iudi. iuncta l. consentaneum. C. qũo & quando iud. cum auth. ibi posita in fi. verbis, vbi partis petitio consideratur. ¶ Item ꝙ per viam actionis, & ad partis instantiã cõtumax a iudice mulctari possit, est tex. secundũ vnã lecturã, vt ibi per gl. in l. j. in fin.
83 ff. si quis ius dicẽ. nõ obtem. ¶ † Et ideo pro solutione capio ea, quę voluit Bar. in d. l. i. §. hoc autem iudicium. si quis ius dicen. non obtemp. ꝙ aut loquimur de mulcta iniungenda contumaci dumtaxat ratione huius delicti contumacię, quæ fisco applicatur d. l. mulctarum, & tunc illa ex mero officio iudicis est imponenda, nam principaliter imposita est, quia authoritas publica, hoc est iudicis iurisdictio neglecta fuit, vt per Barto. in d. l. ii. in vltima colum. & facit d. l. i. in princip. ff. si quis ius dicen. non obtem. vbi permissum est suam iurisdictionem pœnali iudicio defendere, & qm̃ ratione cõtumaciæ de iure canonico iudex pt vel excommunicare, vel mulctare, aut in possessionem immittere, vt in d. c. præterea. de officio deleg. iuncto d. cap. qm̃ frequenter. in fi. istam pœnam, seu mulctam iudex solus ex mero officio suo iniungere poterit, vt in iuribus proximè allegatis. Aut verò iudex in pœnam cõtumaciæ vult mulctare non principaliter ob iniuriam iudici illatam, seu contemptum authoritatis publicæ, sed ratione damni & interesse partis, & tunc illa pęna, seu mulcta per viam actionis in factum ad petitionem partis erit a iudice iniũgenda d. l. i. §. hoc autem iudicium, secũdum aliam lecturam glo. & veram, vt Barto. ibi declarat. ¶ Addo etiam, ꝙ pœna, seu mulcta, quæ principaliter iniungitur propter iniuriam iudici illatam, & non ratione interesse partis potest ad petitionem partis imponi non per viam actionis, sed accusationis ad utilitatem fisci, quia istud ius accusandi tanquam popularem competit cuilibet, & per prius illi cuius interesse posset; argumen. tex. cum ibi no. in l. 1. & in l. ad fiscum. C. vbi cau. fisca. iuncta gl. rubricæ. circa fin. ff. de postula. actio. l. 1. 2. & 3. eodem tit. ac optimè faciunt, quæ habentur per gloss. in c. si quis presbyterorum. de rebus eccle. non alie. ¶ Octauò notant Abba. & Decius ex

ex text. in fin. uerb. quòd excommunicatus suo beneficio canonicè obtento priuandus non est, licet principaliter ad beneficij priuationem ageretur, quod dictum est in se uerum, sed non probatur hic, vbi in fin. solùm dubitatur de
84 contumace, & non de excommunicato, quod † autem contumax priuari suo beneficio non possit, facit: quoniam antequam liqueat de causa principali (quod est ante litem cõtestatam in principio causæ, cum nec testes recipi, nec regulariter probationes fieri queant, ut in rub. & per totum. ꝭ. ut lit. non contest.) quis priuari non potest, gl. in summa. 9. q. 3. nisi in casu gl. in c. veritatis. de dolo & contuma. hoc est quando de contumacis pertinacia & inobedientia constaret, ut habetur in d. c. veritatis. c. quicunq;. c. rursus. 11. q. 3. iuncto. c. si quis presbyter. ead. cau. & q.

¶ Si tamen contumax a sententia excommunicationis appellauerit, incontinenti fructibus beneficij sui priuari potest, secundum Ab. hic qui nihil allegat, sed est tex. in c. pastoralis. in fin. ꝭ. de appel. si uerò non appellauerit, tunc si Abb. intelligit principaliter, uerum non uidetur: quoniam ex simplici contumacia fructibus beneficij priuari non potest. d. c. pastoralis. in fi. unde eius uerba in consequentiam
85 intelligere debemus, † quod dupliciter contingere potest. primò, quando ratione contumaciæ iudex contumacem excommunicauit; nam in consequentiam si ipse in excommunicatione permanserit, omni commodo ecclesiæ, & sic fructibus quoq; beneficij sui litigiosi carere debet, si quidem qui ratione suæ contumaciæ suspensus fuit, censetur a commodo sui beneficij & suæ ecclesiæ suspensus, cum enim una tantum sit ecclesia, extra quam per excommunicationem positus est, non potest pro parte dici esse intra ecclesiam, & pro parte extra, ut dicit glo. in c. j. in uersi. communicet. 4. q. 5. ca. quo iure. 8. dist. & habemus glo. not. in c. si quis presbyter. 6. q. j. secundò hoc in consequentiam euenire potest, quando iudex in causa ciuili ratione contumaciæ non excommunicauit, sed in possessionem beneficij petiti, uel litigiosi immisit, ut in d. c. quoniam frequenter. in fi. & ibi no. in causa uerò criminis si reus sit contumax, & eius bona annotata fuerint. l. 2. C. de requir. reis. gloss. not. in summa 3. quæstio. 9. Primo casu aduersarius immissus post annum dominus efficitur, ut not. in d. ca. quoniam. in fin. per glo. & in d. l. consentaneum. per glo. & docto. C. quomodo & quando iud. Secundo verò casu; si facta annotatione bonorum contumax infra annum non uenerit, bona ad fiscum deuoluuntur, & hoc modo contumax in consequentiam fructibus beneficij sui priuatur, quia ratione possessionis bonorum, quæ in alium trãslata fuit, fructus possessori acquiruntur, ut plenè per Bart. & alios in l. 3. §. ex contraria. ff. de acqu. poss. & ita declarari potest id, quòd Ab. hic uoluit.
86 ¶ † An autem uerum sit, quòd excommunicatus ob solam contumaciam beneficio priuari possit, Abb. hic uoluit, quòd non. Contrarium sensit gloss. in cap. postulastis. de cler. excommun. ministr. in uerb. retinere, quòd non solum ab obtinendo, sed ab obtento quoq; repellatur, per c. cum bonæ. de ætate, & qualitate. c. si quis presbyter. 11. quæstio. 3. Inn. uerò in d. c. cum bonæ. uoluit, quòd si excommunicatus ob contumaciam ut rebellis, & inobediens per annum in excommunicatione permanserit, suo beneficio obtento priuari queat, per c. rursus. cum sequenti. & ibi glo. undecima q. tertia. Et licet secundùm eum, & glossam illam dictum cap. si quis presbyter. probet, excommunicatum statim loco, hoc est beneficio suo priuari posse, tamen illud procedit secundùm rigorem iuris antiqui, qui hodie fuit mitigatus, per dictum capitulum, rursus. qui textus noluit excommunicatum infra annum esse, audiendum.

¶ Circa hæc sunt uidenda duo. Primum, an excommunicatus statim, uel infra quantum tempus, quando fuit inobediens, beneficio priuari possit. Secundum, an ipso iure dicatur priuatus, vel necessaria sit priuationis sententia.

¶ Quoad primum, quicquid glo. in d. c. postulastis. & in d. c. rursus. ac Inno. in d. c. cum bonæ. dixerint, uidetur quòd excommunicatus priuari nequeat, nisi tanquam inobediẽs per triennium in excommunicatione permanserit, ut in d. c. cum bonæ. cuius dispositio tanquam ius nouum continens attendi debet.

¶ Sex sequentes opinionem Inn. cum qua doct. cõmuniter pertransire uidentur, dicũt illum tex. in d. c. cum bonę. debere intelligi, quòd licet ob contumaciam, ac pertinaciam triennalem ad plus excommunicatus beneficijs suis priuandus sit: tamen tanta pertinacia non est necessaria, sed vnius anni contemptus sufficit d. c. rursus. At si per triennium post excommunicationem i ea. permanserit, multo magis priuandus erit, cum verum sit, illum etiam per annum in excommunicationem mansisse, argumento l. 1. §. si stipulanti. ff. de verborum obligatio. ac etiam dixit glossa in d. capitul. cum bonæ.

¶ Hæc intelligentia eum textum destruit, qui pertinaciam triennalem requirit, & hoc sequitur Abb. in d. ca. postulastis. Quę opinio æquior, ideoque tenenda esse uidetur. Nã in pęnalibus benignior interpretatio semper est assumenda l. cum quidam. ff. de liberis & posthumis. capitul. in pęnis. c. odia. de regulis iuris. in sexto. Sed priuare quem beneficio suo pęna esse dicitur l. testamento centurio. ff. de manumiss. testamen. l. moris. ff. de pęnis. ergo &c.

¶ Non aduersatur dictum capitul. rursus. quia tanquam ius antiquum ponens corrigi dicitur per textum in dicto cap. cum bonæ. ius nouum ponentem, qua enim ratione glos. in dicto cap. rursus. & in dicto capit. cum bonæ. ibique Innocent. volunt per dictum capit. rursus. fuisse mitigatum rigorem dicti cap. si quis presbyter. ius antiquius ponentis, eadem ratione dicere possumus per textum in dicto cap. cum bonæ. ius benignius ponentem dici mitigatum rigorem dicti c. rursus.

¶ Verùm quia semper quò ad possumus iurium correctionem euitare debemus, idcirco uidetur, quòd solutiones & a dictis glo. & ab Innocen. & a me positæ & relatæ sint fugiendæ, sed potius pro solutione iurium allegatorum dicendum sit, quòd si excommunicatus ratione contumaciæ per annũ in excommunicatione permanserit, amplius non audiatur, neque ad defensionem admittatur, cum tamẽ intra annum auditi & admitti possit, vt in d. c. rursus. cum c. sequenti, & hoc modo glo. ibi illum tex. intelligit, quam scriben. sequuntur, sed quod post annum beneficio priuandus sit, ille tex. non probat, & ideo quoad priuationem beneficij ad d. c. cum bonæ. recurrendum erit. Vel secundò respõderi posset, quod si per annum in excommunicatione permanserit, tunc per sententiam priuandus erit, si uerò vltra triennium, ipso iure priuatus dicetur d. ca. cum bonæ. vbi mandatur beneficiis de facto spoliari.

¶ Sed hæc solutio licet tex. in d. capitul. cum bonę. adaptari queat, non tamen videtur conuenire tex. d. c. rursus. qui nihil de priuatione beneficii dicit.

¶ Attamen illam sequendo non refragatur premissis d. c. si quis presbyter. quia loquitur in excommunicato propter scisma, & propterea in detestatiònem tanti criminis excommunicatur, & statim loco suo priuatur.

¶ Vel aliter & nouiter dicere possumus, quòd quando q̃s ob veram contumaciam commissam in non compatẽdo, vel non parendo quis excommunicatus fuit, tunc statim arbitrio iudicis, iuxta l. i. in fi. ff. de iure delibe. beneficio priuari poterit d. c. si quis presbyter. cum sequen.

¶ Non obstat c. ex tuæ. de cler. non residen. Quia loquitur quando peremptoriè clericus monitus fuit, vt in ecclesia sua resideret, quia si per menses sex & vltra ad ecclesiã nõ fuerit reuersus, ipso iure priuatus est, quia de facto illa spoliari poterit, & est speciale pro cõuersatione cultus diuini, vt ibi. ¶ Non aduersatur d. c. cum bonæ. quia loquitur in suspenso, & non in excommunicato, vt ibi etiam intelligit glo. in ver. pro tanta. ratio est, quia plus ac grauius est excommunicatum esse, & in excommunicatione contumaciter etiam per modicum tẽpus perseuerare, quàm esse suspensum: nam ad hoc vt ex perseuerantia in suspensione priuari queat, ea maior triennali esse debebit. d. cap. cum bonę. & faciũt ea, que supra in proximo no. diximus.

¶ Non aduersatur. c. fin. ꝭ. de pęnis. vbi excommunicatus per biennium, & vltra in excommunicatione perseuerans omni iure, quod in ecclesia habebat, priuatur, quia loquitur in laico excommunicato, qui iure patronatus, ac aliis rebus priuatur, quas ab ecclesia detinebat. ¶ Non obstat. d. c. rursus. cum sequen. quia ibi tempus anni non ad priuationem beneficii consideratur, sed ad hoc vt pro conuicto habeatur, neque a vlterius sit audiendus, vt ibi, & hoc voluit gloss. fin. in cap. contumacia. de hæreti. in 6. & præ dicta omnia intelligas, quando quis propter contumaciã commissam in causa criminali fuisset excommunicatus
87 † secus si propter contumaciam in causa ciuili cõmissam: quia tunc etiam si per mille annos in tali excommunicatione perseuerarer, non esset suo beneficio, nec iuribus ecclesiæ priuandus, vt uoluit glo. in capit. contingit. in

ver. non

vers.non potest,de dolo & contuma.quam singularem esse
reputat Roma.in suo singul.305.inc.de hoc heri &c. & eã
multum commendat ibi Anto.

¶Huic tamen declarationi,& restrictioni tex. in d.c.quicũ
que.11.q.3.ibi,quicunque intra anni spatium ciuiliter,siue
publicè causam suam coram suis excommunicatoribus nõ
peregerit &c.& sic non videtur differentia, an in criminali
vel ciuili causa contumax excommunicetur ad hoc, vt ex
perseuerantia in excõmunicatione priuari dicatur : & hoc
voluit glossa in d.c.rursus.per text.in d.c. quicunque. Sed
secundum gloss.in d.c.contingit.ille tex.loquitur,quando
de crimine ageretur criminaliter, vel ciuiliter, non autem
quando quis in causa merè ciuili contumax esset, vt etiam
inquit glossa in d.c.rursus.in fi.verb.gl. vero in dicto capi.
veritatis.tex.in d.c.rursus.& in dicto c.quicunque.expres-
sè intelligit, quando de crimine directè ageretur,non autẽ
ciuiliter per viam denuntiationis,aut inquisitionis. verum
plus placet.dicto capi.quicunque.loqui,quando de crimi-
ne agebatur criminaliter,siue ciuiliter,quicquid dixerit gl.
in d.c.veritatis.

¶Posset etiam saluari gl.in d.c.contingit.quòd voluerit fa-
cere differentiam,an de crimine merè ciuiliter agatur,hoc
est per viam actionis,& tunc excommunicatus etiam per
longissimam perseuerẽtiam priuari suo beneficio nequeat,
an vero criminaliter,siue ciuiliter, & tunc locum habebit
d.c.rursus.& d.c.quicunque.

¶Nec obstat, quod dixit gloss. magna circa medium in d.
c.veritatis,quia illud ꝓcedit in casu,de quo tex. ille ac etiã
gl.loquitur,videlicet quo ad effectum testes contra contu-
macem recipiendi lite nondum contestata,sed quoad effe-
ctum,vt contumax propter excommunicationem ex perse
uerentia beneficium eiusve possessionem amittat,loquitur
gl.in d.c.contingit.& Roma.in d.singu.

88 ¶†Circa secundum vero, an per sententiam, vel ipso iure
contumax propter excommunicationem ex perseuerentia
priuari debeat Inn.in d.c.cum bonę.voluit,quod ipso iure
& hoc optimè probat ille text. qui tamen lapsum triennij
requirit.Inn.vero vult,lapsum anni sufficere ad hoc, vt ip-
so iure priuatus dicatur, idem voluit Abb. in c.pastoralis.
§.verum.de appella.Sed do.Anto.in c.pastoralis,voluit,cle
ricum mediante sententia beneficio esse priuandum: vt ꝓ-
bat ille tex.in fi.verb.ibi,& illi prouentus ecclesiastici me-
rito subtrahuntur,cui communio ecclesiæ denegatur,quę
sunt verba præsentis temporis non importantia ipso iure,
sed mediante sententia.vt in capit.cæterum.de rescri.not.
in l.si quis in tantam.C.unde vi. & in c.in pœnis.per glo.
de pœnis.in 6.

¶Concordari possunt dictæ opiniones,quòd aut agitur de
priuando excommunicatum reditibus sui beneficii incon
tinenti facta excommunicatione, si ab illa fuerit appellatũ,
& tunc sententia priuationis necessaria erit,vt per Anto.in
dicto capitu.pastoralis.in fi.& optime probat ille text. in-
ducendo vt supra proximè,aut agitur de priuatione bene-
ficii quoad proprietatem ob nimiam pertinaciam,& perse
uerantiam in excommunicatione, & tunc ipso iure priua-
tur,videlicet elapso triennio in casu, in quo triennium re-
quiritur,veluti in suspenso, vt in dicto capitu. cum bonæ.
in casu vero,quo minus tempus sufficeret ipso iure per la-
psum illius tẽporis iuribus ecclesiasticis priuaretur, vt col-
ligitur ex tex.in capitulo fin.in fi.verb.de pœnis.ibi,denũ-
89 tietis pœnitus absolutos, † nota illam dictionem penitus,
quæ ipso iure importat,Areti. in l.si colonus.in j.col. ff.de
acqui.poss.capi.j.de supplen.negli.præla.in 6.item nota il-
lud participium præteriti temporis,quod ipso iure impor-
tat,vt no.in d.l.si quis in tantam.& in d.l.in pęnis,per glo.
& in hoc casu intelligatur dictum Innocen.in dicto capit.
cum bonæ.& in dicto capit.cæterum.de rescrip. Quando
vero excommunicatus in tanta pertinacia non esset: quia
adhuc esset intra annum, infra quod tempus adhuc est au-
diendus.dicto c.rursus.& dicto c.quicunque. constaret ta
men de inobedientia sua;quia expresse denegabat velle ex-
communicationi parere,propter quod hæreticus quodam
modo dicebatur,dicto capitu.fina.de pœnis, & tunc non
ipso iure,sed per sententiam priuandus erit.dicto c.si quis
presbyter.ibi, nihilominus locum suum amittat, quæ ver-
ba sunt præsentis temporis vel futuri, & ideo sententia re-
quiritur,per no.in d.c.cęterum.& in d.l.si quis intantam.
ac in dicto capi.in pœnis. cum simi.Cogita quia hæc sunt
nouiter considerata.

90 ¶†In nono notabili Abbas colligit, quòd clericus benefi-
ciatus,qui in ecclesia nõ residet,ob excommunicationem,
in qua constitutus reperitur, beneficio suo priuandus non
est,hęc enim absentia,& non residentia licet ob sui culpam
obueniat,sibi quoad amissionem beneficii nõ nocet,& per
hoc limitatur illud,quod habetur per totum. infra de cle-
ricis non residen.vbi qui sine iusta causa, & ob sui negligẽ
tiam,& culpam monitus nõ residet, beneficio priuatur,in
quo de iure residere tenetur.c.ex tuę.& per totum eodem
titulo.& hoc contingit ne ex vna, eademque contumacia
quis duplici pœna grauetur, contra textum in capitulo, at
si clerici.in fi.infra eodem.& in capitulo,quoniam frequẽ-
ter.in fi.vt lite non contesta.ac etiam quia huiusmodi non
residentia est excommunicationis illatæ sequela, igitur ex-
communicato imputari non debet,neque illi nocere,capi.
quia diuersitatem.de concessio.præben. nam cùm per ex-
communicationem excommunicatus sit extra ecclesiam
positus,& participatione ac communione fidelium priua-
tus,vt supra diximus,sequitur, quòd ecclesiæ ingressus sibi
interdictus dicitur,& consequenter excommunicatio non
residentiam arguit tam ob periculum animarum,quàm ob
alias causas,de quibus in capitu.primo.de exceptio.in 6.c.
is cui.cap.decernimus.de senten.excommunica.in 6.cum
simil.

¶Sed hic tex.non videtur probare illud,quod præsupponit
Abb.quoniam licet dicat,ob contumaciam episcopum suo
episcopatu non esse priuandum, sed excommunicandum
fore,non tamen denegat quin propter non residentiam ex
excommunicatione prouenientem priuari queat.

¶Hinc videmus, quòd si quis culpa sua ad ordines sacros
promoueri non possit, priuatur etiam in consequentiam
beneficijs & dignitatibus, q̃ tales ordines habentibus con-
ferri solent.c.j.de ætate & quali.

¶Præterea, clericus habẽs beneficium curatum si infra an-
num ad ordines sacres promotus non fuerit,illo beneficio
priuatur.capitu. licet canon. de electionibus.in 6. sed etiã
si interim culpa sua irregularis factus fuerit, neque infra
annum promoueri potuerit,beneficio priuandus est,vt vo
luit gl.magna in d.c.licet canon. idem videtur dicendum
in casu proposito,non considerato, an impedimentum cul
91 pa sua prouenerit.Præterea † excommunicatio iusta causa
facta nocet excommunicato, non solum quo ad excluden-
dum illum a communione fidelium, & ingressu ecclesiæ,
sed etiã quoad multa alia: quia sibi eleemosyna danda non
est,gloss.in capitu.non omnis.5.quæstio.5.in dicto capit.
pastoralis.§.verum.de appella.Gloss.etiam in c.j.in versic.
communicet.4.q.5.dicit,quòd excommunicatus, quoad
vnam ecclesiam non censetur quo ad omnes excommuni-
catus: quia vna tantum est ecclesia vniuersalis.

¶Non obstat dicto capitu.quia diuersitatem:quia loquitur
quando quis iustè excommunicatus, vel suspensus nõ fuis-
set: sibi enim culpa imputari non potuit, & ideo illa excom
municatio nõ extenditur, & hoc modo eum tex.intelligit
gl.magna, in d.c.pastoralis.§.verum.

¶Neq; refragatur hic tex.quia (vt dixi) non probat id,quod
Abb.voluit.

92 ¶†Similiter nõ aduersatur, quòd afflictio afflictio addi nõ
debet,neque ex vno,eodemque delicto quis duplici pœna
grauari potest,vt in l.tam de mentis.& ibi gloss. C. de epi-
scop.audien.Bart.in l.congruit. in secundo notabili.ff.de
officio præsid.cum simil.quia hoc est verum, quando duæ
pœnæ principaliter pro eodem crimine iniungerentur. l.
quoniam.C.ad l.Iul.de vi pub.cum ibi no.& in d.cap.q̃m
frequenter,in fi. secus si successiuè, videlicet vna principa-
liter,alia in consequentiam.Præterea, hæ duæ pœnæ excõ-
municatio & priuatio beneficij ad inuicem se compatiun-
tur,vt in dicto cap.quia diuersitatem.ibi,per excommuni-
cationis sententiam, & subtractionem aliorum beneficio-
rum compellas.capitu.si quis presby.11.q.3.item quando
vna pena non sufficiat, puta excõmunicationis,aliæ iniun-
gi possunt,capitu.si quis cuilibet.20.1.quæstione 5. cũ aliis
allegatis per glo.in dicto capi.at si clerici.& ibi Abb.in no.
93 in fin.& probat.d.capitu.quoniam frequenter.in fin.†Ad
prædicta faciunt ea, quæ voluit Bald. in l.imperatores. in
prima lectura.ff.de statu hominũ.per d.l.quoniam.& ibi
Salice. & sequitur Nellus de sancto Geminia. in tractatu
bannito. in secunda parte secundi tẽporis, quæstione.45.
cum sequen.quòd si quis interficiat mulierem bannitam
quæ ex statuti permissione impune interfici potuit, & ea
prægnans fuerit,ille de homicidio tenetur,& punitur,licet
prægnantem fore ignorauerit; quia hoc cogitare debuit.

¶Decius hic sequitur dictum Abbatis per multa, quæ allegat, sed illud restringit, vt intelligatur, quando excommunicato culpa, seu negligentia imputari nō potuit, quo minus fuerit absolutus, alioquin si eius culpa & negligentia adsit, quia fuerit in mora petendi absolutionem, & parendi excōmunicationi, illam negligendo, tunc non residendo ob excommunicationem beneficio priuari posset, vt latè, supra diximus in proximo notabili per.d.c. si quis presbyter. 11. q.3. & arg.ca.fi.§.de electioni.cum ibi no. & hæc declaratio fuit gl. de qua Decius mentionem non facit in c. impu
94 tari.de reg.iu.in 6. † In mora autem excommunicatus dici potest, non ex eo, quòd per annum in excommunicatione permanserit, iuxta.c. rursus, cum sequen. 11.q.3. quia loquitur in alio casu, neque per sex menses, vt in d.c. ex tuæ. quia non loquitur in terminis nostris, sed quando clericus in mora residendi constitutus fuit, cum peremptoriè monitus, vt resideret, vlterius per sex menses neglexerit. Nec etiam per biennium, vt in ca.fi. de pœnis. quia loquitur in laico excommunicato. Neque per biennium, vt in ca.cum bonæ. de ætate & qualitate, quia loquitur in suspenso, sed mora & negligentia excommunicati in petendo absolutionem quoad amissionem beneficij consideratur, quādo ipse ob contumaciam in causa criminali excommunicatus fuisset, nam statim in mora dicetur, atque beneficio priuabit, cum aliquo tamen temperamento temporis arbitrio iudicis, neque minori decem diebus. arg.l. quod dicimus.cum ibi not.ff.de solutio. vel maiori arbitrio boni viri, infra qđ verisimiliter excommunicationi satisfacere, & absolutionē petere potuerit, arg.l. prima, in fi.ff. de iure delibe. & hoc modo intelligo.d.ca. si quis presbyter.ac argu. eorum, quæ voluit Bartol.in l.ita stipulatus. la grande.ff. de uerborum obligat. facit. capi. j. de præscrip. vbi contra excommunicatum præscriptio non currit, quia non valenti agere præscriptio, & tempus nō currit. l. prima, C. de anna. excep. sed excommunica. in 6. & capitu. primo, de except. eodem lib. ergo &c.

¶In decimo notabili ex verbis Abba. plura colligi possunt,
95 quæ hic principaliter tractantur, in primis † triplicem esse contumaciam, alia enim est, quæ committitur in non comparendo, alia quæ in non stando. vt quando quis venit, & illicentiatus antequam iudex a tribunali discederet recessit, alia & tertia, quæ in non parendo committitur. Primę duæ simpliciter excommunicatione dignæ sunt, vt hic, & c. certum. 11. quæstione. 3. & dicit glo. in c. duo sunt. 96. distinc. quamlibet contumaciam excommunicatione dignam fore, eoque maiorem censeri contumaciam quo ex re leuiori, ac minori surgit. ergo ea quæ ex causa, & re leuiori, imo leuissima surgit, excommunicatione dignior esse dicitur, & allegat gl. illa tex. in c. non possunt. j. quæstio. 7. quē nunquàm reperire sciui, sed tu adde gl. similem & ibi Archid. & Domi. in c. episcopi. 11. quæstio. 3. & aliam in ca. ex parte. il j. de uerb. sig. in glos. magna. De alijs autem contumaciæ speciebus infra dicetur.
96 ¶ † Secundò ex verbis Abbatis elicitur conclusio, ꝙ propter contumaciam commissam in non parendo quis excōmunicari non potest, quando ea circa legem & modicam causam committeretur, tūc enim leue peccatum committi dicitur, secus si circa causam magnam & grauem cōmitteretur, vt in c. nemo. in c. nullus. 11. quæstione. 3. & in cap.
97 episcopi. & ibi gl. eadem causa & quæstio. ¶ † Tertia sit conclusio, quòd contumacia in non comparendo indistinctè & simpliciter crimen grauissimum & peccatum mortale esse dicitur, siue ea ex causa, ac re ardua, & magna proueniat, siue ex leui argu. no. per gl. in d. capi. duo sunt. gloss. in d.c. ex parte. il j. & dicit Bal. in l. prima, C. quorum appella. non recip. quòd nulla est maior contumacia, quàm spernere iudicem in non ueniendo. l. si quis ex aliena. ff. de iudic.
98 ¶ † Quarta conclusio sit, ꝙ contumacia in non veniendo commissa est longè maior illa, quæ committitur in non parendo, vt colligitur ex gl. in l. creditor. §. iussus. ff. de appella. quam refert & sequitur gl. in cle. vnica. de dolo & contuma. & hic per Abb. nam qui sic est contumax in non veniēdo, in duobus peccat, in eo, quòd non venit, & in eo, quòd non paret, sed alia solum facit quem in uno peccare, videlicet quia non paret, vt ibi.
99 ¶ † Reassumo primam conclusionem, quòd triplex sit contumacia, & de prima specie habetur varijs in locis, & in titulo, si quis in ius voca. non ier. vbi de hac particulariter agitur, in capitu. 2. & 3. cum multis alijs de dolo, & contuma. & in c. ex parte. il j. ubi gl. de uerb. sig. De secunda particulariter, & principaliter habetur hic, & in ca. 2. de dolo & contum. & in c. prout eod. tit. ubi etiam de prima & de quarta infra dicenda agitur, de tertia principaliter & particulariter habetur in titulo. ff. si quis ius dicen. non obtem. & de his tribus simul loquitur. c. causam quę. de dolo & cōtu. & in c. certum. 11. q. 3.

¶Addas quartam speciem, quando citatus comparuit, & noluit iuri respondere, & hæc etiam digna est excommunicatione, ut in c. j. vt lit. non cont. si verò huiusmodi contumacia committatur in non respondendo interrogationibus & positionibus in iudicio factis, ob eam quis non est excommunicandus, quoniam alia pœna specialis a iure iniungitur, si quidem contra eum vel ad diffinitiuam sententiam proceditur, vel fit immissio in rem, & possessio in aduersarium transfertur, seruata quæstione proprietatis, vt in d.c. prout. & in c. 2. in fi. cum gl. de confes. in 6. quando uerò solum in denegando respondere, seu in recedendo antequam responderet, habebitur pro confesso. d.c. 2. ac etiam in l. de ætate. §. qui tacuit. ff. de interro. act. cum ibi not. & hæc contumacia, quæ his duobus ultimis casibus committitur, sub illa specie continetur, quæ est in non comparēdo; quoniam quis positionibus respondere non tenetur, nisi iussus a iudice. d. ca. 2. de confes. in 6. quando verò vocatus ad respondendum non venit, sub illa specie contumaciæ comprehenditur, quæ est in non veniendo, quoniam si nō venit, iussus dici non potest. d.c. 2. ergo simpliciter dicitur non venisse, vt ibi.

100 ¶ † Reassumo secundam conclusionem, contra quam oppono de his, quæ habentur per glo. in dicto capit. duo sunt quę dicit, quamlibet contumaciam excommunicatione dignam esse, ergo etiam contumacia in non parendo surgēs ex causa leui & modica, de qua etiam illa gloss. loquitur, cum utatur his uerbis uniuersalibus, quælibet contumacia.

¶Sed respondeas gl. sub ea uniuersali solum voluisse comprehendere omnem contumaciam excommunicatione dignam, hoc est in non ueniendo, & in recedendo sine licentia iudicis postquàm venerit, quæ sunt diuersa, vt supra, & infra dicetur. item in non parendo, quando hæc surgeret ex causa magna & ardua, quoniam illa quoque excommunicatione digna est, vt in capitu. episcopi. cum glos. 11. q. 3. non autem voluit illam comprehendere, quæ in non parendo committitur, quæque ex causa leui surgit, quia ea excommunicatione digna non est, vt in dicto capitu. episcopi. & ideo glos. in d. capitul. duo sunt. debet intelligi de contumacia commissa in non comparendo, vt fuit de mente gl. in d.c. ex parte. il j. & hæc responsio quoque est ex mēte Decii hic.

101 ¶ † Capio tertiam conclusionem, quòd contumacia, quæ in non veniendo ad iudicium vel synodum committitur, de qua in capitu. fina. & per totum. 18. dist. & in c. si ęgrotans. 5. q. 3. cum si. dicitur esse peccatum mortale, item grauissimum scęlus, & crimen, siue ex leui, siue ex magna causa surgat, imo quanto ex leuiori causa surgit, tāto maior dicitur, vt p glo. in d.c. duo sunt. facit quod no. gl. in summa. 4. q. j. Quod sit peccatum mortale, probatur, nam huiusmodi cōtumacia digna est excommunicatione, vt per glo. in d. cap. sunt. d.c. ex parte. il j. d.c. certum. d.c. si ægrotans. cum simi. ca. j. 4. q. 5. ergo peccatum mortale esse dicetur, quoniā excommunicatio non irrogatur maximè ab homine, nisi ob peccatum mortale. capitu. nemo episcoporum. cum gl. ca. nullus. 11. q. 3. Pręterea superiori non obedire est peccatum mortale. capitu. qui resistit. 11. q. 3. capitu. 2. de mai. & obed. quòd autem dicatur grauissimum crimen probatur,
102 nam hæc cōtumacia ab inobedientia prouenit, † sed inobedientia maximum & grauissimum crimen dicitur, quia quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scęlus idololatriæ nolle acquiescere. capitu. sciendum. 8. q. j. ca. si qui sunt. 81. distin. d. capitu. 2. de maio. & obe. Præterea, cōtumacia crimen esse dicitur. d. ca. certum. sed crimen plus in se habet, q̄ peccatum mortale: quoniam illud dicitur esse peccatum mortale depositione dignum, peccatum verò simpliciter mortale depositione dignum non dicitur, vt in capitu. j. 81. distin. ergo contumacia, quæ crimen esse dicitur, maius peccatum dicetur, quàm sit peccatum mortale simplex, & ideo grauissimum crimen dicetur, quoniam inobediētia est morte digna. d.c. 2. & dicit Bal. in l. j. in prin. C. quorum appella. non recip. nullam esse maiorem contumaciam, quàm spernere iudicem in non comparendo.

d.l. si quis

d.l.si quis ex aliena. ¶Nec obstat. ꝙ ille, qui ad respondendum positionibus vocatus fuit, si non veniat, & contumax fuerit, non est excommunicandus, neq; pro confesso habetur, sed solum contra eum ad diffinitiuam, vel immissionē proceditur. d.c.2. de confes. in 6. iuncto. ca. prout. de dolo & contum. ergo grauissimum peccatum non dicitur; quia si tale esset, excommunicari posset, arg. d.c. nemo episcoporum. & per gl. in d.c. ex parte. d.c. certum. & per gl. in d.ca. duo sunt. quia respondeas, hanc contumaciam excommunicatione non puniri; quoniam aliter ex iuris dispositione punitur, vt s̄. & non debet quis duplici pęna simul & semel puniri. d.c. at si clerici. ı̄. eo. in fi. ver.

¶Vel attentari potest, ꝙ ultra prædicta forte successiuè etiā excommunicari posset, si iudici uideretur, ar. ca. quoniam frequenter. in fi. vt li. non cont. & c. ex tuæ. de cler. non residen. iuncto. c. prout.

¶Vel dicas, ꝙ is, qui ad respondendum positionibus nō venit, non est excommunicandus; quia minus peccat, q̄ qui uocatus ad totum iudicium: ille enim ad id quod est contra regulas iuris, vocatur, videlicet ad fundādam intentionem aduersarij, vt in ca. j. de confes. in 6. cum ibi not. l. j. ff. de interrog. act.

103 ¶Ex prædictis infertur, † idem esse dicendum de contumacia, quæ in non parendo committitur, si ex causa magna & ardua surgat: quoniam tunc illa quoq; crimen esse dicitur. d.c. certum. ac etiam quia ex ea quis excommunicari pōt. d.c. certum. c. fi. de mat. contr. contra interd. eccle. & cap. causam. de dolo & contu. ergo peccatum mortale & grauissimum dicetur, si verò ex leui causa, ac modica culpa surgeret, tunc non esset peccatum mortale, nec grauissimum: quoniam contumax in non parendo in causis leuib. & modicis ab homine excommunicari non potest, vt in c. episcopi. & ibi gl. 11. q. 3.

¶De hoc vltimo satis dubito; quia cum talis contumacia in non comparendo commissa ex inobedientia & contemptu surgat, & maior sit inobediētia in leuibus, q̄ in magnis, ut per gl. in d.c. duo sunt. sequitur, ꝙ huiusmodi contumacia peccatum mortale & grauissimum esse dicetur, glossæ enim & doc. ad hoc demonstrandum solum se fundant in inobedientia, quæ graue crimē esse dicitur, ut s̄. dixi, & habetur per gl. in d. summa. 4. q. j. & in c. fi. de pęnis. & est gl. in d.c. episcopi. Præterea tex. in d.ca. causam. quæ de dolo & contuma. ac etiam in d.c. certum. æquiparāt simpliciter contumaciam, quæ in non parendo committitur, illi, quæ est in non comparendo, vel sine licentia recedendo, & omnes species prædictas contumaciæ iura præallegata crimen appellant, etiam simpliciter considerando contumaciam in non parendo præceptis, nec ibi distinguitur, an in magnis, an in leuibus, ergo &c.

¶Non obstat. d.c. episcopi. quia r̄ndetur, ibi non dici, ꝙ ꝑ contumaciam in reb. minimis commissam quis excōicari nequeat, imo rōne illius posset & deberet excōicari, sed dicit ꝙ sicut innocentes non possunt excōicari, ꝙ intelligitur absq; alia contumacia, ita nec ex minimis causis, vt ibi dr̄, uidelicet qn̄ superior absq; contumacia ex aliquib. leuibus causis excommunicare vellet; quoniam non pōt, sicut innocentem non potest, & hoc secundum gl. ibi est, quod ille tex. dicere voluit, nam si de eo intelligeretur, qui ex leui cā contumax esset, quia contumacia ex minima cā surgeret, profecto cum text. ille de excommunicatione hominis loquatur, nō esset verum dicere, ꝙ superior ex cā minima diceretur excommunicare: nam etiam contumacia ex leui causa proueniens graue peccatum esse dicitur, & digna excommunicatione, ut per gl. in d.c. ex parte. & in d.ca. duo sunt. in c. de presbyterorū. 17. q. 4. & per gl. in d.c. episcopi.

¶Circa verò quartam conclusionem, in qua Abb. ut s̄. retuli, concludit maiorem & grauiorem esse contumaciam, q̄ est in non comparendo, quàm sit illa, quæ est in non paren-

104 do per iam dicta. † Quæro iuxta hæc, quid de contumacia, quæ est in non stādo, seu in recedendo, an sit maior, uel minor illa, quæ in non comparendo committitur. Abb. sentire videtur, ꝙ sit maior illa, quæ in nō parendo consistit, minor tamen ea quæ in non veniendo: nam qui in non stando contumax est, solum in uno, hoc est in non stando peccare dicitur, contumax verò in non comparendo in duob. vt supra dictum est.

¶Et ex prædictis inferri potest, contumaciam in non respōdendo dici esse minorem illa, quæ in non comparendo cōmittitur; quoniam nō respondendo in uno solum peccat, quia non respondet, neq; iussui iudicis paret. d.c.2. de confes. in 6. d.c. prout. & in c. j, vt lit. non contest. l. de ætate. §. qui tacuit. de interro. act. & ideo si hæ contumaciæ ex leui causa surgerent, excommunicatione dignæ non essent ꝑ ea, quæ hic dixit Abb. de contumacia in non parendo, per d.c. episcopi. cum gl. tu autem rectius dicas, hanc cōtumaciam in recedendo non esse minorem illa, quæ in nō comparendo committitur. Primò per hunc text. qui de hac cōtumacia in recedendo, seu in non stando loquitur, & tamē secundum Ant. hic ea ita dicitur vera, & magna contumacia sicut illa, quæ est in non comparendo, nam propter illam quis excommunicatur, vt hic, sicut per aliam, ut dictum fuit.

¶Secundò induco. c. constitutis. s̄. de procur. vbi erat lis super quadam summa pecuniæ, quæ verba in breui quoq; & modica summa verificari possunt, argu. eorum, quæ uoluit gl. in cle. j. in prin. de foro compe. & tex. in d.c. constit. præsupponit ob contumaciam in recedendo commissam potuisse quem excommunicari, ergo æquiparatur illi, quæ est in non veniendo, non autem quæ in non parendo, propter quam quis excommunicari non potest, quando in causa leui committitur, vt hic per Abb.

¶Tertiò induco. d.c. certum. & d.c. causam, quæ. vbi contumacia in non veniendo, in recedendo, & in non parendo quoad effectum excommunicationis simpliciter parificantur, item omnes crimen appellantur, vt ibi, ergo &c.

¶Quartò sic arguo, a pari procedunt non venire, vel veni-

105 re, & ante tempus illicentiatus recedere, † non enim dicitur venisse qui non stetit. c. missas. de consecra: distinc. j. & ibi no. iuncta gl. in c. omnes. ead. distin. d.c. ex parte. il j. d. cap. certum. & d.c. causam, quæ. & idem dicit Bart. in l. consentaneum. in ult. verb. C. quomodo & quando iud. l. post edictum. in fi. ff. de iud. l. quæsitum. ff. de re iudic. & Inn. in c. calumniam. ı̄. de pœnis.

¶Quartò hoc confirmatur; nam is qui venit & ante horā recessit; pariformiter in duobus peccare dicitur. primò; ꝗa non venit, ex quo ante tempus illicentiatus recessit, vt supra secundò, quia non paruit: & ita pro nunc pertranseo, quod est etiam de mente Decij hic.

106 ¶† Sed animaduertendum est, dum Abba. hic nouiter concludit, maiorem esse contumaciam in non comparendo, q̄ in non parendo; quoniam in plus quis peccat in primo q̄ in secundo casu, per not. per glo. in d.l. creditor. §. iussus. ff. de appella. & in clem. vnica. de dolo & contuma. & hanc opinionem sequitur Decius hic in 7. no. in j. lectu.

¶Contrarium tenent hic Areti. & And. Barbat. qui aliqua contra Abba. non stringentia adducit, & ideo illa omitto. Sed contra hanc ipsius conclusionem sic arguo, ille, qui est contumax in non veniendo ad respondendum positionib. & interrogationibus, pro conuicto & confesso non habetur. c.2. in fi. cum gl. c. prout. de dolo, contuma. sed qui venit, & parere noluit, quia velle respondere denegauit, imo iussus respondere recessit, ut non responderet, haberetur, pro confesso & conuicto. d.c.2. in prin. d.l. de ætate. §. qui tacuit. ff. de interrog. actio. ergo sicut maior videtur illa, q̄ committitur veniendo, & non respondendo, vel veniēdo, & recedendo, vt non respondeat, quàm sit ea, quæ committitur non veniendo ad respondēdum, ita & generaliter verum esse videbitur, ꝙ contumacia in non ueniendo alijs minor sit. & ratio esse potest; quoniam quæ in non parendo, seu in recedendo committitur, in præsentia, & in facie iudicis committi dicitur, vt per Sal. in d.l. j. C. quorum appella. & per gl. in d. clem. j. de dolo & contum. & in c. venerabilibus. §. secus. in vers. iudicio, quam allegat Ant. hic de senten. excommunica. in 6.

¶Secundò Areti. contra Abb. sic arguit contumacia, quæ est in non veniendo, species est contumaciæ in non parendo, sed quæ est in non parendo, dicitur genus, quia omnis contumacia ab inobedientia surgit, ut habetur in gl. summæ. 4. q. j. ergo maior est illa, quæ est in non parendo, q̄ quæ in non ueniendo, quoniam maius est genus, quàm sit vna species de genere argu. no. in l. legato generaliter. ff. de leg. j. l. fi. ff. de fund. instruc.

¶Tertiò contra Abb. facit dicto capitu. certum. & d. capit. causam. vbi contumacia in non veniendo, & in non parendo simpliciter æquiparantur ad hoc etiam, vt quis excommunicari possit, & hæc iura magis, quàm alia stringunt, & quamuis Decius conetur tex. in d. capit. certum. respondere, tamen eius responsio illum destruit, quia simpliciter loquitur, & sic etiam, quando contumacia ex leui, vel ex magna causa surgeret. Præterea, quādo in leui causa

committeretur, tunc censeretur maior, gl. in d.c. duo sunt. & facit.ca.constitutis.de procura.vt induxi.supra.Alijs.§. legatis.Respondet Decius hic in j.lectura.

¶Hic articulus habet in se difficultatem; quia negari nō potest, quin contumacia in non veniendo sit magna, & forte maior alijs, vt hic voluit Abb.& expresse Bald.Salyc.& alij post gl.in d.l.j.C.quorum appel.non recip.gl. in d.cap. ex parte.il j.& in gl.summæ.4.q. j.& tex.in d.c.certum. ambas crimen esse appellat, ergo quid maius continere dicuntur, quàm simplex peccatum mortale.ca.j. cum ibi no.81. distinc.& est tex.in d.capi.causam. qui tres illas æquiparat etiam quo ad effectum excommunicationis,& ideo ꝓ concordia considerabam,† quid maius,& minus dici possit di
107 uersis respectibus, sicut dicitur de iudice delegato, qui aliquibus respectibus maior ordinario dicitur, aliquibus verò minor, ut dixi in rubrica. supra, de officio delegat. post And.Barba.& alios Moder.& probatur ex his, quæ habentur in c.in nouo.21.dist.& melius.in c.2.de consue.in 6. cum ibi allegatis, tamen denominatio ab eo fieri debet, in quo magis incalescit, iuxta.l.quæritur.ff. de statu homi. capi.si testes.§.item Hermafroditus.4.q.3.vel ab illa parte, seu ab illo effectu, qui est dignior, iuxta.ca.quod in dubijs. de consec.ecclesiæ, uel alta.& ar.l.cum in diuersis.ff. de religio.& sumpti.fun.l.& si.§.perueniamus.ff. de auro & argen.leg.idem dici poterit de contumacia in non veniēdo, & de illa, quæ est in non parendo, vt quandoq; una maior, quando minor altera dicatur,& quandoque æqualis diuersis respectibus,& hoc est, quod uoluit dicere glos.magna in in fi. versicu.in l.unica.ff.si quis ius dicen. non obtem. Nā quæ est in non ueniendo dicetur maior respectu transgressionis; quia plus quis per illam peccat, ut habetur per gl.in d.cle.vnica, de dolo & contuma. & in l. creditor.§. iussus. ff.de appel.& hic per Abb.Minor verò dicetur, veluti dicebat Areti.quoniam quæ est in non parendo, latior est, quia generalior, ut supra dictum est. Item quoad respōdendum positionibus & interrogationibus maior est in non parendo, quàm in non veniendo.d.c.2.de confes.in 6.cum alijs, de quibus.§.quæ verò est in non ueniendo, maior & potentior esse dicetur quoad effectum appellationis; quia qui est in huiusmodi contumacia appellare non potest, contumax verò in non parendo appellans auditur, ut in d.l.creditor. §.iussus.& in l.prima, vbi gl.Bald.& alij.C. quorum appel. non recip.Maior uerò dicetur, quæ est in non parendo; quia fit in conspectu,& in facie iudicis, ergo per eam eius iurisdictio plus negligi dicitur, vt per Bal.& Sal.in d.l.prima,& arg. d.ca.causam.cum his quæ.§. dixi circa contumaciam in recedendo, ac etiam colligitur ex tex.cum ibi no.in d.c. secundo, de confes.in 6.Pares autem & æquales esse dicentur quoad effectum pœnæ & mulctæ, quia pro vtraque eadem pœna excommunicationis iniungitur, vt in d.ca.certum.& d.c.causam. pari etiam mulcta contumaces puniri debent, vt in l.unica.ff.si quis ius dicen. non obtemp. iuncta.l.secunda, cum ibi not.ff.si quis in ius voca. non ier. & ideo glo. magna in ult.verb.in d.l.unica.§.primo, quærendo quid differat ti.si quis ius dicen.non obtem. in quo de contumacia in nō parendo tractatur, a titulo si quis in ius uoca.non ier.in quo agitur de eo, qui est contumax in non ueniendo, dicit quòd habent se ut excedentia & excessa, nā quandoque virtus vnius contumaciæ aliam excedit,& ecōtra, quandoque exceditur, ut supra hæc sufficiat, super quibus cogita.

¶In undecimo notabili ex uerbis Abba. per hunc textum
108 colligitur, † q; non omne peccatum mortale est sufficiens ad priuandum aliquem episcopatu & beneficio suo, licet tale sit, propter quod quis excommunicari possit, ac licet in eo perseuerauerit, vt hic est tex.secundū Abb.ad hoc enim vt quis beneficio priuari possit, requiritur, quòd in enormi & graui delicto constitutus sit, vt in capitu.inuentum. 16.q.7.& plenè dicetur in capitu.at si clerici.infra eo.Nam contumacia est peccatum mortale, vt supra, tamen propter illam qs bñficio & episcopatu non priuatur, vt hic est tex.
109 ¶Sed in contrarium ita arguo,† contumacia in non veniēdo, seu in non parendo propter inobedientiam graue, imo grauissimum peccatum dicitur, gl.in summa.4. quæstion. prima, capitu.nemo episcoporum.11.quæstio.3.dicto cap. certum.& hoc sensit Abb.in præcedenti notabili,& ibi dixi, item dicitur delictum.l.unica.in fin.ff.si quis ius dicen. non obtemp.not.in l. contumacia.ff. de re iudicat. Item & crimen.dicto ca.certum.& ideo graue peccatum dicitur. dicto ca.primo, 81.distinc. ergo propter contumaciam falsitem in non comparendo quis beneficio priuari posse deberet: quoniam ob enorme & graue crimen maximè notorium ab ordine & beneficio quis deponi potest.ca.final. de temp.ord.d.c.j.81.dist.

¶Huius contrarii solutio multiplex dari potest, prima q; crimen contumaciæ habet a canone suam pœnam specialem, videlicet excommunicationis, ut in d.c.certum. d.c. nemo episcoporum. cum simi.gl.in d. summa.4.q. prima, & hic, ergo ulterius quis pœna priuationis beneficij puniēdus non est, ne contingat quem duplici pœna puniri.d. ca. at si clerici .in fin.cum simi.Nisi tanta perseuerantia daretur, quòd de incorrigibilitate & contemptu clauium constaret.capitu.fina.de pœnis.capitu.ex tuæ.de cleri. non residen.c.cum non ab homine.dicto capitu.at si clerici.infra eod.ca.cum bonæ.de æta.& qualita.cum simi.Item quia nunquam pęna priuationis imposita censetur, nisi quando a iure hoc expressum est, ut no.in capitu.fina. infra de iure
110 patrona. vel dici potest, † quod ad hoc, ut ratione grauis criminis beneficio priuari possit, requiritur quòd quis in illo sit incorrigibilis.dicto ca.cum non ab homine. & d.capitu.primo, cum gloss. 81.distin. ergo simplex contumacia non sufficit, nisi tanta sit, quæ faciat dici quem esse incorrigibilem, vt quia malitiosè in ea diu perseuerauerit. ut in dicto ca.cum bonæ.c. rursus.& c.quicunque.11.q.3.& dicit glo.in dicto capitu.primo, 81.dist. quòd pro prima contumacia quis deponi non potest, quia illa per se crimen esse
111 non dicitur,& glo.no.in summa.15.quæstio.8.dicit† nullum crimen depositione dignum esse, nisi specialiter a canone exprimatur, & hanc opinionem magis æquam, & iō tenendam esse ait, quidam tamen econuerso dicebant, omne crimen esse depositione dignum, nisi ea quæ expresse a canone excepta sunt. Prima est uerior & æquior, quæ probatur in c. fi.de tempo.ordina.quem tex.uide,& est bonus tex.in d.c.at si clerici.§. primo ibi, dummodo sint talia crimina, propter quæ suspendi, uel deponi debeant. Quare licet contumacia graue sit crimen, non tamen propter illā quis beneficio priuari, aut ab administratione deponi poterit: cum non sit expressè cautum a canone, item cum pro ea sit alia certa pęna imposita.

¶Sed contra prædicta, ac præcipuè contra id, quod habetur in d.ca.ex parte.& in d.summa.4.quæstione prima.dū ibi dicitur, quòd quando nondum constitit de crimine, si quis propter solam contumaciam fuit excommunicatus, tunc absolui potest, etiam si nondum satisfactum fuerit. vt in d.c.ex parte.vbi casus, contra hoc est tex.in terminis hic (iudicio meo) ubi episcopus in sola contumacia constitutus fuit & nondum de crimine constabat,& tamen absolui nequit, nisi prius satisfecerit, & de hoc text.ad propositum non fit mētio. Cogita, si dici possit primò, quòd forma excommunicationis hoc continebat, ibi uerò simpliciter facta fuit excommunicatio, aut pro sola & simplici contuma
112 cia impositum interdictum.secundò, quòd † duplex est satisfactio ad effectum absolutionis, prima contumacię, eiusque purgatio, hoc est vt compareat & pareat, quæ est necessaria ad hoc, vt excommunicatus propter solam contumaciam absolui possit, vt hic secunda est satisfactio criminis, & hæc non est necessaria ad hoc, vt excommunicatus propter solam contumaciam absolui possit, ut in d.capit.ex parte. sed quando de crimine constaret, ac pro eius satisfactione quis excommunicatus fuisset ad hoc, vt absolui posset, necessaria esset satisfactio criminis, vt ibi,& quòd text. noster de satisfactione criminis non loquatur, probatur ex uerbis finalibus, vbi dicitur, episcopatu priuandum non esse ex eo, quòd contumax fuerit, & propter contumaciam excommunicatus ante exitum & cognitionem causæ criminis, ergo hic text. cum dicto capitu.ex parte. concordare videtur.

¶In duodecimo & ultimo notabili ex uerbis Abba. secun-
113 dum Decium colligitur per hunc tex.† quòd uerbum videtur, a conditore legis, seu canonis prolatum, & sic ab eo, qui de iure interrogatur, ius certum facere, ac certam iuris determinationem importare dicitur, ut ibi, nulli potest iure uideri. Decius inquit, hunc textum non probare; quoniam hic uerbum, uidetur, non fuit simpliciter a canone prolatum, sed cum dictione iure, & ideo nil mirum, si decisionem, iurisque dispositionem importare dicitur. Sed tu Abbatem saluare potes, quòd ipse hunc textum ponderauit ad probandum, quòd per uerbum, uidetur, certitudinaliter de iure responderi dicitur, ut ex tali responsione certa, ac determinata

nata responsio, & decisio, non autem ambigua oriri dicatur. Vel melius dicas (& hanc Abbatis mentem fuisse credo, si eius verba recte considerentur) quòd verbum, videtur, non solum prolatum a canone, seu legislatore siue affirmatiuè, seu negatiuè iuris decisionē importare dicitur, vt in c. perpendimus. de sent. excom. & in c. vniuersitatis. eo. tit. Sed etiam si ab homine prolatum fuerit, qui de iure respondere debet; quoniam respondendo, mihi videtur, vel non videtur, de iure certo respondere censetur, & sic Abb. de hoc verbo nō dubitat, quando a canone prolatum fuit, vt intelligit Decius, sed a quocunque alio: quia text. hic in fi. ver. noluit se tantum referre ad canonem, nec ad legislatorem solum, sed ad omnes alios, vt patet ex illis verbis vniuersalibus ibi, nulli potest iure videri, hoc est iudici, seu alteri personæ.

114 ¶Et ꝙ prolatum ab homine simpliciter de iure importare possit, probatur, † nam hoc uerbum, videtur, sui natura arbitrium boni uiri importat, vt per doc. communiter in c. j. s̃. de constit. Bar. in l. Lucius Titius. per illum text. ff. de fideicom. liberta. in l. si sic. in prin. in j. quæstione. ff. de le. j. & in l. creditor. §. Lucius. in j. no. ff. mandati. Arbitrium autem boni viri dicitur, quod a iure est regulatum, & secundum regulas a iudice taxatum, cum dicatur esse illud, secūdum quod iudex iudicare solet, & iudex semper secūdum ius iudicet. l. nemo. C. de senten. iuncta. l. continuus. §. cū ita. ff. de uerb. obl. ergo verbum, videtur, simpliciter prolatum ab eo, qui de iure procedere, vel respondere debet, siue a canone, vt s̃. siue a iudice in sententia, aut ab arbitro, seu ab aduocato & consultore, semper ius certum importat, vt hic per Abb. per hunc text. & ego addo ad propositū Ang. in l. filio exhæredato. §. irritum. ff. de iniuſ. rup. & irrito test. & hoc idem uoluit Barto. per illum tex. qui de arbitro loquitur, in l. quid tamen. §. si arbiter. cum. §. sequen. ff. de arbit.

¶Addas, ꝙ quando periti in arte secundum iudiciū & peritiam suam iudicare debent, & aliquid referre, si hoc verbo utantur, vt nobis videtur, rectè & bene respondere dicuntur, vt est bonus tex. in l. j. §. j. ff. de vent. inspic. ibi, & si quidem vel omnes, vel duę renuntiauerint, pręgnantem videri &c. & ideo doctores hac de causa de iure interrogati volentes respondere vtuntur & in consilijs & in voce hoc verbo videtur: & rectè per prædicta.

115 ¶† De alijs verbis, vt de verbo credimus, vide per Ant. in c. ex parte. in 6. notabili per illum tex. de postulād. bonus textus in c. nuper. de sent. excommunicatio. in cap. si duobus. in fi. de appellationib. in cap. ad nostram. il 3. de iureiuran. Item de verbo, existimo, arbitror puto & similibus, videndum est, vt hic per Decium, & est bonus textus in l. Thais. §. sorore. ff. de fideicommissar. libertatib. & melior. in l. fideicommissa. §. quanquam. ff. de legatis tertiò. ubi ferè de omnibus, quæ supra expressa sunt, ac de alijs probatur. Et hæc quo ad notabilia huius textus dicta sufficiant.

¶Venio nunc ad apparatum glossarum, & glossa in verbo, interrogatus. contra hunc textum opponit, & dupliciter soluit. Nam hic præsupponitur, episcopum reum conuentum fuisse interrogatum, an experiri cum aduersario vellet, respondendo se ad hoc obligauit. Contra hoc opponitur, ꝙ hæc interrogatio & responsio necessaria non fuerit: quoniam iudicium in inuitum redditur. l. inter stipulantem. §. primo. ff. de uerborum obligatio. notatur in l. 2. in glossa in uerbo, contentiosa. ff. de officio proconsul. Ergo frustratoriè hic fuit episcopus interrogatus, an experiri, & cum aduersario coram concilio litigare vellet. Glossa primò soluit, quòd hæc interrogatio de iure non fuit necessaria, sed ad cautelam facta, ut per eam exceptiones declinatoriæ tollerentur, quæ contra personam iudicis de facto opponi potuissent. Ex quo infertur, quòd non solum iudex instante iuris necessitate interrogare potest, sed etiam, ut præcludatur uia exceptionibus facti, arg. capit. peruenit. de arbitris. cum glossa in uerbo, existere. Et cum hac solutione Abba. infra in prima additione pertransire videtur. Negari tamen non potest, quin hæc solutio dicatur præsupponere, hanc interrogationem de iure frustratoriè factam fuisse; neque est dicendum, concilium hic super quæstione facti statuere uoluisse, sed super quæstione iuris, vt per Bartol. in l. unica. C. quando non pet. partes.

¶Secundò soluit glossa, quòd hæc interrogatio fuerit vtilis & necessaria ad remouendum exceptiones declinatorias, seu recusatorias, quæ forte de iure ab episcopo reo opponi potuissent ad declinandam concilij prouincialis iurisdictionem, eo forte, quòd episcopus concilium suspectū habebat, prout potest, vt in cap. quod suspecti. 3. q. 5. In quo vltimò Abb. dicit glossam malè loqui, si quidem secūdum docto. concilium non potest suspectum allegari. per iura, quæ ipse allegat.

¶Ex verbis Abbatis super hac glo. aliquas conclusiones facio, † prima sit, quòd vocatus ad iudicium exceptionibus 116 recusatorijs, & fori declinatorijs renuntiare potest, quæ renuntiatio facta censetur, si vocatus promiserit respondere, seu coram iudice experiri, vt hic videtur tex. & hanc cō conclusionem docto. communiter sequuntur, per supradicta in notabilib. & probatur in l. si quis in conscribendo. C. de pactis, quam ultra supra dicta limito ex mente Decij 117 non procedere, † quando Papa aliquem a iurisdictione ordinariorum exemisset, & sibi soli immediatam illius subiectionem reseruasset, nam sic exemptus foro renuntiare nequit, & alterius iurisdictionem prorogare inconsulto Papa, vt in capi. cum tempore. supra, de arbitr. in fin. ibi, & si sponte volueris, de iure tamen nequiueris &c. ita refert & declarat Decius hic per illum text. qui optimè limitat ea, quæ habentur in d. l. si quis in conscribendo.

¶Prædicta tamen declara, vt dicit gloss. fi. in d. ca. cum tempore, quòd licet exemptus priuilegio exceptionis renuntiādo Papæ & domino eximenti præiudicare non possit, sibi tamen præiudicat, si renuntiationi suæ stare nollet. Sed Abb. ibi hanc glossæ declarationem reprehendit; quia ius libertatis, hoc est exemptionis, & ius subiectionis ita connexa inter exemptum & Papam, atq; vnita sunt vt commodè separari nequeant, adeo, quòd uni in hoc præiudicari non potest, quin alteri quoque præiudicium inferri dicatur, & hoc per illum tex. qui simpliciter hoc uoluit, & dicit Abba. eum textum posse ad quæstionem induci, an exemptus, vt supra absque licentia Papæ, cuius iurisdictioni subesse dicitur, possit coram iudice aliàs suo ordinario litigare, veluti coram episcopo a cuius iurisdictione exemptus fuit. Abb. ibi per illum tex. concludit, quòd non: quoniam Papæ interest, vt is, qui est suus subditus immediatus ab inferiore non iudicetur, argu. capitu. omnis. de pœnit. & remiss. capitu. nimis. de iureiuran. & de hoc uidetur tex. cum gl. fi. in clem. pen. de sent. excom. sequitur Ioan. And. in c. scienti. de reg. iu. in 6. in mercuria. & ita residet Abb. in d. ca. cum tempore. quicquid dixerit gloss. ibi, quam tu salua, & declara dupliciter. Primò, quòd exemptus renuntiando generaliter priuilegio fori non potest generaliter iurisdictioni Papæ præiudicare, sed quoad certam causam & litē potest ad suum primum iudicem ordinarium redire, & coram illo litigare, arg. d. l. si quis in conscribendo. capi. cum olim. & no. per glo. in c. veniens. de præscrip. & hæc distinctio videtur de mente. d. c. cum tempore.

¶Secundò declaro, quòd exemptus priuilegio fori, & iuris libertatis renuntiare potest quoad præiudicium iuris sui, non autem quoad præiudicium iuris Papæ; quoniam si ipse facta renuntiatione illi stare nollet, & iurisdictionem episcopi declinare vellet, non audiretur, neque de incompetētia opponere posset, sed Papa ex suo officio si vellet, posset omnia acta & facta contra ipsum exemptum reuocare, vt est tex. not. ab illa gloss. allegatus, in capitu. suborta. de re iudica. Ad idem induco. capitu. accedentibus. de priuileg. capitu. 2. de capel. mona. & d. capi. cum olim. de præscrip. vbi ius exemptionis spatio quadraginta annorum aduersus ecclesiam exemptam præscribitur in præiudicium ecclesiæ, non autem iuris sedis Apostolicæ, contra quam sola præscriptio centum annorum currit. capitul. ad audientiam. de præscriptio. Faciunt ad propositum, quæ habentur in capitu. fina. de pœnit. & remiss. vbi exemptus sibi iudicem in foro conscientiæ eligere potest, qui ipsum, hoc est animam suam quo ad Deum iudicet, quod est maius, argum. capitu. cum infirmitas. de pœnit. & remis. & capit. præcipimus. 12. q. j. ergo a fortiori non obstante priuilegio suæ exemptionis sibi iudicem eligere poterit ad præiudicium suorum iurium temporalium, arg. c. cui licet. de reg. iur. in 6.

118 ¶† Præterea, Papa, qui est iudex omnium, & exemptus; quia a nullo iudicari potest capitul. cuncta per mundum. capitu. nemo. 9. quæstio. 3. d. capitu. si Papa. 40. distinc. potest se alterius iurisdictioni subijcere non solū in foro animæ, vt per gl. in d. cap. nemo. sed etiam in foro contentioso, vt ibi uoluit glo. & habetur per glos. in c. inolita. 11. q. j. in c. nos si incompetenter. 2. q. 7. in ca. mandastis. 2. q. 5. & in d. c. si Papa. facit. l. est receptū. ff. de iurisd. om. iud. & vi-

119 de ea, quæ dicit Henri.Boich.in d.c.cum tempore. ¶ † Se-
cunda sit conclusio ex verbis Abb. ꝙ totum conciliū pro-
uinciale non solum respectu omnium personarum de con
cilio, sed etiam solius capitis, hoc est archiepiscopi, vt suspe
ctum reuocari potest, quando aliqua iusta suspicionis cau-
sa adesset. & quod dicitur de concilio, idem dicendum est
de qualibet alia vniuersitate, vel cui esset causa commissa,
vel quæ iurisdictionem ordinariam haberet, vt probatur in
c.licet. j.de foro compe. vbi tex.circa fi.præsupponit. Con
sules, & Commune ciuitatis, ad quos de causa cognoscere
spectabat, potuisse recusari vt suspectos ex causa iusta corā
arbitris assumendis postea cognoscenda. Allegatur etiam
cle.pastoralis.§.notorium.de re iud.vbi sententia lata con-
tra Regem Robertum ab Imperatore nulla fuit: quia cita-
tus fuit ad ciuitatem Pisanam notoriè Regi inimicam. Ad-
ducitur quoq; c.accedens.il 2.vt li.non conte. & ad idem
text.noster, qui minime probat; quoniā & si episcopus post
promissionem coram concilio litigare denegauerit, non ta
men constat hoc factum fuisse propter concilij suspicionē,
nisi quis diuinare vellet, quare autem episcopus fuerit in-
terrogatus, & responderit, vt hic dicitur. j.dicetur.
¶Pro hac quoq; conclusione allegatur.c.quod suspecti.in
fi.versi.3.quæstio.5.Posset tamen illi tex. responderi, ꝙ ibi
ideo homo ille sanctus concilium ingredi recusauit; quo-
niam principaliter aduersus eum congregatum fuerat: ex
quo text.inferri potest, concilium principaliter contra ali-
quem congregatum posse vt suspectum recusari, & hæc vi-
detur esse iusta causa, secus si principaliter propter aliud cō
gregatum fuisset, prout regulariter concilia congregari de-
bent, arg.c.decernimus. & per totum.18.distin.tunc enim
forte suspectum dici non posset, vt hic per glo.propterea si
generale concilium principaliter contra personam Papæ,
& pro sua causa cōgregatum fuisset, Papa posset, iustè illud
vt suspectum ingredi recusare, per.d.capi.quod suspecti. &
hæc sunt de mente Andr.Barb.hic, & nota istud vltimum
quod est valde notabile: sed tamen redditur dubitabile;
quoniam aut concilium authoritate Papæ, vel sui legati ad
hoc specialiter deputati fuit congregatum, iuxta ea, quæ.su
pra dixi. & tunc cum Papa illud semel approbasse dicatur,
nō poterit postea illud improbare, nisi noua causa superue
niat, vt probatur in c.concilia.§.hinc etiam.17.distin. & j.
dicetur.habetur per gl.in c.in singulis.§.& quod statutum
de statu mona. & argu.eorum, quæ habentur per doc.in l.
apertissimi. & in l.fi.C.de iudi.
¶Nec obstat.d.c.quod suspecti.quoniam non loquitur de
concilio generali. Item ibi non fuit congregatum authori-
tate, sancti Ioannis. Aut uerò cōcilium generale authorita-
te Papæ, & sui Legati congregatum non fuit, sed alterius,
& tunc non esset concilium, neq; aliquam in Papam pote-
statem haberet, ut in c.multis.17. distinct. ergo non esset
necessaria recusatio.
¶Preterea, licet alterius authoritate congregari posset, vt in
casu quando contra Papam, & ob causam suam principali-
ter congregari deberet, prout declarat gl. in c. nullus. & in
c.si duo.79.dist.vel etiam vt declarat Bald.in c.cum olim.
de rescri. & hoc Abb.quoq; hic præsupponere videtur, dū
inquit, concilium generale non posse recusari, & maximè
quando authoritate Papæ congregatum fuit, seu illi conci
lio Papa vt caput præesset, ergo infert etiam absq; illius au-
thoritate congregari posse; vt quia sede vacante, vel aliter,
vt s̄.congregaretur, & tunc licet contra personam Papæ cō
gregatum foret, tamen recusatio ad excludendum iudiciū
120 concilij necessaria non esset; quia † Papa ipso existente Pa-
pa, a concilio maximè alterius, vel suimet authoritate con
gregato iudicari non potest.d.c.nemo.d.c cuncta ꝑ mun-
dum. & est tex.in terminis, & ibi gl.in d.c.concilia.§. hinc
etiam.in c.mandastis.2.q.4. & ibi glo. & in c. nunc autem,
21.distin. ergo recusatio necessaria non esset. Inducitur ēt.
d.ca.quod suspecti.in §.ueniamus. dum loquitur de Ana-
stasio episcopo, de Ignatio, & de Gelasio Papa, qui ab inimi-
cis suis condemnati fuerunt. Allegatur & tex.in c.fin.s̄.de
procur.vbi procurator vniuersitatis excōicatæ repellitur.
¶Hæc conclusio ita confirmatur, a sententia concilij pro-
uincialis appellari potest, ut in capit.neminē.c.vltra.3.q.6.
ergo & concilium prouinciale propter suspicionem recu-
sari poterit; quia appellatio & suspicio a pari procedunt, vt
in capitu.super eo.il 2.de appel. Induco etiam tex.cum gl.
in c.in singulis.§.& quod statutum de statu monac. vbi fa-
cta & statuta a diffinitoribus creatis in concilijs regulariū
irreuocabiliter tenent, nec ab eis appellari potest, dicit glo.
ꝙ etiam recusari non possunt &c. ¶Præmissis tamen non
ob. contrarium forte in puncto iuris sustineri posset. pri-
mò propter authoritatem glo.nostræ, quam confirmo pri-
mò: quia aduersus concilium nulla iusta recusationis cau-
sa allegari potest, quæ non sit euidenter friuola, & notoriè
iniusta, ergo non admittenda.arg.ca.cum appellationibus.
de appel.in 6.cum si. Concilium enim fit, & cōstituitur ex
plurib.episcopis, & prælatis prouinciæ ex diuersis locis in
unum conuenientibus, vt per totum.18. dist. & dixi.s̄. er-
go in illis iusta suspicionis cā cadere non potest; tamē quia
spiritus sancti inspiratione in concilio congregati dicūtur,
& præsumēdum est, quicquid in illo fit, dici factum autho
ritate & inspiratione spiritus sancti; quoniam quādo duo,
uel tres in nomine domini congregati fuerint, ibi ad erit
spiritus sanctus, vt in c.audiuimus.24.q.j. tum etiam quia
prælati in concilio congregati propter eorum scientiā, san-
ctitatem & integritatem iuxta ea, quæ habentur.36.dist. &
ibi in gl.summæ, & ad Timothe.3.capi.in j.ep. Pauli. & in
prin.40. & 41.dist. & 44. omnes suspecti dici non debent.
121 † & propter hoc neque collegium doctorum unius ciuita-
tis, vel omnes doctores ipsius ciuitatis suspecti allegari pñt
secundum Alberi.de Rosa.in 2.parte statuto. in q.98. hoc
enim factum calumniosè, & in fraudem præsumeretur; vt
voluit Ray.de Forl.in l.hoc modo per illum tex.ff. de con
di. & dem.vbi si legato fuerit in fraudem adiecta hæc con-
ditio, si Ariciæ nō nupserit: vt quia esset talis, quæ alibi nup
tias inuenire non posset, habetur pro non adiecta, ita & in
proposito nostro, & pro hac opi.potest induci.d.c.quod su
specti.in fi.vt tetigi.s̄. ¶Non ob.in contrarium alleg. & pri
mò.c.licet.de fo.comp. & cle.pastoralis.§.notoriū.in vers.
Pisana.iuncto.c.accedens.vt li.non cont.cum si. quia hæc
iura loquuntur de alijs vniuersitatibus temporalib. & non
de concilio prouinciali, in quo alia rō militat, ut s̄. dixi est
de mente Bar.hic. ¶Non obst.d.c.quod suspecti.in fi. quia
supra responsum fuit, ꝙ ibi manifestè, & euidenter de odio
& suspicione constabat. Nec obstabat idem tex.in §.venia-
mus.quia dum loquitur de Anastasio non facit; quoniam
ipse fuerat condemnatus & depositus a patriarcha, & pro
restitutione suæ ecclesiæ ad concilium generale recursum
habuit. Item dum loquitur de Ignatio, non constat ibi eius
causam fuisse cognitam a concilio, nec etiam, quando loqr
de Gelasio; probat sed potius, ꝙ gñaliter illi qui sunt suspe
cti, non loquēdo de cōciliis, rōne suspicionis recusari pñt.
¶Non obstat.d.c.fi.de procu.quia ille tex. nihil aut parum
facit; loquitur enim de alia uniuersitate. Item repellitr pro-
curator creatus a capitib. uniuersitatis excommunicatis,
sicut ipsi excommunicati ab impetrando repellerentur, ar-
gu.c.ab excommunicato.s̄.de rescrip.ac etiam q a, ex quo
capita vniuersitatis sub excommunicatione erant, cæteri
omnes de vniuersitate propter participationem excommu
nicati dicebantur, iuribus vulgaribus.
¶Non obstat, ꝙ a concilio possit appellari: quia hoc arg.nō
semper procedit, vt colligitur ex his quæ habentur in ca.2.
de consuet.in 6. & in §.offeratur.in gl.in ver.alio.3.q.3. &
per Abba.in d.c.super eo. & maximè quando argumentatr
de recusatione ad appellationem, vel econtra affirmatiuè,
sed solum negatiuè, ut in d.c.super eo.cum ibi no.
¶Non obst.dicto capitu. in singulis.§. & quod statutum.
quia loquitur de diffinitionibus factis in concilijs conuen
tualibus, seu regularibus, quæ suspecta dici possunt, si iu-
sta causa adsit. Præterea, illa fuit opin.gloss.quam tamen in
se veram puto, sed non aduersatur huic opinio. gloss.no-
stræ, quæ loquitur de concilio, in quo diuersa ratio mili-
tat. Sed pro conclusione huius articuli, loquendo non so-
lum de concilio prouinciali, sed etiam de alijs vniuersita-
tibus, vtrum pro suspectus recusari possint, alijs reiectis,
122 do plures conclusiones. Prima sit † quod si vniuersaliter
& singulariter omnes de concilio suspecti, vel inimici
sint, tunc ex causa etiam leui totum concilium suspectum
allegari potest; quia iudex ex leui causa vt suspectus recu-
satur, argu.not.per gloss.in capitu.primo, & in capit.accu
satores.3.q.5.in capitu.quicunque.11.q.3.iuncto.d.capit.
quod suspecti.in prin.maximè.in fin. & in §.ueniamus.nō
violando literam, & probatur in d.clem.pastoralis.§. Pisa-
na. & in d.capitu.licet.de foro compet. facit, quod voluit
gl.in d.ca. in singulis. ¶Secunda conclusio sit, quòd si aliq
tantum de concilio, vel de vniuersitate suspecti sint, si alij,
qui non sunt suspecti, faciant vniuersitatem, iuxta.capit.j.
cum glossa, de electioni. totum collegium suspectum dici
non pōt, quinimo etiā si ex postfacto omnes essent effecti
suspecti,

suspecti, excepto uno, quamuis ipse vniuersitatem non faceret, tamen ex quo in ipso nomen, omneque ius vniuersitatis remanet, c. sicut in fi. & ibi Bar. ff. quod cuiusque vniuersi. nomine. gl. in d. c. j. ille solus de causa, alijs suspectis allegatis, cognoscere potest, & hoc verum esse putarem, qñ ante recusationem factam iurisdictio ipsius collegij iam ꝑpetuata esset, iuxta quæ habentur in c. gratum. & in c. relatum. cum ibi no. de offic. deleg. nam tunc quatenus res ad vnum tantum redacta fuerit, ille solus nomine uniuersitatis cognoscere poterit, licet contrarium probari videatur. in c. cum super abbatia. de offi. deleg.

¶Prædicta tamen limitari possunt. Nisi causa, quæ cognosceretur, tam grauis & ardua esset, ꝙ ad illius expeditionẽ certum personarum numerum requireret: vt est in depositione reali episcopi, in qua vltra archiepiscopum duodecim episcopi requiruntur, vt habetur in gl. summæ. 3. q. 8. in c. scitote. 6. q. 3. & per Abb. in ca. 3. de re iudi. tunc enim quo ad talẽ actum, ius uniuersitatis & concilij in uno, duobus, uel tribus non residet, ut hic per Ab. & in d. c. 3. & per Alex. in consi. 40. in 2. volumine. in 2. colum.

123 ¶† Tertia conclusio sit, quod propter caput concilij, aut vniuersitatis, quod duntaxat suspectum esset, totum conciliũ suspectũ dici potest. ita potest intelligi. d. ca. quod suspecti, in §. veniamus, dum loquitur de Anastasio, sed melius probatur in d. c. fi. de procura. & in d. c. accedens. il 2. & suadetur; quia si solum caput in hoc casu, quod est suspectum, remoueri posset, & non collegium, sequeretur, ꝙ etiam similiter collegium, ad quod negotium eiusq; discussio spectat remoueri diceretur: quoniam amoto capite collegij, siue concilij, aut capituli, illud postea esset acephalum, quod nõ est dicendum, arg. no. per gl. in cle. ne Romani. de electio. & cõsequenter collegiũ esse desineret, argu. c. nouit. de his, quæ fiunt a præl. & habetur in c. 1. de scisma. in 6. in gl. magna & in c. nullus. 79. dist. Ideoque concilium cognoscere non posset, & ita potest intelligi opinio Vincentij, & est de mente Abba. & Decij.

124 ¶† Quarta conclusio sit, ꝙ quando concilium esset principaliter congregatum in odium alicuius personę, & contra illam, tunc suspectum allegari potest, per. d. ca. quod suspecti. in fi. verb. & hic per Barb. ac supra latius dictum fuit.

125 ¶† Quintam ex uerbis Abb conclusionem elicio, ꝙ episcopi prouinciæ, & suffraganei, qui concilio prouinciali interesse debent, non censentur esse assessores, nec consultores archiepiscopi, qui concilio præest, sed coniudices, & simul cum archiepiscopo, aut primate iurisdictionem ordinariã habere dicuntur, vt hic etiam uoluit do. Ant. per no. per gl. in c. episcopus. 15. q. 7. & in sum. per glo. 3. q. 8. quæ hoc voluit ꝑ tex. in c. scitote. 6. q. 3. & est gl. ma. in c. irrefragabili. de offi. ord. quæ dicit, canonicos de c. cũ episcopo coniudices esse, ut sunt plures delegati dati in una causa, & probatur in c. de concilij. & in §. secundum. & in ca. propter. il 2. 18. dist. ibi, de communi consensu, & hoc uoluit Io. de Imo. post Ant. in c. graue. de præb. in 7. col. qui, relatis pluribus opinionibus, in hac residet, ꝙ dicantur coniudices, & in simili facit, quod dicitur de clericis, qui in concilio episcopali, vel synodali cum suo episcopo intersunt, qui dicũtur esse coniudices, & cum eo simul ordinariam iurisdictionẽ habere, ut uoluit gl. in c. episcopus. 15. q. 7.

126 ¶† Iuxta hæc quæro, vtrum propter suspicionem, puta propter inimicitiam assessoris, iudex, cuius est assessor, possit suspectus allegari: Abb. concludit, ꝙ sic, quando iudex ex forma statutorum concilium assessoris sequi teneretur, vel ratione imperitiæ iudicis verisimile esset, ꝙ in iudicando cõcilium sui assessoris sequeretur. Hanc conclusionem sequitur Ant. & Decius, contra quam induco. c. statutũ. §. assessorem. de rescrip. in 6. vbi probatur, ꝙ non iudex ipse, sed assessor suspectus sit amouendus. Item qñ assessor suspectus, esse dicitur, tunc ad iudicem pertinet de causa suspicionis assessoris cognoscere, & illum amouere, non autem arbitri eliguntur, ut ibi, & in c. super quæstionum. §. si uero. de off. deleg. gl. in c. 2. de consuetu. in 6. & si ipse iudex nollet, vel negligeret de huiusmodi causa cognoscere, tunc iudex suspectus efficeretur, ut hic per Abb. tex. ergo. in d. §. assessorem. non de iudice, sed de ipso assessore probat.

¶Secundò, assessor iurisdictionem habere non dicitur, & nihil agere debet, ut in l. j. & 2. C. de assesso. & si iudex propter assessoris imperitiam aliquid contra ius faciat, tunc non iudex, sed assessor tenetur. l. hoc edicto. ff. quod quisq; iuris. ¶Tertio pro hac opinione Barb. allegat. l. unicam. §. in illo. cum seq. C. si quacunque prædit. potest.

¶Quarto ad idem tex. in c. cum super abbatia. de offi. dele. vbi si vnus ex pluribus iudicibus deleg. qui simul iurisdi. habent. c. prudentiam, & ibi Abb. de off. dele. fit suspectus, alij non dicuntur suspecti, & de causa commissa cognoscere possunt. ¶Decius hic in 2. lect. sequens conclusionem Abb. respondet tex. in d. l. vnica, ꝙ loquatur in vicario iudicis ordinarij, qui idem tribunal cum ipso non facit; vt qñ vicarius a principe, ut superiore datus fuisset propter impedimentum iudicis principalis, qui aliam & separatã iurisd. ab illa ipsius iudicis habere dicitur, iux. l. 2. C. de off. eius, q uic. alt. ger. & de huiusmodi vicario loquitur etiam tit. C. de offi. vica. & s̄. eod. titu. nos uero loquimur de assessore, seu uicario, qui idem tribunal cum ipso iudice facerẽt, tũc enim ob illius suspicionem iudex quoq; suspectus dici potest. Ita dicit Dec. & nihil allegat. ¶† Sed hæc responsio nõ 127
satisfacit: In primis, quia assessor idem tribunal cum ipso iudice facere non dicitur: quia ipse nullam iurisdictionẽ habet, vt s̄. & probatur in l. 1. & 2. C. de assesso. & in l. j. ff. eo. ti. secundò † quia etiam qñ vicarius idem tribunal cum ipso iudice facit, vt est uicarius episcopi, iudex, hoc est, episcopus suspectus dici non potest, sed solus vicarius, & de illius causa suspicionis non per arbitros, sed per ipsum iudicem ordinarium cognoscendũ est, vt est gl. fi. & no. in c. 2. de cõsuetu. in 6. c. si contra unum. de off. del. in 6. in fi. verb. sicuti etiam de causa suspicionis assessoris per ipsum iudicem, cui assidet, cognoscitur. d. c. super quæstionum. §. si vero cũ gl. & ibi Abb. iuncto. d. c. statutum. §. assessorem. ¶Pręterea qñ aliqui de concilio, aut de uniuersitate suspecti sunt, & maximè qñ ij non dicuntur esse de maioribus, seu de capitibus, propter hoc totum concilium suspectum dici nõ potest: qm illis ꝑꝑ suspicionem remotis alij iudicare & cognoscere poterunt, ut dictũ fuit, & arg. d. ca. cũ super abbatia. nam suspicio vnius alij non est imputanda: quia propter vnius culpam alius non est grauandus, iuribus vulgaribus.
128
¶Et si diceretur, ꝙ conclusio Abb. & Ant. debet intelligi, qñ vel ex forma statuti, uel præsumptiuè & uerisimiliter iudex in iudicando sequeretur, seu sequi deberet consiliũ assessoris, alioquin contra, & ita procedant supra allegata, tamen adhuc idem dico: quoniam satis prouisum esse dicitur parti assessorem habenti, absque eo, ꝙ iudicẽ grauet, allegando iudicem suspectum, cum possit allegare suspectũ assessorem, & causa suspicionis erit per iudicem cognoscẽda, qui si noluerit, vel illam non admiserit, poterit ob hoc ipse dici suspectus, ut hic dicit Abb. Aut vero iudex assessorem suspectum remouere, & alium non suspectum subrogare poterit, ut in d. c. statutum. §. assessorem. aut alium nõ suspectum adiungere, propter quem causa suspicionis alterius cesset, ut est de mente gl. in d. §. assessorem. in uersi. suspectum. & probatur in auth. si uero, & ibi Bal. & Salic. C. de iudic. si tamen causa suspicionis ambos tam iudicem, quam assessorem & vicarium tangeret, tunc ipsi omnes suspecti dici posset, ut probatur in d. l. vnica. in fi. versic. C. si quacunque præd. pote. & argu. eorum quæ de concilio di-
129 cta sunt. & hæc mihi plus placet. ¶Sexta † conclusio sit ex verbis Abb. simpliciter ita volentis, ꝙ concilium generale suspectum allegari nõ potest, & præsertim qñ illi Papa pręesset, vt quia illius authoritate congregatum foret. Itaque potest intelligi, & saluari gl. nostra in fi. Infert ergo Ab. idẽ, qñ Papa etiam immediate illi nõ præesset, vt quia præesset immediate Legatus sedis Apostolicę, vt in c. regula. 5. dist. vel quia authoritate sede Apostolicæ non esset congregatũ quoniam ecclesia errare non potest, & ea, quæ facit, spiritus sancti inspiratione fieri censentur. c. arrecta. ca. pudenda. 24. q. 2. cum gl. habetur in c. maiores. de bapt. in prin. iuncto. c. audiuimus. 24. q. j. c. non liceat. 3. q. 6. Item quia nullus esset, qui de causa suspicionis cognoscere posset, arg. d. c. cuncta per mundum. c. per principalem. 9. q. 3. iuncto. c. super eo. de appel. gl. in c. 2. de consue. in 6. ¶Circa hæc dicta Abb. Primo videas, quando concilium immediatè authoritate Papæ congregatum est, quia facio differentiam, an authoritate Papæ vel Legati, seu alterius congregatum fuerit. Secundo qñ non immediate authoritate Pape, sed Legati sui specialiter ad hoc deputati. Tertiò, qñ esset congregatum authoritate alterius quam ipsius Papæ vel sui Legati, puta Cardinaliũ, mortuo Papa pro aliqua re graui, & necessaria ecclesiæ vniuersalis causa, vt propter hæresim, vel scisma, ut per gl. in c. nullus. & in c. si duo. 89. distin. vel
130 propter hæresim Papæ, ut in c. si Papa. 40. dist. † uel quando Papa & cardinales in congregando concilium generale negligentes essent, ac magnum in ecclesia Dei periculũ imminere:

mineret, tūc enim ad Imperatorem, aliosq; principes Christianos concilium congregare spectat, Barb. in ca. olim. de rescrip. & in c. pastoralis. eo. tit. siquidem ad ipsos spectat ecclesiam ab oppressione & tyrannide potentium defendere. c. ab imperatoribus. 23. q. 3. iunctis his, quæ not. dicit Abb. in c. significasti. de electio. & omnino uide text. cum gl. in c. principes. c. administratores. 23. q. 5. quamuis Bald. in d. c. olim. aliud uelle videatur.

131 ¶ † Quoad primum Abba. concludit, concilium non posse dici suspectum, & rectè; quoniam cum apud solum Papam qui est concilij caput, totalis iurisdictio ordinaria esse dicatur, non autem apud illos de concilio, qui potius ibi ut cōsultores, vel assessores adsunt, ut no. uoluit Inn. Ant. & Io. de Imo. in c. graue. de præb. in 6. col. nam solus Papa plenitudinem potestatis habet. c. proposuit. de concess. præbē. d. c. cuncta per mundum. & c. per principalem, 9. q. 3. cum simili. sequitur, ꝙ concilium vt suspectum recusari non potest: quia sic Papa suspectus allegaretur, quod non est dicendum, tum quia nullus esset maiori, uel æqualis, qui de causa suæ suspicionis cognoscere posset, tum quia propter singulare priuilegium reseruatū Petro, & successorib. ut in c. quod translationē. de of. le. c. 1. c. quāto. de trāsla. episcopi. non potest dici suspectus: quia nulli præsumitur iniustitiā facere c. ex ore. de priuile. & hoc tenet Abb. in ca. querelā. in gl. in ver. commisit. de electio. & ibi Host.

132 ¶ † Præterea concilium generale totam ecclesiam represen tat, & illius ius totum in eo residet, ergo errare non potest: quia ecclesia non errat, ut in c. arrecta. c. pudenda. 24. q. 1. & arg. c. maiores. in prin. de baptis. & Matthe. c. 5. facit, ꝙ uolunt Alberi. de Rosā. in 2. parte statutorum in q. 98. & Ray. de Forli. in l. hoc modo. ff. de condi. & demon. ꝙ totum collegium doctorum non potest suspectum allegari, & talis allegatio calumniosè & in fraudem fieri dicitur.

133 ¶ † Hæc ratio Decio non placet; quoniam concilium generale errare potest, ut dicit Abb. in d. c. significasti. de elect. & probatur in c. pen. de rapto. & in c. fin. eo. titu. c. si autē. 36. q. 2. iuncto. c. placuit. ea. cau. & q. vbi authoritas & decisio concilij, ꝙ raptor cum rapta matrimonium contrahere non posset, tanquam erronea fuit, authoritate Sancti Hieronymi reprobata, arg. no. per gl. in c. de libellis. in uer. illorum. 21. dist. Præterea istud, ꝙ ecclesia errare non possit: non debet intelligi dictum pro ecclesia Romana, nec pro concilio generali: quia in eo ecclesia vniuersalis essentialiter consistere non tenetur, quamuis Papa & concilium vices Chri gerāt, cū solus Chrs ecclesiæ uniuersalis sit uerū caput, ut dicit Abb. i d. c. significasti. & in c. ita dn̄s. 19. dis. Dēt ergo intelligi de uniuersali ecclesia, ꝓut capit̄ ꝓ vniuersali cōgregatione oīum fidelium. c. ecclesia. de cōsecra. dist. j. hęc. n. ecclesia in fide errare neq; q̄a pro ea Christus orauit, vt Luce 22. ca. per gl. in c. dixit dominus. 19. dist.

¶ Rursus ecclesia vniuersalis prout sumitur pro congregatione omnium fidelium in iudicialibus & alijs temporalibus errare potest; quia ecclesia de occultis non iudicat. c. a nobis. il 2. de senten. excommunica. sed in concernētibus fidem eiusque articulos errare non potest: quoniam pro ea dominus orauit, ut nō deficeret. d. c. maiores. d. c. arrecta. & arg. d. c. audiuimus. cum simi. & ita declarat Ab. in d. c. a nobis, in 2. no. est gl. in uer. sedis. in c. vnico. de reliq. & venera. sanc. in 6. & Abb. in d. c. significasti.

¶ Tu addas fortius, ꝙ hæc ratio alio respectu non urget: quoniam & si uerum est, ecclesiam errare non posse, & sic nec concilium, hoc tamen nihil ad propositum recusatio-

134 nis, quia † iudex non allegatur suspectus propter ea, ꝙ errare possit, sed propter odium, inimicitiam, aut aliud, quod conscientiam, rectumque iudicium ipsius iudicis corrumpat, arg. c. iudicare. c. quatuor. cum sequentibus. 11. q. 3. c. quod suspecti. 3. q. 5. iuncta. l. apertissimi, & l. fi. C. de iudi. d. c. accedens. vt lit. non contesta. c. suspicionis. de offi. del. in 6. c. cum speciali. de appel. & c. cum R. cum simi. de offi. dele. Alia ergo & melior ratio, de qua. s̄. esse debet videlicet quia sic Papa recusari diceretur, & concilium generale immediate authoritate Papæ congregatum per Papam, vt suspectum recusari non potest: quoniam cum Papa illud semel approbauerit, illud absque noua causa reprobare & recusare nequit, arg. no. per Bar. in l. quidam consulebat. ff. de re iudi. per Bal. & Salice. in d. l. fi. & in d. l. apertissimi.

135 ¶ Quo † ad secundum Abb. concludit, concilium non posse, vt suspectum recusari, arg. eorum, quæ habentur in d. c. audiuimus. 24. q. 1. & hic per Abb. Quod confirmo: nam istud concilium in locum concilij generalis subrogatum esse dicitur, quod fit authoritate Papæ. c. regula. 3. distinct. ergo illius naturam. & ius sapere debet, arg. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio.

¶ Mihi autem videtur, concilium authoritate alterius immediate congregatum posse dici ex iusta causa suspectum, prout alij quoq; iudices ex iusta causa suspecti dici pōssunt. Nam aut fuit congregatum authoritate Legati de latere etiam ex speciali mandato Papæ, iuxta. d. c. reg. cum simili. quo casu Legatus in concilio Papæ delegatus esse censetur, arg. c. sanè. de offi. deleg. & per Imolam in terminis in cap. graue. de præb. in 6. col. arg. l. a iudice. cum simi. C. de iud. ergo uidetur concilium posse dici suspectum; quia delegatus etiam de iure ciuili recusari potest. l. apertissimi. C. de iudi. c. super quæstionum, de offi. deleg. c. cum super. ca. cū speciali. cum simi. eo. ti. & causa suspicionis, vel per Papam delegantem, vel per arbitros cognosci potest, arg. no. in d. c. 2. de consue. in 6. Aut volumus dicere totum concilium ita congregatum iurisdictionem ordinariam habere, & hoc casu concilium suspectum dici poterit: quia datur superior, qui est Papa, qui de causa suspicionis cognoscere po

136 test, † & ꝙ Papa sit concilio superior, probatur in d. ca. nemo. c. aliorum. & d. c. cuncta per mundum præter quæ in concernentibus fidem: tunc enim concilium Papa maius esse dicitur, ut per Abb. in d. c. significasti. ca. sicut, in fi. 15. dist. gl. in c. Anasthasius. 19. dist. c. si Papa. 40. dist. docto. in c. in fidei. de hæreti. in 6. Item de concilio ad Papam, seu ad sedem Apostolicam appellari potest, arg. eorum, quæ habentur per totum. 3. q. 6. maximè in c. dudum. & per totū. 2. q. 6. & præcipue in c. ad Romanam. cum simi. nec aliqua ratio repugnat: ergo sequitur, ꝙ conciliū suspectum quoq; dici poterit, quoniam argumentum de appellatione ad suspicionem affirmatiuè procedit. c. super eo. il 2. de appel. & præcipuè, quia ex leui causa quis suspectus dici potest, vt s̄. & ex alijs supra allega.

¶ Præterea, si concilium generale principaliter contra personam Papæ sit, congregatum, ipse illud recusare poterit, arg. d. c. quod suspecti. 3. q. 5. in §. 1. & in fi. per quem text. Barb. hic istud voluit. Item Papa corrigit, & emendat id, ꝙ in concilijs præteritis, & ante ipsum congregatis factum fuit, clemen. ne Romani. de electio. & ibi glo. & docto. ergo &c. & Abb. in dicto c. significasti. dicit hoc verum esse in his, quæ sunt de iure positiuo.

¶ Non obstat, ꝙ concilium authoritate Legati, vel aliorum in casibus permissis dicatur subrogatum in locum Papæ, vt s̄. quia in primis hoc uerum esse negatur, cum vtrunque per se principaliter fit d. c. regula. Vel posito, ꝙ hoc sit, non sequitur, concilium est subrogatum loco Papæ, ergo sicut Papa recusari non potest; quia etiam delegatus Papæ subrogatur in locum Papæ. c. sanè. de officio deleg. & tamen, vt suspectus recusatur, veluti. s̄. dictum est.

137 ¶ † Præterea subrogatum sapit naturam illius, in cuius locū subrogatur, concurrente eadem ratione, secus si esset diuersa, uel aduersa ratio, arg. eorum, quæ habentur in d. c. 2. de consuetud. in 6. & habetur in d. l. si eum. probatur in l. humanitatis. C. de impub. & alijs substi. sed in casu nostro diuersa ratio militat inter casum, quando authoritate Papæ, & quando authoritate alterius concilium congregatur, vt ex prædictis colligitur, ergo &c. In alio autem casu concilium suspectum allegari potest, quando principaliter esset congregatum contra personām Papæ, qui par, & superior concilio dicitur, arg. c. quod suspecti. in fi. 3. q. 5.

¶ Et ex prędictis Abb. inquit colligi posse, solutionem secūdam gloss. veram esse, ꝙ hic interrogatio. & responsio fuerint vtiles ad excludendas exceptiones declinatorias & dilatorias, quę episcopo competere poterant, cum quo intellectu pertrasire videntur Ant. & Ioan. de Imo. in c. graue. in fi. ver. de præben.

¶ Sed tu dicas, ꝙ licet hæc solutio in se vera esse possit per prædicta, & argumen. l. si quis in conscribendo. C. de pactis. tamen negari non potest quin diuinatiua quo ad hūc tex. esse dicatur. Quia prima facie videtur, ꝙ episcopus nullas exceptiones declinatorias habuerit cōtra concilium ad illius iurisdictionem declinandam opponēdas, ex quo ipse concilio subiectus erat, argumen. c. fin. & per totum. 18. distin. capitulo si ægrotans. 5. q. 3. capitul. si quis episcoporum. 3. q. 6. cum similib. Præterea hic facta fuit promissio de litigando cum accusatore aduersario, non autem corā concilio, ergo potius fuit pactum de non opponendo exceptiones contra aduersarium, quam contra iudicem.

¶ Et ideo Vincentius, vt hic refert Abb. soluebat, episcopū hic

hic habuisse ius reuocandi domum; quoniam cum ipse ad concilium venisset, vocatus tanquam vnus de concilio, nō potuit coram concilio super causa criminali conueniri; q̃a in citatione, crimina specialiter exprimi debebant, ut in c. fin. de foro compe. c. 1. 5. q. 2. cum ibi no. l. 2. ff. de iudi. iunctis no. per Inno. in c. graue. j. de præben. & ibi refert, & sequitur Imola in vlti. verbis. Interrogatio igitur, & responsio, de quibus hic, operantur, ꝙ episcopus dicatur renuntiasse iuri reuocandi domum, ut hic, & ar. c. dilecti. j. titu. prox. ¶Hæc solutio similiter diuinat. Item verba literæ nō conueniunt. Præterea secundum Ioan. de Ligna. & Abb. ex quo hic episcopus erat vnus de episcopis prouincialibus, & sic de concilio, & concilium fuerat congregatum ad corrigendum omnes clericos & prælatos prouinciæ, iux. c. fi. 18. distin. & ibi per totum, potuit episcopus coram concilio conueniri super suo crimine ad eius correctionem, & ipse de iure ius reuocandi domum non habuit; quoniam tex. in d. ca. fi. & in l. 2. de iudi. in hoc casu locū non habet, sed solum, quando quis ut episcopus ad locum prouinciæ ex aliqua necessaria causa uocatus fuisse, postea etiam vocatus coram concilio super crimine suo, vel quando conciliū fuisse congregatum, non super correctione morum generaliter, sed ob aliquas causas iustas speciales, & vnus episcopus prouincialis, qui concilio interfuisset, postea ad concilium super causa sui criminis fuisset citatus, nam tunc ipse habet et ius reuocandi domum, ut in dictis iuribus, sed in casu nostro concilium generale fuerat, congregatum pro correctione morum, & ideo episcopo ius reuocandi domum non competebat, sed, ut colligitur ex uerbis Innocē. in d. c. graue. de præben. hæc impugnatio non procedit, vt refert etiam Imola post Anto. ibi in fin. versi. quoniam. q̃n episcopus congregatus est in concilio pro correctione morum generaliter congregato, si ipse ad respondendum super crimine vocetur, requiritur, ꝙ specifice vocetur, & in citatione crimina specialiter & nominatim exprimantur, alioquin ius reuocandi domum haberet, ut in c. fin. 5. q. 2. & ita tenet Ioan. And. in dicto capitu. graue. & facit. capit. fina. 18. distin.

¶Petrus Hispanus aliter soluebat, ꝙ hæc causa criminis opposita contra episcopum erat de causis grauioribus, quarū cognitio ad Papam pertinebat, vt in capitu. vt debitus. in fin. j. de appella. non autem ad concilium regulariter, ut ibi. c. maiores. de baptis. cap. quod translationem. de offic. leg. cap. 1. c. quanto. de transla. episcopi. & in ca. 1. de iura. calum. & ideo interrogatio hic profuit, ut per concilium cognosci posset, & hanc solutionem Abb. antiquus sequutus fuit. At Abb. Siculus Modernus inquit, hanc solutionem veram non esse, quia aut isti voluerunt intelligere de causa ardua & magna episcoporum, quæ ex singulari priuilegio dicitur de reseruatis sedi Apostolicæ, & tunc interrogatio ista superflua, ac nullius roboris & virtutis fuisset; tales enim causæ intantum reseruatæ sunt, ꝙ etiam de cōsensu partium fieri non potest, ut illarum cognitio ad alium inferiorem spectet, cuius iurisdictio de consensu partium fuisset prorogata, nisi de licentia Papæ. c. significasti. j. titulo proximo. c. accusatus. 3. quæstio. 6. & in c. non liceat. & argu. c. suborta. de re iudica. no. in c. cum tempore. per glo. de arbitr. & in c. denique. 6. q. 3. Aut isti intelligunt de causa ardua & magna ratione criminis episcopi, de qua etiam ad depositionem fuerat accusatus, & tunc huiusmodi interrogatio non fuit necessaria ad effectum, ut concilium prouinciale de illa cognoscere posset: quia de iure illius cognitio ad concilium spectabat, ut in d. c. accusatus. cap. dudum. c. quamuis. 3. q. 6.

¶Vnde Abb. Siculus dicit, tenendam esse primam solutionem, ꝙ hic interrogatio facta fuerit ad maiorem cautelam, quam solutionem doct. communiter damnant; quia in iure nihil superfluum esse debet, & hic text. quo ad hanc interrogationem nobis de vento inseruiret, ac responsionē facti, & uerbalem potius, quam iuris continere diceretur, contra tex. s. in procem. & in §. quibus. in 1. constitu. Cod. & argumento eorum, quæ dixit Bar. in l. unica, circa fin. C. quando non peten. part.

¶Dicit etiam Abb. hic in addit. solutionem secundam de qua. s. sustineri posse, quæ (ut dixi) est diuinatiua.

¶Ioan. vero de Imola hic, quem sequitur Decius, soluendo hoc contrarium dicebat, ꝙ quando episcopus coram concilio prouinciali de crimine ad depositionem accusatur, in potestate, episcopi est, iurisdictionem concilij declinare, & eligere ꝙ de causa sui criminis per Papam cognoscatur, vt in capitulo neminem. in fin. versic. 3. q. 6. qui text. multum non stringit, sed fortius vrget. capit. non liceat. ead. cau. & quæstione. ibi, non liceat vnquam sine præiudicio tamē Romanæ ecclesiæ &c. & hoc expresse etiam voluit Specul. in tit. de compet. iud. in §. 1. uersi. sed nunquid, interest enim episcopi, ut etiam coram Papa causa criminis cognoscatur; quoniam illius diffinitio ad eum pertinet, ne continentia causæ diuidatur, iuribus vulgaribus. Interrogatio autem, & responsio hoc operantur, ut episcopus hanc electionem facere nequeat, sed coram concilio respondere cogatur, vt hic. ¶Aliter etiam, vt supra retuli, soluit & intelligit Imola hūc tex. post Ant. ibi in d. capitu. graue. in fin. versic. prout intellexit etiam glo. nostra in 2.ª solutione, ꝙ interrogatio profuit ad effectum, ne concilium recusari posset.

¶Vtrum etiam sit in electione episcopi accusati eligere, ut Imola, Decius & Specu. dicunt, est satis dubium, & multi contrarium tenent. Præterea hæc solutio huic tex. non cōuenit, quoniam ex simplici electione facta per episcopum, etiam inuito aduersario, cognitio ad Papam spectare posset, ut fatentur Imola, Decius & Specu. hic autem præsupponitur factum hoc fuisse mediante pacto seu stipulatione inter partes facta, & consequenter hic tex. loquitur in casu, quo pactum, aut stipulatio necessaria fuit, ergo intelligentia Imolæ, quo ad hunc tex. uera non videtur.

138 ¶†Propter ea ego hunc tex. aliter intelligo, & aliter hoc cōtrarium soluo, ꝙ licet regulariter cognitio criminis episcopi, quando ad depositionem accusatur, ad concilium spectare possit, depositio vero, & sic diffinitio causæ criminalis episcopi ad Papam, ut in cap. accusatus. c. quamuis. c. dudum. 3. q. 6. cap. 2. 3. q. 8. cum similib. tamen si episcopus de crimine ad depositionem accusatus ad interrogationem concilij coram concilio experire, & respondere promisisset, tunc istud pactum, & huiusmodi promissio operantur, ꝙ non solum cognitio, sed etiam diffinitio ad ipsum concilium spectare dicatur, & hoc per hunc tex. quoniam semper ita intelligere debemus, vt pactum aliquid operetur, & ne sit superfluum, argumento. l. si quando. ff. de legat. 1. & eorum, quæ habentur in l. licet. per Salice. in fin. ver. C. locati. per Ang. in l. ædē. eod. titu. & per Dec. in ca. pastoralis. in prin. in 1. col. j. de appel. tum etiam quia hoc pactum factum in iudicio aliquid vltra operatur, quod extra iudiciū operari non potuisset contra iuris regulas, arg. l. cum ostendimus. ff. de fideiuss. tuto. Bar. Alex. & alij in l. 1. in prin. ff. de uerbo. obli. tum quia sic continentia causæ non diuidetur, ut in l. nulli. C. de iud. c. 1. cum ibi not. de causa. pos. & proprie. tum etiam quia licitum est unicuiq; iuri, & priuilegio suo renuntiare. d. l. si quis in conscribēdo. hoc enim, ꝙ causa criminis episcopi per Papam decidatur. principaliter in fauorem episcoporum introductum fuit, argu. cap. qualiter & quando. il 2. de accu. & probatur in dicto ca. accusatus. cum simi. s. allega. Neque per hoc dicetur derogatum iuribus ipsius Papæ, ad quem diffinitio pertinebat: quoniam ipse postea de iustitia, & de causa per uiam appellationis cognoscere poterit, ut in d. c. vltra. d. c. acccusatus. c. irritam. c. non liceat. 3. q. 6. c. ad Romanam. & per totū. 2. q. 6. si tamen ex conuentione & communi consensu partium esset introductum, ꝙ nullo modo etiam per viam appellationis ad Papam super causa criminis episcopi recurri posset, tunc hoc esset irritum & nullum, si inconsulto Romano Pontifice factum esset, & hoc est, quod voluit dicere tex. in d. c. accusatus. in fi. uer. & de hoc est tex. clarus in c. denique. & ibi glo. circa fi. 6. q. 3. & in cap. si quis episcopus damnatur à synodo 11. quæst. tertia, ca. si quis a proprio. & c. pen. 21. q. 5. in capitu. 1. & melius in c. 2. q. 4. Facit, quod habetur per glo. in d. c. cum tempore. & est tex. in c. suborta. cum simili. de re iudi.

¶Nec obstat, ꝙ ad solum Papam spectat diuidere matrimonium spirituale, quod est inter ecclesiam & episcopum nō ad inferiorem & ideo solus Papa deponit. c. j. cap. quanto. de transla. epi. cum simi. quia per huiusmodi pactum concilium determinare, & solum verbo deponere poterit, quę depositio matrimonium non separat, realis verò ad Papā spectat.

¶Præterea, concilium prouinciale saltem habitu & potentia iurisdictionem causam criminis episcopi diffiniendi habebat, ut in iuribus. supra proximè alle. quod patet: quia Papa consulto, hoc realiter & effectualiter facere potest, vt in dicto capitulo accusatus. & in dicto capitulo vltra. ergo hæc iurisdictio potentialis, & in habitu ad actum per pactum communi consensu partium reduci potuit, per text. nostrum,

nostrum,& argu.l.si conuenerit.cum ibi no.& l.j.ff.de iudi.& ita intelligo tex.ubi videtur casus,in ca.ultra.6.q.j.& in d.c.denique.iuncto d.c.si quis a proprio.

¶Non obstat.c.si diligenti. de foro compet. quia loquitur, quando clericus de communi consensu iurisdictionem iudicis penitus nõ sui & reprobati ,progare uellet, hoc enim fieri non potest,ut ibi not.sed concilium dicitur esse iudex in causa depositionis saltem quoad cognitionem per totũ. 6.q.3.vel etiam quoad depositionem verbalem,ut supra.dixi,ergo &c.

¶Non obstat d.cap.significasti. eodem titu. quia loquitur, quando clericus de communi consensu partium iurisdictionem iudicis ecclesiastici penitus non sui tam in potentia,quàm in actu prorogare uellet.Nos verò loquimur, qñ prorogaretur iurisdictio iudicis sui quo ad quid actu, & quo ad quid habitu,ut in terminis nostris,ueluti.supra declaraui.

¶Nec aduersatur,quod ea, quæ sedi Apostolicæ in signum singularis priuilegii reseruata sunt,ex cõsensu partium tolli nequeunt, 'nisi de consensu sedis Apostolicæ, vt hic per Abb.quoniam hoc, ꝙ Papa solus terminare possit, non dicitur reseruatum sedi Apostolicæ in signum singularis priuilegij,quod patet;quoniam reseruata in signum huius singularis priuilegij nunquam ad alium inferiorem, nec ad aliam personam translata fuerunt, sed semper ipsi Sedi reseruata fuerunt.d.c.quod translationem.d.c.j.ca. quanto. de transla.episcopi.c.maiores.de baptis.c.ut debitus. in fi. de appella.& d.c.1.de iura.calum.sed deponere & diffinire causam criminis episcopi regulariter alias & forte nunc etiam competijt concilio prouinciali,ut per gl.in d.c.accusatus.d.c.denique.d.c.siquis a proprio.cum simi.s̃.allega. Priuilegium autem sedis Apostolicæ hoc esse dicitur: quia ipse Papa habet ius diffiniendi causas criminales episcopi, de quibus concilium prouinciæ cognouit, contra duas regulas iuris.Prima est,ꝙ ubi cœptum est iudicium, ibi finiri debeat,ut in l.ubi cœptum.ff.de iudi.cum simi.secunda est,ꝙ per unum & eundem iudicem merita eiusdem causę imo connexe cognoscantur & diffiniantur,ne continentiã causæ diuidi contingat,ut in d.c.1.& in d.l. nulli. Propter hoc tamen non excluditur,quin alius,ut est cõcilium prouinciæ possit etiam regulariter huiusmodi causam diffinire quam cognouerit,ut in dictis iuribus alias. s̃. allegatis, hoc est quo ad depositionem verbalem,cum realis ad Papã pertineat,& consequenter quo ad huius causæ diffinitionẽ Papa & concilium concurrere dicentur,quãdo de ea concilium cognouit,si enim Papa uelit,præfertur, sed Papa nolẽte seu non curante, neque petente se terminare, profecto non uideo, ꝙ concilium non possit, quando prohibitum non reperitur, imo permissum per multa iura allegata, & maximè.d.c.vltra.ubi casus clarus.

¶Nõ obstat.d.c.accusatus.quia debet intelligi quo ad causam appellationis,quæ omnino per Papam, & non per aliũ terminanda est,& hæc responsio colligitur ex tex.in d.c.ultra.ibi,sed omnis accusatio intra prouinciam audiatur,& a comprouincialibus terminetur,nisi tantum ad Apostolicã sedem fuerit appellatum,& postea immediate subsequitur tex.in d.c.accusatus.qui loquitur de hac causa appellationis interpositæ a sententia lata per concilium super causa criminis episcopi.& declaratur aperte ex.c.1.& 2.5.q.4.& d.c.denique.iũcto.d.c. si quis a proprio. qui tex.tamẽ ultimo loco allegatus potest intelligi nõ de episcopo damnato & a synodo deposito alioqn.ad idem cõciliũ redire nõ deberet,sed ad Papam.d.c.ultra.& d. c.accusatus.cum simi. & ideo illum intelligo de episcopo exauthorato, hoc est excommunicato a synodo,prout etiam ibi dicitur, & in c. si quis presbyter,ea.cau.& q.& in c.rursus.cum sequen.11. q.3.super quibus cogita.

¶Glo.in uerb.placere. contra hunc text. format contrariũ de.l.si conuenerit.ff.de iurisdi.om.iudi.quæ de directo ei aduersari uidetur. Pro cuius solutione doct.hic & ibi multum laborant.Gloss.enim hic quærendo dicit. Nonne hic fuit locus pœnitentiæ,hoc est,nonne potuit hic esse locus pœnitentiæ? videtur.quod sic.dicta l.si conuenerit. Respõdeo,dicit,gl.locum esse penitentiæ,ut in capitulo cum laici.infra.de iure patro.sed non hic, quia (suppleas) episcopus in alterius præiudicium penitẽtię non potuit.l.nemo. ff.de regu. iur.uoluit dicere glos.quòd in dicta l.si conuenerit.& in d.c.cum laici.de alterius præiudicio non agebatur & ideo locus fuit pœnitentiæ.

139 ¶†Verum quoniam.d.cap.cum laici.quod glo.allegat pro solutione, nihil facere videtur: quia in alia materia loquitur: videamus,quomodo glo. tex.illum inducere voluerit, nam Ant.& Abb.in hoc glossam reprehendere uidentur: sed mens glossæ fuit, ꝙ quando ex penitentia alteri præiudicium inferretur,non sit locus pœnitentiæ,vt hic,secus si præiudicium irrogaretur,ut in d.l.si conuenerit,& in d.c. cum laici,ubi si patroni laici ecclesiam vacantem in titulũ clerico concesserint absque institutione & authoritate episcopi,talis concessio est ipso iure nulla,ut ibi,& in c.si quis deinceps.cum sequen.& c.decernimus.16.q.7. & si postea ipsi patroni, non obstante huiusmodi concessione, alium clericum ad illam ecclesiam episcopo præsentauerint, & episcopus eum instituerit, dicitur ibi, quod præsentatio & institutio valet & primus,cui ecclesia concessa fuerat,penitus excluditur: quia non licet laicis clericos in ecclesijs presumptione propria ordinare.Item quia pro non dato habetur,cum datur ab illo,qui de iure dare non potest,ut in ca. quod autem de iure patrona.locus ergo est pœnitentię ibi, propterea quia ex prima concessione nulli ius quæsitũ fuerat,& sic pœnitentia nulli nocuit.Ita in casu nostro, quando facta fuit conuentio de litigando coram iudice, in ea pœnitentiæ locus esse potest,quoties, ex illa nulli præiudicium inferretur, & sic intelligatur.d.l. si conuenerit. ubi re integra locus est penitentiæ: nam ibi illa conuentio,quæ consensu ambarum partium facta fuit,arg.l.j.ff.de pact.ex mutatione voluntatis vtriusq; partis reuocata fuit. & ideo neutri præiudicauit;damnum etenim,quod quis sua culpa sentit,sibi imputatur,ut in c.scienti.de reg.iuris.in 6.c.dãnum.eo.tit. secus si altera pars tantum reuocauit; quia nõ valet,ut hic,ex quo fit ad alterius præiudicium, quod non licet,arg.c.mutare.de regulis iur.in 6.& l.nemo potest. ff. 140 eod.Et in simili facit etiam,†quod dicitur in materia iuris patronatus,ꝙ si facta prima præsentatione de uno, patronus alium clericum ad ecclesiam uacantẽ derogatiuè præsentauerit, & sic ad præiudicium ipsius primi præsentati, hec secunda præsentatio primæ derogatoria nõ valet propter præiudicium primi præsentati,cui ius aliquod ad rem iam acquisitum fuerat ex præsentatione,ut in c.quod autẽ. c.pastoralis,& c.cum autem.de iure patrona. Accumulatiuè autem facta ualeret, quia non esset præiudicialis, cum episcopus eum,quem idoneum putaret,eligere posset, vt in dictis iuribus; si uero patronus ecclesiasticus unum ad ecclesiam uacãtem præsentasset, non potest postea alium derogatiuè,nec cumulatiuè præsentare,quia vtroq; casu præsentatio priori præsentato præiudicialis esset : tum etiam quia variatio in personis ecclesiasticis non cadit, & est reprobata,vt in capitulo cum autem.in clemẽ. cum intuito. de renuntia.& in dicto cap.pastoralis.Hoc modo glossa nostra uoluit inducere textum in d.ca. cum laici.qui optimè in simili facit, ut dictum fuit:quod argumentum a simili ualidum est.l.non possunt.ff.de legib. ca.inter corporalia. de transla.epi.cum simi.

¶Aliqui dicebant,ꝙ in d.l.si cõuenerit locus pœnitentiæ, esse potuit:quia ibi res erat integra, & uterque consensit. Hic uero res integra esse desijt,quod non placet; quia quò ad pactum res erat integra,ergo &c.

¶Ideo alio modo in terminis nostris variatio, & pœnitentia præiudicialis dici potuit, & sic non admittenda; quia hic res integra esse desierat, & ius parti iam acquisitũ erat ex promissione sibi in iudicio facta irreuocabiliter,cum illa esset calore iudicij vestita,ad l.cum ostendimus.cum ibi no.ff.de fideius.tuto.& si huiusmodi conuentio de litigando reuocari posset, accusatori præiudicium fieret, qui expensas in citando,& aduersarium expectando fecerat.Nec non fieret preiudicium iudici,hoc est concilio,qui realiter ius quæsitum iam erat,præueniendo aliũ iudicem in exercendo iurisdictionem in illa causa citando, & postea episcopum citatum interrogando,an cum aduersario experiri uellet,ad not.in capitu.pen.infra.titu.proxi. & per Bar. in l.si pluribus.ff.de lega.1.& hæc est prima solutio ex mẽte glossæ.

¶Gofredus & Philippus hic ultra glossa. secundo loco,vt refert Abb.pro solutione dicebant, ꝙ dicta l.si cõuenerit. loquitur in pacto prorogatiuo, & translatiuo iurisdictionis,tex.uero noster de pacto conseruatio & confirmatorio iurisdictionis.

¶Hanc solutionem sequi uidetur docto.canonistæ. & legistę communiter hic,& in dicta l.si conuenerit.ac in l.1.ff. 141 de iudi.& vbique Alc.& glo.in l.pen. C. de pactis.†efficacius ergo

eius ergo est pactum conseruatiuum & confirmatoriũ iurisdictionis, quàm datiuum, seu prorogatiuum, vt per Spe. in titulo de compet. iud. in §. 1. versicu. sed nunquid. faciũt not. per Abb. in consi. 25. in 1. col. in 1. no. iuncto. c. significasti. J. titullo proximo.

¶Confirmatur, nam si quis per errorem iurisdictionem iudicis non sui prorogauit, processus non tenet. l. si per errorem. ff. de iurisd. om. iud. l. 2. in prin. ff. de iud. secus si quis coram iudice suo litigare per errorem consenserit, quia credebat se non posse illius iurisdictionem declinare, nam valebit processus, vt est gl. no. in d. l. 2. in §. j. in verb. consensus, quæ in scholari exemplificat, vt ibi per eam. Potest etiã in terminis tex. nostri exemplificari in episcopo, qui in causa criminis plures iudices habet, uidelicet concilium prouinciale, & Papam, ut in d. c. accusatus. cap. quamuis. & per totum. 3. q. 6. in c. 2. 3. q. 8. cum simi. alias. s. alle. & hęc sunt de mente Inno. & Abb. in c. ad petitionem. de accu. ponit & sequitur Alex. in d. l. si conuenerit. in ultima colum. allegando glo. in d. l. 2. in §. 1.

¶Multis quoque modis prædicta exemplificari, & confirmari possent, maxime per tex. in c. non liceat. 3. q. 6. vt etiã in simili inquit Abb. de cleri. exempto. in d. ca. significasti. & hic refert. Decius, qui tamen de hac commum solutione dubitat: quia non apparet, hic fuisse pactum iurisdictionis conseruatiuum, vel confirmatiuum, non enim pręsupponitur, episcopum fuisse subiectum concilio, & contrariũ dicere est diuinare.

¶Sed multipliciter saluari potest: quia, vt econtra inquit Alex. in l. 1. ff. de iudi. intelligere hunc text. de pacto datiuo, seu prorogatiuo est diuinare, ergo innuit ꝙ loquatur de cõseruatiuo, seu confirmatorio: quoniam citatio hic ualida fuit & legitima, & sic a suo iudice facta: nam extra territorium impune non paretur. c. 2. de constitu: in 6. l. extra territorium. ff. de iurisdict. om. iudi. & sic episcopus citatus non fuisset coactus comparere, argumento no. per glo. in capitu. 1. de electio. in 6. & per gloss. in capitu. penul. de iuramen. calum.

¶Item in dubio præsumendum est, iudicem fecisse actum validum, arg. c. in præsentia. de renuntia. cum simi.

¶Sed quoniam hæc consideratio tollitur per text. cum ibi not. in l. si quis ex aliena. ff. de iudi. & in l. 2. cum ibi not. ff. si quis in ius vocan. non ierit. Ideo secundo hunc communem intellectum corroboro: quia postquam episcopus citatus comparuit, iudex hoc est concilium, iurisdictione vti, & illam in episcopum exercere cœpit, eum interrogando, iuxta. c. cum Ioannes. de fid. instru. c. iudicantem. 30. q. 5. l. vbicunque. ff. de interroga. actio. & not. in c. penul. de iuramen. calum. ergo infertur, episcopum citatum fuisse subditum concilio, alioquin satis episcopo fuisset comparere, & allegare causam, quare non teneretur, ut in d. l. si quis ex aliena. & in d. l. 2.

¶Hæc quoque consideratio multum nõ stringit. In primis, quoniam hic non apparet, a quo interrogatio facta fuerit, vnde potest intelligi eam a parte factam fuisse, prout verba literæ innuere videntur, vt s., dixi in prin. & sic fuisse conuentionem factam inter partes, inter quas pacta fieri solet; & non cum iudice. d. l. si conuenerit.

¶Pręterea, ꝙ non fuerit subditus, nec de iurisdictione, colligitur ex eo, ꝙ ipse episcopus altera die dixit, sibi hoc non placere, & a concilio recessit. Posset, tamen replicari, ut teti git Abb. post Ioann. And. reprehendendo Hostien. ꝙ in terminis tex. nostri episcopus non potuit promissionem reuocare, nec eum pœnitere; quia si potuisset, profecto nõ fuisset contumax in recedendo: quia latitare non uidetur, qui si esset præsens, respondere non cogeretur, ut dicit tex. in l. non uidetur. ff. de iudi. sed respondit, & uenit, ac recedendo contumax fuit, ergo infertur, quod ipse erat subditus, & de iurisdictione concilij, quod etiam suadetur: nam cũ hic tex. de causa criminis episcopi loquatur, sequitur ꝙ si concilium suus iudex non fuisset, omnia coram eo facta nulla penitus forent. c. at si clerici. in princ. infra eod. l. fin. C. si a non compet. iud.

¶Tertiò, & fortius hunc secundũ intellectum contra Decium corroboro, quòd episcopus concilio subditus fuerit, alioquin sine licentia sui iudicis iurisdictionem concilij prorogare non potuisset. c. significasti. de foro compet. & præsertim in causa criminis, vt in c. cum contingat. & ibi not. infra titul. proximo, & in terminis nostris est tex. cum gloss. in c. non liceat. 3. q. 6. & in c. denique. 6. q. 3. vbi gloss. optimè hoc declarat, cum multis alijs, quæ ibi allegantur, & in d. c. significasti. sed hic non apparet, neque præsupponit de licentia sui iudicis, aliàs esset diuinare, ergo tex. non loquitur de pacto inrisdictionis non sui iudicis prorogatiuo, sed conseruatiuo iurisdictionis proprij iudicis.

¶Tertio Hostien. hic pro solutione dicebat, ut simpliciter refert Ioan. And. ꝙ hic non tractatur, utrum pactum, de quo hic reuocari potuerit, nec ne & an hæc reuocatio ab episcopo facta fuerit valida, sed solum, qualiter episcopus ratione contumaciæ puniendus esset, & contra eum procedi posset, unde intelligẽdum est, ꝙ etiam in casu huius tex. pactum reuocari potuerit, ut dicit in d. l. si conuenerit. quę etiam in terminis nostris locum habet, & hoc modo intelligendo. d. l. si conuenerit. huic tex. non aduersabitur, sed potius conuenire dicetur ex quo infertur, hunc text. loqui in terminis illius legis, & consequenter, ꝙ fuerit factum pactum prorogatorium, quæ solutio Ab. non placet, ut hic per eum, licet Decius hic huiusmodi intellectum Hostien. sustinere conatus fuerit per ea, quæ ipse adducit.

¶Sed tu sustinendo id, quod dicit Abb. contra Hostiensis. dicas, ꝙ si in terminis tex. nostri præsupponatur, episcopũ potuisse pactum reuocare, neque teneri respondere, vt præsupponit Hostien. postea in iudicio episcopus altera die ꝓmissionem, quam fecerat, reuocauerit, notorie constitisse dicitur, ipsum non teneri respondere, argumento eorum, quæ habentur. in cap. uestras. & in c. fina. de cohabit. cleri. & mulier. & eorum, quæ habentur per Abb. in c. in literis. de resti. spol. vbi facta in iudicio notoria dicuntur.

¶Nec huic obstat id, quod sensit & dixit Decius, ꝙ licet de iure certum ac notorium esset; ratione pacti episcopum respondere non teneri, & propter hoc non debuisse excommunicari, tamen dubium erat de interesse aduersarij, an episcopus ad illud teneretur ex eo, quia factum, quod promiserat, non adimplesset: nam in obligationibus facti, si nõ fiat, succedit obligatio ad interesse, ut in l. stipulationes nõ diuiduntur. versi. Celsus. ff. de uerbo. obliga. cum simi. & ideo stante hoc dubio comparere debuit, alioquin vt contumax puniri potuit, vt hic dicitur, iunctis his, quæ habentur in dicta l. si quis ex aliena. Quia respondetur, queni teneri comparere propter dubium iurisdictionis, alioquin ut contumax puniri potest. d. l. si quis ex aliena. cum alijs allegatis per Decium, non autem propter dubium interesse.

¶Nec placent duę aliæ impugnationes Decij, ꝙ imo in terminis huius tex. episcopo pacto irreuocabiliter stare debuerit. Primò per hunc tex. qui uoluit, episcopum debere excõmunicari, neq; posse absolui, donec satisfecerit, & hæc satisfactio consistebat in stando iuri, & coram concilio litigãdo. Secundo per pactum de litigando vsque ad finem, vt hic a contrario sensu in fi. uerb. ergo episcopus pactum reuocare non potuit contra Hostien. tu autem dicas satisfactionem in alio consistere, quàm in stando iuri, uidelicet in soluendo expensas & damna, ut in no. dictum fuit. Nec etiam in litigando vsque ad finem: & sic non esse locum pœnitentiæ a contrario sensu; quoniam hoc argumentum sumi non potest, ex quo iuris, contrarietas resultaret. dicta l. si conuenerit. argumento eorum, quæ volunt docto. omnes in l. prima. §. huius rei. ff. de offic. eius cui mand. est iurisdi. glo. in clemen. 1. in uersi. obseruare. de senten. excommuni. sed tu contra Hostien. dicas, hunc eius intellectum uerum non uideri, ex quo præsupponit tex. nostrum loqui in terminis. d. l. si conuenerit. & consequenter quãdo fuisset factum pactum iurisdictionis prorogatorium, quod stare non potest per ea, quæ supra dicta sunt, & infra quoque dicentur.

¶Posset tamen dici, illum esse sustentabilem, quia hic non fuit dubitatum de pacti validitate, uel inualiditate, sed solum qua pęna episcopus contumax esset afficiendus. An autem huiusmodi pactum sit reuocabile, necne, recurrendũ est ad dicta l. si conuenerit. & ad materiam ibi examinatã.

¶Venio modo pro supplemento huius materiæ ad ea, quæ ponit Abbas in uersiculo, ibi, duo ergo sunt videnda, &c. qui super solutione & intelligentia horum duorum iuriũ multum laborat, duo principaliter examinando. Primum, quale pactum hic interuenerit, & quare in eo pœnitentiæ locus esse non potuerit. Secundum, quis sit effectus pacti prorogatorij iurisdictionis.

142 ¶†Circa primum Abb. dicit, docto. communiter concludere hic, & in dicta l. si conuenerit, ꝙ hic tex. loquitur de pacto iurisdictionis sui iudicis conseruatiuo ad excludendum exceptiones declinatorias, seu recusatorias, quæ forte

contra

contra personam iudicis opponi potuissent, ut celerius causa terminari posset: nam huiusmodi pactum dicitur irreuocabile, ut hic, nisi noua iusta causa superueniret, uel antiqua ignorata ex postfacto ad notitiam deueniret, propter quam iudex recusari, & ab hoc pacto recedi posset, argumento not. in l. finali C. de exceptio. capi. pastoralis. eodem titulo, & hic per gloss. At dicta l. si conuenerit. loquitur in casu, quo per pactum iurisdictio iudicis non sui prorogata fuisset, quia in illo re integra locus est pœnitentiæ. Ratio autem diuersitatis duplex esse potest. Prima, quia facilius conseruatur iurisdictio, quæ est in esse producta, quàm quod de nouo detur. Primum enim est fauorabile, Secundum verò odiosum, quia sic receditur a suo iudice, facit tex. not. cum ibi no. in vltima gloss. in capitu. significantibus. de officio delegati. vbi si delegatus pronuntiauerit, se iurisdictionem non habere, postea etiam de consensu partium procedere non potest, alioquin iudicium esset nullum, secus foret in iudico ordinario, ut ibi per gloss. & hoc non est ex alio, nisi quia primo casu receditur a suo iudice, & iurisdictio de nouo daretur.

¶Præterea, licet sola iurisdictio ordinaria sit de persona ad personam prorogabilis, ut no. in capitu. P. & G. in glos. magna, de officio delegato. Magis tamen prorogabilis est iurisdictio proprij iudicis, quam alieni, nam primo casu conseruatur, quod est. Secundo uero casu, datur, quod nô erat, & in habentibus symbolum facilior est transitus. l. in rem. §. item quæcunque. ff. de rei uendica. c. quod in dubijs. cum ibi not. de consecra. ecclesiæ vel alta. & facilius, quod est in esse productum, conseruatur, quam quod de nouo aliquid fiat, vt l. patre furioso. cum ibi no. ff. de his, qui sunt sui, uel alie. iu.

¶Alia ratio diuersitatis secundùm Abba. considerari potest, quia per pactum conseruatorium iurisdictionis iudicis sui non agitur de attribuendo, vel auferendo aliquid ipsi iudici. Sed solùm de abdicando, & remouendo id, quod parti competebat, ne quis possit ex causa, quæ aderat, iudicem recusare, & ideò cum non agatur de aliquo onere dando ipsi iudici, in tali pacto præsentia iudicis non requiritur, sed partium duntaxat sufficit, quæ suo fauori renuntiare possunt, argumento. cap. quàm periculosum. 7. qu. j. l. si quis in conscribendo. C. de pactis. munus enim iudicandi onus & grauamen esse dicitur. l. munerum. §. iudicandi. ff. de mune. & hono. Propterea is, qui iudicem recusare poterat, si per pactum coram illo litigare conuenerit, non potest eum, nisi ex noua causa recusare, argumento. c. quod semel. de regu. iur. in 6. c. horrendus. 32. q. v. & bene facit. c. cum ad monasterium. de re iudic. Sed quando agitur inter partes de dando iurisdictionem de nouo iudici, qui aliàs suus iudex non erat, & sic pactum prorogatorium inter eas factum fuerit, tûc antequam iudex adeatur, locus est pœnitentiæ. d. l. si conuenerit. ex quo enim consensus iudicis requiritur ad hoc, ut valeat, & prorogatio effectum habeat, ut in d. capitu. P. & G. Sequitur, quòd antequam de suo consensu expresse, uel tacite appareat, re integra locus pœnitentiæ esse poterit, quoniam reuocando huiusmodi pactum modicum præiudicium iudici, & partibus irrogatur, ut j. dicetur, & hoc modo intelligatur d. l. si conuenerit. Quæ intelligentia verissima est secundum Abb. Super qua multum non insisto, quia supra aliqua diximus.

¶Solum uidetur, quòd hæc secunda ratio differentiæ, quam Abb. meliorem esse arbitratur, absque dubio non procedit, quoniam hic multùm consideratur pactum fuisse factum coram concilio, & sic coram iudice, qui illud recepit, ut docto. communiter intelligunt, & præsupponunt, ergo cum magno ministerio text. hic istud præsupponit, quasi quòd in terminis nostris pactum ideò fuerit irreuocabile, quia factum fuerit in iudicio, & coram iudice consentiente, etiam re integra existente. Cuius contrarium Abb. in hac sua ratione præsupponit.

143 ¶†Secundo non placet, quod secundùm Abb. quando agitur de dando iurisdictionem de nouo per pactum prorogatorium, non sufficit simplex consensus partium, sed et ipsius iudicis prorogati, & ideo locus sit pœnitentiæ ante quam adeatur iudex. d. l. si conuenerit. quia hoc videtur contra. l. 2. §. conuenire. ff. de iudi. & ibi Paul. de Castr. & alij communiter, ubi solus consensus partium sufficit, ergo hæc ratio diuersitatis Abba. firma non videtur.

¶Præterea, consensus iudicis requiritur, quando iudicis delegati iurisdictio prorogaretur, quia prorogatio fieret de tempore ad tempus, vt in dicta. l. secunda. §. sed si iudex. ff. eodem. & nota. in dicto. capit. P. & G. ergo quando fieret prorogatio de persona ad personam, iudicis ordinarij consensus non est necessarius.

¶Alio modo Anto. Card. & Ioan. de Lignano hoc contrarium soluebant, quòd hic tex. loquatur etiam in pacto prorogatiuo, prout etiam loquitur. d. l. si conuenerit. Sed ideo hic pœnitentiæ locus esse non potuerit, quia factum fuit in iudicio, & coram iudice, qui pactum hoc acceptauit, per quod non solum dicitur ius acquisitum parti, sed etiã iudici. At in d. l. si conuenerit. huiusmodi pactum solum inter partes factum fuit extra iudicium, & ideo liberè re integra reuocari potuit absque eo etiam, quod contrauenieniens aliquod interesse solueret, vt ibi.

¶In casu autem tex. nostri, vtrum altera pars soluendo interesse, seu pœnam contrauenire possit. Ioan. de Lign. sensit, quòd sic, quia in obligationibus facti, qualis est hæc, succedit obligatio ad interesse. l. stipulationes non diuidũtur. ver. Celsus. ff. de verb. obligatio. Sed domi. Anto. qui multa inculcat, in effectu uoluit, ut dicit & refert Abbas,

144 †quòd si fiat pactum in iudicio de prorogando in futurũ iurisdictionem iudicis non sui, tunc locus sit penitentiæ, si soluatur interesse, aut pœna pacto adiecta, uel melius secundum Anto. præcisè tunc quis tale pactum seruare tenebitur, quoniam ex quo promissio fuit iudicialis, præcisè obseruari debuit, ne promittens fidem, duos, hoc est partem & iudicem, vel saltem iudicem fallat, argumento. l. filiusfamilias. §. fina. cum ibi no. ff. de procurato. Ad idẽ text. in l. sed & hæ. §. defendere. cum gloss. in versicu. agere. ff. eo. Faciunt no. in clem. j. de procura. qui text. loquitur de procuratore, qui scienter instrumentum mandati recepit, in quo dominus de soluendo iudicatum caueat, cogitur enim dominum præcisè defendere, ut ibi habet. Faciunt etiam not. per Bar. in d. l. stipulationes non diuiduntur. ubi in obligationibus facti iudicialibus obligatio ad interesse non succedit, sed præcisè quis facere tenetur. At quando quis in iudicio promisisset litigare de præsenti coram iudice non suo, tunc ilico fit prorogatio, quoniam huiusmodi pactum exequutionem secum trahere dicit, & ideo pœnitentiæ locus esse non potest, quia res integra esse desinit, & hoc procedit tenendo illam opinionem, quod ad prorogandum iurisdictionem iudicis non sui non sit necessaria litis contestatio, sed quilibet actus scienter coram illo factus sufficiat, iuxta ea, quæ habentur in ca. inter monasterium. & ibi Innocen. de re iudica. & Bartol. in l. quidam consulebat. ff. de re iudica. facit tex. cum gloss. in c. nos si incompetenter. 2. q. 7. iuncta. l. est receptum. ff. de iurisd. omnium iudic. cum ibi not. Sed si aliam opinionẽ teneamus, quòd sit necessaria litis contestatio, ut voluit gloss. in dicta. l. si conuenerit, & sequitur Bart. in l. j. ff. de iudic. & Ioan. And. in addi. ad Specu. in titulo de compe. iudi. §. 1. versicu. quod erit &c. tunc ex huiusmodi pacto de litigando de præsenti in iudicio facto, quamuis iurisdictio prorogata non dicatur, tamen promittens cogi poterit coram tali iudice litigare, neque locus erit pœnitentiæ etiam soluendo interesse, ne sic fallat fidem duobus, ut supra dictum est, & hoc modo intelligatur hic text. secundum dom. Anto.

¶Hæc intelligentia mihi non satisfacit ultra ea, quæ hic Abb. dicit, & infra subdit. Primo, quia præsupponit, hunc tex. loqui de pacto prorogatorio, & consequenter episcopum hic non esse subditum concilio, coram quo fuerat super causa criminis citatus, quod est diuinare, & hunc tex. ualde restringere, & docto. in hoc communiter aduersantur qui intelligunt illum loqui de pacto de non declinando, & sic episcopum fuisse concilio subditum.

¶Secundo quia hic tex. præsupponere videtur, quòd episcopus, qui de præsenti promiserat litigare, quamuis simpliciter contrauenire nequeat, & ideo ob hoc fuerit excõmunicatus, in soluendo interesse liberatus esset, ergo non præcisè, ut hic probatur, & ideo mandatur hic, vt episcopus, qui contrauenit, ab excommunicatione non absoluatur, nisi satisfecerit. Quod intelligo, damna soluendo, & interesse, quia ad aliam melius referri non potest, ut etiã tetigi supra, argumen. no. per Barto. in l. unica. §. fina. ff. si quis ius dicen. non obtemp.

¶Tertiò, quoniam hæc noua intelligentia do. Ant. fundata est super illa opinione, quòd ad prorogandum iurisdictionem iudicis non sui ex conuentione partium litis cõtestatio sit necessaria. Quòd uidetur cõtra dictam legem si conue-

si conuenerit, quæ solùm simplicem aditum ad iudicem considerat, qui etiam ante litem contestatam adiri dicitur, & hanc opinionem infiniti Docto. sequuti sunt.

¶ Præterea opinio contraria, quæ requirit litem contestatam, vt per Bart. in d. l. j. & glo. in d. l. si conuenerit. forte posset procedere, quando factum fuisset pactum de prorogando extra iudicium, & in futurum, vt in d. l. si conuenerit. secus si in iudicio, & de præsenti: quia tunc prorogatio statim facta diceretur, tum ne quis fidem duobus fallat, vt supra, tum quia pactum factum in iudicio uestitur calore iudicij absque alio adimplemento. l. cum ostendimus. ff. de fideiuss. tut. cum glo. & per Alex. & alios post Bart. in d. l. j. in princ. ff. de uerbor. obligat.

¶ Rursus non uidetur uerum id, quod Anton. præsupponit, dum dixit, quòd quando quis per pactum factum in iudicio iurisdictionem iudicis non sui in futurum prorogauit, tunc præcisè cogi possit litigare, & soluendo interesse non liberaretur: quia contrarium sensit Bald. in addit. ad Specul. in titu. de reo. in princip. sequitur Socin. in consil. 113. in 3. uolum. & est de mente Bart. in disputat. incip. Lapus, nam hoc pactum saltem usque ad litem contestatam reuocabile uidetur, ut ibi. Quod an sit uerum, forte infra tangetur.

¶ Abb. etiam hic solutionem huiusmodi, & intelligentiam huic text. traditam, nouamque declarationem do. Anton. supra relatam impugnare conatur, & quamuis in hoc multùm se inuoluat, plures casus, & quasi impertinentes considerando, super quibus, supra instetimus, tamen in effectu uoluit dicere, quòd intellectus Ioan. de Ligna. do. Anton. & do. Cardin. qui per hunc text. concludunt, pactum prorogatiuum factum in iudicio etiam de litigando operari, quòd non sit locus pœnitentiæ, ac præcisè quis litigare cogatur, sustineri non potest, nec est uerus: quoniam episcopus, seu clericus, & maximè in causa criminali non potest quomodocunque siue per pactum, siue aliter, & cum iuramento iudicis non sui etiam ecclesiastici iurisdictionem prorogare absque consensu, & expressa licentia proprij iudicis, ut est text. & ibi glo. & Doctor. in ca. significasti. de foro competen. cum similib. sed hic non præsupponitur, quòd iudex episcopi accusati dederit licentiam seu consenserit: quia huiusmodi actus præcedere debet non autem subsequi, prout iussus, & mandatum, ut per Bart. in l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acquiren. hæredit. & hoc præsupponere esset fatuum, & diuinare, ergo &c. & per hanc rationem etiam Alexan. in l. j. ff. de iudic. impugnauit hunc intellectum Anton. Cardi. & Ioan. de Ligna. hic. Decius uerò illum ab impugnatione horum defendit. Nam hic dubitabatur de reuocatione pacti, & utrum in eo pœnitentiæ locus esse potuerit, de validitate autem pacti nullum erat dubium, ut colligitur ex uerbis literæ, ergo necessariò præsuppon ẽdum est in eo, illa omnia interuenisse, quæ ad illius ualiditatem necessaria erant, & consequenter licentiam proprij iudicis, alioquin frustratoria fuisse, dubitatio, an reuocari potuerit, &

145 in illo locus sit pœnitentiæ, †concesso enim vno omne id, per quod peruenerit ad illud, concessum esse uidetur. §. idemque iuris. Insti. qui & ex quibus cau. manu. non poss. cum ibi no. l. 2. de iurisd. om. iud. c. præterea. de off. dele. & hanc suam defensionem. Decius alijs modis non multum concludentibus confirmat.

¶ Sed tu saluando impugnationem Abb. & Alexand. dicas primo, consequentiam Decij, supra relatam confundi per tex. cum ibi not. per gloss. Abb. Ioan. de Imo. & alios communiter in capitulo cum dilecti. de empt. & vendi. vbi in tex. solum tractatur de rescindendo & reuocando contractum emptionis propter læsionem vltra dimidiam iusti precij, & tamen propter hoc non præsupponitur contractum valuisse, & omnia requisita ad alienationis ualiditatem interuenisse, & ideo glo. & doct. ibi dicunt, ꝙ contractus alinationis ibi nullus dici potuisset ex defectu solennitatis & iustæ causæ.

¶ Secundo dico, ꝙ hic etiam principaliter, seu incidenter de reuocatione pacti, & an in illo pœnitentiæ locus esset, nec ne dubitatum non fuit, sed solum ratione contumaciæ. vtrum episcopus posset non solum excommunicari, sed etiam episcopatu priuari. Et forte attentari posset, ꝙ in casu huius tex. licet huiusmodi pactum factum non fuisset tum ratione contumaciæ; quia illicentiatus recessit, pariter excommunicari debuisset, ergo inobseruantia pacti non fuit causa excommunicationis, sed contumacia in recedendo, iux. c. certum. cum simi. 11. q. 3.

¶ Præterea hec licentia proprii iudicis dicitur de solennitate extrinseca, sicut iussus, & mandatum, ideoque actum precedere debet, vt per Bar. in dicta l. si quis mihi bona. §. iussum. in 2. col. ff. de acquir. hæredi. ergo in dubio præsumẽda non est, nisi de ea expresè constet, neque forte etiam ex cursu diuturni ac longissimi temporis præsumeretur, sicut dicitur de mandato, vt per Alex. & alios in l. sciendum. ff. de uerb. oblig. & latè per Fel. in c. sicut. de re iudi. cũ simi. supra in no. alleg. & idcirco nullo modo presupponendũ est hic licentiam, & voluntatem proprii iudicis, hoc est cõcilii, seu Papæ, qui proprii iudices episcopi ad depositionẽ accusati esse dicuntur, ut per totum. 3. q. 6. interuenisse, tũ quia necesse esset præsupponere, quod concilium prouinciale ipsius episcopi fuisset ad hoc congregatum. Item ꝙ præstitisset ante, vel a die qua fuit vocatus, ut hic dicitur, licentiam, & uoluntatem de prorogando iurisdictionem cõcilij non sui iudicis, uel ꝙ episcopus, vel alius eius nomine saltem Papam adiuisset pro habenda licentia. Quæ omnia sunt vanitates vanitatum, neque sunt verisimilia, & propterea hæc sunt quædam falsitatis imagines, argu. l. milites. §. oportet. ff. de questio. l. ob carmen. ff. de testibus. prout etiã hic refert Abb.

¶ Rursus hic intellectus Antoni. & Cardi. non placet; quia præsupponunt, hunc tex. loqui de pacto prorogante, & nõ de confirmante iurisdictionem, & consequenter episcopũ hic non fuisse subditum concilio, coram quo citatus fuit. Quod est diuinare, & est contra communem intelligentiã docto. qui illum intelligunt de pacto de non declinando, & sic confirmatorio iurisdictionis, & maximè si intelligat ut plures voluerunt, ac retuli. supra quòd loquatur simpliciter de cõcilio Aphricano uniuersali, quod dicitur esse iudex competens omnium episcoporum in quibuscunq; causis etiam criminalibus. Quinimo intelligendo, quòd loquatur de concilio prouinciali, debet intelligi de suo concilio prouinciali, cui subesse dicitur episcopus in causa criminis, quãdo agitur etiam ad depositionem, ut in d. c. accusatus, & in capitulo non liceat. cum simi. 3. q. 6. & consequenter, ꝙ tex. loquatur de pacto de non declinando iurisdictionẽ, non autem de prorogando.

146 ¶ Cogitabam tamen alias, si hic intellectus Antoni. saluari posset, ꝙ possit intelligi † de pacto prorogante iurisdictionẽ iudicis non simpliciter non sui, sed aliquo respectu tantũ, quia tunc pactum illud in iudicio factum, & a iudice acceptatum valebit, & erit irreuocabile absque eo, ꝙ uoluntas, & licentia proprii & specialis iudicis interueniant, per hũc textum.

¶ Non obst. d. l. si conuenerit, & dicto capitulo significasti. cum similib. Quia procedunt, quando episcopus, uel clericus iurisdictionem iudicis penitus & simpliciter non sui, & extranei prorogaret, quia tunc licentia sui iudicis requiritur, ut ibi, quod est summè notãdum. Declaro istud, uos scitis, ꝙ quamuis cognitio causæ criminalis episcopi, quando agitur ad depositionem, ad concilium prouinciale spectet, tamen illius diffinitio ad solum Papam spectat, & quo ad hoc concilium prouinciale incompetens, & non suus iudex dicitur, ut in dicto capitulo accusatus. capitulo quamuis. capitulo dudum. capitulo non liceat. 3. q. 6. & hic per Abb. Modo si episcopus uocatus ad suum concilium prouinciale super crimine ad depositionem per pactum solenne factum in iudicio coram concilio acceptante promiserit, se uelle experiri coram eo de præsenti, tale pactum operabitur, ꝙ concilium, ad quod alias solum cognoscere pertinebat, possit etiam diffinire & declarare, episcopum esse deponendum ad hoc, vt pactum aliquid operetur; tum etiam quia sic continentia causa non diuidetur: tum etiam quia melius diffinire & terminare poterit, argumento. capitulo primo, cum ibi not. de cau. possessionis & proprie. l. nulli. C. de iudi. tum quia in habentibus symbolum facilior est transitus, vt s. l. in suis. ff. de libe. & posthu. l. 2. ff. ꝑ hærede. l. cum hæredes. in princ. ff. de acquir. poss. iuncta l. fina. C. de impub. & alijs substit. l. an inutilis. §. acceptum: ff. de acceptila. l. in rem. §. item quæcunque. ff. de rei uendica. capitulo quod in dubijs. cum glo. de consecra. ecclesiæ vel alta. Pactum ergo istud dicetur esse prorogatorium nõ respectu cognitionis, sed solum respectu diffinitionis, & quia at sit irreuocabile, tum ne promittens fallat fidẽ duobus, vt dicebat Anto. tum quia calor iudicii ei hanc vim ꝓstat,

stat,arg.d.l.cum ostendimus.Super quibus cogita.

¶Quidam intelligentes hunc tex.& in dicta l. si conuenerit.in pacto de prorogando iudicis non sui iurisdictionẽ, dicunt hunc tex.procedere secundùm dispositionem & ęquitatem iuris canonici. dicta l.uero,si conuenerit. secundum dispositionem & rigorem iuris ciuilis.Rationem autem diuersitatis multiplicem assignant. Primam, ꝙ pactũ prorogatiuum de iure canonico valet irreuocabiliter,quo
147 niam † secundum ius canonicum pactum nudum simile est stipulationi,neque differunt quoad efficaciam : quia pariter actionem producunt.capitulo primo,de pactis. capitulo qualiter.capitulo iuramenti.& ibi glo.22.q.5.cum simil.sed de iure ciuili pactum est inefficax ad agendum, ut in l.iurisgentium.§.igitur nuda.ff.de pactis. & ideo de iure canonico reuocari non poterit, quia quæ labijs meis ꝓcedunt,non faciam irrita.capitulo psalmista.15.distinct.& habetur in dicto capitulo qualiter. At de iure ciuili re integra locus erit pœnitentiæ.dicta l.si conuenerit. iuncto. d. §.igitur nuda.

¶Secunda ratio differentię est,quia de iure cano.ille,qui se obligat ad factum præcisè tenetur, neque succedit obligatio ad interesse,ut optimè declarat Abb.in capit. per tuas. in repeti.in 5.colum.de arbitr.Roma.in l.stipulationes nõ diuiduntur.in 43.colum.ff.de uerb.oblig.per ea,quę habẽtur in d.c.qualiter.de pactis.& in dicto capitulo psalmista. Item quia inter simplicem loquelam Deus non facit differentiam,ut in d.c.iuramenti. sed de iure ciuili qui factum promisit præcisè non tenetur,sed soluendo interesse liberatur,ut in dicta l.stipulationes.uersi.Celsus.l.si quis ab alio. ff.de re iudi.in fin.& ideo in dicta l.si conuenerit.locus est pœnitentiæ.

¶Decius dicit hic,istum intellectum non esse verum, quia si de iure ciuili pactum prorogatiuum sui natura est reuocabile,ut dicta l.si conuenerit.sicut sunt innominati,vt in l. si pecuniam & in l.fin.ff.de condictio. cau. dat.cum simi. sequitur idem dici debere esse de iure canonico, quod sacras leges sequi non dedignatur in casibus ab eo non prouisis,ut in cap.1.cum ibi no.de noui oper.nuntia. Inno.& alii in c.quæ in ecclesiarum. de constitu. c.in adiutorium. c.quoniam.10.distin.

¶Præterea dicere,aliud est de iure cano.aliud de iure ciuili,est dicere, ꝙ iura ciuilis per canonica in foro ecclesiastico,& in terris ecclesiæ corrigantur,& econtra,ar.c.si duobus.de appella.in fin.c.quod clericis.de foro competen.& eorum,quę habentur in d.c.1.de noui op.nun.corectio autem iurium euitanda est.c. cum expediat. de electio. in 6. l.unica.C.de inoffi.doti.ergo &c.

¶Sed tu vnico verbo dicas contra Decium, ꝙ nos sumus in concernentibus animã,videlicet in pactis,quæ sub periculo animarum seruari debent,& hæc fuit ratio, quare de iure cano.ex pacto nudo oriatur actio,ut habetur per gl.in d.c.1.& in d.c.qualiter.cum simi. Ideoque ius ciuile non est attendendum.ut in d.c.1.

¶Præterea contrarium dici potest dispositum per ius canonicum, vt præsupponunt tenentes hunc intellectum de directo,ergo quodlibet in foro suo seruandum erit,vt s.

¶Sed hæc intelligentia ex alio vera non videtur;quoniam verum non est, hæc duo iura loqui in ijsdem terminis, imo in penitus diuersis,ut clarè colligi põt ex uerbis vtriusque tex.quia hic agitur de pacto facto in iudicio, ibi de extraiudiciali.Item hic de pacto cõfirmantem iurisdictionem,videlicet de non declinando,aut de non differendo, ibi vero de pacto prorogante,ergo per hæc iura ius canonicum in hoc a ciuili differre dici non potest.

148 ¶†Datur quintus intellectus, ex quo colligitur solutio inter hæc duo iura,intelligendo hunc tex.loqui etiam de pacto prorogante iurisdictionem iudicis non sui, ꝙ aut altera pars tantum vult a pacto recedere, & illud reuocare, & tunc non potest,vt hic est tex.Aut ambæ partes in reuocando concordes sunt,& possunt re integra,ut in d.l.si conuenerit.ibi,si priusquam adiretur, mutata voluntas fuerit, & ibi nemo compellitur huiusmodi conuentioni stare, sermo enim hic vniuersalis ad minus duo requirit.l. Neratius. ff.de uerbo.signi.Bar.in l.quod Nerua.ff.deposi. Ita dicebant quidam antiqui,quos refert Alberi.de Rosa. in d.l.si conuenerit,facit.l.ab empti.ff.de pac.l.si quam.l.emptio. ff.de rescin.vendit.cum similib.iuncta.l.sicut. C.de actio. & obliga.

¶Hæc solutio (presupponendo hunc tex. loqui de hoc pacto prorogatiuo) porro est verissima,& diuina.

¶Nec obstat,ꝙ sic intelligendo , & soluendo hæc iura ponerent casus minus dubitabiles, contra. l. quod Labeo. ff.de carbo.edic.quia respondetur, hoc non esse inconueniens,quoniam legislator ipse in terminis nostris præsupponit esse indubitabile, ut in d.l. si conuenerit. ibi procul dubio nemo compellitur &c.

¶Cogitabam alias vltra alios, & ultra prædicta posse hoc difficile contrarium saluari dupliciter,præsupponendo, vt docto.volunt,hunc tex.loqui de pacto prorogatiuo, sicut.
149 d.l.si cõuenerit.videlicet† ꝙ aut istud pactum fuit factum per uiam stipulationis precedente interrogatione,& sequuta responsione, & tunc pactum istud factum, & uestitum verbis,etiam ilico & re integra reuocari non potest,& hoc modo tex.iste intelligatur.Aut pactum prorogatiuum fuit nudum & simplex,& tunc re integra reuocari potest.d.l.si conuenerit. quod uerbum etiam se habet ad pactum nudum.l.j.ff.de pactis.& ratio in promptu est, quia validius est pactum vestitum,quam nudum.Item facilius reuocatur conuentio nudo pacto facta re integra, quam facta interueniente stipulatione, ut apparet in contractu innominato,iuxta.l.ex placito,cum sequen.C.de rerum permu.

150 ¶†Secundo dici potest,ꝙ ad inuicem non contrariantur; cum in diuersis casibus loquantur, ꝙ patet præsupponendo, ꝙ aliud est pactum prorogatiuum factum extraiudicialiter,de quo loquitur.d.l.si conuenerit,cuius dispositio a iure canonico tacitè recepta & approbata dici potest, cũ contrarium non disponat,argu.c.1. cum ibi no.de noui operis nuntia.c.si in adiutorium.& c. quoniam. 10. distin. Nec obstat,ꝙ simus in concernentibus animam & peccatum, & ideo ius ciuile non sit attendendum,argumento c. 1.de pact.in 7.& ca.fina. de præscrip.Nam ꝙ ex pacto nudo oriatur actio ratione peccati,seruandum est etiam in foro ciuili & seculari,vt in d.c.1.cum simi.& ideo dici posset ꝙ in casu.dicta l.si conuenerit.propter dispositionem iuris canonici ex illo pacto dicetur oriri actio, sed cum sua natura,ꝙ re integra in eo sit locus pœnitentiæ. nam hoc modo ius canonicum talem conuentionem recepisse uidetur, sicut etiam recepit contractus innominatos cum sua natura ut colligitur ex gl.in summa.14.quæstione 3.ca. fornicari. 88.distin.Præterea,prorogatio semper intelligitur facta cũ sua natura & suis qualitatibus. l. 2. §. sed si iudex. ff. de iud.l.fina.C.de inoffi.dona.l.electio.§.is quem. ff. de noxa.gl.in c.hi,qui.de præben.in 6.Bart.in l.j.§.& post operis.ff.de noui ope.nun.est pactum de non declinando iurisdictionem iudicis sui,quod est confirmatorium iurisdictionis sui iudicis;quia tendit ad excludendum exceptiones declinatorias & recusatorias,quæ poterant opponi cõtra personam iudicis,& istud est irreuocabile,nisi contrario consensu ambarum partium interueniente,ut in c. significantibus.de offi.dele.& ad no.in c.pastoralis.& in c. exceptionem.j.de exce.iuncta.l.fina.C.de exceptio.& de hoc pacto etiam hic tex.non loquitur,quia eius verba non conueniunt,ut ibi interrogatus,an cum eo,hoc est cum aduersario vellet experiri &c.Aliud est pactum, per quod excluduntur exceptiones dilatoriæ respicientes personam actoris,seu accusatoris,vt colligitur ex his,quæ habentur in d. c.pastoralis.cum simi.& de hoc tex.iste loqui videtur.Tria namque sunt,quæ sunt diuersa quo ad propositionem,quo ad cognitionem,& quo ad effectum : hoc est exceptio fori vel incompetentiæ,exceptio recusatoria,quæ non est fori, uel incompetentię,sed dilatoria exercitij iurisdictionis, & est exceptio dilatoria, quæ non contra personam iudicis, sed actoris,uel accusatoris opponitur. Bar.in l.quidam cõsulebat.ff.de re iudi.Bal.Salice.& alij in l. fina. C.de iud. Innocen.& alij in c.cum inter. de re iudi.& habetur in d. ca.pastoralis. Modo si fiat pactum de renuntiando primis exceptionibus,illud erit re integra reuocabile.dicta l.si cõuenerit. si uero de renuntiando secundis exceptionibus, erit irreuocabile.l.si quis in conscribendo.cum simi.C.de pactis . capitulo significantibus. de officio delega.at si fiat pactum de renuntiando vltimis exceptionibus, illud etiã re integra est irreuocabile,ut hic est tex.qui in terminis loquitur in casu isto veluti verba literæ innuunt ibi,interrogatus,an cum eo velit experiri,& sic fuit promissum de litigando cum aduersario,ne iudicium differri propter exceptiones respicientes personas,quæ plures sunt, & ita dicta iura concordantur.

151 ¶†Ratio autem diuersitatis est inter pactum de ꝓrogãdo,

per

per quod iurisdictio de nouo datur respectu litigantium
ex eorum consensu, & pactum de litigando cum aduersa-
rio per quod exceptiones dilatoriæ, quæ contra agentem
opponi possunt, excluduntur, quoniam primum re inte-
gra consensu utriusque partis reuocari potest.d.l. si conue
nerit. secundum uero dicitur esse irreuocabile, ut hic, &
primum est odiosum & exorbitans a regulis iuris.l.priua-
torum.C.de iuririsd.om.iud.c.P.& G.cum ibi no.c.signi
ficantibus.cum gl.de officio delega. iunctis prædictis, &
his, quæ hic Abb.post Anto.dicit, secundum verò dicitur
fauorabile, quia iudicia & lites citius expediuntur, ut pu-
blicè interest, iuxta.l.properandum.C.de iud.c. finem liti
bus.de dolo & contuma.& habetur in d.ca. pastoralis.cũ
simi.s̃.alleg.Item quia regulariter quilibet fauori suo re-
nuntiare licitum, est d.l.si quis in conscribendo. Ideoque
primum est magis debile, quia re integra potest reuocari,
secundum autem firmus, quia magis fauorabile.
¶Et idem, quod dictum est de pacto, per quod tolluntur
exceptiones dilatoriæ, quæ contra actorem, vel accusatoré
opponi possunt, ex identitate rationis dicendum esse uide
tur de pacto de nõ declinando iurisdictionem iudicis sui
quoniam illud quoque est fauorabile, & cõseruatiuum iu-
risdictionis ordinariæ a lege, seu consuetudine, uel aliter le
gitimè datæ, & habitæ, arg.c.licet.de offi. ordin. & per ea,
quæ Abb.Ant.& alij hic volunt. Propterea huiusmodi pa
ctum firmius esse dicetur non per hunc text. qui uerè de
eo non loquitur, sed per rationem, de qua supra, & ea, quæ
uolunt docto.communiter hic, in d.l. si conuenerit.& in
d.l.j.ff.de iud.& in d.l.si quis.C.de pactis. quam sit pactũ
de prorogando, vt in d.c.significantibus. quam rationem
hic expresse sensit Abb.vt s̃. retuli. Contra quam Dec.ar-
152 guit, † nam iurisdictio ordinaria extenditur de persona ad
personam.l.3.& ibi Bald.ff.de officio præsid.capit.fina. j̃.
titulo proximo.l.j.C.vbi de crim.agi oport.auth. qua in
prouincia.vbi senato. ergo infertur, quòd est fauorabilis,
ꝙ enim quid extendi possit, signum est fauoris, c. quæ a iu
re.c.odia.de reg.iuris.in 6.l.cum quidam.ff.de libe.& po
sthum.ergo tanquam fauorabilis de persona ad personam
extendi poterit. Itaque falsum est, ꝙ pactum prorogatiuũ
sit odiosum.
153 ¶†Tu dicas, aliam esse prorogationem hominis, & illa est
odiosa, quia iurisdictio regulariter consensu partium, &
priuatorum dari non potest.l.priuatorum. C.de iurisdict.
om.iud.& de hac nos loquimur. Alia est prorogatio legis
ratione contractus, uel delicti. d.c. fina. & hæc est fauora-
bilis, quia a lege fit, cuius proprium est dare, & transferre
iurisdictionem, l.& quia.ff.de iurisdictio.omn.iud. & de
hac non loquimur.
¶Posset etiam dici, aliud esse prorogare iurisdictionem de
persona vnius iudicis ad alium, & hoc est odiosum, quia
derogatur iurisdictionem ordinariæ, & de hac non loqui
tur Abb. Aliud verò prorogare iurisdictionem iudicis ad
non subditum ratione delicti, vel contractus, & illa est fa-
uorabilis, quia interest reipublicæ delicta puniri, vt in d.c.
fi. ¶Præterea, aut cõseruare iurisdictionẽ ordinariã dr̃ esse
fauorabile, vt in d.c.licet.de offi.or.cũ si.ubi casus, ita ecõ
tra illi derogare dicetur odiosum, quia contrariorũ eadẽ
est disciplina.l.inter stipulantem.§.sacra.uer.sed hæc dissi
milia.ff.de uerbo.obligatio.l.iure succursum.in fin.ff. de
iure doti.
¶Rursus prorogatio, quæ fit a lege in casu.d.l.3.& d.c.fin.
cum simi.debet dici fauorabilis, quia solùm ex iusta causa
fit, uel ratione criminis, uel contractus, vel rei, ut in d.c.fi.
cum alijs.s̃.alleg.ergo prorogatio solo consensu partium
facta odiosa dici debet, quia mera uoluntate fit absque ali
qua iusta causa.
¶Nec videtur verum id, quod dicit Paul.de Cast.in d.l.j.
C.vbi de crim. agi opor. faciendo differentiam inter pro-
rogationem, quæ fit causa criminis, & illam, quæ fit in cau
sa ciuili, quia utroque casu solo consensu partiũ fieri pote-
rit absque consensu proprij iudicis, arg.d.l. si conuenerit.
d.l.j.& 2.& in §.conuenire.ff.de iud.l.j.C.de iurisd.om.
iud.iuncto.c.significasti. j̃.titu.proxi.vbi præsupponitur,
ꝙ licet regulariter prorogatio facta simpliciter de consen-
su partium valeat, tamen fallit in clericis, qui ꝓrogare non
possunt, nisi cum voluntate & licentia proprij episcopi, ut
ibi, & per gl.in d.c.non liceat.in d.c.P.& G. & in d.l.1.ff.
de iud. Nec contrarium uoluit Specu.in tit.de iud.comp.
in addi.in §.1.uersic.sed nunquid &c.Imo sensit, simplicẽ
consensum partium sufficere.

¶ Alia fuit ratio Abbatis inter pactum de prorogando,
154 † & pactum de non declinando, quoniam per primum al-
teri iudici ordinario præiudicium irrogatur, quia illius
iurisdictioni derogatur, qui eam non a partibus, sed a lege
habuit, per secundum uero non, sed solum tollitur, quod
ipsarum partium erat, de ipsarum consensu, quæ huic iuri
suo renuntiare possunt.d.l.si quis in conscribendo. ut hic
per Abbatem.
¶Nec aduersatur id, quod dixit Decius, hanc rationem im
pugnans, quòd vtrumque pactum habet fundamentum
iuris gentium, hoc est consensum, nam ius tributum iudi-
ci ex prorogatione ita dependet a solo partium consensu,
sicut ius acquisitum ex pacto de non declinãdo.l. hoc am
plius.§.is natura.ff.de reg.iur.l.stichum.§.naturalis.ff. de
solu.cum simi.ergo vtrumque reuocabile, uel irreuocabi-
le dici deberet, cuius contrarium probatur hic, iuncta.d.
l.si conuenerit. quia respondeo, & fateor, quòd quò ad mo
dum ineundi æquiparantur, quoniam utrumque a solo cõ
sensu partium causatur, sed quò ad modum perseuerandi
& dissoluendi differunt, nam magis perseruatur, ac diffici-
lius dissoluitur pactum de non declinando quàm pactum
de prorogando, per rationem Abb.& arg.ca.damnum. de
regulis iuris.in sexto.iuncto capitul.non debet.& capitu.
mutare.eo. ti. cum l.si quis in conscribendo. C. de pact.
155 ¶ † Datur & tertia diuersitatis ratio, quia pactum de non
declinando merè a solo consensu partium dependet, ideo
que locus non est pœnitentiæ, vt hic, argumen. c.quod se-
mel.de regu.iuris.in vj. At pactum de prorogando non a
solo consensu partium dependet, quoniam nisi iudex quo
que, cuius iurisdictio prorogatur, cõsentiat, illi iurisdictio
non acquiritur, ut in l.2.§.conuenire.ff. de iudicijs. & ꝓ-
pterea antequam iudex adeatur, atque cõsentiat, locus est
pœnitentiæ.d.l.si conuenerit.
¶Decius hanc etiam rationem mordet, quoniam illa rõ.
d.c.quod semel. quæ operatur in pacto de non declinan-
do, vt sit firmum, idem in pacto de prorogãdo operari de-
beret, cum utrumque pariter a placito proueniat, & com-
muni consensu partium, ut supra.
¶Sed hæc impugnatio rationem Abba.non tollit, quia in
pacto de prorogando vltra consensum partium aliud vin-
culum interuenit, quod est consensus iudicis.d.l. si conue
nerit.iuncto.dicto.§.conuenire.& hic per Abba. ergo an-
tequam iudici iurisdictio acquisita fuerit, illud pactum re
uocari poterit, ut in simili dicitur in contractibus innomi
natis, in quibus ante implementum, & re integra locus est
pœnitentiæ, quamuis in illis consensus partium interue-
nerit.l.si pecuniam.& l.fi.ff.de condicto.cau.data.l. iuris
gentium.§.sed cum nulla.ff.de pactis.
¶Nec verum est, ut sentit Dec. ꝙ non sit necessarius cõsen
sus iudicis, quia in prorogatione, quæ fit de persona ad ꝑ-
sonam ex pacto partium non requiritur consensus iudicis
expressus, & præcisus ab initio, nec ex postfacto ad acqui-
rendam iurisdictionem.d.l.2.§.cõuenire. at ex post facto
requiritur implicitus & inuolutus, qui ex eo prouenit, ꝙ
ipse iudex sciuit, & non contradixit, quo pacto consentire
dicitur, argumen. eius, quod dicitur de filia, quæ dicitur
consentire patri agenti pro dote, ex quo ipsa non contradi
cit, ut in l.2.§.uoluntatem.ff.solu. matrimo. Ex quo enim
iudex scit se habere iurisdictionem ordinariam, & sic pro-
rogabilem, valet prorogatio, quia censetur consentire, ex
quo non contradicit. & hoc modo potest declarari mens
Abb.hic, & etiam text. in d.§.conuenire. ex cuius verbis
hæc declaratio colligitur.
¶Alia, & quarta ratio per Abb. redditur, quòd in pacto de
prorogando modicum præiudicium vertitur, si re integra
reuocetur, quoniam per hoc pactum tollitur iurisdictio
prorogata, quæ nondum erat iudici acquisita realiter, sed
solum spe.d.l.si conuenerit.
¶Sed quando reuocaretur pactum de nõ declinando, ma
gnum iudici præiudicium irrogaretur, quia ius in re, hoc
est exercitium iurisdictionis auferretur, quod per exce-
ptiones recusatorias & declinatorias impediretur, & eli-
156 deretur, ac † facilius tollitur ius spe & ad rem, quàm ius
in re ca.quod autem.c.cum autem. & ibi Abb. & in capi.
pastoralis.de iure patrona.& per hæc cessant ea, quæ con-
tra hanc rationem adducebat Decius inquiens, ꝙ in vtro-
que casu ex reuocatione modicum præiudicium iudici
inferri dicebatur. ¶ Ex uerbis Abbatis colligitur, prout
157 sensit † Anton. hic, quòd quando pactum de prorogan-
do est factum in iudicio iudice hoc acceptante, & pa-

ctum sit de litigando de præsenti, illud est reuocabile ante litem contestatam,& soluendo interesse, vel pœnam in eo locus pœnitentiæ esse potest,quoniam cum prorogatio non possit dici,facta,neque iurisdictio ipsi iudici acquisita,nisi lite contestata,ut uoluit gl.in l.si per errorem.ff. de iurisd.omn.iud.in d.l.si conuenerit.& per Barto.in l.j.ff. de iudic.iuncta gl. in l.j.C.de iurisdict.omn.iud. Sequitur, ꝙ ipse iudex iurisdictione vti non potest, & consequenter ante litem contestatam ad obseruantiam pacti compellere nequit, cum nondum iurisdictionem habere dicatur, arg.c.at si clerici.ĩ.eod.& in l.fi.& per totum.C. si a non compet.iud.c.fi.ĩ.titulo proximo.& facit quod uoluit gl. in l.j.ff.si quis in ius uoca.non ier.& in c.Romana.§. contrahentes.de foro compet.in vj.

¶Abb.huic suæ considerationi respondet, ꝙ licet iurisdictio prorogata non possit ante litem contestatam dici irreuocabiliter iudici acquisita ad effectum cognoscendi & finiendi negotium principale,ut no.in d.l.si conuenerit.& per Bar.in d.l.j. Tamen quo ad pęnam, & interesse potest dici ei irreuocabiliter acquisita ratione contractus, seu pacti facti coram eo,& in foro suo,arg.c.fin.in titulo proxi. & d.c.Romana.§.contrahentes.

¶Sed tu considera,ꝙ huiusmodi compulsio non prouenit ex prorogatione hominis ex pacto resultante, de qua nos loquimur,& de qua dubitamus,utrum ex ea quis præcisè cogi possit,sed ex prorogatione legis,& canonis, quæ ipso iure ratione contractus inducitur,iux.d.c.fi.cum simil.supra allegatis ad effectum,ut promittens soluere interesse, uel pœnam teneatur,non autem super negotio principali litigare, & ideo de vna ad aliam non est inferendum, ut supra dixi,quoniam maior, & efficacior est legis prorogatio,quàm hominis,quia legis fit ipso iure,neque litis contestationem requirit,& emanare dicitur ab eo,qui directè iurisdictionem dare potest,argumen.l. & quia.ff.de iuris. omn.iudic. Propterea ob hoc forte Abb.hic dixit,ꝙ licet suum dictum subtile videatur, tamen malè defendi potest & idcirco forte sententiam mutauit, ꝙ quando coram iudice acceptante factum fuisset pactum prorogatiuum de litigando de præsenti coram eo, isto casu ante litem contestatam,imo incontinenti iurisdictio iudicis irreuocabiliter prorogata diceretur,ut posset præcise compellere partes ad litigandum coram eo super negotio principali, neque soluendo interesse liberarentur, & hęc etiam fuit sententia Anto.hic.Quæ primo secundum eum in terminis probatur per hunc textum,sed (ut dixi) contrarium ꝓbat item non loquitur de pacto prorogatiuo, quoniam fuisset necessarius consensus proprij iudicis, ut dictum est,& necesse esset intelligere episcopum hic non esse concilij subditum,& sic esset diuinare,ut dicit Alexan.in d.l.si conuenerit.

¶Secundo pro prædicta opinione facit.l. filiusfamilias. in fi.cum gl.l.sed & hæ.§. defendere.ff.de procurat.clemen. j.cum gloss.eod.titu.& per Bar. in l. stipulationes non diuiduntur.ff.de uerbo. obli. ut retuli.s̃. Sed tu respondeas illa iura loqui,quando sumus coram iudice suo,quoniam ne quis fidem fallat duobus,iudici & parti præcise quis ad factum teneretur, ut ibi secus autem si pactum, vel aliud coram iudice non suo factum fuerit,argu.d.c.at si clerici. ĩ.eodem.& per totum.C.si a non compet.iud.

¶Tertio,ꝙ ante litem contestatam ex pacto facto in iudicio de prorogando iurisdictionem de præsenti ilico iurisdictio prorogetur,allegatur.l.j.ff. de iudi. vbi text. solum & simpliciter requirere videtur, quod aliqui se iurisdictioni iudicis ordinarij subiiciant,& sic simpliciter cõsensum ambarum partium ad prorogationem effectualem faciendam,consensus ergo,& actus subiectionis sufficere dicuntur,& consequenter quilibet actus factus tanquam factus
158 coram iudice absque litis contestatione sufficiẽs erit, † sed ante litem contestatam plures actus præcedere possunt, iuxta tex.cum ibi nota,in c.relatum.ca.gratum.de officio delega.l.j.& authen.offeratur.C.de lit.contesta.l.apertissimi.C.de iud.per Bar.in l.quidam consulebat.ff. de re iudi.per Inno.in d.c.cum inter monasterium. & per doct. in l.fi.C.de iudi.

¶Decius hic respondet tex.d.l.1.ꝙ intelligatur reuocabiliter,non autem irreuocabiliter,quia ad irreuocabilem ꝓrogationem litis contestatio necessaria videtur, & sic consensus,quo mediante in iudicio quasi contrahitur,iux.l.3. §.idem scribit.ff.de peculio, non autem consensus etiam simultaneus partium,qui litis contestationem præcedit, ille enim est reuocabilis, argu.l. si cum dotem. §. eo autem tempore.ff.sol.matr.facit etiam in simili.l.is, qui obtulit. ff.de rei uendic.vbi ante litem contestatam locus est pęnitentiæ,post uero non.

¶Tu dicas hanc responsionem Decij posse procedere,quãdo prorogata esset iurisdictio extraiudicialiter, ut in d.l.si conuenerit.tunc enim huiusmodi pactum reuocari poterit,quousque iudex aditus fuerit,post uero non, ergo non erit necessaria litis contestatio,sed quilibet actus factus tãquam coram iudice sufficiet.d.l. si conuenerit. quoniam duplex consensus concurrit,hoc est expressus & tacitus ex actu iudiciali introductus. Secundo forte posset hæc rñsio procedere,quando fuisset factum pactum de prorogãdo in futurum,& sic per uerba futuri temporis indicatiui, arg.l.si quis stipulatus.in prin.ff. de uerb.obli. secus ergo, si de prorogando de præsenti,uel per uerba futuri subiunctiui,arg.d.l.si quis stipulatus.

¶Sed tu aduerte ad d.l.j.iungendo ibi.l.2.in prin.quæ ad declarationem.l.j.venit.ibi,dum dicitur,nulla est iurisdictio iudicis, hoc est nulla acquiritur iurisdictio illi iudici ex consensu partium.Noto illa uerba,nulla est iurisdictio, quæ sunt vniuersalia,quæ in pluribus, & saltem in duobus uerificantur,ut per Bar.in l.quod Nerua.ff.deposi. cum simili.s̃.allega.ergo debent intelligi, nulla est iurisdictio,videlicet reuocabilis,uel irreuocabilis,quia aliter nec intelligi,nec verificari possunt,ergo quando error non interuenit,aliqua erit iurisdictio,uidelicet reuocabilis,vt in d.l.j. iuncta.d.l.si conuenerit.

¶Quarto pro opinione Anto. facit, nam ex quo pactum de prorogando de præsenti fuit conceptum in iudicio, & & iudice acceptante, debet statim irreuocabile cẽseri, qm̃ uestitum censetur calore iudicij, & sic effectum irreuocabile,l.cum ostendimus.ff.de fideius.mino.allega. per Ale. & alios post Bar.in d.l.j.in princ.ff.de uerb.obliga.glo.in l.j.in fi.ff.de interrog.actio.

¶Posset responderi d.l.cum ostendimus varios intellectus habere,ut alias legendo plenè demonstraui in d.l.j.in princi.ergo ex illo tex.argumentum sumi non potest.l.in ambiguo.ff.de rebus duobus.

¶Præterea,pactum nudum factum in iudicio calore iudicij uestitur,ut actionem producat,& sit irreuocabile,quãdo esset factum coram iudice suo, ut in d.l. cum ostendimus.secus si coram iudice non suo, quia licet in se ualeat, non tamen irreuocabiliter,nisi post litem contestatam,vel vsque ad litem contestatam inclusiuè,argumen.d.l.is, qui se obtulit.cum simili.

¶Quinto Abb.pro opinione Ant.& sua inducit tex.no.in l.est receptum.ff.de iuris.om.iud. per quem tex.aliqui uoluerunt,Papam & Imperatorem,qui nullum recognoscũt superiorẽ posse se subijcere iurisdictioni tẽporali alterius inferioris,& consequentet Papam iurisdictioni Imperatoris,qui est inferior.c.solitæ.de maio.& obed.c.nouit.eod. titu.c.duo sunt.c.Imperator.96.distin.& probari videtur in c.nos in competenter.2.q.7.cũ gl.& in c.nemo.9.q.3.

¶Sed tu pro solutione dicas,ꝙ Roma.in singu.145.incip. lex est receptũ.dicit,ꝙ sic inlelligere, dicitur esse error ma
159 ximus,quoniam † de iure Papa se iurisdictioni Imperatoris,seu alterius laici inferioris de iure subijcere nequit,sed solũ de facto,& ita debet intelligi.d.c.nos incompetenter & hoc fuit dictum Ioan.And.in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de constitu.& facit in simili,quod uoluit gl.fin.in c.nunc autem.21.dist.& confirmatur, nam hoc, ꝙ Papa nullum habeat superiorem,& a nemine iudicari possit, fuit cõcessum & reseruatum sedi Apostolicæ, & Romano Pontifici in signum singularis priuilegij,ut in d.c.nemo.ca.cuncta per mundum.9.q.3.ergo ad alium hoc ius Papam iudicãdi transferri non poterit.c.j.c.inter.c.quanto. de transla. episcopus.

¶Præterea sicut non licet clerico subijcere se iurisdictioni Imperatoris,seu alterius secularis,etiam cum iuro.ca.si diligenti.de for.comp.ergo minus Papa,quia ipse sui natura superiorẽ non habet,clericus uerò subesse sui natura dicitur.Item quia hoc maius dedecus esset pontificiæ dignitatis ordini,quam clericali,arg.d.c.si diligenti.

¶Decius hic aliter huic tex.respondet, cuius responsio illius literam & mentem multum restringere & uiolare uidetur,imo contra ipsum uidetur, quoniam ille text. præsupponit, quòd etiam iudex prorogatus possit exercere iurisdictionem aduersus inuitum, ut ibi, aduersus eum ius dici, & sic in inuitum, argumen.l. inter stipulantem.

§.j.ff.de ver.oblig.

¶Sexto pro opinione Anto.allegatur.c. significasti. ℸ.tit. proximo.vbi inter laicos quò ad prorogationem faciendã tex.solum considerare uidetur mutuum consensum partium,inter clericos vero vltra consensum etiam voluntatem proprij iudicis, ergo litis contestatio necessaria non uidetur,sed responderi potest,hoc uerum esse quò ad esse ctum reuocabilem per prædicta,maximè per d.l.si conuenerit.

¶Septimò etiam allegatur.d.l.si conuenerit . ex quo text. infertur, ꝙ per aditum ad iudicem dicetur prorogata iurisdictio irreuocabiliter,& hoc ibi tacitè sensit Bart.dicẽs iurisdictionem ex pacto prorogatam esse irreuocabilem, quando vltra consensum expressum partium aliquid partes coram illo iudice egerint,quia expresse,& tacitè cõsentiendo prorogatio firmatur adeo, ꝙ fit irreuocabilis, quia illi iudex assentiri dr̃,ergo non est necessaria litis contestatio,dummodo aliquis alius actus iudicialis coram iudice factus præcesserit,nisi in casu, quo ex tacito consensu partium iurisdictio prorogata fuisset,ut quia nulla facta inter se conuentione coram iudice non suo processissent: tunc enim litis contestatio necessaria foret,arg.d.l. is qui se obtulit.& d.l.si cum dotem.§.eo autem tempore. cum sim.

¶Sed tũ dicas, ꝙ d.l. si conuenerit. dum dicit priusquam adiretur,intelligi debet,mediante lite contestata, ut dicit ibi gloss. quia non dicitur irreuocabiliter adiri, nisi litem contestando

¶Præterea Abb.hic dicit, tunc requiri litis contestationẽ ad prorogandum irreuocabiliter, quando coram iudice non interuenit expressus consensus partium,uel saltem tacitus purè inductus ex aliquo actu coram iudice facto, ut quia partes concordes aliquem actum coram iudice fecerint, per quem inferatur purus consensus ambarum partium,nam tunc per actum illum,& huiusmodi cõsensum expressum vel tacitum dicetur prorogatio valida absque litis contestatione,quoniam consensus expressus partium omnino necessarius non est,vt per Inn.in ca.ad petitionẽ. de accusa.& per Barto.in d.l.j.ff.de iud.circa fin. Et dicit Abb.hæc esse bene notanda pro intelligentia. dicta l.si cõuenerit.& dicta l.j.

¶Nec obstat.d.l.si cum dotem.§.eo autem tempore. quia vltra rñsionem supra datam Alex.in d.l.si conuenerit. respondet ibi,illud esse,quia filia consentire debet patri uolenti agere,seu petere dotem.l.2.§.voluntatem.ff.sol.ma. ergo filia illo tempore consentire debet,quo pater agit,seu petit,& consequenter sufficit,ꝙ eo tpe consentiat, quo pater litem contestari vult, quoniam tunc agere, seu petere dicitur.l.amplius non peti.ff.rem rat.habe.

¶Non obstat.d.l.is,qui se obtulit.quia loquitur in eo, qui se obtulit liti,seu defensioni,& lis non dicitur, nisi post litem contestatam,vt in l.causas.cum glo.de transactio.Itẽ is dicitur liti se obtulisse,qui iudicio se obtulit.l.si se.ff.de re iudi.Iudicium autem non dicitur,nisi post litem contestatam,ut volunt doct.communiter.s̃.in rub. & ibi plene habetur.Item is,qui se defensioni obtulit pro alio,tenetur vsque ad finem iudicij defendere,ut in d.l.is, qui se obtulit.in fi.uer.& sic litem cõtestari debet, ut ibi, & quasi per totum.ff.iudi.solui.

¶Tu autem animaduerte, quia huic rationi Abba.de qua s̃.optime responderi posse videtur, ꝙ aliud est, ꝙ post pactum de prorogando extra iudicium factum fiat aliquis actus a partibus in iudicio,per quem tacitus consensus purus partium inferatur, & tunc prorogatio dicatur irreuocabilis,quoniam duplex adest prorogatio, vna expressa ex consensu expresso partium facta. Alia tacita ex tacito consensu partium inducto ex actu iudiciali iuxta ea, quæ hñr per Bar.in d.l.quidam consulebat.per gl. & doct. in d.ca. cum inter monasterium.& per gl.in l. sed si susceperit. ff. de iud.& duplex vinculum vno magis stringit.c.j.de treuga & pace.auth.itaque.C.communia de leg. Aliud est,qñ fieret pactum in iudicio de litigando de præsenti coram iudice acceptante, & tunc vnica tantum dicitur prorogatio,nisi vlterius a partibus procederetur in iudicio aliquẽ actum faciendo,vt supra, & tunc talis prorogatio tanquã simplex ante litem contestatam reuocari poterat, & præsentia,seu consensus iudicis ad ualidandam, & confirmãdam prorogationem nihil operari dicetur,argu.l.2.§.conuenire.ff.de iud. & ꝙ duplex prorogatio fortior dicatur, probatur ex his,quæ voluit Bald.in addit.ad Spec.in titu. de reo.in j.col.vbi si quis promiserit stare iuri. Item & parere mandato curiæ,non potest variare, sed litigare tenet, quia una dicitur facta prorogatio promittendo stare iuri.d.l.est receptum.& d.l.si conuenerit.Alia est promittẽdo de parendo mandato curiæ,ut per Aug. & Pau.de Ca. in l.j.ff.si quis in ius voca.non ier.

¶ Vnde ꝓ declaratione huius materiæ plures cõclusiones
160 facio.Prima sit,ꝙ † per pactum expressum extraiudicialiter factum iurisdictio irreuocabiliter non prorogatur,nisi aliquis actus postea in iudicio fiat,ex quo tacitus cõsensus partium purus inferatur,ut est tex.in d.l.si cõuenerit, & hic per Abb.& Fulg.in d.l.si conuenerit.& ibi per Alexan.in fin.

161 ¶†Secunda conclusio sit, ꝙ per pactum factum in iudicio coram iudice acceptante incontinenti prorogatur iurisdictio irreuocabiliter,ut uolunt Ant.Io.de Ligna.do.Card. & Abb.hic,& sequitur Ale.in d.l.si conuenerit. quod suadetur: nam si tacitus consensus partium operatur, ut prorogatio dicatur irreuocabilis, quia ille a iudice receptus censetur.l.sed si susceperit.cum glo.ff.de iudi. & sequitur Alex.in d.l.si conuenerit.& in d.l. quidam consulebat. & ibi Bar.& habetur in d.c.cum inter monasterium. per gl. & Imo.& in l.apertissimi.& l.fi.C.de iud.ubi doct.ponũt multo magis consensus expressus partium in iudicio interpositus hoc & a iudice receptus operari debet, argu.d. l.cum ostendimus.& in l.pacta nouissima. in uersi. maximè.C.de pactis.& in l.j.in fi.in gl.pe.ff. de interro.actio. & dicetur in c.at si clerici.ℸ.eod.& in c.fi.de confes.cum simil. Prætetea, per pactum simpliciter factum in iudicio etiam non acceptatum a iudice fieri dicitur prorogatio irreuocabilis,quoniam acceptatio & consensus iudicis nihil ad propositum prorogationis,ut in l.2.§.conuenire.& hoc tenent Ange.Ale. & plures alij in d.l.si conuenerit. Idem est dicendum ergo a fortiori, quando tale pactum fuisset factum in iudicio,& a iudice acceptatum, quia acceptatio facta a iudice si non prodest,saltem obesse nõ debet,quoniam quamuis expressus consensus iudicis non requiratur in prorogatione,saltem tacitus est necessarius,ut in d.§.conuenire.& supra declaraui.

162 ¶†Dicebat tñ Fulg.in d.l.si conuenerit,ꝙ quando factum non fuit expressum pactum de litigando,ad hoc,ut ex tacito consensu dicatur inducta prorogatio irreuocabilis,necessaria sit litis contestatio,per l.apertissimi.C. de iud.ca. pastoralis.cum ibi no.de excep.Sed Ale.contrarium arbitratur,ꝙ sufficiat quilibet actus factus in iudicio, per quẽ consensus partium purus inferatur, per tex.cum ibi no.in d.l.si susceperit.cum l.præcedenti.& hoc tenet Ale. in d. l.quidam coosulebat.Cuius opinio non satisfacit, & forte illa Fulgosij uerior est,quia facile tex.in d.l.si susceperit responderi posset,ꝙ loquatur,quando aliquis actus fieret, per quem lis contestaretur,& non prius, & hoc optimè ꝓbatur in d.l.si conuenerit.vbi pactum expressum,& actus iudicialis subsequens hoc operatur , ergo alterum non sufficiet.

¶Tertia conclusio sit,si semel facta sit iurisdictionis pro-
163 rogatio irreuocabiliter,ut s̃.ꝙ † talis prorogatio non solũ in illa instantia effectum habet ,sed etiam in alia,ac diuersa:& ideo si is qui instantiam prorogauit, fuerit absolutus ab obseruatione iudicij , & iterum coram eodem iudice conuentus, illum declinare non poterit, sed coram eo litigare cogetur propter prorogationem semel de ipso factã, quod intelligas inter easdem personas,& super eadem causa,ut uoluit Gul.in l.eum qui.ff.de consti.pecu.per l.si qs repetere.in prin.ff.ad Turp.sequitur Ang.in l.si quis post ff.de iudic. & hoc dictum pro mirabili refert, & sequitur Rom.in sing.146.vltimo dicto &c.

¶In contrarium autem facit.l.2.& 3.ff.iud.solui. ubi cautio & satisdatio iud.solui præstita in vna instantia, & corã vno iudice,quò ad aliam locum non habet,& extincta cẽsetur.Posset responderi,illud verum esse, quò ad liberandum tertium,hoc est fideiussorẽ a satisdatione de iudicatum soluendo,ut ibi,ex quo infero, ꝙ si pactum fuisset factum de prorogando,præstita satisdatione, ad præiudiciũ fideiussoris non extenderetur illa prorogatio vltra primã instantiam,per dicta l.secunda,quod est summè notandũ, & tu super hoc cogita . Facit in simili, quod habetur in l. item quæritur.§.qui impleto.ff.locati : cum glo.l.si cum Hermes.C.eodem titu. & hæc sufficiant quò ad primum de quo Abb.præmiserat,qualiter fuerit conuentum in terminis.d.l.si conuenerit.& tex.nři,& quare hic non fuerit locus pœnitentiæ,ibi verò sic. ¶ Modo venio ad id,quod

164 Abb.ſecundo loco propoſuit,hoc eſt,† quis ſit effectus pacti de prorogando iuriſdictionem non ſui iudicis, quando fuit factum extraiudicialiter, circa quē articulum tres principales opiniones rpperiuntur.Prima fuit Vin. quam hic recitat Io.An.ꝙ promittens poſſit uſque ad litem conteſtatam ſuam promiſſionem reuocare ſoluendo intereſſe partis aduerſæ,argu.d.l.ſi conuenerit. iuncta l. ſi ab alio.in fi.ff.de re iudi.& l.ſtipulationes non diuiduntur.in verſi.Celſus.ff.de uerbo.obliga. Hæc opinio præſupponit neceſſariam eſſe litis conteſtationem ad hoc, ut prorogatio ſit irreuocabilis,ante enim reuocari poteſt, ſi intereſſe ſoluatur.

Sed ex prædictis apparet,eam ueram non eſſe. Præterea, ex hac opinione infertur, ꝙ ex huiuſmoui pacto oriatur actio & obligatio efficax ad agendum ad intereſſe,quod eſt contra regulam,quæ habet, quòd ex pacto nudo non oritur actio.

¶Secunda opinio fuit de directo contraria primæ, ꝙ ante litem conteſtatam promittens impune, & abſque alicuius intereſſe ſolutione poſſit a pacto prorogatiuo recedere, & illam tenuit Petrus & Cy.in l.ſi quis ex conſenſu.C.de epiſcopali audi.ex quo enim lex ſimpliciter permiſit, poſſe a tali pacto re integra recedi, debet hoc dici conceſſum abſque aliquo onere & grauamine pœnæ,uel intereſſe.l.Grachus.C.de adult.c.qui peccat.23.q.4. Item multiplex ratio motiua huius diſpoſitionis & legis eſſe potuit ſecundū Petrum,qui unam cogitauit,& ſecundum Io.An. qui hāc opinionem ſequendo plures alias adduxit in addi. ad Spe. in ti.de compe.iud.in §.j. uerſic. ſed quid ſi promiſi, &c. Prima eſt,quia periculoſum eſt coram iudice ſuſpecto litigare.l.apertiſſimi.C.de iud.c.quod ſuſpecti.3.q.v.Secunda eſt,quoniam hæc prorogatio dicitur hominis, & non legis eſſe,prouenit enim a mero partium conſenſu,quæ regulariter iuriſdictionem dare non poſſunt, & non a lege, cuius proprium eſt illam dare.l.priuatorum.C. de iuriſd.om.iudi.l.& quia.ff.eod. Tertia,quia per hanc reuocationem nulla iudici iniuria irrogatur, nec aliquod ei præiudicium infertur,cum adhuc nō fuerit aditus, neque ipſi ius aliquod ex tali pacto acquiſitum. Quarta ratio eſt,quia p̄ hanc reuocationem, & pœnitentiam res ad ſuum ius redit,hoc eſt ad ius commune,quod nō iudex incompetēs, ſed ſuus ordinarius de cauſa cognoſcat, cuius iuriſdictio ſic conſeruari dicitur,arg.l.fi.C. ſi a non compe. iudic.l.ſi vnus.§.pactus.uer.quoties.ff.de pactis.& eorum,quæ habentur in ca.licet.de offic.ordi.Quinta ratio eſt, quia lex hanc pacti reuocationem ſimpliciter permittit, ut in d.l. ſi conuenerit. ergo ſimpliciter abſque aliquo onere conceſſa debet intelligi,argu.l.de precio.ff. de publicia. Sexta eſt,quia lex in pluribus caſibus pœnitentiam permittit,& ꝙ quis abſque onere & alicuius intereſſe ſolutione contra id uenire nequeat,quod ſemel placuit,ut per gl. in c.quod ſemel. de reg.iur.in 6.in quibus caſibus non tanta militat reuocationis & pęnitentiæ ratio, quanta in caſu noſtro.

¶Verum hæc ſecunda opinio ſatis æqua,multumque tuta non uidetur,ut conſtabit ex his,quę in ſequenti opinione dicentur,& poteſt intelligi procedere, quando nullū poſſet prætendi damnum,uel intereſſe,uel quando quis agere ad intereſſe uellet ex pacto, quod nullā actionem producit.

Tertia fuit principalis opinio Ia.de Arena, & Bar.in d.l.ſi conuenerit.quam ſequitur Gul.de Cu. in d.l.1.ff.de iud. & illam recitat Cyn.in d.l.ſi quis ex conſenſu.& ſequunt̄ Anto.& Abb.hic. Ex cuius verbis aliquas concluſiones fa-
165 cio.Prima ſit,† ꝙ quando prorogatio extraiudicialiter facta fuit per ſtipulationem inter partes interueniētem, tūc promiſſioni ſtandum eſt non præciſè,ſed cauſatiuè, quoniam contrauenirì poterit,ſi intereſſe ſoluatur, uel pœna ſi ea adiecta fuerit.

¶Hæc opinio fundata eſt in hac ratione, nam ex quo hæc eſt promiſſio facti,& extraiudicialis. Sequitur, ꝙ in ea ex ſui natura ſuccedit obligatio ad intereſſe, ſi non fiat. d.l. ſi quis ab alio.in fi.d.l.ſtipulationes non diuiduntur.verſ. Celſus.ff.de uerb.obli.l.fi.ff.de præto.ſtipula.§.non ſolū. inſti.de uerb.obl.vel pœna ſoluatur, ſi adiecta fuerit, quæ loco intereſſe ſuccedit.d.l.fi.d.§. non ſolum. cum ſimi.& arg.l.diem proferre.§.fi.ff.de arbitr.

¶Secundò poſſet pro ea induci hic tex.qui videtur loqui, quando prorogatio per ſtipulationem facta fuiſſet, ut ex forma ſtipulationis narrata hic infertur, fuit enim facta interrogatio,& ſequuta reſponſio, argum.l.1.in princ. & l.5.§.ſtipulatio.l.continuus.ff.de verb.oblig.forma enim arguit actum.l.non codicillum.C.de teſtamen. & tamen præſupponitur,ꝙ epiſcopus ab excommunicatione abſolui poſſit,ſi ſatisfecerit,ut ſupra.

¶Sed tu dicas,hunc tex.non poſſe, nec debere intelligi dè ſatisfactione & ſolutione intereſſe ad effectum, ut a promiſſione de litigando recedi poſſet, ſed de alia, quoniam ex quo hæc eſt diſpoſitio iuris canonici, ſequitur,ꝙ neceſſario dicendum eſt, illam non permittere pòſſe contrauenìri promiſſioni factæ ſiue per ſtipulationem, ſiue per pactum nudum,quia de iure canonico,ut infra dicetur,etiā in materia noſtra ſeruandum eſt pactum, & ex eo actio efficax oritur,c.1.c.qualiter.de pactis.c.iuramenti.cum gl. 22.quæſtio.5.

¶At replicari poſſet, quòd ius canonicum recipiens pactum nudum, & uolens ex illo àctionem oriri, debet intelligi ipſum recepiſſe,& actionem produxiſſe cum ſua natura,uidelicet,quòd in promiſſionibus facti ſuccedat obligatio ad intereſſe.

166 ¶†Tertio,vbicunque ſtipulatio fuit interpoſita ſuper actu alias ſui natura reuocabili, & in quo regulariter locus eſt pęnitentiæ,tunc actus ille naturam mutat, ut in eo ſimpliciter non ſit locus pęnitentiæ,alioquin contra eum ad pœnam,uel intereſſe agi poſſet, ut in l.ex placito.l.cum precibus.cum glo.in uer.ſeruetur.C.de rerum permuta. Bart. in l.2.in fin.ver.C. de condi.ob cau. quæ iura loquuntur in contractibus innominatis, in quibus regulariter locus eſt pœnitentiæ.l.ſi pecuniam.l.fi.ff.de condictio. cau.da. cauſa non ſequu.cum ſimi.

167 ¶Nec obſt.†ꝙ ſtipulatio appoſita ſuper actu,uel contractu aliquo naturam contractus,ſuper quo interponitur, aſſumit.l.ſi ſtipulatus.ff.de uſur.l.ſi ſtipuler.ff.de uerb.oblig. Bart.in l.ſi quis cum aliter.ff.eod. & in l.cum mota. in 3. col.C.de tranſac.quia Decius hic reſpondet, illud procedere in his, in quibus natura ſtipulationis non repugnat, ſed natura ſtipulationis repugnat, ꝙ ſimpliciter in ea ſit locus pœnitentiæ, & ideo ſuper contractu innominato interpoſita facit, ut in eo pœnitentiæ locus ſimpliciter non ſit Bar.in l.2.in fi.ver.C.de condit.ob cau.d.l. ex placito, cum ſimili.

¶Hæc reſponſio mihi non placet,quia videtur contra.d.l. ſi ſtipulatus.iuncta.l.vbi autem nō apparet.in fi.ff.de verbo.oblig.vbi ſtipulationis rem dari natura eſt,ut omnino dominium transferatur,& tamen adiecta contractui emptionis illius naturam ſequitur,vt ſtipulatio rem dari importet ſimplicem traditionem,non autem dominii tranſlationem,ut ibi.

¶Aliter ſolui poteſt ex mente Alex.in l.j.circa fi.ff. de pactis.& in rub.circa fi.de uerb.oblig.ac expreſſe per eundē in l.ſciendum. in 2.colū.eod.titulo. ꝙ ſtipulatio ſequitur naturam contractus, ſuper quo interponitur ad effectum hunc tantum,ne plus contineat,quam ipſe contractus, & q̄ ſit illius natura,ut in d.l.ſi ſtipulatus.& ibi gl. in ver.uериſimile.ſed quo ad alios effectus minimè,ideoque nō eſt reuocabilis,prout contingit in contractu, ſuper quo eſſet interpoſita,ut per Bar.in d.l.2.cum ſimi.

¶Cogitabam alias,ſi dici poſſet, ꝙ aut ſtipulatio ipſi contractui cumulatur,eique adijcitur quodammodo acceſſoriè,ut in caſu.l.ſtipulationum.§.conuentionales. & in l.ſi ſtipuler.in fi.ff.de verb.oblig. & tunc procedat. d.l. ſi ſtipulatus.cum ſimi.aut ſtipulatio fit de per ſe,& principaliter de eo,de quo fieri ſolet per pactum, uel alium contractum nominatum, vel innominatum, prout multis modis exemplificari poſſet,& in caſu noſtro quando id,quod ſolet per pactum promitti de litigando coram iudice non ſuo,per ſtipulationē fuiſſet promiſſum, uel qn̄ per ſimplicē ſtipulationem id ꝓmittitur, quod per contractū innominatū fieri ſolet,ut per ſtipulationem viciſſitudinariam do,ut facias, vel facio, ut facias, tunc ſtipulatio naturam contractus innoīati,aut pacti de prorogando non aſſumit ſed ſuam ſeruat,quoniam non dr̄ adiecta, neq; poſita ſup̄ contractu,ſed ſtat de per ſe,& id de per ſe continere dr̄, ꝙ alias per pactū de ꝓrogando, ſeu per contractū innominatū fieri ſolet.Ita intelligatur id,qđ uoluit Bart.in d.l.2. in fi.ver.& tex.in d.l.ex placito. cum l.ſeq. iunctis ibi no. Et ꝓ hac ſolutione facit,quod voluit no.do.meus Soci.in rub.ff.de ver.obl.in 16.col.qui hanc dr̄iam, & diſtinctionē per eadē fere iura ſentit. ¶ Scđa concluſio ſit ex uerbis
168 Abbatis hic poſt Ant.Bárt.& alios,†ꝙ pactum nudū prorogatiuum actionē non producit,ſed exceptionē,ut regulariter

lariter pactum nudum de iure ciuili tueri solet.l. iurisgẽtium.§.igitur nuda.ff.de pactis.l.in bonæ fidei. C. eo.cũ simi.& ideo re integra,hoc est antequam ad aliquem actũ iudicialem deueniatur,in tali pacto locus pœnitentiæ esse potest.d.l.si conuenerit.

¶Ego de hoc dicto Abba.hic semper dubitaui, quomodo pactum nudum iurisdictionis prorogatiuum dicatur exceptionem producere, non enim videtur hoc posse adaptari,vt detur casus,in quo ex tali pacto cõtra agentem pacti exceptio opponi possit,quoniam si traho te ad iudiciũ iudicis non tui, tu de pacto non potes excipere, siue ego fuerim,qui coram illo iudice litigare promiserim,siue tu, vt de se patet,esset enim in hoc casu exceptio impertinẽs.

¶Sed saluando dicas,hoc posse verificari,quando esset factum istud pactum inter te & me, & postea coram iudice prorogato te conueniam,tu uero excipias iudicis iurisdỡnem declinando,ꝙ ille non sit tuus iudex,ego contra te replicare potero de pacto,quo coram illo iudice litigare promisisti,& per hanc replicationem,quæ exceptio esse dicit, iuxta.l.2.§. replicationes. ff. de exceptio. excludam tuam exceptionem declinatoriam, & hoc modo verificari potest id,quod inquit Abb.ꝙ pactum iurisdictionis prorogatiuum quamuis actionem non producat,tamen exceptionem producit,hoc est replicationem, quæ opponi potest, quando res iam integra esse desijt, & amplius pœnitentiæ locus esse non potuit, ut quia iudex iã fuerit aditus eo modo,quo declaraui.

169 ¶†Tertia conclusio sit ex verbis Abb.& aliorum,ꝙ quamuis ex pacto nudo prorogatiuo non oriatur actio ratione pacti,& eorum,quæ in ipso continentur,ut s.neque etiam ad interesse,tamen contra nolentem tale pactum seruare, potest agi actione de dolo ad interesse, seu ad pœnam conuentam,& in pacto nudo contentam, quoniam ex quo pactum seruare denegat,& ab eo,quod promisit,uult recedere,dolo facere dicitur,argu.l.fi.ff.de dolo. Melius probat. l.1.C.eod.tit.ubi ratione ruptæ fidei quis dolo teneri dicitur, & ideo actione de dolo conueniri potest, sed qui pactum nudum non seruat,fidem rumpere dicitur.l.j. cum simi.ff.de pactis.c.j.de treuga.& pace.cap.j.c.qualiter.de pact.ergo &c.Optimè etiam probatur in l.si cum mihi.ff. de dolo. ubi si pacto nudo promisisti mihi licere cretam fodere ex fundo tuo.& aliquas expensas fodiendi gratia fecerim,postea me fodere absque causa prohibuisti, contra te agere possum actione de dolo ad interesse, & sic ibi de hoc videtur casus,& dicit Bar.in l.actione.C.de transact. ꝙ contra non seruantem fidem pacto nudo promissam, si scienter hoc fecerit, & sine causa agitur actione de dolo ad interesse, quia dolo facit, qui fidem non seruat.Idem uoluit ipse Bar.in l.cum mota.in vlti.colum.C.eo.titu.& per Soci.in d.rub.de verbo.obligat.in 20.col.

¶Pro hac conclusione induco etiam.l. eleganter.§. seruus pactionis.& ibi Bar.ff.de dolo. ubi agitur ad interesse per actionem de dolo,ratione pacti nudi non seruati. Præterea,quamuis lex ciuilis pœnitere permittat.d.l.si conuenerit.tamen hoc debet intelligi sine alterius præiudicio,puta partis, quoniam hoc beneficium semper citra alterius

170 præiudicium intelligendum est,† non enim præsamendũ est,ꝙ lex,seu princeps uelit facere gratiam cũ alterius ꝑiudicio,& consequenter,ꝙ in terminis.d.l.si conuenerit.qs possit promissionem reuocare,& eum pœnitere cum damno partis,& hoc argu.l.2.§.si quis a principe.ff.ne quid in loco pub.Facit.c.super eo.de offic.dele.c.dilecti.c. suggestum.cum ibi no.de decimis.c. quid pro nouale. de verb. signi.c.in his.c.dudum.cum ibi not.de priuil.& hoc procedit etiam si motu proprio concessum esset, ut per Ioan. And.in c.si motu proprio.de præben.in vj.Ioan. Cald. in c.mandatum.s.de rescrip.Do.de Rota decis.117.

¶Suadetur hæc conclusio, nam huiusmodi pactum est licitum,non autem prohibitum ipsis laicis.c. significasti.j. titulo primo.& etiam clericis interueniente uolũtate proprij episcopi,vt ibi.l.j.cum gl.C.de iud.& d.l.si conuenerit.non enim continet in se aliquam turpitudinem, ergo ab illo non debet posse impune cum præiudicio partis recedi,quoniam esset contra naturalem æquitatem,quæ suadet pacta seruari.l.j.ff.de pactis.& dicit prætor, pacta seruabo.

¶Non obstat.d.l.si conuenerit.ubi simpliciter pœnitentia permittitur,neque sit mentio de interesse,ergo quod non dicit lex,nec nos l.si seruum.§. non dixit prætor.ff. de acq. ren.hæred.cum simi.Quia primò responderi potest,ideo ibi nullam fuisse factam mentionem de interesse,quia plerunque contingit,quòd re existente integra nullius intersit,pactum illud seruari: non partis, quia antequam iudicem adiret,nullas expensas fecit, nec iudicis, cui nullum ius ex tali pacto acquisitum fuit, neque etiam iurisdictio, antequam aditus fuerit. Alioquin non esset verisimile, legem uoluisse reuocationem pacti cum alterius damno fieri potuisse,& ideo contra pœnitentem actione de dolo agi ad interesse poterit. Facit quod habetur in l.si pecuniã, in prin.cum ibi no.ff.de condictio.cau. dat. Secundo rñdeo,ꝙ cum sub titulo,de iurisdictione omnium iud. principaliter tractetur de iurisdictione iudicũ,& contra quos possit exerceri,legislator in d.l.si cõuenerit. solùm uoluit decidere & terminare id,quod ad materiam tituli principaliter spectabat, uidelicet stante illo pacto prorogatiuo, utrum quis pactum obseruare cogeretur, & an iudex prorogatus omnino iurisdictione uti posset, licet pactum esset reuocatum,non autem voluit determinare, an contra pœnitentem & reuocantem agi posset ad interesse actione de dolo propter fidem ruptam, quoniam hæc materia illius tituli materiæ non conuenit, sed potius titulo de dolo.Facit,quod habetur,& nota.in c.cum dilecti. de empt. & uenditio.

171 †Ad propositum facit quòd uoluit Barto.in l. pen.in j.lectura.C.de pactis.qui dixit, quòd quando pœna fuit adiecta in terminis.d.l. si conuenerit, ut quia partes extra iudicium litigare coram iudice non suo sub pœna promiserunt,tunc simpliciter non dicitur esse locus pœnitentiæ,ut quis impune a pacto recedere possit,sed pœnitens ad pœnam,tenebitur,& mouetur Barto.sic,nam hæc conuentio non est contra legem, sed præter, quia si esset contra prohibitionem legis, non valeret.l. non dubium. C.de legibus.l.quemadmodum.C.de agrico.& censi.lib. 11.l.cum lex.ff.de fideiusso.Cuius contrarium vult. d.l.si conuenerit,ergo si pœna apponatur, illa erit exigibilis, & peti poterit.l.stipulatio ista.§.alteri.ff.de verbo. obliga. & cum hoc dicto Bar.pertranseunt docto.& maxime Mod. hic.At mihi minus placet, quoniam cum factum principale, & pœna sint pacto nudo promissa, ex quo actio ad principale non oritur,ut s.dictum est,ergo nec ad pœnam argu.l.j.C.de usur.d.l.cum lex.

¶Nec obst.d.§ alteri.cum simi.quia loquitur,quando pœna esset promissa,seu adiecta in promissione præter legem facta,quæ esset vestita uel verbis, uel aliquo alio legitimo uestimento,vt quia alteri quis sub pœna stipulatus fuisset: tunc enim ad pœnam agi potest,quoniam ex contractu stipulationis oritur actio.l.fi.ff.de præto.stipula.d.§. non solum.cum simi.

¶Præterea considero,ꝙ quando in pacto nudo prorogatiuo pœna adiecta fuit, ea ita demum ratione pœnitentiæ exigi potest,quando illud pactum fuit factum in iudicio, & coram iudice acceptante tacitè, uel expresse, ut uoluit Ale.in d.l.si conuenerit.in 3.colũ.in 5. Limita. ibi limita &c. per ea,quæ volunt Iacob.Butrig.& Bal.in l. non codicillum.C.de test.& hoc ideo est, quia tale pactum sui natura actionem producit, quia uestitum est calore iudicij, iuribus.s.alleg.& hic,cum sim.ergo ex illo non solum ad factum principale,sed etiam ad interesse, & ad pœnam agi poterat,& consequenter infertur secus esse, si pactum totaliter nudum fuisset, quia factum extra iudicium.

¶Tu tamen considera pro saluatione dicti illius Barto. ꝙ quando per pactum nudum in terminis nostris pœna promissa & adiecta fuisset,si de interesse partis constaret, put in dubio præsumptiuè constare uidetur,ar.d.§.non solũ, & d.l.fi.cum simi. Tunc ad pœnam agi poterit, non ex illo pacto,quod est penitus nudum per prædicta, sed actione de dolo,prout supra de interesse conclusum fuit per eadem iura,ac easdemmet rationes. Nam adiectio pœnæ operatur,ut pœna, quæ loco interesse succedit, peti possit eo modo,quo interesse, sed agens ad probandum interesse releuetur,quod est in certum, appponendo certam pœnam,per quam illud taxatum dicitur d.l.fina.d.§.non solum.cum simi.& hoc modo dictum Barto. de quo.s.saluari potest.Cogita.

172 ¶Quarta conclusio sit ex uerbis Abbatis,† ꝙ de iure canonico ex pacto prorogatiuo nudo & extraiudicialiter facto oritur actio,ut quis ad obseruantiã pacti,uel ad soluendũ interesse,uel pœnam cogi possit,si pœna pacto adiecta esset quoniam attenta dispositione iuris canonici in effectu nõ est differentia,an quid per stipulationẽ promissum fuerit, an uero per pactũ nudum,quod producit actionem, hoc

est condictionem ex canone.c. j.de pactis. ut ibi habetur.
Ad idem facit.c.qualiter.eod.tit.c.Psalmista.23. distin.c.
iuramenti.cum gl.23.q.5. & in terminis nostris in hoc so
lum erit differẽtia inter ius ciuile, & ius canonicum,quia
de iure ciuili pactum prorogatiuum re integra antequam
iudex adeatur,reuocari poterit.d.l.si conuenerit.reuocãs
autem ad interesse partis aduersæ tenebitur,si illud proba
bitur,non per actionem orientem ex pacto, sed per actio-
nem de dolo,ut supra dictum fuit,quæ actio est subsidia-
ria.l.1.C.de dolo.De iure uero canonico quamuis pactũ
huiusmodi possit etiam reuocari vt supra per d.l.si conue
nerit,cuius dispositio a iure canonico recepta censetur,ex
quo contrarium non disponit,tamen contra reuocantem
& pœnitentem ad interesse,uel ad pœnam, quatenus inte
rerit,agi poterit non actione de dolo, sed actione oriente
ex pacto nudo, quod producit condictionem ex canone
d.c.1.cum simi. vbicunque enim alia actio competere po
173 test,cessat actio de dolo subsidiaria,ut supra.†Nam de iu-
re canonico etiam pœna conuentionalis debetur,quando
est adiecta obligationi facti eatenus, quatenus interest, &
non vltra,ut in c.dilecti.de arbi.& no.ibi per scriben.iun
cto.c.tuam.de pœnis optimus tex.in c.per tuas. de arbit.
Ad idem.c.dilecti.infra.titu.proxi.cum glo. magna circa
medium quæ dicit,bonum esse semper adijcere pœnam,
tunc enim quis ab onere probandi interesse releuatur,cu
ius probatio est difficilis,ut in d.§.non solùm. & in d.l.si.
ff.de præto.stipu.cum simi.allega.in d.c.dilecti. & est op-
tima glo.in c.consuluit.in uerb.gratiam.de officio deleg.
quæ dicit,ꝙ quamuis iudex in alterius præiudicium con-
tumaci parcere possit in remittendo pœnam contumaciꝗ
non tamen expensas, damna & interesse partis remittere
potest.Habetur etiam per gl. magnam in c.1.§. ad hoc, &
ibi Bal.de pace iura.firman.ubi colligitur, ꝙ quando a le-
ge aliquid indulgetur,atque remittitur, ad alterius præiu
dicium tendere potest, & intelligitur de alio præiudicio,
quàm de interesse partis, quod nunquam remissum esse
censetur.
174 ¶Et ex prædictis infertur,ꝙ† attenta dispositione iuris ca-
nonici nullum pactum dicitur esse nudum,si quidem ve-
stitur fomento legis,uel canonis,qui pacta nuda cõfirmat
quod dicitur esse pacti nudi uestimentum, argu.l. legiti-
ma.ff.de pact.& per Soci.in rub.ff.de uerbo.obliga. in 6.
& 7.colum.Propterea hodie in foro ecclesiastico,& in ter
ris ecclesiæ,in quibus ius canonicum seruatur. cap.si duo
bus.de appella.c.quod clericis.de foro compe.cap.j.cum
ibi not.de noui ope.nuntia.& c.j.de constitu. ibique doc.
dispositio.d.l.si conuenerit.simpliciter locum non habe-
bit,ut simpliciter & absolute re integra a pacto prorogati
uo recedi possit, sed reuocans ad interesse tenebitur per
actionem ex ipso pacto orientem.
175 ¶Vtrum autem hoc idem in quocunque foro † & secula
ri,& ecclesiastico, ac in terris Imperii hodie seruandum
sit forte idem fore in quocunque sustineri posset, quoniã
cum istud ius canonicum pacta nuda confirmans, & ex
eo oriri actionem faciens sit super peccato fundatum, qa
non obseruans pacta & promissa,rumpensque fidem,mor
taliter peccare dicitur,ut no.in d.cap.j. & argu.d.c.quali-
ter.d.c.Psalmista.& d.ca.iuramenti, sequitur, ꝙ etiam in
foro seculari seruandum erit.c.fi.cum ibi not.de præscri.
gl.& doct.in c.j.de noui oper.nuntia.& in d.cap.j.de cõ
stitutio.& ideo etiam in foro seculari poterit peti interes-
se per actionem,hoc est cõdictionem ex canone ex pacto
orientem. Cogita, quia hoc esset nouum dictum in hac
materia.
¶Et sequendo hanc tertiam & quartam conclusionem.
Non obstant rationes Petri & Ioan.And.supra in referen-
do secundam opinionem relatæ,quia primæ respondetur
ꝙ si post conuentionem de litigando noua recusationis &
suspicionis causa orta fuerit,vel antiqua ignorata ad noti-
tiam superuenerit,a iudice recedi, isque recusari poterit,
ne coram suspecto litigare cogatur,ut habetur in l.fin. C.
de exceptio.& in c.pastoralis.ĩ.eodem titulo.& in §.exce
ptio.3.q.6.
¶Per conuentionem autem de litigando dicetur renũtia-
tum causis antiquis suspicionis, ex quo per illud in iudicẽ
consensum fuit,ut in c.cum inter.de re iudica. & ibi not.
& in l.quidam consulebat.& ibi Bar.ff.de re iudi.& Bar.
in d.l.si conuenerit.ubi voluit,ꝙ in terminis illius legis si
is,qui promisit.iudicis non sui iudicio stare, aliquam dila
toriam opposuerit,omissa declinatoria, non potest pactũ
reuocare,quia illi reuocationi, hoc est declinatoriæ dicit'
renuntiatum. Quod dictum procedit, tenendo illam opi
nionem,ꝙ necessaria sit litis contestatio ad hoc, ut reuo-
cationi locus esse nequeat, sed tenendo, ꝙ quilibet actus
iudicialis sufficiat,ut tex.ille probare videtur,tunc eoipso
ꝙ iudex iudicialiter aditus fuit, censetur renuntiatum de
clinatoriæ per pactum factum de prorogando,quia sic di-
citur consensum in iudicem,ergo non est locus declinato
riæ,ut in l.fi.& ibi doct.C.de iudi. & in d.l. quidam con-
sulebat,iuncto.d.c.cum inter.
¶Non obstat secunda ratio,quæ fuit Ioan.Andr. vt supra.
176 † quia & si uerum est, ꝙ huiusmodi prorogatio sit in solo
consensu partium fundata.d.l.si conuenerit.& l.j.ff.de iu
dic.Tamen ab illa recedi non poterit consensu vnius tan-
tum ad alterius præiudicium,quin sibi interesse debeatur
uel actione de dolo,attento iure ciuili,uel per uiam actio-
nis orientis ex pacto nudo secundum ius canonicum,con
sensus uero utriusque partis absolute, & simpliciter pote-
rit tale pactum reuocari,& ab eo recedi, arg.l. ab emptio-
ne.cum simi.ff.de pactis.l.nihil tam naturale.ff.de reg.iu
ris.illique imputandum erit, cuius intererat, si consensit
reuocationi absque quod sibi interesse reseruauerit, quia
damnum,quod quisque sua culpa sentit,sibi imputatur.c.
damnum.de reg.iur.in 6.Potest etiam dici, ꝙ iurisdictio
communi consensu partium prorogata non solum dicit'
fundata in consensu partium,sed etiam in legis dispositio
ne,ac potestate. Ideoque ita de facili consensu unius tan-
tum ad alterius præiudicium tolli posse non debet, arg.d.
l.nihil tam naturale.ac per alias rõnes,quas adduxit Abb.
pro confirmatione secundæ opinionis,ac illius conclusio-
nis,ꝙ pactum nudum prorogatiuum non potest simplici
ter & absolutè reuocari.Quod autem fomentum quoq;,
& legis authoritas ultra consensum partium adsit,constat
primo,quia a partibus prorogari nõ potest,nisi iurisdictio
ordinaria illius iudicis,qui eã a lege mortua, vel uiua hẽt,
ut in l.1.& 2.ff.de iudi.no.in c.significantibus.de foro cõ
peten.Secundo,quia iurisdictio prorogata non dicitur a-
lia,sed illamet,quam lex dedit,argu.l.sed si manẽte.ff. de
præca.cum simi.
¶Non obst.tertia rõ Io.And.quoniam antequam adeatur
iudex,quamuis res integra dici possit respectu iudicis cui
adhuc exercitium iurisdictionis inter partes acquisitum
non fuit,arg.eorum,quæ habentur in ca.licet.& in c.gra-
tum.de offi.dele.tamen esse potest,ꝙ non dicatur integra
respectu partium, propterea quia aliquas impensas fece-
rint,& sic earum intersit non reuocari.Ideoque ad inter-
esse agi poterit, ut declaratum fuit,& ar.l.si pecuniam.in
prin.cum ibi no.ff.de cond.cau.da.cum simi.
177 ¶†Non obst.quarta ratio, quia & si per reuocationem res
ad ius cõe reuertatur, & iudicis sui ordinarij iurisdictio
sic conseruari dicatur,tamen illa reuocatio simpliciter, &
absolute non dẽt dici permissa cum alterius damno, quin
sibi interesse suum debeatur,& sibi is imputet,qui consen
sit,ac tale pactũ fecit, per quod a iurisdictione sui iudicis
recessit,& ideo contra reuocantem & pœnitentem agi po
terit,uel actione de dolo, uel ex pacto nudo ad interesse,
ut supra declaratum fuit.
¶Non obst.quinta ratio, quia ius ciuile permittere dicit'
reuocationem,& similiter ius canonicum absq; præiudi-
cio partis aduersæ, q̃ ad interesse agi poterit per prædicta
¶Non obstat ultima ratio,qm̃ respondetur, ꝙ in terminis
nostris tanta ratio militare non potest, vt reuocatio fieri
queat cum damno, & præiudicio partis aduersæ.
178 ¶†Dubitant doct.Abb.& alij,coram quo iudice interes-
se,de quo.s̃.peti possit,utrum coram iudice prorogato re
uocato,an uero coram iudice ordinario penitentis. Abb.
concludit coram iudice reuocato,cuius iurisdictio pacto
partium prorogata fuerat,& hæc fuit opinio Gul. de Cu.
in d.l.j.ff.de iudi.sequitur Ant.hic, & est de mente Spe.
in tit.de compet.iud.adit.in §.j. in uersi. quid si pactum,
hoc etiam sequitur Ale.in d.l. si conuenerit. in 2.limita-
tione,sed animaduertas,quia Specu. ibi hoc uoluisse non
videtur,sed Ioan.And.ibi in addi.
¶Io.tamen de Lignano ut referunt Ant.& Abb.distingue
bat,ꝙ aut pactum fuit in iudicio factum iudice acceptan
te,& tunc pœna, uel interesse coram illo etiam reuocato
peti poterit,aut fuit factum extra iudicium, & tunc con-
tra pœnitentem ad interesse agi nõ poterit coram iudice
reuocato,sed ordinario pœnitentis. ¶ Hanc distinctionẽ
Abb.hic impugnat,de cuius vtriusque mẽbri veritate ui-
deamus,

deamus, & primum mihi non placet, quia præsupponit, ꝙ quando pactum in iudicio præsente iudice & acceptante factum fuit, tunc reuocari possit, sed teneatur ad pœnam, vel interesse. Hoc uerum non uidetur in casu, quo ad interesse teneretur, ut quando pœna non fuisset pacto adiecta tunc enim is, qui sic in iudicio promisit, cogitur præcisè li
179 tigare, & soluendo interesse non liberaretur, † quia in obligationibus facti iudicialibus non habet locũ id, quod habetur in d. l. stipulationes non diuiduntur. uer. Celsus. Sed præcise quis facere cogitur, ut etiam uolunt Ant. Io. de Ligna. & Cardi. necnon Ale. in d. l. si conuenerit. in v. limita. & supra dictum fuit, ergo in hoc casu primum dictum Io. de Lig. locum habere non potest. Si uero ꝓmissa esset in iudicio pęna, & ad eam ageretur, tunc dubitari posset, coram quo iudice petenda esset, nam hoc casu per appositionem pœnæ uidetur concessa facultas tale pactũ reuocandi, nec præcisè quis coram iudice prorogato litigare teneretur, ut uolunt doct. communiter, ueluti refert, & sequitur Alex. in d. l. si conuenerit. in v. limita. uersicu. limita hanc limitationem &c. Et suadetur in simili per id, quod dicitur in materia vulgaris substitutionis, ꝙ per eius dationem tollitur suitas, quia videtur data potestas a testatore se abstinendi, ut per Bar. in l. j. ff. de uulga. & pupil. & per hæc in casu isto dubium esse posset, coram quo iudice pœna petenda esset.

¶Quo ad aliud membrum, quando pactum factum extra iudicium reuocatum fuit, & sumus in casu, in quo partis interfuerit illud non reuocari, Ioan. de Lign. uoluit, interesse peti posse coram iudice ordinario aliàs suo, & non coram prorogato reuocato, ut s. Pro qua opinione considero, ꝙ per pactum extraiudicialiter factum re integra, & antequam iudex aditus fuerit, non dicitur inter ipsas partes acquisita iurisdictio, vel eius exercitium, nisi habitu & potentia, & sic ipsi iudici dicitur acquisitum quoddam ius ad rem, & non in re, ut de se patet, & colligitur ex his, quæ posuit Abb. assignando rationem diuersitatis inter pactũ de prorogando, & pactum de non declinando, quod ius ad rem de facili tollitur. c. 1. de conces. præb. in 6. c. quod autem. c. cum autem. & ibi Abb. de iure patrona. cum si. ergo per reuocationem factam totaliter tolletur, & spes illa, iusque illud ad rem, & potentia extingui dicetur, vt iudex nec in principali, nec in accessorio, quod est interesse, iurisdictionem exercere ualeat, & maxime tenendo illam opinionem, de qua in d. l. stipulationes non diuiduntur. & in d. l. si q̃s ab alio. quod interesse principaliter, hoc est alternatiuè una cum re principaliter, & expresse promissa debeatur, quoniam si iurisdictio per reuocationem quo ad vnum cessat, ergo & quo ad aliud, ut una determinatio pariformiter illa duo determinet iuribus uulgaribus.

¶Et ex prædictis inferri potest, quòd quando pactum in iudicio iudice acceptante factũ fuisset, ex quo iurisdictio, eiusque exercitium dicitur actu, & realiter iudici acquisitum, sequuta reuocatione per quam iurisdictionis exercitium quò ad principale tolli dicitur, & non quo ad interesse, uel saltem quo ad pœnam promissam pœna illa peti poterit coram iudice prorogato reuocato: quia per reuocationem solùm dicitur sublatum iurisdictionis exercitium quò ad principale negotium, non autem quò ad pœnam.

¶Pro opinione tamen contraria Abba. Anto. & aliorum, qui tenet iudicem reuocatum remanere iudicem quò ad pœnam & interesse. Considero, ut fuit de mente ipsorum post Gul. in d. l. j. ff. de iudi. Sed melius, & clarius, quam ipsi faciant, declarando, ꝙ quãdo pactum prorogatiuum fit extra iudicium adiecta pena, uel sine, quo casu obligatio ad interesse succedit, ut supra. Duplex ex hoc iurisdictionis prorogatio resultat, una respectu negotii principalis, alia respectu pœnæ, uel interesse. Prima dicitur esse ꝓrogatio hominis facta de solo consensu partium, & hæc est debilis, quia dicitur acquisita iudici potentia, & habitu, ut supra. & reuocari potest. d. l. si conuenerit. Secunda est legis & canonis acquisita iudici realiter, & cum effectu ratione contractus & promissionis factæ in loco de pœna seu interesse, cuius solutio, cuiusque obligationis exequutio ad locum, imo ad tribunal iudicis prorogati destinata fuit, argu. c. fi. ĩ. ti. proxi. cum simi. Quo fit, ut pœna & interesse dicantur promissa in illo loco destinatæ solutionis & exequutionis, ut in c. dilecti. infra tit. proxi. c. Romana. §. contrahentes. de foro competẽ. in 6. l. contraxisse. ff. de actione. & obliga.

¶Et ideo infertur, ꝙ quamuis per pœnitentiam pactum dicatur reuocatum, & sic etiam iurisdictio quò ad negotium principale. d. l. si conuenerit. non tamen dicetur reuocata iurisdictio respectu pœnæ, seu interesse acquisita realiter ex legis dispositione ratione contractus, seu destinatæ solutionis, quę reuocari non potest. d. c. fi. & d. c. dilecti. quoniam fortior est, & potentior prorogatio legis, cuius proprium est iurisdictionem dare, quàm sit illa hominis, ad quem eam dare non spectat. d. l. priuatorum. iũ cto. d. c. dilecti. & d. c. fi. ac not. in c. significantibus. eodẽ tit. Propterea facta reuocatione pacti re integra si pœnitens in loco, in quo litigare promisit, repertus fuerit, poterit coram iudice prorogato nõn tanquam ex prorogatione hominis, sed legis dispositione conueniri, quoniam ibi ratione contractus, uel destinatæ solutionis forum sortiri dicitur, ut supra.

180 ¶†Prædicta corroborantur per l. exigere. ff. de iudici. ubi dos in eo loco exigitur, in quo, uel ad quem matrimonij effectus destinatus fuit, & ideo mulier agens soluto matrimonio ad dotis restitutionem non in loco, in quo instrumentum dotis factum fuit, agere debet, sed in loco originis, & domicilij ipsius mariti, ad quem mulier traducta fuit. Ad idem optimè facit tex. cum gl. in ver. pro non dato. ff. si quis in ius uoca. non ier. in l. j. ubi fideiussor datus de iudicio sisti, & de litigando coram iudice, qui ipsius fideiussoris iudex non erat, habetur pro non dato, dicit gl. ibi, hoc verum esse quo ad effectum, ut indistinctè coram illo iudice conueniri possit, tamen si fideiussor in eo loco inuentus fuerit, coram illo ratione contractus conueniri poterit, arg. l. omnem. ff. de iudi. l. cum furiosus. in fi. l. hæres absens. §. si quis tutelam. eo. titu. Faciunt etiam nota. in c. fi. s. de rescrip. vbi iudex per falsum rescriptum impetratus, detecta falsitate impetrantem in expensis, & interesse aduersarij condemnare poterit, bonus tex. in clemen. j. eod. ti. & sic licet iudex ex tali rescripto datus non possit super negotio principali iudex esse, tamen quo ad interesse, & alia accessoria ratione delicti & præsentationis rescripti iurisdictionem habebit. Itaque infertur, ꝙ is, qui iudex principalis causæ esse desinit, accessorii iudex esse non desinit, cum diuersa ratio militet. Et bene nobis inseruit id, quod voluit Abb. in c. debitores. de iureiuran. per illum tex. & in §. si quis alium. insti. de inuti. stipu. ubi annullato principali accessorium non dicitur annullatum, quando diuersa ratio militat.

¶Veruntamen circa hæc dicta Abba. aduertendum est: quoniam aliquam in se difficultatem habere uidetur. Nã considero, ꝙ ex quo ratione contractus, seu destinatæ solutionis, uel pœnę, uel interesse pęnitens forum in eo loco sortitus fuit, non magis dicetur prorogata iurisdictio iudicis prorogati, quam omnium aliorum iudicum illius loci, & territorij, ut probatur ex iuribus allegatis per Abb. & alijs, quæ supra proximè adduxi, cuius contrarium Abbas innuit. Ideoque pœnitens super pœna & interesse conueniri poterit, non obstante reuocatione coram quocunque iudice illius loci, & territorij, non autem coram iudice reuocato duntaxat.

¶Præterea licet id, quod Abb. dixit, uerificari & procedere possit quò ad pœnam & interesse conuentum, expresseque promissum per pactum prorogatiuum, iux. text. cum ibi no. in l. vnica. C. de senten. quæ ꝓ eo, quod interest ratione, de qua. s. Tamen quo ad interesse debitum non ex conuentione partiũ, sed ex legis dispositione ꝑ obligationis naturam. (vt contingit in obligationibus facti, in quibus ex legis prouisione obligatio ad interesse succedit. d. l. si quis ab alio. in fi. & ibi gl. iuncta. d. l. stipulationes non diuidunt. uer. Celsus. ubi Bar. in 10. oppo. & in 9. q. in antepen. & pen. col. d. c. consuluit. d. c. dilecti. & c. per tuas. de arbi.) dictum Abba. & aliorum hic sustineri posse non vr̃, quoniam cum illud interesse non debeatur ratione cõtractus, neq; destinatæ solutionis, sed virtute legalis obligationis, sequitur, ꝙ dici non potest, pœnitentem quo ad illud sortitum esse forum ratione contractus, vel quasi.

¶Rursus, quando factum fuit pactum prorogatiuum extraiudicialiter de litigando coram iudice non suo, dici non potest solutionem & exequutionem fuisse ad locum, uel tribunal iudicis prorogati destinatam, tum quia interesse conuentũ non fuit, neque promissum solui in loco hm̃oi, sed simpliciter & gñaliter, tum quia nullum interesse conuentũ fuit, neque solui ꝓmissum, ergo dicere nõ possumus, ꝙ hm̃oi interesse coram iudice reuocato peti

queat. Et licet illud in obligatione esse dicatur, attamē dicetur esse in obligatione datiua ex legis dispositione immediate introducta, nō autem in obligatione natiua, quæ immediate prouenit ex cōtractu hominis, uel quasi, cuius occasione quis forum sortiri dicitur, ut per Bar. in d.l. stipulationes non diuiduntur. in 10. oppo. & in 9. q. & no. in d.l. si quis ab alio. iunctis his, quæ dicit, Bar. in l. j. in 2. colum. ff. de actio. & obl. Prædicta confirmantur ex d.l. si cōuenerit, quæ generaliter vult, quod si mutata fuerit voluntas, procul dubio tunc nemo conuentioni stare compellitur, ergo tam respectu interesse, quàm negotii principalis.

181 ¶ † Tertiò, hanc opinionem confirmo ex his, quæ in simili voluit Bar. in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de verbo. obli. quando allegat. l. qui fundum. ff. de contrahenda empt. quem sequuntur Ioā. de Imo. Ale. & alii vbi dicit, φ qualitas respiciens unam dispositionem simpliciter præcedentem, nunquam censeri debet repetita in dispositione sequenti, quæ accessoriè ad præcedentem veniret. Sed prorogatio principaliter negotium principale respicit, ergo non debet extendi ad accessoriam obligationem legalem hoc est, ad interesse, quod accessoriæ venit, ut in dictis iuribus.

¶ Vltimo prædicta corroboro: nam ante prorogationis reuocationem interesse coram illo iudice peti non potest, quia adhuc non debebatur, neque in obligatione erat d.l. si quis ab alio. cum gl. Item nec post reuocationem, nam quando non fuit cōuentum, sed ex obligatione datiua ex legis dispositione succedit, & ideo tunc interesse peti non potest, sed factum principale tantum, interesse verò est in condemnatione & solutione, ut uolunt Bart. & alii cōiter in d.l. stipulationes non diuiduntur in 9. q. & probatur in d.l. si quis ab alio. in fi. cum ibi not. ergo verum non est, φ facta reuocatione prorogationis coram iudice interesse peti possit, nec etiam negotium principale non obstante reuocatione. dicta l. si conuenerit.

¶ Non obstant allegata per Abb. hic, videlicet tex. cum ibi not. in d.c. Romana. §. contrahentes. & in d.c. fi. & c. dilecti. de foro. compe. & d.l. exigere. cum simi. quia illa iura loquuntur, quando ratione obligationis ex contractu, vel quasi, seu ex delicto, uel quasi, aut ratione solutionis & exequutionis ad certum locum destinatè quis forum sortiretur, sed interesse, quod ex legis dispositione succedit modis prædictis non debetur, sed solum, & immediate ex legis dispositione, ut supra.

¶ Non obstat id, quod voluit Spec. & sequitur Io. An. ibi, in titulo, de compet. iudi. in §. j. uers. quid si sit pactum, quia respondetur, φ Specu. ibi, se nō firmat, inquantum loquitur de interesse, quod promissum esse censetur. Item præsupponit agi posse ad illud interesse, quod verum non videtur, ut dixi.

¶ Non obst. φ voluit gl. in d.l. j. in versi. pro non dato, quia loquitur, qn̄ fideiussor in loco iudicii fideiussisset, ideoq; si ibi inueniatur ratione contractus coram illo iudice nō suo conueniri potest.

¶ Non obst. gl. in c. fi. de rescri. quia ibi coram iudice non suo conuenitur, & qui iudex non est de expensis cognoscit propterea quia coram illo rescriptum falsum produxit, & sic ratione facti improbati, atq; delicti ibi forum sortitur, iux. c. fi. ĵ. tit. prox. Nam ueluti iudex in literis subreptitijs datus est iudex super subreptione, & non super negotio principali. c. super literis. de rescri. ita dicetur iudex super impositione pœnæ ac expensis factis.

¶ Similiter respondetur tex. in clem. 1. de rescrip. ibi enim abutens literis, seu contra prohibitionem illius tex. literis apostolicis ad lites utens, sortiri dicitur forum iudicis dati in illis literis super damnis & interesse, quamuis ipse super negotio principali iudex esse nequeat.

182 ¶ Alia colligitur conclusio ex uerbis Abba. † φ si in terminis d.l. si conuenerit. pactum prorogatiuum fuisset iuratum, nihilominus dispositio. d.l. si conuenerit. locum haberet, & hæc fuit opinio Anto. hic, quam sequitur Decius quoniam iuramentum naturam actus, seu contractus super quo interponitur, assumit. l. fi. C. de non nume. pecu. Bar. in l. Titia. § Imperator. ff. de lega. 2. & dicit Abba. in c. intellecto. in fi. uerb. de iureiuran. φ iuramentum assumit omnes qualitates restrictiuas & ampliatiuas actus, p l. fi. C. de condictio. inde. sed uoluit allegare. d.l. fi. C. de non nume. pec. Allegat etiam l. fi. ff. qui satisda. cog. ubi in iuramento subintelligitur, nisi iusta causa iurans fuerit impeditus. c. quemadmodum. de iureiu. c. ex parte. de cleri. non residen. gl. in c. querelam. in uerbo. necessitate. & ibi. Bal. de iureiu. per illum tex. quem nota.

183 ¶ Secundo pro hac opinione facit, † quod uoluit Inno. in c. per tuas. de arbit. ubi iuramentum in compromisso positum intelligitur, si laudum fuerit æquum. Faciunt not. per Bar. in l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. c. q̄n tauallis. ubi habetur de iureiuran.

¶ Tertio induco l. si libertus ita iurauerit. & l. vt iurisiurā. ff. de oper. liber. ubi iur̄m liberti de præstando operas arbitrio patroni intelligitur, si æquè arbitratus fuerit.

¶ Quartò est tex. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuſ. ubi si quis cum iur̄o fideiusserit pro eo, qui nec naturaliter, nec ciuiliter erat obligatus, ipse quoque nullo modo obligatur.

¶ Quinto induco. c. si diligenti. de fo. comp. vbi si clericus iurauerit se litigare coram seculari, iur̄m seruare non tenetur, qm̄ illud seruando fieret contra naturam, & decus ordinis clericalis, & sic contra publicam vtilitatem.

¶ Sexto allego tex. cum ibi nota. in l. quæro. §. inter locatorem. ff. locati. vbi promissio etiam iurata de non contraueniendo contractui intelligitur secundùm naturam cōtractus, videlicet si sibi conuenta seruentur, alioquin non obstante iuramento conductor expelli poterit. c. querelam. de iureiur. l. si quis maior. C. de transactio. cum ibi nota. c. fi. cum gl. ne præla. uices suas. ergo in terminis. d.l. si cōuenerit. iuramentum intelligetur, nisi conuentio re integra fuerit reuocata.

¶ Contrariā opinionē in terminis nostris sequuti sunt Io. de Imo. Aret. hic, Ant. in c. veniens. de iureiur. Ang. Fulg. Pau. de Cast. in d.l. si conuenerit. & Petr. de Anch. in cōsi. 162. seu. 142. & Decius hanc esse cōem opinionē hic attestatur. Quæ primo probatur, quia † iur̄m præcisè in forma specifica, & ad vnguem seruandum est, & non per æquipollens. c. ad nostram. il 1. de iureiu. iuncta. l. solutū. §. solutam. cum ibi no. ff. de pig. act. l. 2. ff. de compensa. l. solutionis. ff. de solutio. l. amplius non peti. ff. rem rat. hab. & ibi Bar. l. si constat. ff. de compensa. Quinimo magis præcisè debet adimpleri iur̄m, quā conditio, quæ specificè est adimplenda, iux. l. Meuius. & l. qui hæredi. ff. de condi. & dem. iuncto. d.c. ad nostrā. & l. si peculiū. §. 1. ff. de statuli.

184

185 ¶ Secundò † si in obligationibus facti iuratum sit, præcisè quis contra naturam obligationis facere tenetur, ut uoluit gl. in l. si pecuniam. ff. de condic. cau. da. in ver. necesse. iuncta. d.l. stipulationes non diuiduntur. & l. si quis ab alio. in fi. ff. de re iud. & hanc gl. sequuntur Abb. Inn. Imo. Ant. in d.c. ueniens. Soc. in rub. de verb. obli. in pe. col. & Roma. in rub. de arbit. in 25. col. Alex. in consi. 37. in 2. volu. & in consi. 91. eod. lib. in 3. col.

186 ¶ † Tertiò iur̄m in contractibus innominatis facit non esse locū pniæ contra eorum naturā, ut uoluit gl. in ver. necesse. in d.l. si pecuniam. iuncta. l. fi. ff. de condic. cau. dat. l. iurisgentium. §. igitur nuda. ff. de pact. & Soc. in d. rub.

187 ¶ † Quartum iuramentum continet in se clausulam, vt oīi meliori modo valeat, & φ actus, qui non potest ualere, ut sit, valeat saltem eo modo, quo valere potuit, ut in l. cum pater. §. filius matrem. ff. de leg. 2. ubi is, qui iurauit ut hæres institutus restituere, tenebitur restituere, etiam si ex testamento non succedat, sed ab intestato.

¶ Quinto induco tex. in auth. sacramenta puberum. C. si aduer. ven. ubi iur̄m supplet ætatem, ut actus ualeat, & seruetur id, quod iuratum fuit.

¶ Sextò est tex. in c. q̄uis. de pac. in vj. iuncta. l. si quando. §. 1. C. de inof. testa. vbi renuntians generaliter cum iur̄o oībus bonis & successioni paternæ etiam a lrīma exclusus dr̄, ibi, oīno seruari debebit, de hoc tn̄ videdum est, vt ibi

188 per Bal. Pau. de Cast. & alios. ¶ † Septimo, iur̄m hanc naturam hēt, vt omnino & semper seruandum sit, quoties sine interitu salutis æternæ seruari potest, etiam non considerata natura & qualitate actus, super quo interponitur. c. licet mulieres. de iureiuran. in 6. c. cum contingat. capit. si uero. extra. eodem titulo.

¶ Octauo induco. c. si debitores. eo. tit. ubi iurans soluere vsuras, cogit illas contra naturā vsurarū soluere, q̄ de iure diuino, canonico, nec solui, nec exigi dēnt. c. cū tu. de vsu. Ita dicēdū vr̄, si ī terminis. d.l. si cōuenerit. iuratū fuisset.

¶ Non obstat. ferè omnia in contrarium allega. nec etiam illud, quod uoluit Bart. in l. si quis in principio. in vlti. colum. ff. de lega. 3. & id, quod habetur in c. fin. per glossam in uersicu. reuocatus. de procurato. in sexto. & ibi Dominicus, & alij, ubi probatur iuramentum assumere naturam

189 turam actus &c.†quia primò respondetur, vt dicit Roma. in l. hæreditatem. ff. de donatio. quòd iuramentum assumit naturam actus secundum ius ciuile, vt in dictis iuribus, non autem secundum ius canonicum. Sed potius ecõtra contingit, vt in iuribus pro secunda opinione allegatis, & dicit Bal. in l. pactum. in j. col. C. de colla. quòd iuramẽtum nihil de iure ciuili operatur, nisi quòd ætatem supplet, sicuti facit malitia d. authen. sacramenta puberum, & in l. 3. C. si mi. se ma. dixe. Aliàs vero impossibilitates, difficultates & impedimenta non remouet. l. non dubium. C. de legibus. d. l. si quis pro eo. d. l. fi. C. de non numera. pecu. & l. quemadmodum. C. de agrico. & censi. lib. 11. De iure vero canonico ætatem supplet, ac omnia alia iuris obstacula & impedimenta remouet, dummodo illud adimplendo contra salutem animæ non fieret. c. j. de iureiur. & ibi Abb. gl. in c. j. de in integ. rest. in 6.

¶Verum hæc theorica Bal. videtur contra. d. l. cum pater. §. filius matrem. & contra gloss. in d. c. fi. de procurato. & ideo in terminis nostris opinio domi. Anto. Abb. & Decij de iure ciuili saluari potest, non autem de iure cano. quod in vtroque foro attendendum, & seruandum est: quia dicitur esse quid spirituale in hac materia iuramẽti, præsertim. c. fin. de foro compe. in 6. iunctis his, quæ habentur in c. j. de noui ope. nuntia. & c. fi. de præscriptio.

¶Sed contra hanc responsionem facit. ex parte. iuncto. ca. de cætero. cum ibi nota. de cleri. non resident. & id, quod habetur in c. fi. de procura. & per Bar. in d. l. si quis in prin. in vlti. colũ. vbi etiam de iure cano. iuramentum naturam actus assumit. c. querelam. de iureiur. d. l. quæro. §. inter locatorem. cum ibi not. & sic de iure canoni. quælibet obstacula non remouet.

¶Quare tu dicas, quòd aut seruando iuramentum substantialia actus destruerẽtur, & tunc etiam de iure cano. actus naturam assumit. d. l. fin. C. de non numera. pecu. glo. in d. c. fi. Barto. in d. l. si quis in prin. Idem quando illud seruando contra authoritatem superioris fieret, ut in c. venientes. cum ibi no. de iureiuran. Idem quando contra vtilitatem suæ ecclesiæ, vt in c. j. de iureiurand. c. ex parte, il 2. de cleri. non residen. cum simi. his enim duobus modis quis seruãdo iuramentum peccaret, argumen. c. 2. de maio. & obed. d. c. j. & ibi per Abb. gloss. in c. j. de in integ. resti. in 6. Aut iuramentum tenderet contra naturalia cõtractus & actus, seu illius accidentalia, & tunc non assumit naturam: vel accidentium actus, sed econtra. d. c. ad nostram. il primo. ca. debitores. capitu. cum contingat. c. si vero. supra alle. Itaq; etiam procedat & intelligatur id, quod dicitur de contractu innominato, ac de obligatione facti alia enim sunt substantialia, alia naturalia, vel accidentalia contractus, substãtialia, nec tolli nec remoueri possunt. Naturalia vero, & accidentalia facilius tolluntur. l. pacta conuenta. cum ibi no. ff. de contrah. emptio. l. cum precario. ff. de precario.

190 ¶†Item sciendum est, multiplicem esse naturam iuramenti. Primò enim habet naturam, ut præcisè, & specificè seruetur, secundum Bald. in d. l. fi. C. de non nume. pec. cum simi. s. alleg. glo. in d. l. si pecuniam. & d. c. ad nostram. Secundo, quòd actus valeat omni meliori modo. d. l. cum pater. §. filius matrem. Tertiò, quòd actus sit irreuocabilis, nec que locus sit pœnitentiæ gloss. in d. l. si pecuniam. Quartò: quia subintelligitur rebus sic stantibus, & nisi iusta causa superueniat. l. fi. ff. qui satisda. cogan. c. querelam. de iureiur. cum simi. Quintò, quòd omnino, & semper seruandum sit quando sine interitu salutis æternæ seruari potest. d. c. cum contingat. cum simili. Sextò: quia in eo semper authoritas superioris excepta intelligitur, vt s. dicto ca. venientes. Septimò semper vtilitas suæ ecclesiæ excepta dicitur. dicto c. ex parte. cum simi. s. deductis. Octauò, quod per iuramentum non intelligatur recessum a substantialibus actus, vt per glos. in d. c. fina. de procurato. in 6. Bar. in d. l. si quis in prin. in vlt. colum. de leg. 3. l. fi. C. de non numera. pec. iuncto. §. j. inst. de obliga. litera. Nonò: quia iuramentum supplet ætatem, sicut malitia. d. authen. sacramenta puberum. & per Bald. in d. l. pactum. in j. colum. C. de collatio. Decimo: quia facit rem desinere esse integram, vt patet in contractibus innominatis, in quibus aliàs & regulariter locus est pœnitentiæ, vt supra dictum fuit, argumen. eorum, quæ habentur in dicta l. si pecuniam. in principio in glossa, in versiculo, necesse. ex quo infertur, quòd in terminis dictæ legis, si conuenerit. vbi re integra pęnitentiæ & reuocationi est locus, si iuratũ fuisset, res integra esse desijsset, & ideo amplius pœnitentiæ locus non esset, quicquid hic voluerit Anto. Abbas, Decius & sequaces per ea, quæ ipsi adducunt, quæ facile ex prædictis tolluntur. Plures alios & infinitos effectus iuramentum operatur de quibus plenè per Ioan. de Im. in dicto c. cum contingat. in d. c. quintauallis. & per Anto. & alios, ac in variis aliis locis.

191 ¶Sum modo in oppositione facta de tex. in ca. dilecti. infra titu. proximo. †ex quo infertur, quod quis tenetur stare suæ promissioni factæ de litigando in certo loco, quamuis aliàs in illo litigare cogi non potuisset, quod videtur contra d. l. si conuenerit. & ea omnia, quæ supra dicta fuerunt. Abba. pro solutione dicit, quòd intelligendo illum text. in iudice delegato, prout supra dictum fuit, & est de mente Spec. & Ioan. And. in addi. in titu. de compe. iu. §. j. in 9. columna. ver. porrò, &c. ipse non aduersatur tex. in d. l. si conuenerit. qui loquitur in pacto de prorogando iurisdictionem, ille uero in pacto de non declinando iurisdictionem iudicis aliàs, & regulariter sui, contra quem aliqua exceptio declinatoria ratione priuilegii opponi poterat, iuxta l. si quis in conscribendo. C. de pactis. & consequenter concordat cũ textu nostro, qui similiter loquitur de pacto de non declinando, quod non est reuocabile. Hæc solutio satis est sustentabilis, & verbis illius tex. conuenit.

¶Secundo solui potest intelligendo eum tex. loqui de iudice ordinario, videlicet quòd episcopus habens illud priuilegium, de quo ibi coram Abbate iudice ordinario conueniebatur, qui non erat iudex suus, & contra eum de priuilegio fori opposuit, quòd coram ipso conueniri non poterat; tum quia suus iudex non erat; tum quia episcopus habebat priuilegium, quod Anglici citra mare, conueniri non possent. Sed replicatum fuit, quòd ipse in illo certo loco respõdere, & soluere promiserat, & per ipsum episcopum duplicatum, quòd ipse suam promissionem reuocare poterat: Papa autem ibi determinat, episcopum coram Abbate cõueniri potuisse, & ab eo ad soluendum cogi ratione de qua ibi. Quod videtur contra dictam l. si conuenerit. & prædicta: dicit Abbas, quod in dicta l. si conuenerit. simpliciter solum fuit promissum de respondendo, hoc est de litigando coram iudice non suo. At in dicto capitulo, dilecti. vltra hoc etiam promissum fuit de soluendo in illo loco, & ratione destinatæ solutionis ad eum locum ibi contraxisse cẽsetur l. contraxisse. ff. de actio. & oblig. & propterea ratione contractus ibi forum sortitus fuit. capitu. fi. cum simil. infra titu. proximo. & hoc modo intelligendo. dicto capitu. dilecti. debẽt exponi illa verba in eo alternatiuè posita. ibi, qui se certo loco respondere, vel soluere, vt stent copulatiuè non alternatiuè, & vel stet pro copula, iuxta quæ habentur in capitulo 2. de rescriptis. & l. sæpe. ff. de verborum significatio.

¶Prima & secunda solutio non placent: quia nec primus nec secundus intellectus placent. Primus enim verus non videtur; quoniam & si verum est, illum textum loqui de Abbate iudice delegato, coram quo episcopus vocatus fuerat, vt clare ex verbis literæ infertur, & primus intellectus præsupponit, vt ibi, quod cum Abbati sanctæ &c. super quadam pecuniæ summa contra prædecessorem suum literas impetrasset, & ibi, alioquin eidem Abbati nostris damus literis in mandatis, vt in commisso sibi negotio &c. quę verba clarè inferunt, ipsum Abbatem fuisse delegatum, neque vt ordinarium cognouisse, argumen. eorum, quę habentur in capitu. licet in corrigendis. & in capitulo graue. cum ibi not. per gloss. Abba. & alios de officio ordina. Tamen Papa ibi se in hac ratione non fundat, quòd episcopus, non obstante suo priuilegio, coram illo Abbate respondere, & litigare debuerit propterea quia esset delegatus Papæ, & sic iudex suus esset; quia Papam, eiusque iurisdictionem representabat, & Papa suus iudex ordinarius erat, vt in j. solutione pſupponitur, sed in ea se ratione fundat, quòd promiserit respondere, vel soluere in certo loco aduersarijs, ergo hic primus intellectus, prima quæ solutio ei cõueniens non placet.

¶Secundus quoq; & consequenter solutio, quæ ab eo dependet, non satisfacit. Primo; quia tex. vt dixi, de Abbate ordinario non loquitur, sed de delegato, vt verba innuunt, & demonstraui; tum quia velle, quòd ibi fuerit ordinarius est necesse præsupponere, quòd iurisdictionem ordinariã habuerit, vel ex consuetudine, iuxta quæ habentur in capitu. auditis. & in capitu. cum olim. de præscript. & argumẽ. no. in capitulo non satis. cum seq. de offic. Arch. & in capitu. olim. de cõsuetu. uel ex priuilegio apostolico exemptionis, in quo iurisdictio generalis & ordinaria data fuerit, iuxta tex.

ta tex.cum ibi not.in dicto capitu. graue.de offi.ordina.in dicto ca.auditis.& in d.c.cum olim.l. & quia.ff.de iurisd. om.iudi. quod esset diuinare: quoniam cum hæc in facto consistant in dubio non præsumuntur.l. in bello.§. factæ. ff.de capti.& postli.reuer.

¶Nec obstat, quòd Abbas regulariter ordinarius dicatur, vt in capitulo cum ab ecclesiarum.de offi.ordina. quia respōdeo,hoc verum esse respectu suorum subditorum, hoc est eorum, qui sunt de sua plebe, vt per gloss. per illum tex. in d.c.cum ab ecclesiarum.ergo respectu episcopi, eiusque subditorum non dicitur iudex ordinarius : quia episcopus abbati præest.& non econtra, vt not.in d.c. & probatur.in c. Abbates.18.q.2.ibique per totum.

¶Præterea,hic intellectus verus non videtur: quia cū text. loquatur de episcopo, qui alternatiuè promiserat in certo loco aduersariis respondere, vel soluere,non intelligi, neq; cauillari,quòd copulatiuè promiserit, ac alternatiua, vel ꝓ copula ponatur,hoc enim est violare tex.& contra eius mētem esse videtur.

¶Rursus hic secundus intellectus præsupponit,episcopum fuisse vocatum coram Abbate tanquam illius loci ordinario,in quo ipse respōdere, vel soluere promiserat,& in quo de iure cōmuni ratione domicilij conueniri poterat, quāuis ab illo ex priuilegio exemptus esset, prout intelligit Alexand.in dicta l.si conuenerit,quoniam istud dicere, itaque intelligere,maxima est diuinatio , & expresse contra illum tex.ibi cum ibi,& vbi domicilium habent , valeant conueniri , ergo locus destinatæ solutionis ibi nō erat locus domicilii, in quo regulariter,& de iure communi conueniri possent,ex quo ibi vt diuersa,ac separata ponuntur,& cōsiderantur.

¶Alex.vero in l.penul.C.de pactis.aliter illum tex.d.c.dilecti intelligit,quòd loquatur de eo,qui solum & simpliciter soluere promiserat,& tex.dicit respondere, vel, soluere,exponi debet,idest soluere,& sic dictio vel, stet expositiuè,ex quo inter duo idem importantia ponitur, sicut dicitur de copula,iuxta tex.in simili in l.j.ff. de pact.& in d.l.sæpe.ff. de verborum significa. & sic verbum respondere est idem, quòd soluere secundum Alex.vt probatur in l.3.& ibi glo. in ver.respondere.C.de procu.& no.Bald.in l.eam,quam. in 3.colum.C.de fideic.dicitque Alex.hoc bene esse notandum pro nouo intellectu.dicto capitu.dilecti.vbi qui simpliciter certo loco soluere promisit,cogitur ibi litigare, & inuitus conueniri potest ratione contractus, vel destinatæ solutionis: quia in eo loco,in quo soluere promisit,contraxisse videtur.d.l.contraxisse.& ita procedit dictum c.dilecti. At d.l.si conuenerit.& prædicta procedunt,quando qs non soluere sed simpliciter in certo loco,& sic coram iudice non suo litigare promisisset.

¶Hic intellectus Alex.non placet, neque verus est,quoniā. dicto cap.dilecti.expresse loquitur , quando quis expresse promisit non solum soluere, sed etiam respondere alternatiuè,& quamuis verbum respondere,quandoque pro soluere exponatur,ratione subiectæ materiæ,vt in iuribus. supra allegatis,tamen hoc procedit, quando per se absque verbo soluere poneretur, vt ibi,sed quando vtrumque expresse in vna dispositione copulatiuè vel alternatiuè poneretur , secus dicendum est;quoniam videtur tanquam diuersa poni vt in c. 2.de rescrip.cum simi.

¶Tu autem cogita,si text.ille intelligi posset,vt iacet, quòd ibi episcopus non obstante,suo priuilegio poterat citra mare conueniri coram Abbate delegato,quoniam promiserat in certo loco citra mare respondere, vel soluere ; quo fit,ut stante illa promissione potuerit ibi, ac etiam vbi domiciliū habet conueniri ad electionem creditorum,argumen. l. 3. ff.de eo,quod certo loco.vnde cum alternatiuè promiserit respondere,vel soluere aduersariis citra mare in certo loco fuit in electione aduersariorum creditorum hanc partem alternatiuè eligere nō autem in potestate episcopi debitoris hoc fuit, & consequenter ipsum penitere non potuit : quoniam licet in alternatiua rerum debitarū, siue promissarum electio sit debitoris,ut in cap. in alternatiuis. cum ibi

192 not.de regu.iur.in 6.†Tamen in alternatiua locorum,& remediorum electio est creditoris,& non debitoris,ne in potestate eius,sit, creditorem agentem impedire.l.3.cum ibi not.per gloss. ff.de eo,quod certo loco.& Alexan. in l.cum proponas.C.de transactio.l.quod in heredem.§.eligere.ff. de tributo.cum simil.& propter hoc in terminis.d.c.dilecti.episcopus debitor reuocare, & eum penitere nō potuit quia electionem de iure creditoribus debitam tollere nequiuit.¶Præterea,cum fuerit ꝓmissum respōdere, vel soluere in certo loco citra mare aduersariis,sequitur,quod in potestate aduersariorum creditorum fuit, episcopum uel in illo loco,uel in loco domicilii cōuenire & cogere ad soluendam summam debitam unà cum expensis , & damnis, ut ibi dicitur;illa enim promissio sic facta continet , quòd sit in potestate creditorum conuenire, in quo loco voluerint,vt ibi,& argumento dictæ legis tertiæ. Item quòd per prius conueniat,hoc est conuenire eligat, & successiuè cogat soluere non simul & semel,& hoc est,quòd important illa uerba respōdere,uel soluere &c.ut ex uerbis illius text. colligitur. Non potest ergo ibi locum esse pænitentiæ: quia ultra promissionem de litigando in certo loco non subdito, fuit etiam promissum alternatiuè,hoc est successiuè sol-

193 uere,& ratione destinatæ solutionis pœnitentiæ locus †nō est; quoniam quis forum sortiri, & iurisdictionem irreuocabiliter prorogare dicitur, hæc enim dicitur esse legis prorogatio,quæ fit ratione contractus,& delicti.d.c.fi.& redditur in inuitum,& sic dicitur irreuocabilis, vt ibi l.hæres absens.§.j.ff.de iud.cum simil. & hanc solutionem in terminis sensit Abb.hic in fi.uer.dum dicit,habent etiam locum supra dicta,quando simpliciter quis promisit respondere,secus si sit adiectum aliquid accumulans forum foro ut quia promissum sit etiam soluere. Facit quod uoluit Bal. in addi.ad Specu.in ti.de reo,& per Ange.ac alios in l.j.ff. si quis in ius uoca. non ier. quòd si quis promiserit coram tali litigare. Item & parere mandatis iudicis,in tantum dicitur prorogata iurisdictio vt pœnitentiæ locus non sit, neque hoc casu locum habet dispositio.dicta l.si conuenerit.vt etiam supra latius dictum fuit. & hæc sufficiant pro intellectu.dicto capitu.dilecti.& pro solutione huius contrarij.

¶Vlterius circa ea,quæ Abb.subordinat post illa uerba,habent etiam locum supra dicta &c. in illo ver. & quia ista materia quotidiana est, & semper quasi vt plurimum solet apponi in instrumentis solutionum hæc clausula,& promisit soluere Florentiæ,Senis,& vbique locorum petitum fuerit,& ibi respondere, videndum est de virtute huius clausulæ,& similium,& vtrum debitor,qui sic promisit vbique conueniri,ac contra eum simpliciter agi, vt verba sonant. Abb.hic post Anto.& alios,multa verba & dicta circa hác materiam effundit,& refert,quæ per legistas in d.l. si conuenerit.& per canonistas hic,& in d.c.fi.& in dicto c. dilecti.cum pluribus aliis locis latissime examinatur. Sed ego pro clariori intelligentia,& faciliori processu post Abb. pono & considero aliquos casus, quos omnes sigillatim examinabo.

¶Primus casus sit,quādo quis solum in vno loco certo sim

194 pliciter specificatio †puta Romæ soluere promisit , & tunc ratione destinatæ solutionis in illo loco inuitus respondere cogetur,neque reuocare,aut se pęnitere poterit in dicto capi.dilecti.& argumen.c.Romana.§.contrahentes. de foro compe.in fi.iuncta.l.contraxisse.ff. de actio. & obligat. & dicto c.fi.infra titu.proximo,sic inducendo,ratione cōtractus facti in loco quis forum sortitur, dicto capitu.fina. d.§.contrahentes.& d.c.dilecti.sed qui in certo loco soluere promisit, ibi contraxisse dicitur d.l.contraxisse . ergo in eo forum sortiri dicitur , ibique respondere cogitur, vt in dictis iuribus. Hoc tamen verum esse intelligas,quando in loco illo fuisset inuentus,& non aliter, vt probatur. in d.§. cōtrahentes.l.j.ff.de eo,quod cer.loco.& hic per Abb. qui supra quoque idem voluit in ver.sed circa prædicta,&c.& habetur per gloss.in d.l.hæres absens.§.j. necnon sensit id gl.& docto.ibi.in l.j.ff.si quis in ius voca.vi eximat in ver. pro non dato.

¶Animaduertas tu ipse, quia text.ab Abbate ꝓ hoc primo dicto allegatus, videlicet d.c.dilecti.ad casum hunc non facit. Sed per illum ego do & pono alium casum, quādo quis in loco certo specifico respondere, vel soluere promisissem, loquendo prout verba tex.iacent, non autem secūdum expositionem Alexandri, de qua in l.penulti. C.de pactis.vel exponendo, uel pro, & vt voluit Abbas , videlicet quando quis respondere & soluere promisit, quod tunc vtroque casu secundum diuersos intellectus dicti capituli, dilecti. promittens cogi poterit in loco illo non solum respondere, sed etiam soluere, etiam si ibi repertus non fuerit,& ratio est, quia si promissio facta simpliciter de soluendo in certo loco operatur, vt solum rn̄dere cogatur , & ita demū si ibi reperiatur , ergo quando esset promissum respondere,& soluere, vel alternatiuè respondere cogetur licet in loco per-

195 eo personaliter nõ reperiatur, vt illa verba respõdere,† iunctis verbis, soluere in illo loco, aliquid operentur vltra verba, promitto soluere simpliciter, posita per illum text. qui non requirit, quòd episcopus reperiatur. Nam in hoc casu videtur aliquid adiectum, per quod dicitur facta cumulatio prorogationis prorogationi, hoc enim modo prorogatio hominis, quæ fit de expresso consensu partium, iuxta d.l. si conuenerit. accumulatio prorogationi legis, quæ fit ex quasi contractu ratione destinatæ solutionis. Quomodo autem respondere cogi possit, si in loco non repertus fuerit, ex infra dicendis declarabitur, in hoc enim difficultas consistere videtur; quoniam si in loco non reperietur, quomodo ibi conueniri poterit, cum nec domicilium, nec bona ibi habeat? Nisi diceres, quod eo modo conuenietur, perinde ac si ibi solum domicilium haberet, citando per proclama, vel in loco domicilij ad effectum remissionis faciendæ per ea, quæ statim dicentur ex identitate, vel similitudine rationis per notata per glossam magnam in d.l. hæres absens. §. j.

196 ¶ † Tertius casus fit, quem pro limitatione primi casus. Abbas hic ponit ibi, hoc tamen commune dictum &c. quoniam hic casus a primo diuersus esse videtur, quando quis vltra quòd in certo, & determinato loco soluere promisisset, etiam foro suo renuntiasset; tunc enim in loco sui iudicis ordinarij conueniri posset, ad effectum remissionis faciendæ ad iudicem destinatę solutionis, si quidem promittens ac renuntians, vt supra voluisse videtur, vt etiam in causa ciuili remissioni locus sit, veluti est de mente gloss. singularis in l. j. in ver. pro non dato. ff. si quis in ius vocan. non ier. circa. fin. & hoc ibi sequitur Alexan. & est de mente gloss. in l. hæres absens. §. j. in gloss. mag. ff. de iudi. quamuis ea ibi dubitare videatur, cum pro parte contraria arguat, & hoc dictum huius gloss. refert & sequitur Roma. in sing. 282. incip. regula est, quod dicit notandum esse pro limitatione eius regulæ, quæ habet, quòd in delictis tantum & non in contractibus, seu in causis ciuilibus remissio locum habet, vt habetur per legistas post gl. in d.l. hęres absens. §. qui tutelam. & expressum est in d. c. Romana. §. contrahentes. iuncto. §. si quis vero. cũ sequen. in authen. vt nulli iudi. fallit enim ea regula in hoc casu. s. proxi. relato. Alius casus est, in quo in contractibus remissio locum habet, quando quis litigare iurauisset, & conueniri posse in loco cõntractus; iuramentum enim operatur, vt conuentus coram suo iudice ordinario super ipso contractu, ad locum contractus remitti possit, vt est tex. singularis in authen. de exhib. & introdu. reis. §. si vero quidam iuret, & hodie hoc habetur transumptiuè in authen. ei, qui iurat. C. de bonis autho. iud. possid. & per Romana. in dicto sing.

197 ¶† Quartus casus est secundum Roma. ibi, in quo in contractibus locus est remissioni, quando reus esset in maxima contumacia cõstitutus, & sic esset maximus sui iudicis ordinarii contemptor: tunc enim talis ad suum iudicem remitti potest per iudicem etiam non suum, vt est tex. singularis secundum Bald. in l. consentaneum. C. quomodo, & quando iud. cum glo. in ver. ad cogendum. & hoc in odiũ talis contumaciæ, vt ibi, & est de mente glo. in dicto §. contrahentes. in ver. inuitus. quinimo huiusmodi cõtumax in causa ciuili potest ex propria domo extrahi, & personaliter, ac realiter citari, vt colligitur ex d. gl. in ver. ad cogendum & in d. verbo. inuitus ibi, alii dicebant &c. vel glo. illa loquitur in casu proximè dicto, quando quis in maxima contumacia constitutus esset, & latitaret, iudex enim illius loci, in quo latitans reperiretur, eum remittere ad suum iudicẽ tenebitur, quæ nota pro limitatione. l. plerique. ff. de in ius vocan. videas Rom. in dicto sing. 282. qui hoc tres vltimos casus ponit, quibus tu addas quartum, de quo s.

198 ¶† Non omitto circa casum primo loco positum, quando quis promisisset simpliciter soluere in certo, & determinato loco, quòd si in eo non soluat, poterit in loco sui fori cõueniri actione arbitraria ad interesse creditoris, vt est text. & ibi glo. & docto. in l. vnica. C. vbi conueniatur, qui certo loco da. promi. quod interesse considerabitur respectu solutionis faciendæ: quoniam quandoque magis creditoris interest ei in vno loco solui, quam in alio, vt ibi, & argumẽto. l. tertia. §. nunc de offici. vt l. seq. ff. de eo quod cer. loco. cum simi.

199 ¶† Sed circa hunc primum casum Abb. dubium est, vtrum ille qui certo loco soluere promisit, ac in eo conueniri potest, si ibi reperiatur, ratione destinatæ solutionis, & cuiusdam quasi contractus, vt dictum fuit, possit in illo loco cõueniri, in quo realiter & cum effectu contraxit, si ibi forũ aliter nõ sortiebatur, gl. in d.l. hæres absens. §. j. & clarius. d.l. vnica uoluit quòd non; quoniam non ratione domicilii, nec rei conueniri potest: quia ibi domiciliũ nõ habebat, neque in eo loco res erat, nec etiam ratione contractus; qm ibi contraxisse nõ dicitur, sed in eo loco, in quo soluere promisit. d.l. contraxisse. ff. de actio. & obliga. l. 3. ff. de bonis author. iud. pos. l. penul. ff. de eo quod cer. loco. & pro hac opinione induco. l. exigere. ff. de iudi. vbi si maritus in domicilio vxoris, vel in alio loco instrumentum dotale fecerit, & soluto matrimonio dotem vxori restituere promiserit, dicitur ibi, quòd non in loco, in quo instrumentum celebratum fuit, sed in domicilio mariti mulier dotem exigere poterit: quia in illo loco ratione matrimonij & ipsa mulier domicilium habere dicitur, & hoc non est ex alio, nisi, quia maritus in loco sui domicilii soluere promisit, vt ibi præsupponitur. Hanc opinionem etiam sequitur Bart. per illum tex. vbi videtur casus in l. quæro. ff. de solutio. & ibi Ioann. de Imola, ac Paul. de Castr. & glossa. in dicta l. contraxisse.

¶Contrarium nonnulli alii voluerunt, & quòd etiam in loco, in quo actualiter contractus celebratus fuit, quis conueniri possit, vt refert gloss. in d.l. vnica. per d.l. hæres absens. in fi. ac l. omnem. ff. de iudi. & tangit glos. in l. 3. ff. de bon. author. iud. possid. Sed hæc duo iura non videntur facere; quia in fi. d.l. hæres absens. probatur, quòd is, qui in loco alias non soluere promisit, conueniri possit non solum in loco destinatæ solutionis, sed etiam sui domicilij. De loco autem celebrati contractus nihil dicitur. in d.l. omnem. quæ ad declarationẽ d.l. hæres absens. §. j. venire dicitur, vbi dictum fuit, quem posse conueniri in loco ratione contractus, dicit tex. postea in d.l. omnem. quòd in loco cõtrahere is dicitur, qui quomodocunque vel ex contractu uel quasi, siue per se, siue p aliũ in loco obligatur, & ideo ibi cõueniri poterit, vbi contraxit, sed qui in loco soluere promisit, in illo contraxisse censetur quo ad effectum conueniendi, non in alio. d.l. contraxisse. cum simil. ergo non dicetur contraxisse quo ad effectum conueniendi ipsum ratione contractus in illo loco, in quo instrumentum factum, fuit, & contractus celebratus. Ne contingat, vt quis eodem respectu forum in diuersis locis sortiri dicat: licet enim hoc diuersis respectibus fieri possit, non tamẽ eodem respectu, puta in loco domicilij ratione originis, & domicilij, ratione contractus in loco, in quo contraxit, ratione rei in loco, in quo res est posita, ut in c. fi. de foro compe. c. sanè. eod. titu. non autem in duobus locis ratione contractus.

¶Tu vero pro hac secũda opinione sic arguas, iste qui erat in loco non sui iudicis, & in alio certo loco etiam non suo soluere promisit, si in loco contractus actualis conueniri non posset, sequeretur, quòd de facili actor eludi ac decipi posset, quia in loco destinatæ solutionis conueniri nõ posset; nisi ibi personaliter esset inuentus. vt in d. §. contrahentes. & fatetur Abb. in primo casu, & ideo debitor creditorem deludere posset, locum illum non adeundo.

¶Huic rationi facilis est responsio: quia & si debitor non posset conueniri in loco, in quo actualiter contraxisset, neque in loco destinatæ solutionis, propterea quòd ibi repertus non esset, tamen conueniri posset in loco domicilij, vel rei, si rem dare teneretur, vt in dicto capitulo fin. & dicto capi. sanè. † forus enim domicilij cuilibet foro accumula- 200
tur. dicto c. dilecti. & dicta l. hæres. in fi. sicuti iuramentũ forum foro addit, vt in capitu. cum laicus. de foro competen. in sexto. si quis enim in contractu iurauit, poterit conueniri non solum in foro seculari ratione contractus, sed etiam in foro ecclesiæ ratione iuramenti. At hæres iurantis ratione iuramenti in foro ecclesiastico ad obseruãtiam contractu conueniri non posset: quia iuramentum est personale, & quò ad periurium personam non egreditur, vt uoluit Ioannes And. in capitu. de sepultur. Antonius in capitulo, cum sit. de foro competenti. refert Romanus in suo singulari 219. incipiente, tu habes &c. qui tamen de hoc dubitat, sed Baldus illud sequitur in l. prima. C. de rebus credi. & allegat Innocentium & Ioannem Andream in capitulo, ueritatis. de iureiurando. Ita quoque dicẽdum erit in casu nostro, nam etiam eodem respectu, puta domicilij quis in duobus locis forum sortiri potest, cum & in duobus locis domicilium habere ualeat, ut habetur in l. assumptio. ff. ad municipa.

¶Rursus pro hac secunda opinione potest induci. d.l. exigere.

gere.ff.de iudi.arguendo a speciali, siquidem speciale est in contractu dotis, vt non attendatur locus in quo instrumētum scriptum fuit, sed locus domicilij, vel destinatæ solutionis, vt ibi: nec enim id genus contractus est, vt & eum locum spectare debeat, in quo instrumentum factū est &c. & loquitur de instrumento dotis, ergo in contrarium est ius commune, vt etiam locus celebrati instrumenti attendatur, argumen.l.ius singulare.ff.de legi.cum simi. Itaque intellexit ibi Bar.d.l.exigere.licet multis quoque aliis modis intelligatur, vt ibi per gl.quia est tex.valde difficilis, neque adhuc bene intellectus.

¶Sed tu primo illi tex.respondeas, quicquid Bar.ibi dixerit non esse aliquid speciale in contractu dotis in terminis.d.l.exigere.quoniam specialia in causa dotis introducta fauore dotis ac facilioris exactionis introducta dicuntur, vt in l.j.ff.sol.matrimo. At profecto fauor dotis esset, quod mulier dotem suam non solum in loco domicilii, ac destinatæ solutionis, sed etiam in loco contractus dotis vere & actualiter celebrati exigere possent: quoniam maior fauor exigētis esset, vt in pluribus locis debitorem conuenire posset, quàm in vno tantum, vt probatur in argu. in l.3.§.qui Stichum.ff.de eo, quod cer.loco.d.c.fi.infra titu.proximo.& argumen.eius, quod de iuramento dixi. At in d.l.exigere. denegatur, inspiciendū esse locum, in quo dotis instrumentum scriptum fuit, sed locum tantum domicilij mariti, ergo respectu loci contractus celebrati nullus ibi fauor esset, nec aliquid dotis speciale. Item dicere, quod in d.l.exigere.maritus, seu eius hæredes in loco celebrati instrumenti inuenti non fuerunt, vel quòd non haberent bona, occasione quorum ibi conueniri possent, est maxima diuinatio, multumque restringitur ille text.qui generaliter loquitur, quicquid gl.ibi dixerit.

¶Præterea cum ibi dubitetur, an dos per mulierem exigi possit in loco celebrati instrumenti, a marito, eiusve hæredibus præsupponendum est, maritum, eiusve hæredem in loco illo adesse ac inueniri posse, alioquin frustra dubitaretur, quòd non possent ibi conueniri, vt supra in primo casu post Abb.dictum fuit.

¶Alij dicunt, quòd in d.l.exigere. alius locus erat contractus, alius scripti instrumēti, & alius locus domicilij, quodque ibi solum de loco instrumenti, non de aliis iudicatur, qui intellectus a Bar.reprobatur, quoniam diuinat.

¶Quid ergo in hac quæstione dicendum est, mihi pro nūc magis hæc secunda opinio placet, quòd non solum in loco destinatæ solutionis, sed etiam in loco facti & celebrati cōtractus, ac instrumenti conueniri possit. Primo: quia hoc est regulare, quòd in loco contractus ratione contractus quis conueniri potest dicto capitu.fin.dicta l.hæres.in fin. sed duplex est locus contractus, vnus in quo verè contrahitur, alius in quo fictè, ergo in vtroque conueniri poterit, quoniam eodem respectu etiam quis forum in duobus locis sortitur, vt supra.

¶Secundò, si in loco, in quo quis contraxit, hoc est in loco destinatæ solutionis, iuxta d.l.contraxisse. ratione contractus, uel quasi conueniri potest, vt omnes fatentur, & hic per Abb.ergo a fortiori debebit posse conueniri in loco, in quo contractus uere celebratus fuit, verum enim erit dicere, & magis propriè, quòd ratione contractus ibi conueniri dicatur; quia in loco contractus verè contrahi dicitur in loco autem destinatæ solutionis fictè, & impropriè.d.l. contraxisse. & fictio plus in casu ficto operari non debet quàm veritas in vero, iuribus vulgaribus.

201 ¶†Tertiò hanc opinionem probo, per d.l.exigere. nouiter illam inducendo, & præsuppono, quòd in conueniendi regulariter locis contractus, & quo fit instrumentum inspicitur.d.c.fi.d.l.hæres absens.§.j.& fin.cum simi.præter quā si aliquis contraxisset, inde statim profecturus tanquā mercator, aut aduena, vt in d.l.hæres absens.§.nunquid. cum seq. Item præsuppono, quòd in terminis.d.l.exigere.maritus erat aduena, & tanquam mercator statim domum reuersurus, & sic ius redeundi domum habebat, iuxta ea, quę aliàs supra diximus. Mod.in d.l.exigere. dos per mulierē exigenda est in loco domicilij, in quo dotis restitutio destinata fuit, & non in loco cōtractus, seu instrumenti dotalis celebrati: quoniam ibi maritus contraxit statim vna cum muliere recessurus, & hoc est quòd text. ille dicere voluit, ibi, nec enim id genus contractus, vt & eum locū &c. hoc est genus contractus facti ab eo, qui statim recessurus erat, non est talis generis, vt spectari oporteat & eum locum in quo instrumentum dotis factum est potius, quàm eum in cuius domicilium, & ipsa mulier per conditionem matrimonij reducta erat. Infertur ergo, ꝙ si nō essemus in casu, in quo contractus ab illis factus fuisset, qui animum statim tanquam aduenæ recedendi non habuissent, secus foret, ac etiam in loco contractus exactio fieri posset per illū tex.qui sic declarari debet.

¶Nec obstat, quòd ratione contractus quis conueniri possit: quia iureconsultus.in d.l.exigere.respondet, hunc contractum dotis non esse de illo genere, quod faciat inspici locum contractus potius, quàm domicilij, ratione de qua supra. Hæc est vera intelligentia illius literæ, & eam non cauillando, nec diuinando, ex qua defensio dictæ quæstionis pro hac secunda opinione infertur. Cogita.

¶Non obstat d.l.quæro.ff.de solu.inducta vt ibi per Bar.& Imo.quem etiam sequitur Pau.de Cast.in d.l.vnica. Nam ille tex.parum facit: loquitur enim solum de solutione, in quo loco sit facienda & quibus tutoribus, non aūt loquitur de foro, hoc est in quo loco debitor conueniri, & cōmpelli possit ad effectum vt solutio fiat in loco destinatæ solutionis: hæc fuit responsio Pau.de Castr. ibi, quæ mihi placet, itaque ego antequam ipsum viderem, respōdebam. Quòd autem in casu.d.l.quæro. exactio fieri possit in loco etiam celebrati contractus nedum in loco destinatæ solutionis, si ibi debitor repertus fuerit, probatur in l.Titium.§. tutores.ff.de admini.tut.vt ibi respondi, si prouincialis contractus est, non pertinere exactionem, videlicet in loco destinatæ solutionis, si ibi debitores non sint, ergo infert tex.ille, quòd in loco contractus exactio fieri possit. Itē pro hac differentia inter exactionem & solutionem faciendam est optimus tex.in simili.in l.3.§.qui Stichum.in uersi.quare & in proposito.ff.de eo quod cer. loco, vbi alternatiua locorum, vbi sit facienda exactio, est in potestate creditoris, alternatiua vero, vbi solutio fieri debeat, est in potestate debitoris.

¶Quintus casus sit, quando quis copulatiuè in pluribus certis locis specificatis soluere promisit, puta Pisis & Florentiæ, & Bononiæ: tūc pro rata diuiditur obligatio in plura loca expressa, vt debitor partē pecuniæ in quolibet loco soluere teneatur.l.3.§.si quis ita. il j.ff.de eo, quod cer.loco.& ibi Bart.Pau.de Castr.& alij. Idem dicerem, quando in pluribus locis certis specificatis quis soluere promisisset sine copula, puta promitto soluere Bononiæ, Mutinæ, Ferrariæ, tunc enim punctus est loco copulæ, arg.l.sæpe.ff.de verbo.signi.l. cum duobus.§.si in coeunda.ff.pro socio. & ibi Bar.in l.precia rerum.ff.ad l.Fal.

¶Prædicta sic confirmantur.procedit argumen. de personis ad locum, item de personis ad tempus. Bar.in l.qui plures.in prin.ff.de vulga.& pupil. At quando quis vnam summam duobus copulatiuè, vel sine copula promisit, cuilibet tantum pro rata & parte debetur.l.si mihi & Titio. ff.de verb.obliga.l.si pluribus.ff.de leg.j.Bar.in l. Gallus.§.quidam rectè.de lib.& posthu.ergo idem quando quis vnam summam in certis locis soluere promisisset copulatiuè, uel simpliciter sine copula, & hoc argumentum sensit gl.in d.l.3.§.si quis ita.il 1.

¶Hunc quintum casum vltra alios declaro, & limito procedere, quando creditor vellet pecuniam debitam exigere in locis adiectis solutioni: secus si in loco domicilii; quia tunc solidum ibi posset exigere, nam hic locus cuilibet foro accumulatur, & consequēter foro cuiuslibet loci in quo solutio in totū, vel ꝓ parte destinata fuisset.l.hæres absens. in fi.ff.de iudi.c.dilecti.c.fin.de foro competen. & dixi supra. Idem putarem, si creditor in loco exigere uellet, in quo uerè & realiter contractus fuisset celebratus: quoniam locus cōtractus foro illius loci, in quo solutio destinata fuisset, accumulatur, vt in d.l.exigere. inducta vt s̄.& tenendo opinionem illam quam sequutus fui, & l.Titium.§. tutores.ff.de administratione tutorum.

202 ¶†Sextus casus sit, quando quis in pluribus locis certis specificatis copulatiuè soluere promisit cum adiectione illius clausulæ, & vbicunque locorum, tunc enim exactio & petitio in solidum in vno loco tantum ex expressè denominatis fieri debebit, in quo ipsi creditori placuerit, argumento. d.l.3.§.quare.ff.de eo, quod certo loco. Nam si hoc casu distributio exactionis pro parte secundum expressionem omnium locorum facienda esset, profecto sic contingeret exactionem frustratoriam reddi, distribuendo pecuniam debitam inter omnia locatam expressa, & comprehensa sub nomine proprio quàm sub illis verbis generalibus vbicunque, argum.l.si dominus.in prin.ff.de leg.j. & eorum, quæ

quæ voluit Bart. in l. ita stipulatus. la grande. ff. de verborũ obliga. dum concludit, legatum, seu promissionem fundi simpliciter, vt pote quæ frustratoria & elusoria reddi possit non valere. Dicendum est ergo propter hoc contrahentes in casu nostro uoluisse solidum in vno loco tantum ex denominatis, seu aliis peti posse, arg. l. quoties. ff. de verb. obl. ff. de rebus dubiis. & ff. de regul. iur. & Abbas hic dicit, hoc fuisse de mente Bar. in d. l. 3. §. si quis ita.

203 ¶ † Hæc opinio Abb. mihi nõ placet, quia Bar. in d. §. si quis ita. hoc neque voluit neque sensit, vt infra statim dicam. Nam ex quo illa adiectio vbicunque locorum, cum copula facta fuit, non debet detrahere, sed potius augere. l. ea tamen adiectio. & ibi Barto. ff. de lega. 3. Vel videtur verius esse concludendum, quòd in hoc casu solum attẽdi debeat specificatio locorum copulatiuè expressorum reiecta illa clausula & vbicunque locorum, ne sequatur illud absurdũ, ꝙ in tot loca, quæ sub illis verbis vbicunque contineri possunt, pecunia debita pro rata distribueretur, vt supra dictum est, nam & cum pecunia proportionabiliter soluẽda esset in omnibus locis, & exactio in illis omnibus fieri nequeat, nisi debitor ibi repertus esset argumen. d. §. contrahentes. de foro compe. in 6. certè propter illa verba vbicũque exactio vel frustratoria, vel creditori præiudicialis redderetur: quia non est verisimile, debitorem in quolibet loco reperiri potuisse, & consequenter vtile per inutile vitiari non debet, præsertim in diuiduis. capi. vtile. de reg. iur. in 6. habetur per Bar. in l. j. §. si quis ita. ff. de verbo. oblig. sed nos sumus in diuiduis; quia solutio inter loca specialiter expressa diuidi potest, ergo illa verba vbicũque &c. tanquã inutilia sunt reiicienda; ea autem Bononiæ, Mutinæ &c. sunt attendenda secundum suam naturam, de qua in d. §. si quis ita.

204 ¶ Secundò in terminis istis procedit argumentum † de locis ad psonas, & contra, vt supra dixi, & sentit gl. in d. l. 3. §. si quis ita. alleganda. d. l. si mihi & Titio. sed si quis promisisset soluere Titio, & Sẽpronio, ac omnibus hominibus de mundo siue de hac ciuitate, promissio solum expressè nominatis facta, censeretur: tamen quia per hanc adiectionẽ promissio frustratoria redderetur: quoniam pecunia debita in tot partes distribui non posset, argumen. eius, quod dicitur in §. legari, cum seq. insti. de lega. cum simi. tũ etiam quia quando est facta dispositio de pluribus vniuersaliter, & aliqui nomine proprio, ac copulatiuè expressi fuerint, cũ adiectione aliquorum vniuersaliter, & per nomina collectiua, tunc primo denominati prius admitti debẽt exclusis his qui sub verbis vniuersalibus & collectiuis comprehendi possent. l. cum ita. §. in fideicommisso. ff. de leg. 2. l. fin. C. de verbo. signifi. vbi in vltimis uoluntatibus hoc diximus, ergo similiter in contractibus, & sic in casu nostro petitio & exactio facienda erit secundum loca nominatim expressa, non attentis comprehensis sub illis verbis vniuersalibus & collectiuis vbicunque.

¶ Non obstant ea, quæ voluit Bar. in d. l. 3. §. si quis ita. il 1. ff. de eo, quod certo loco. Quia ipse non loquitur in casu proposito, sed solum quando quis simpliciter vbicunq; seu vbique locorum soluere promisisset, quo casu de his locis intelligitur, in quibus repertus fuerit, & tunc secundũ Bar. ibi debitor poterit exigi in solidum in altero ex locis comprehensis sub illo genere & non in omnibus locis proportionabiliter, alioquin exactio sic frustratoria atque elusoria reddi posset, argumẽ. d. l. quoties, vt ibi per eum, hæc enim sunt verba Bar. ibi, istam legem intelligo, quando in stipulatione certa loca limitatè sunt adiecta, sed quando omnia loca generaliter sunt adiecta, in quibus quis inueniretur, puto, quòd debent intelligi, quòd in quolibet locorum totum soluere possit, aliàs stipulatio esset inutilis, ergo hæc interpretatio non debet fieri. l. quoties. ff. de reb. dub. ex quibus verbis infero, quòd in casu proposito quando duo uel tria loca specialiter expressa fuerunt, & adiecta illa uerba vbicunque locorum, perindè esse debet, ac si vltra loca expressa spãliter fuisset alius locus adiectus, in quo ipse fuisset repertus, & sic pro rata cuiuslibet loci exactio sit facienda: nam illa uerba vbicunque locorum, solum cum effectu in vno loco verificantur vel in quo fuerit petitum, vel inuentus, vt per Bar. in dicto §. si quis ita. & in l. Titium. §. tutores. ff. de admi. tut. & ideo perinde est ac si omnia loca fuissent nominatim expressa, argumen. l. 2. ff. de libe. & posthu. §. incertis. versicu. sub certa vero demonstratione. insti. de leg. & melius argumen. l. certum. ff. si cer. pe. l. si nominatim. cum si. ibi alleg. ff. de condi. & demonstra. l. hæc venditio. §. huiusmodi. ff. de contra. emp. l. hæc sententia, C. de sen. quæ sine cer. quant. profer. vbi nominatim dicitur expressum, quod solum sub verbis generalibus comprehendi potest, & certum dicitur, quod habita relatione ad aliud certificari potest: & dicit Bart. in d. l. Titium & Meuium. §. tutores quòd quando quis promisit soluere, ubicunque fuerit petitum, in loco in quo inuentus & conuentus fuerit, ibi contractum fuisse videtur ratione destinatæ solutionis, ideoque ibi respondere, & soluere cogitur. d. l. contraxisse. ff. de actio. & oblig. sed si promisisset posse conueniri, vbi inuentus fuerit tunc ibi litigare non cogetur: quoniam ante litem contestatam eum penitere poterit, per dicta l. si conuenerit. sed hoc vltimum dictum procedit secundum opinionem Bar. & aliorum tenentium, ꝙ in terminis. d. l. si conuenerit. litis contestatio requiratur, de quo supra dictum fuit.

¶ Ex prædictis habemus, quid per se illa verba a debitore prolata operentur, promitto soluere vbicunque locorum, quia intelligentur, vt in vno loco, in quo fuerit inuentus, contraxisse dicatur, & in eo respondere, & solidum soluere cogi possit, vt per Bar. in d. §. si quis ita. & in d. §. tutores. ac etiam in d. l. si conuenerit. Item & quid operentur illa verba generalia, vt s. prolata, cum aliis locis certis specialiter, & copulatiuè nominatis.

¶ Cæterum Abb. hic ibi, si vero aliqua: dixit, quòd quando
205 † vltra certa loca expressa illa verba generalia, & vbicunq; locorum, adiecta fuerunt, ea restringuntur ad alia loca, similia tamen, vel minora expressis, nõ autem dissimilia, vel valde remota. argumen. cle. non potest. de procu. c. sedes, de rescrip. & l. fi. §. cui dulcia. ff. de vino, oleo, trit. que leg. vbi verba generalia post posita ad res, seu personas similes expressis referũtur, & hoc uerum uidetur, etiam si promissor iurasset, siquidem iuramentum secundum naturã promissionis intelligeretur, argumen. l. fi. C. de non nu. pec. & l. fin. ff. qui satisd. cog. & quasi in terminis optimè faciunt ea, quæ ponit Bart. in l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis cau. in 1. col. ac etiam quasi circa fi. Alexan. in consi. 108. in 3. vol. Pet. de Anch. in consi. 415. Nam sub generalitate nõ comprehenduntur ea, quæ verisimiliter quis non esset specialiter concessurus, argumen. l. obligatione generali. ff. de pigno. & per Dyn. in c. generali. de reg. iur. in 6. & hęc opinio satis placet, quæ est de mente Barto. in d. l. si cõuenerit. in fi. ver. dum opponit, de d. §. quæsitum.

¶ Quid autem vltra prædicta, verba illa generalia de per se sine aliqua alia speciali expressione locorum prolata operẽtur dicit Barto. in dicta l. si conuenerit, quòd promissor solum in vno loco, in quo fuerit inuentus conueniri poterit, idemque voluit in dicta l. 3. §. si quis ita. ff. de eo, quod certo loco. & in dicta l. Titium & Meuium. §. tutores. ut supra dixi.

¶ Verum dubium superest, vtrum solum in vno loco, in quo alias de iure communi conueniri poterat, puta in loco contractus, domicilij, aut rerum, iuxta. c. sanè. capi. fi. & c. dilecti. de foro competen. & per Bar. in d. §. tutores. an vero in quocunque alio loco, in quo inuentus esset, vel solum in loco simili, & minori, & non loco dissimili, valdeque remoto. Barto. est sibi ipsi contrarius: quia in d. l. si conuenerit. ut Abb. hic refert, dicebat, quòd si promiserit soluere vbicunque creditor voluerit, tunc illa generalitas nihil ad præiudicium promissoris operatur, & pro non apposita habetur; quia ad casus iuris cõmunis duntaxat restringitur, & sic ad loca, in quibus de iure communi conueniri poterat, si huiusmodi promissio facta non esset, alioquin stante ea sic generaliter facta per verba liberam voluntatem importantia, iuxta l. fideicommissa. §. quamquam. ff. de leg. 3. cum simi. si in locis aliis vltra ius commune posset, vbi creditor vellet conueniri, etiam in locis remotissimis, & periculosis conueniretur, & vbique a creditore soluere cogi posset, quod non est dicendum, arg. l. quod dicemus. ff. de solutio. & bene ad propositum facit. d. l. sed & si. §. quæsitum. cum ibi no. per glossam & Bartolum in 2. & vltima columna, licet iuramentum interuenisset, vt supra, dixi, ubi conuentio indicialis facta per verba generalia ad præiudicium promissoris non valet, nisi sit facta per uerba specialiter casus certos comprehendentia.

¶ Bartolus vero in d. l. Titium & Meuium. §. tutores, aliter loqui videtur, & contrarium eius quod dixit in dicta l. si conuenerit. vt refert Abb. & mouetur Barto. in dicto §. tutores. eiusque dictum sequuti sunt Iacob. de Areti. Specul. in tit. de compet. iud. in §. 1. versic. quid si sit pactum, & Io. de Li-

de Ligna.& Abb.hic, quia per hanc promissionem de soluẽdo in quolibet loco, in quo petitum fuerit potestas cõueniendi ampliata videtur, ergo ea debet aliquid vltra ius commune operari,argumen.d.c.si Papa.d.c. si his. & d.l. ea.cum simi.

¶Tu autem dicas tex. in d.§. tutores. nihil facere: quoniã loquitur, quando aliquis certus locus fuisset expressus, & vltra essent adiecta illa verba generalia, & vbicunque petitum fuerit,quæ possent importare,quòd etiam in vno alio loco,in quo debitor fuerit inuentus, conueniri possit, dũmodo sit similis expresso, neque debitori multum præiudicialis,vt supra.

¶Nec obstat, quòd illa verba fuerint posita ad ampliãdam facultatem conueniendi, ergo aliquid operari debet: quia respondetur, quòd quando per se expressa sunt,si simpliciter de quolibet loco intelligerentur, in quo repertus esset; hoc debitori nimium præiudicaret, qui haberet soluere creditori vbiq; existenti cũ sacco parato, & ideo talis promissio nihil operari debet vltra ius commune, quoniam pro non facta habetur, vt supra dixi per d.§. quæsitum. & adiectio tunc ampliare dicitur, quãdo vltra expressionem specialiter factum aliquid aliud primo per copulam adijcitur, vt in d.§.tutores.& argumen.l. ea tamen adiectio. ibique Bar.ff.de leg.3.

¶Præterea inter dicta Bar.in locis præallegatis nullam cõtrarietatem video,imo vtrobique cõueniunt,magis amplè tñ loquitur in d.l.si conuenerit.ibi tria dicta ponit,in d.§. tutores.duo tñ ex illis tribus,nã in d.l.si cõuenerit.inquit, ꝙ si qs in quocũque loco in quo creditori placuerit,soluere promisserit,tunc extra locũ sui domicilij,& sic extra locũ iuris cõmunis conueniri non posset. Ratio est,quia verbum placere,denotat arbitrium boni viri,vt infra dicam. Propterea ad casus iuris communis restringitur,secũdum quos bonus vir,ac ius dicens arbitrari debet,argu.l.continuus.§.si quis ita.ff.de verborum oblig.& sic Bar.ibi non loquitur in casu quo promisisset soluere, vbicunque vellet creditor, veluti Abba. hic præsupponebat, sed quando in quolibet loco,in quo creditori placeret,& de hoc casu ipse non loquitur in dicto §.tutores;secundum quoque casum ponit in eadem lege,& eundem in dicto §.tutores. quãdo quis promisisset soluere in quolibet loco, in quo esset inuẽtus,seu petitum fuerit,& in vtraque lege concludit, quod non solum in loco,in quo de iure communi conueniri potest,sed etiam in alio, in quo personaliter inuentus fuerit; nam hæc promissio ad ampliationem venire dicitur, vt ſ. Addit & tertium in utroque loco, quando quis promisit posse conueniri in quolibet loco siue simpliciter, siue in quo inuentus fuerit, seu in quo petitum fuerit, & vbique concludit,promissorem tunc nõ posse cogi litigare etiam in loco, in quo inuentus fuerit extra ea, in quibus de iure communi conueniri potest: quia vsque ad litem contestatam locus est pœnitẽtiæ, cum sit pactum de porrigendo, quod vsque ad litem contestatam dicitur reuocabile, vel secundum aliquos,quousque iudex aditus fuerit, vt in d.l. si conuenerit.& ibi Bar.ac in d.§.tutores. ex quibus apparet Bar.sibi ipsi contrarium non esse †

206 ideoque super prædictis concludo, vt etiam videtur postea fuisse de mente Abb.hic,& prius de mente Bar.in locis præallegatis,quòd si per verba solũ generalia fuit promissum soluere in quocunque loco, seu vbicunque creditor voluerit, & sic per verba meram & liberam voluntatem importantia,iuxta.l. fideicommissa.§.quamquam. cum simil.ff.de lega.3.tunc promissor etiam iuxta loca iuris communis in aliis,in quibus personaliter inuentus fuerit,conueniri poterit, vt est de mente Bart.in d.l.si conuenerit.dum considerat uerba importantia arbitrium boni uiri, ergo contrarium sentit si promissio facta fuisset per verba liberam voluntatẽ denotantia, quæ facta ad ampliandum vltra ius cõe, & arbitrium boni viri, aliquid vltra per prædicta operari debet.

¶Non obstat d.l.sed & si.§.quæsitum; quia loquitur in renũtiatione generali exceptioni facta per promissionem in iudicio factam,ut ibi no.per glo.& Bart.Nos vero non de promissione de renuntiando, sed de soluendo id, ad quod de iure tenebatur.

¶Intelligo tamen hunc primum casum, quòd debitor in quolibet loco,in quo fuit repertus. conueniri possit, dummodo is sit aptus,& similis illis, in quibus de iure communi conueniri poterat,vt supra dictum est.

¶Si vero quis promisit soluere in quolibet loco, in quo creditori placuerit, uel per alia uerba arbitriũ boni viri denotantia iuxta ea,quæ habentur in d.§.qq.l.Thais.§.sororẽ. ff.de fideicom.liber.cum simi.hic per Abb.allegatis, tunc solum in illo loco conueniri poterit, in quo regulariter,& de iure communi conueniretur,vt voluit in terminis Bar. in d.l.si conuenerit.& Abb.hic, & ſ. dictum fuit.

207 ¶†Sinautem quis soluere promisit in quolibet loco,in quo petitum fuerit,vel in quo fuerit inuentus,& dic,vt per Bartol.in dicta l.si conuenerit,& in dicto §. tutores.& hic per Abb.

¶Et ex prædictis vltra alios quinque casus principales sextum quoque expeditum habes,quãdo quis simpliciter per verba generalia soluere promisit.

208 ¶†Septimus,casus fit,quãdo quis in pluribus certis locis alternatiuè,puta Romæ,vel Bononiæ soluere promisit: quia tunc in vno loco tantum ex illis duobus, vel pluribus ad electionem creditoris exigi, & conueniri debitor poterit. Quando verò debitor aliqua res alternatiuè in pluribus locis soluere promisisset; tunc electio solutionis, & rerum est debitoris,loci vero creditoris,vt est tex.no.qui hæc omnia probat,in l.3.§.qui stichum.ver.quare,& in proposito. ff.de eo,quod cer.loco.

209 ¶Octauus† casus fit, quando quis in pluribus certis locis copulatiuè,generaliter vero in quocunque alio loco alternatiuè soluere promisit;tunc enim in locis certis,& nominatim copulatiuè expressis debitor conueniri non poterit,nisi pro rata cuiuslibet loci, vt supra dictum fuit in primo casu, in locis vero comprehensis sub generali clausula insolidum in vno ex illis,in quo repertus fuerit conuenietur;hoc enim operatur alternatiua locorum, vt in dicta l. 3.ver.quare in proposito, iuncto §.si quis ita. Ex quo infero,quòd si creditor partem in vno ex locis certis exegisset, totum residuum ratione alternatiuè in vno comprehenso sub illa gñali clausula,si ibi repertus;fuerit exigere poterit.

210 ¶†Nonus casus fit, quando econuerso quis in pluribus locis certis alternatiuè,& generaliter in quocunque loco fuerit petitum vel fuerit inuentus,copulatiuè soluere promisit,puta Bononiæ, vel Mutinæ, & vbicunque locorum,in quo,vel quibus fuerit inuẽtus, circa quem casum satis dubito.Nam loca certa expressa alternatiuè operantur,quòd totum in vno loco tantum, item verba generalia quòd in vno alio loco tantum similiter solidum exigi,& peti possit, vt supra dictum fuit. Ergo videtur,quòd licet sic simul iũcta sint tantum in vno loco, in quo debitor inuentus fuerit,conueniri, & exigi possit, uerius tamẽ forte erit dicere, quòd pro parte debiti possit conueniri in vno loco ex illis, quæ certa expressa fuerunt,in quo repertus fuerit. Item ꝓ alia parte in vno ex illis locis comprehẽsis sub clausula generali,in quo similiter fuerit repertus,perinde ac si in duobus locis certis soluere promisisset;quoniam promissio facta de pluribus locis alternatiuè operatur, vt in vno solum ex illis,in quo repertus fuerit,conueniri possit.d.l.3. ea vero,& vbicũque locorũ operatur, ꝙ ẽt in vno solo comprehẽso sub generalitate,in quo sit repertus (vt dictum est) ergo copula, & in effectu reperitur posita solum inter duo loca,in quibus fuerit inuentus, & ideo debet operari,ut in quolibet loco illorum duorum pro parte conueniri possit, sicut quando inter duo loca certa est posita,ut in d.l.3.§.si quis ita.il primo,nam de illius natura est, vt simul copulata æqualiter admittantur,vt per Barto.& alios in l. Gallus. §.quidam rectè. ff.de libe.& posthu.l.si pluribus,in princ. ff.de leg.j.cum simi. & hæc quo ad hanc materiam quotidianam sufficiant.

¶Abbas continuando materiam glossarum duo contraria format, vnum super glo.in ver.donec.pro cuius solutione & declaratione materiæ, an causa excõmunicati sit tractãda antequam absolui possit,se remittit ad glo.& ad ea,quæ plenè not.in capi.ex parte. il j.de verbo.signi. & est bonus tex.in c.venerabilibus.§.secus.cum §. præceden.de sentẽ. excommu.in 6.

¶Aliud contrarium format super gl.fi.de text.in c.rursus. & in c. quicunque.11. q.3. pro cuius solutione multa ponit, varias opiniones referendo,super quibus ego.ſ. in no. multa dixi,quæ aliter non refero: vide, vt hic latissimè per eam: qui plurima dicit, & inter alia non displicet sequendo solutionẽ gl. ꝙ ꝑ lapsum anni excõicatus beneficio suo priuetur,vt in dictis iuribus,distinguendo,vt hic per Abb.

211 ¶†Quando autem, & qualiter ratione criminis quis suo beneficio ecclesiastico priuari possit,vel sit priuatus, habetur per glossam & doctores,ibi quæ Abb.in capitu.veritatis.de dolo & contumacia.& per glo. in summa.3.q.9.alia super

super hac materia huius contrarij non dico, sed me remitto ad ea, quæ. s. in notabilibus scripsi.

212 ¶† In vltima oppositione, quam facit hic Abb. contra hũc tex. omissis duabus præcedentibus, aliqua sunt attingenda, contra tex. sic opponitur, ex eo infertur, quod episcopus simpliciter citatus potuit ex simplici contumacia absque alia citatione excommunicari. Sed contra hoc fortiter facere videtur. Nam ad hoc vt ratione contumaciæ quis excommunicari possit, requiritur vt legitimè & competenter fuerit citatus. c. sacro. de senten. excommunica. cum gloss. ibi, nisi competenti ad monitione præmissa, hoc est trina dicit gloss. vt in c. contingit. eod. tit. il 2. bonus tex. in c. de illicita. 24. q. 3. in c. statuimus. & in c. constitutionem. de sen. excommunica. in 6.

¶Pro solutione Anto. dicebat, ꝙ vbicunque de manifesta contumacia in causa criminis, seu principali constat: vt quia ter vel peremptoriè citatus fuisset & comparere denegasset, tunc absque alia noua citatione contumax excommunicari potest, vt hic, cum si. supra allegatis: & hoc est speciale in sententia excommunicationis, quæ contra aliquem fertur ratione manifestæ contumaciæ, in alijs enim sententijs, & mulctis etiam ratione manifestæ contumaciæ ferendis noua citatio esset necessaria, vt not. Bar. in l. j. ff. si quis in ius vocan. non ier. per illum tex. dicit Anto. hic quod quando contumacia in conspectu iudicis commissa fuisset, tunc absque alia noua citatione iudex illum mulctare posset, & præsertim parte contumace præsente: tunc enim ad excusandam huiusmodi contumaciam nulla iusta causa allegari potest, secus vero si citatio requirit, vt in d. l. 2. & ideo secundum Anto. si contumacia fuerit manifesta, absens contumax ratione contumaciæ in expẽsis absque alia noua citatione puniri potest, secus si ea non fuisset manifesta, vt dictum est in multa, quamuis Cyn. & Pet. in l. sancimus. C. de iudi. aliter sentiant & velint, contumacem indistinctè & simpliciter posse absque alia noua citatione ratione suæ contumaciæ mulctari, & in expensis condemnari.

¶Abb. hic dicit, Ant. sibimet contrarium videri: quia supra dixit, speciale esse in sententia excommunicationis, ut data contumacia manifesta iudex absque noua citatione possit excommunicare, postea inquit, iudicem sine noua citatione posse mulctare, & contumacem in expensis condemnare. infertur ergo nullam esse specialitatem in sentẽtia excommunicationis, cum idem sit in aliis sententijs, qua ratione manifestæ contumaciæ feruntur, cuius contrarium expresse voluit hic Ant. itaque residet Abb. Ant. tanquam sibi contrarium impugnando.

¶Tu considera, non esse verisimile, Ant. incontinenti fuisse sibimet contrarium, argum. l. non ad ea. ff. de condi. & demonstra. propterea ita saluari potest, quòd aut cõtumacia est manifesta aliter, quam per confessionem, vel quam quòd in facie iudicis dixerit, se nollet stare iuri, vt qa personaliter, & peremptoriè citatus comparere noluerit, uel nuntio dixerit, se nolle venire; tunc speciale est in sententia excommunicationis, vt absque alia citatione possit excommunicari, & hoc est, quod Ant. primo loco dicere uoluit, secus est in alijs sententijs, & multis, quæ contra contumacem inferrentur, vt habetur in dicta l. secunda. & ibi Bar. Aut verò contumacia non solum est manifesta, sed vera, & notoriè cõmissa in conspectu iudicis, & tunc quia illa est maior contumacia, vt in ca. venerabilibus. §. secus. de senten. excommu. in 6. non requiritur alia noua citatio, vt hic est tex. not. hæc est speciale in sententia excommunicationis; quia hoc idem est in aliis sententijs, vt hic per Ant. secundo loco, cuius dicta ita concordari debent.

¶Idem dicerem, quando vltra contumaciam simplicem contumax in iudicio se fuisse contumacem cõfessus esset: nam tunc tam in sententia excommunicationis, quàm in aliis noua citatio non esset necessaria, sicut quando quis in conspectu iudicis, & notoriè contumax fuisset: quoniam hi duo casus æquiparantur, vt est tex. not. cum ibi no. per glo. in d. c. venerabilibus. §. secus.

¶Modo circa hunc articulum ex verbis Abb. aliquas conclusiones facio. Prima sit, ꝙ quoad mulctam imponẽdam

213 ratione † contumaciæ si ea sit manifesta & notoria: tunc non est necessaria alia noua citatio, & maximè illa trina, & in hoc non est differentia inter excommunicationem, & alias mulctas: quoniã cũ illa trina citatio solum ad conuincendam contumaciam fiat. l. contumacia. §. j. ff. de re iud. cum ibi no. per gl. sequitur, ꝙ si notoriè de cõtumacia cõstet, alia trina frustra fieret; quia frustra fit, quod factũ non releuat. l. aliquãdo. §. sub condictione. ff. ad Velleia. l. hæc stipulatio. §. diuus. ff. vt lega. nomine caue. c. 2. & ibi Ioan. And. infra de proba.

¶Hanc conclusionem sensit gloss. in cap. de illicita. 24. q. 3. circa fi. gl. magnæ. Inno. in c. ad petitionem. j. de accusa. & gloss. in l. tres denuntiationes. C. quõ & quando iud. & ad propositum optimè facit. c. qm̃ frequenter. in primo respõso, vt lit. non contest. vbi tex. æquiparare videtur, siue quis peremptoriè citatus comparere noulerit, siue malitiosè se occultauerit, ne citatio ad eum perueniret; vt etiam habetur per gl. in vers. contumacia. in d. l. contumacia. §. cõtumax. & ideo in terminis text. nostri, ex quo episcopus in iudicio dixit se nolle coram concilio respondere, & illicentiatur recessit, satis manifestè de eius contumacia constitisse dicitur, vt in d. c. venerabilibus. §. secus. Propterea absque alia noua citatione excommunicari potuit: & id quod de excommunicatione dicitur, procedit etiam quo ad aliam mulctam infligendam ratione contumaciæ. vt dictũ fuit.

¶Præmissa in simili confirmantur, nam quamuis ad sentẽ-

214 tiam diffinitiuam citatio sit necessaria. l. j. & † per totum. C. quomodo & quando iud. cum simi. tamen quando certum est, nullam absenti defensionem competere posse, sententia diffinitiua absque alia citatione ferri potest. l. 2. §. qd de frumentaria. ff. de admini. rerũ ad ciui. pertinen. vbi casus not. quem pro singulari allegat Roma. in suo sing. 231. & vide Bart. ibi. Faciunt etiam nota. in c. cum olim. de re iudi. in c. cum sit Romana. in fi. de appella. cum ibi no. vbi Paulus absentem & non citatum excommunicauit, quia notoriè peccauerat. Ita dicendum est in casu nostro, quòd cum notoriè & manifestè de contumacia citati constare dicatur, ille vlterius non est citandus: & hoc modo debet declarari, & limitari id, quod voluit Bar. in d. l. 2. ff. si quis in ius voca. non ier.

¶Pro hac conclusione Aret. hic allegat tex. in c. cum olim. de re iudi. & in l. nullum. C. de testibus. vbi in facto notorio citatio non requiritur, facit. c. quoniam. cum ibi nota. de fil. presby. & regulariter in facto notorio ordo iuris, seu iudiciarius non est seruandus. ca. ad nostram. il 2. cum ibi no. de iureiuran. ergo data notoria contumacia ipse contumax absque alia citatione puniri poterit.

¶Hæc ratio Aretini necessariò non infert; quia & si factũ est notorium, tamen excommunicatio absque citatione ferri non potest, nam ab homine non potest ferri excõmunicatio, nisi ob contumaciam, vt supra dixi in no. & argu. eorum quæ habentur in c. ex parte. de verb. sig. & in c. episcopi. 11. q. 3. & dicit Inno. in c. sacro. in gl. 2. de sent. excõ. quòd licet delictum sit notorium, tamen in excommunicatione citatio requiritur, quod Archid. & alii, quos Decius hic allegat, sequuntur per tex. in d. ca. sacro. qui generaliter loquitur.

¶Domini. de sancto Gemin. in c. j. de officio deleg. in 6. distinguebat, quòd quamuis in sacris notoriis trina citatio non requiratur, tamen saltem vnica requiritur ad hoc, ut quis excommunicari possit: nam in notorijs ordo iudiciarius vsquequaque non est omittendus. d. c. ad nostram. de iureiuran. quæ distinctio & concordia Dominici Decio non placet, vt hic per eum. Item est contra mentem doctorum hic, qui communiter indistinctè tenẽt, quòd stãte notoria cõtumacia in excõmunicatione, vel mulcta imponẽda, nulla citatio sit necessaria. Quare magis placet id, quod dixit Decius quòd aliud est, quem fuisse in notoria & manifesta contumacia constitutum, & tunc in excommunicatione ratione talis contumaciæ imponenda alia citatio nõ est necessaria, vt hic per Abba. & alios communiter, aliud est delictum esse notorium, & tunc in excommunicatione, quæ ab homine immediate propter illud factum ferri non potest, sed solum propter cõtumaciam. vt habetur in dicto cap. episcopi. & in dicto c. ex parte. cum simi. necessaria est citatio, itaque procedat dictum Inno. in d. c. sacro. approbatum vt supra.

¶Aduertendum est etiam circa ea, quæ Abb. in hac prima conclusione incidenter dicit impugnando Anto. tanquã contraria implicantem, non faciendo differentiam inter contumaciam notoriam, & manifestam, quod non videt procedere; nam alia est contumacia manifesta, alia notoria, prout sui natura notorium, & manifestum inter se differunt, ad not. in capitu. manifesta. 2. quæstio. j. & capitu. vestra, vbi omnes de cohabita. cleri. & mulie. Manifesta cõtumacia dicitur illa, quæ ex actis constare potest vt quando per-

do peremptoriè & personaliter citatus comparere noluit, d.l.cōtumacia.§.contumax.vel se ipsum malitiosè occultauit, ne citatio ad eum perueniret, vel impediuit, iuxta c.quoniam.§.porrò.vt lit.non contestata.vel quia citatus personaliter inuentus dixerit nuntio, se nolle comparere, vt per glo.in l.tres. C.quomodo & quando iud.& per ea, quæ habentur per Innocent. in dicto capitulo ad accusationem.in vltima colum.Nam in his casibus contumacia dicitur esse manifesta: quia ex sententia,& certo authore procedit,ac probari potest,iuxta no. in dicto capitu.manifesta.& in dicto c.vestra. & ratione talis manifestæ contumaciє quis puniri,seu excommunicari non poterit,nisi canonica monitione præmissa, & prout.infra in sequenti cōclusione dicetur.

¶Contumacia vero notoria est illa, quæ ex eo committit, ꝙ quis in iudicio confessus fuit se contumacem fuisse,quę confessio rem notoriam facit,vt not. in c.j.de accusa.in 6. in c.fi.de coha.cleri.& mul. & in d.c.venerabilibus. §.secus.Vel quando in iudicio citatus dixit,se nolle comparere,nec respondere,vel in cōspectu iudicis prædixit,se nolle comparere, vt in d.§. secus.cum ibi not. vt.s. quia post contumaciam iudex illum fuisse cōtumacem pronuntiauerit iuxta ea,q̄ habetur p Bal. in l.j.colū.j.in ver.quærit, Ioan.mo.C.de pęna iudi.qui ma.iud.& per Bar.in l.eius, qui delatorem.in prin.col.j.in versi.aduerte tamen.ff.de iure fisci.cum simil.Nam & talis contumacia notoria esse dicetur;quoniam sententia iudicis rem notoriam facit.d. c.fi.de coha.cleri.& mul.& tunc contumax excommunicari & mulctari absque alia noua citatione potest per ea, quæ hic adduxit Abb. & habentur per gloss. quam sic intelligo,in d.l.tres denuntiationes.iūcta gl.in d.c.de illicita.& sequitur Alex.in d.l.contumacia. in 6. limitatione. Dicetur ergo speciale esse in excommunicatione, vt dicebat.Anto.quia siue quis in manifesta, siue in notoria contumacia fuerit constitutus, poterit absque alia monitione excommunicari. Quare autem hoc in excommunicatione sit statim dicetur: sed quo ad mulctandum & aliter puniendum contumacem,erit differentia,an cōtumacia fuerit notoria,& tunc sine noua citatione puniri, & mulctari poterit, vt Abb.hic concludit,an vero fuerit manifesta,& tunc noua citatio est necessaria,vt per Bar.in d.l.2.& infra dicetur in sequenti conclusione,si autem contumacia nec notoria,nec manifesta fuerit,sed præsumpta & ficta,vt qa citatus fuerit ad domum,vel prout habetur in d.c.venerabilibus.§.idem est. per Inn.in d.c.petitionē.Alex.& alios in d.l.contumacia.& tunc indistinctè non poterit quis ex tali contumacia puniri,seu mulctari,ad no.p Bar.in l.vnica.in fi.in vlt.col.ff.si q̄s ius dicē.nō obtēp. Ang. in cōs.8.

¶Contra hanc primam conclusionem, quòd imo quando contumacia est notoria,requiratur noua citatio ad faciendam suam defensionem,Dec.hic allegat dictum no.Bart. in d.l.vnica.in prin. in vlti. verbis.ff.si quis ius dicen.non obt.qui dixit,quòd si contumax sit coram ipso iudice, qui vult mulctare,tunc nō est necessarius nouus processus ad mulctam infligendā,sed de nouo citari debet, & dari terminus ad se defendendum,ne mulctetur, per l.2.ff.si quis in ius voca.non ier.& sic Bar.ibi loquitur de contumacia, quæ fit coram iudice,quæ dicitur notoria,vt s̄. declaraui, ac Decius hic in 2.lectura præsupponit, & tamen vult necessariam esse nouam citationem.

¶Sed tu dicas,dictum Bar.nullo modo in contrarium facere,& miror Decium illud pro contrario allegauisse.Nā Bar.ibi non loquitur de contumacia notoria,sed de alia , puta de manifesta,vt patet ex lege, quā allegat , hoc est ex d.l.2.qui tex.loquitur de contumacia non notoria,quę in conspectu iudicis non committitur,vt etiam illum intelligit Bar. ibi, qui per eum dicit in casu nostro nouam citationem requiri.Et tamen Abb. & omnes docto.communiter illud dictum Bar.intelligunt non in contumacia notoria,sed in alia:ergo simpliciter voluit Bar. intelligere in d.l.vnica.in fi.prin. quoniam dictum docto.semper intelligi debet secundum legem quam allegat. Bar.in l.non solum.§.liberationis.ff.de libe.leg.

¶Præterea, quando contumacia est notoria in conspectu iudicis commissa,noua citatio nō requiritur : quia frustra fieret,vt s̄.item quia tūc nulla defensio,& excusatio competere potest,vt hic per Anto.& argum.tex.cum ibi nota. per gl.in §.nullus.2.q.6.vbi in notorijs non appellatur, & sic non datur defensio.

¶Non obstat,quod dicit Bar.in d.l.vnica.in fi.prin. Quia ibi non loquitur de notoria contumacia, nec etiam dicit, si contumacia fiat corā iudice,hoc est in facie iudicis, sed vtitur his verbis, si quidem talis contumacia sit coram ipso iudice,& sic sibi liquet &c.voluit dicere,quòd si contumacia sit commissa coram ipso iudice, hoc est in processu facto coram eo,& hoc(vt dixi) quando esset commissa in processu facto coram alio iudice,vt ibi clare per Bar.cuius verba hoc modo intellecta huic cōmuni conclusioni non aduersantur.

215 ¶†Secunda conclusio sit ex verbis Abb.quòd quando cōtumacia non est notoria(& sic Abb. omnem aliam contumaciam etiam manifestam includit) tunc ad mulctandū, seu aliter puniendū contumacem necessaria est noua citatio,vt voluit Bar.in d.l.2.per illū tex.inducendo vt supra.

¶Verba Abb.hic sunt consideranda:quia loquitur quo ad effectum puniendi & mulctandi contumacem aliter, quā per viam excommunicationis,quod bene,& cum ministerio facit quoniam videtur, quo ad effectum excōmonicandi citatio non sit necessaria, itaque speciale sit in excōmunicatione,vt dicebat Ant.& s̄.dixi. Sed hoc intelligerem, quando quis esset contumax manifestus; quoniam ꝓpter manifestam contumaciam absque noua citatione posset excommunicari, sed si non fuisset contumacia manifesta, neque notoria, verum præsumpta, ficta & non vera , tunc non posset etiam excommunicari, nisi præmissa noua citatione.d.c.sacro.cum simi.& per rationes. infra dicendas. & est de mente do.Anto. quia sicut ad condemnationem expensarum, seu quoad primum & secundum decretum sufficit pręsumpta & ficta contumacia,vt in cap.quoniam frequenter.circa fin.cum ibi not.vt lit.non contesta.l.cōsentaneum. C.quomodo & quando iud.Bar. inl.si finita. §.Iulianus.ff.de damno infect. Decius hic in 2.lectura,in fi.verbis,ita ad effectum excommunicationis,argu. d.ca. quoniam.in fi.

¶Hæc conclusio procedit secundum Abb. quoad pœnam & mulctam infligendam, quæ uenit extrinsecus, neque ipsum processum concernit, veluti quoad puniendum & mulctandum contumacem arbitrio iudicis, vel quo ad effectum,vt ipse a iudice priuetur aliquo officio,vel administratione.Tunc enim de nouo contumacis citatio requiritur:quia ipsi aliqua defensio competere,vel per eum aliqua excusatio,& iusta causa allegari posset, propter quam non puniretur,seu non tam grauiter,sed mitius,& ideo citatio est necessaria, vt in d.l.2.& argu.d.l.in causæ.§.causa cognita.ff.de mino. iuncta l.de vnoquoque.ff.de re iudi.Et hæc est declaratio Bar.in l.desertorem.ff.de re mili. itaque intelligantur no.per eum in d.l. 2.Secus quo ad pęnam,seu mulctā,quæ ipsum processum respicit,vt est ferre sententiam, mittere in possessionem ex primo & secundo decreto; quia tunc non est necessaria alia noua citatio, ut uoluit Bar.in l.si finita.§. Iulianus. ff. de dam.infect.& in l.consentaneum.C.quomo.& quā.iud.vbi voluit, ꝙ si iudex peremptoriè citauit cum comminatione procedendi ad sententiam,iuxta l.ad peremptorium.cum l.in peremptorio.ff.de iudi. vel ad vlteriora,prout de iure procedendum erit,si citatus fuerit contumax, iudex absque alia citatione in possessionem mittere poterit; & hoc etiā est de mente ipsius Bart.in d.l.desertorē. ex cuius verbis expresse hęc distinctio colligitur.Nam huiusmodi pęna dicitur esse pœna iuris , propter quam contumax non potest dici grauatus,& aduersus quam nulla defensio competit, arg. tex.no.in l.si qua.ff.de verbo.sig.vbi a pœna iuris appellari nō potest,sed a mulcta, quæ arbitrio iudicis imponitur, ratio ut ibi,ergo nil mirum si in imponēdo talem pœnam iuris,quæ processum concernit,contra contumacē, noua citatio nō requiritur;quoniam vbi certum est,nullam defensionem competere, iudex absque citatione procedit.l. 2.§.qd de frumentaria.ff.de admi.rerum ad ciui.pertinē.

¶Ex prædictis infero, quòd quo ad excommunicationem ferendam ratione contumaciæ contra contumacem,citatio noua non erit necessaria; quoniam illa est pœna contumaciæ a iure imposita,sicut est immissio bonorum,itaque dicitur esse pœna processum concernens,vt in capit. quoniam.in fi.vt lit.non contesta. Item est pœna iuris contra contumaces inuenta,vt hic,& in capitulo veritatis.de dolo & contuma.cum alijs. supra in no.adductis.& per hoc dici potest,non esse speciale in excommunicatione; quia data paritate terminorum idem est in aliis;facit,quod no. 216 in capi.caueat.3.quæstio.9.¶†Item hæc conclusio intelligitur,quando iudex in citando nō fuisset aliquam certam pœnam

pœnam, seu multam cōminatus, secus si fuisset comminatus, nam tunc ad mulctandum contumacem noua citatio non esset necessaria, ut uoluit Bar. in l. impuberibus. §. fin. ff. de suspec. tuto. sequitur Alex. in d. l. si finita. §. Iulianus. & in l. 1. in fi. prin. ff. si quis ius dicen. non obtemp. Dixi aūt certā pœnā, seu mulctā: quia aliud esset, qn̄ iudex simpliciter mulctare comminatus fuisset, nō expressa certa pœna; tunc enim absq; noua citatione mulctare non posset, vt uoluit Bar. in d. l. 1. in prin. & ibi Alex. ¶Decius hic contra prædicta subtiliter considerat. Nam ideo ad mulctandum & puniendum contumacem, quando contumacia non est notoria, requiritur citatio: quoniam aliqua sibi defensio competere potuit, puta ratione iusti impedimenti, iuxta dictum capitul. venerabilibus. §. idem est. cum ibi nota. per glo. in uer. impedimento. l. contumacia. §. 1. ff. de re iudic. dict3 l. 2. ff. si quis in ius vocan. non ier. & l. 3. §. si ad diē. ff. de re milita. Propterea quando contumacia est notoria, alia citatio non requiritur, quia satis apertè constat, nullam tunc defensionem competere, vt s̄. dictum est, ex hac ratione infertur, q limitationes & declarationes. s̄. traditæ non posse procedere vidētur, quoniam etiam in dictis duobus casibus contumax iusto impedimento fortè impeditus esse potuit, itaque aliqua sibi defensio competit, ad quam allegandá citari debuit, arg. l. de vnoquoq;. ff. de re iudic. & d. l. in causæ. §. causa cognita. ff. de mino. iuncta. d. l. 2. §. 1.

¶Sed tu saluando has limitationes, & præsertim illam, quā facit hic Abb. ex mente Bart. in d. l. si finita. §. Iulianus. in d. l. consentaneum. & in d. l. desertorem. Dicas, q Abb. hic loquitur, quando contumacia non esset notoria: vt quia esset manifesta, prout declarauit, & sic quando nulla defensio contumaci competere poterat, & ideo cum ex impositione pœnæ, uel mulctæ grauari non posset tum quia esset pœna iuris, tum quia iam per iudicem certa pœna esset cōminata, potuit contra ipsum absq; alia citatione procedit.
217 dicta l. 2. §. quod de frumentaria. ¶†Secundá ratio, quare in contumacia non notoria citatio requiritur, ueluti s̄. cōclusum fuit, est, quia mulcta, quæ ratione contumaciæ infligitur, arbitrio iudicis imponi dicitur, ut in l. unica. in prin. ff. si quis ius dicen. non obtemp. d. l. 2. §. 1. ff. si quis in ius uoca. non ier. l. 2. l. mulctarum. & per totum. C. de modo mulctā. & ideo contumacis interest, ut citetur ratione grauaminis, quod ex dicta impositione sequi posset. l. de; vnoquoque. cū ibi no. ff. de re iud. & per totum. C. quomodo & quando iud. ¶Verum attenta hac ratione sequeretur, q idem esset in contumacia notoria, ut contumax, qui arbitrio iudicis mulctandus esset, citari deberet, quoniam iudex mulctam arbitrando modum excedere posset, itaque partem grauare, cuius contrarium in prima conclusione fuit conclusum. Propterea Decius hic in fi. verbis primam conclusionem restringit ad casum, quando pro contumacia notoria uel pœna a iure statuta, & sic iuris imponeret, uel pœna non arbitraria, sed certa prius āb ipso iudice comminata, quę declaratio dictam conclusionem valde restringit, & expresse contra mentem docto. communiter esse videtur, qui simpliciter volunt, q stante contumacia notoria contumax puniri possit, & sic arbitrio iudicis, argumen. d. l. si qua. & d. l. unicæ. absq; alia noua citatione. ¶Vnde tu
218 respondeas, q idcirco in notoria contumacia † alia citatio non requiritur, quamuis ex pœna, seu mulcta contumax grauari posset, quoniam in notorijs iuris ordo non est seruandus, arg. d. c. ad nostram. cum simi. s̄. allegatis. Item qa cum notoriè constet de contumacia, certum est, amplius ipsum non compariturum, in certis enim non est locus cōiecturis, arg. no. per gl. in d. l. tres denuntiationes. ac. s̄. dictum fuit. ¶Præterea, notoria contumacia est illa, quæ in conspectu iudicis fit, vt s̄. & hic per Anto. ideo punitur in hoc grauatus, ut absq; citatione mulctari possit, arg. c. cum sit Romana. in fi. de appel. & d. c. venerabilibus. §. secus. cū his, quæ habentur in d. l. contumacia. & in §. nullus. cum ibi no. 2. q. 6. ¶Sed contra omnia ea, quæ Abb. & alij doct. hic communiter dicunt, & præsupponunt, nouiter unum, quod modo dicam, fortiter facere videtur, & tenendo primam conclusionem videtur, q semper & omni casu ad puniendum & mulctandum contumacem aliqua noua citatio non sit necessaria, quoniam ratione contumaciæ quis puniri & condemnari non potest, nisi ea fuerit notoria, qd
219 satis manifestè ita demonstro. † Nam ad hoc, vt ratione contumaciæ quis puniatur, iudicis pronuntiatio & sententia requiritur, qui declaret, ipsum in non comparendo, vel in non veniendo, uel in non respondendo, uel in non iurādo contumacem fuisse, alioquin puniri non posset, ut est tex. & ibi Barto. in l. eius, qui delatorem. in prin. ff. de iure fisci. gl. no. in c. fi. de iura. calum. & in authen. principales. C. eod. ti. Ioan. And. in c. 2. de confes. in 6. vbi glo. Bald. in l. 1. C. de pœna iud. qui ma. iud. in 1. colum. ver. quæritur. Ioan. mona. Bal. in l. transigere. in ult. colum. C. de transactio. Pau. de Cast. in cons. 33. super primo, &c. Pet. de Vbal. in quodam suo consi. incip. in Christi nomine amen, dicēdum est, dictam appellationem, ergo antequam iudex ratione contumaciæ aliquem mulctet, semper de contumacia notoriè constare dicetur, quia sententia & pronuntiatio iudicis, quæ mulctam ipsam præcedere debet, facit rē, hoc est contumaciam dici notoriam, ut in c. fina. vbi habetur, de cohabi. cleri. & mulie. cum simi. & no. in capi. 1. de accusa. in 6. Stante, ergo prima conclusione pro vera semp ratione cuiuslibet contumaciæ iudex absque alia noua citatione mulctare poterit per prædicta. Ex quibus infertur, uel quod secunda conclusio. s̄. tradita vera non uidetur, uel tenendo illam, dicendum est, q prima conclusio de cōtumacia notoria non sit uera. ¶Cæterum vtranque saluando, forte pro solutione dici posset, q plures doc. dicunt & tenent, non requiri aliquam iudicis declarationem, & pronuntiationem super contumacia, vt uoluit Bar. qui in hoc sibi cōtrarius uidetur, in d. l. si finita. §. Iulianus. col. 4. uer. procedo vlterius. per glo. no. in l. sancimus. in uersi. per cōtumaciam. C. ad Trebel. quæ sentit, satis, esse contumaciā ex actis constare, absque eo, q aliter super ea pronuntietur, illa glo. tamen plura in contrarium allegat, & primo loco contrariam opinionem ponit. Item non uidetur, loqui ad effectum, vt contumax de sua contumacia puniatur; sed quoad effectum, ut in fideicommissarium actiones utiles transferantur propter contumaciam grauati; quoniam cū lex illa uelit propter contumaciam grauati actiones utiles ipso iure in fideicōmissarium transferri, de contumacia ex ipsis actis constare sufficeret, ut ibi per illū tex. iuncta glo.
¶Ex quibus infero, q in casu nostro, in quo ipso iure contumax propter eius contumaciam non punitur. d. l. 2. ff. si quis in ius uocan. non ier. d. c. quoniam contra. in fin. cum his, quæ habentur in d. §. Iulianus. cum simi. declaratio iudicis super contumacia erit necessaria. ¶Opinionem tamē Bar. in d. §. Iulianus. sequi videtur Alex. ibi; quia secundū eum iudex contra contumacem absque alia expressa pronuntiatione ad ulteriora procedendo, tacitè super ipsa cōtumacia pronuntiare videt, & sic Alex. voluit, non requiri expressam iudicis declarationem, sed tacitam sufficere per processum ad vlteriora, & hoc inquit probari ex. l. ait prætor. §. permittitur. ff. de mino. iunctis not. per Barto. in l. a procedente. C. de dila. faciunt in simili, quæ habentur in c. ex parte. il 3. de appella. verum cum Alex. ipse in l. manifestæ. ff. de iureiuran. super hoc in alia sit opinione, ut ibi p eum, idcirco insistere multum non curo super eius dictis in d. §. Iulianus. ¶Et quoniam docto. magis communiter sequi uidentur id, quod uoluit Bar. in d. l. eius qui delato-
220 rem. ideo aliter respondendum est. †Quare dico, q quādo reus est contumax, non potest contra eum ratione contumaciæ procedi, nisi primo actor & aduersarius compareat eiusque contumaciam accuset, arg. l. properandum. §. sin autem. C. de iud. & per Bar. in d. §. Iulianus. col. 2. uer. procedo ulterius. cum sequenti, & nisi ipse iudex illum cōtumacem pronuntiet, ut per Bar. in d. l. eius, qui delatorem. & p glo. in d. c. fin. cum simi. & pronuntiando, super contumacia, uno contextu, eademque sententia illum mulctare, & ad ulteriora procedere debet, puta sic dicendo, visis citationibus, & visa contumacia Titij pronuntio ipsum fuisse cōtumacem, & contra ipsum in eius bonis immissionem faciendam, seu ipsum condemno & mulcto in tali quantitate &c. per ea, quæ ponit Bar. in d. §. Iulianus. colum. 4. & in l. consentaneum. C. quomodo & quādo iud. cum his, quę habentur in d. l. 2. & si ita iudex procedat, non erit verum dicere, q ante mulctam impositam contumacia dicatur p pronuntiacionem, & declarationem iudicis facta notoria: quoniam cum simul & semel fiat contumaciæ declaratio, & mulcta pro ea imponatur, seqtur, q per prius de notoria contumacia constitisse non dicitur, per tex. in arg. in l. contractus. C. de fid. instrumen. & argumen. tex. in cap. cum dilectus. de cau. poss. & proprie. & not. in capitul. 2. & in c. ecclesia vestra. eodem titulo.
¶Tertiò respondeo, q contumacia notoria in terminis nostris omnem citationem excludit, quando ea per se aliter

est notoria, ac per prius, quam per sententiam iudicis, vt s. in prima cõclusione dictum est. At quando in se non esset notoria, quamuis per declarationem iudicis efficeretur, tamen ad mulctandum citatio erit necessaria, & hoc modo secunda conclusio intelligatur.

¶Dici ēt forte potest, ꝙ quãdo contumacia est in se notoria sicut citatio non est necessaria, ita nec declaratio, & pronũtiatio sup cõtumacia; quoniã in notorijs iuris ordo nõ est necessarius, iuribus. s. allegatis: & ita potest intelligi id, qd uoluit Bar. in d. §. Iulianus. sed quando contumacia per se notoria non esset, tunc in ea ordo iuris seruandus esset, & sic declaratio iudicis foret necessaria, item & citatio ad mulctandum, ut per Barto. in d. l. eius, qui delatorem. & in d. l. 2. ff. si quis in ius voca. non ier. & hoc modo opiniones Bar. contrariæ, de quibus in d. §. Iulianus. colũ. 4. & in d. l. eius, qui. concordari possent, cogita tamẽ super præmissis.

¶Item ex uerbis Abb. ibi, quid autem dicendum in condẽnatione expensarum, tertiam facio conclusionem, quòd

221 †contumax in expensis absque aliqua noua citatione condemnatur, ut uoluit glo. in capi. constitutis. & Innocen. in c. querelam. s. de procura. Ioan. And. in c. fi. de dolo & cõtuma. Cyn. in l. sancimus. C. de iudi. in 13. q. & ibi docto. Bar. & Salice. cum simi. allegatis hic per Decium, qui dicit hanc esse communem opinionem Ioan. de Imola in l. quidam consulebat. ff. de re iudica.

¶Limitatur hæc conclusio procedere, quando in citatione iudex fuisset comminatus se ad vlteriora, hoc est ad condẽnationem expensarũ processurum, nisi comparuerit, ut in l. consentaneum, secundùm vnam lecturam. C. quo. & qñ iud. secus si simpliciter quis ad se defendendum citatus fuisset; tunc enim si fuerit contumax, in expensis condemnari non potest, nisi præambula noua citatione. & ratio huius vltimi, ac huius diuersitatis est: quoniam quãdo citatio facta fuit cum comminatione ad ulteriora procedendi, illa citatio sufficit etiam quoad expensarum condemnationem, cum videatur facta non solum ad effectũ causæ principalis, sed etiam quo ad alia vlteriora, & sic quo ad expensas; quando verò simpliciter ad se defendendum citatio facta fuisset; tunc ea solùm quò ad causam principalem prodest, & ideo ad hoc ut iudex in expensis condemnare possit, denuo contumacem citare debet ad videndum, seu cõtradicendum, ne in expensis condemnetur. Ita voluit Bar. in l. non ignorat. C. de fructi. & lit. expen. & sequitur Abb. hic, facit. l. aut qui aliter. ff. quod vi, aut clan. cum ibi no.

¶Hæc declaratio mihi satisfacit, quicquid dixerit hic Decius; quoniam ex quo in citatione facta fuit comminatio de procedendo ad ulteriora, & maximè super expensis, concludendum est nouam citationem non esse necessariam ad hoc, ut illa comminatio aliquid opereretur, neque sit superflua, prout esset, si intelligeretur de procedendo ad ulteriora solum respectu negotij principalis; quoniam absq; illa p simplicem citationem factam ad se defendendum iudex super negotio principali ad vlteriora procedere poterat, ut in dicta l. consentaneum. & in d. c. quoniam. in fi. not. in c. caueant. 3. q. 9. & uerba semper ita intelligenda sunt, ne sint superflua, sed ut aliquid operentur, iuribus vulgaribus. Ad hoc etiam faciunt ea, quæ. s. dicta sunt in 2. conclusione, in secunda declaratione post Abb. ibi.

¶Et ex prædictis habemus, ꝙ differentia est, an propter cõtumaciam procedatur ad immissionem bonorum ex primo & secundo decreto; quia tunc noua citatio requiritur, vt s. in secunda conclusione. An uerò procedatur ad condemnationem expensarum, & tunc noua citatio nõ est necessaria, nisi simpliciter facta fuerit citatio ad se defendendum, ut hic per Abb. ¶Tu autem dicas, ꝙ in effectu, si bene prædicta considerentur, non est differentia inter immissionem ex primo & secundo decreto, & cõdemnationem expensarum; quoniam neutro casu noua citatio requiritur, si in utroque facta fuerit in citatione cõminatio de procedẽdo ad ulteriora, ut ex prædictis patet.

222 ¶†Secundò hæc tertia conclusio limitatur habere locum, quando iudex uellet simpliciter condemnare contumacẽ in expensis, illas aliter non taxando, secus si ultra condemnationem expensas taxare vellet, tunc enim necessaria esset noua citatio, ita colligitur ex his quæ uoluit Do. in c. 1. in prin. in fi. de rest. spo. in 6. ratio diuersitatis est, quia quãdo iudex simpliciter in expensis condemnaret, contumacem grauare non diceretur: quia exequeretur ius. l. sancimus. C. de iudi. no. per gl. sum. 4. q. 5. vnde cum hæc condemnatio iuris potius, quam hominis dicatur, non debet citatio necessariò fieri per prædicta, maximè arg. d. l. 2. §. quod de frumentaria. secũdo uero casu noua citatio requiritur, q̃a in taxando expensas posset grauare, modum excedendo, vt habetur maximè per Bal. in l. terminato. C. de fructi. & lit. expen. & arg. l. de vnoquoq;. cum ibi no. ff. de re iudica. cũ simi. ¶Contrarium tamen in hoc ultimo videtur uoluisse Bal. in c. 1. in prin. in 2. col. ibi domini sacramento, si de inuest. inter do. & uas. lis oria. in vsib. feudo. Et ad hoc allego tex. cum gl. in c. constitutis. de procu. vbi etiam quando iudex uult contumacem in expensis condemnare cum illarũ taxatione, uidetur hoc posse facere propter simplicem contumaciam absq; alia citatione, & ita illum tex. ad hoc ponderat ibi gl. in uer. taxatione.

¶Nec uidetur bona responsio, quam illi Abb. hic in fi. uer. accommodare uult, ꝙ intelligatur, quando quis peremptoriè citatus fuisset cum comminatione procedendi ad ulteriora, quoniam hęc responsio diuinationem sapit, quæ ex alio quoque dona non uidetur, quoniam illa comminatio de procedendo ad vlteriora satis dicitur operari, ex quo operatur, ut iudex possit sine noua citatione in expensis cõdemnare, citra tamen illarum taxationem, quam sine citatione facere non potest per pr(e)dicta. Quare tu illi text. respondendo dicas, ꝙ inquantum ibi præsupponit, auditorẽ condemnasse contumacem absentem in expensis illas taxãdo, debet intelligi seruatis seruandis hoc est citatione præmissa, neque contrarium ibi dicitur, cum solum dubitetur an contumax in casu illius tex. in expensis possit condemnari cum illarum taxatione & decidetur ibi, ꝙ sic: qualiter autem illa condemnatio & taxatio fieri debeat, ibi non decidit ur, nec est de intentione Papæ, quoniam super hoc non dubitabatur.

223 ¶†Item ex uerbis Abb. ibi, quoties autem iudex &c. colligitur, ꝙ quando idem delictum, puta contumaciæ sæpius circa idem reiteratur, sed non ad iniuriam & damnum alterius, tunc iudex solum ter in anno punire & mulctare potest. ut est tex. in l. fina. in versicu. id, quoque. C. de modo mulctan. & habetur per Roma. in l. 1. in 9. colũ. per illum tex. ff. de arbi. secus si delictum circa diuersa committeretur, vel sæpius in iniuriam & damnum alterius tunc enim iudex toties delinquentem punire & mulctare posset, quoties delinqueret, ut in l. nunquam. ff. de priua. delic. c. j. de pœnis. itaque tenet & declarat Bar. in d. l. nunquam.

¶Tu addas, prædicta procedere quòad mulctam, quæ arbitrio iudicis imponitur. ut in d. l. fi. secus quo ad pœnam, q̃ certa a lege imposita est, iuxta. l. si qua. ff. de uerbo. signific. tunc enim toties illa pęna imponi posset, quoties quis etiã circa idem delinqueret, ut uoluit gloss. per illum text. in l. 4. §. 1. C. de seruis fugi.

¶Propterea infero, ꝙ in terminis nostris quamuis contra contumacem, qui sæpius contumax in eadem causa fuit, iudex ultra tres vices procedere nequeat. d. l. fi. tamẽ sæpius immittere in possessionem ex primo, & secundo decreto posset, item sæpius propter contumaciam sæpius reiteratã excomunicare, quia talis dicitur esse pœna a iure imposita, vt in d. c. quoniam. in fi. & in d. l. consentaneum. & not. in dicto capitu. caueant.

224 ¶†Et notandum est, ꝙ ex reiteratione eiusdem delicti grauatur delictum ad effectum augendi pœnam, vt est text. cũ glo. in uer. vel tertiò. in d. l. 4. §. 1. Abb. in capi. 1. de clerico percusso. Bal. in authen. qui semel. C. quomodo & quando iud. & melius in auth. sed nouo. & in d. l. 4. C. de seruis fugi. & ibi doct. communiter.

225 ¶ An autem quis vt nuntius possit aliquem citare verbaliter, seu † realiter sine authoritate iudicis, & eius licentia speciali, communis conclusio videtur esse, ꝙ non, ut per Bart. in l. neminẽ. C. de introducen. & exhi. reis. l. omnes. l. cum clericis. C. de episcopis & cler. quicquid senserit Inno. in c. quoniam. ĩ. de probatio. sed quia de hoc articulo. s. in no. dictum fuit, idcirco vlterius hic non insisto.

226 ¶†Addo solum id quod uoluit hic Abb. licitum esse absq; licentia superioris & iudicis citare realiter & personaliter, hoc est capere suum debitorem fugiẽtem, illumq; ad iudicem ducere, ut in l. ait prætor. §. si debitorem. ff. de his quæ in frau. credi. cum ibi no. & glo. valde singularis in l. nullus. C. de iud. ꝙ si offensorem mei ad iudicium ducere nequeo, si de fuga eius dubitatur, propria authoritate in illũ vlcisci, eumque offendere possum. Pro hoc facit, quod voluit glo. in c. iusgentium. 1. distin. vbi in defectum iustitiæ quis ius propria authoritate sibi dicere potest, & ad hoc vide etiam no. per Abb. in c. conquerente. de restitu. spoli. &

per

per Inno.in c.olim.il r.ao.titu.

¶Intelligerem tñ id, quod voluit gl.in d.l.nullus.C.de iudeis.qñ in actu offensionis offensus vellet offendere offendētē ad sui defensionem: quia sibi hoc dicetur permissum cum moderamine inculpatæ tutelæ, iuxta quæ habentur. in l.1.C.unde vi.& in l.ut vim.ff.de iust.& iure. si uero nō ad sui defensionem, sed ad vindictam criminis & offensionis illatæ propter suspicionem fugæ offendentis, & offensus non posset offendentem ad iudicem ducere, tunc credo, ꝙ propria authoritate offendētem vlcisci posset, nō excedendo tamen pœnam, quæ pro delicto, & offensione a iure imposita reperiretur: quoniam cum hoc casu offensus in casu necessitatis in locum ipsius iudicis subrogetur, iure iudicis fungi debet, arg.l.si eum.§.qui iniuriarū.ff.si quis cautio.cum licitum sit unicuiq; etiam priuato suum debitorem fugientem realiter & personaliter citare, vt s.

227 ¶† Dubitat hic Abba. an licitum etiam sit creditori talem debitorem verbaliter, citare coram aliquo iudice ad effectum præueniendi iurisdictionem, iuxta no.in c.proposuisti.j.titu.prox.& in l.si quis postea.ff.de iudi.& dicit Ab. Anto.hic tenere, ꝙ non, quoniam citatio, per quam iurisdictio præuenitur, debet esse legitima, ut in d.ca.proposuisti. ibi legitimè citatus, ergo non sufficiet citatio facta ab ipso creditore quo ad hunc effectum: quoniam & si permissum est sibi realiter citare, & illa dicitur legitima, vt s.non tamē reperitur, ꝙ sibi fuerit concessa verbalis citatio, & sic illa non dicitur legitima, & ratio diuersitatis est inter realem, & uerbalem: quia realis est citatio facti, verbalis uero est iuris. Et pro hac conclusione facit bona gl.in capi.cum sit.in uersi.nec solent.de appellationib.& habetur per Inn.in c.dilecti.de maior.& obedien.vbi habetur, ꝙ non est licitū uocare aliquem suum aduersarium, ut ad iudicem vadat. Dic, ut dixi in c.cum sit.de appellationibus. & hic per Abbatem. Reliqua in hoc ca.suppleas, ut hic per Abbatem & scribentes. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Clericus de crimine coram seculari conuictus, uel confessus non potest ab episcopo damnari, secus si coram episcopo, qui cum illo dispensare potest, si ante damnationem penitentiam egerit, & si episcopus illum deponat, regulariter iudici seculari tradere ipsum non potest.*

2 *Crimen contra aliquem multipliciter probatur.*

3 *Delinquens sæpius citatus non comparens habetur pro conuicto ad effectum puniendi ipsum de contumacia, & non de crimine principali.*

4 *Iudex solum duobus modis ad cōdēnationem criminis peruenire potest.*

5 *Ad conuincendum delinquentem quot testes requirantur, & ubi de conuincendo episcopum, Cardinalem, Papam, & prælatum. vsq; ad nu.11.*

6 *Papa usq; ad sanguinem ad obseruantiam iuris diuini tenetur, & ab illo, nisi ex iusta cā expressa, recedere non pōt.*

7 *Papa nec parem, nec superiorem habet, imo est caput omnium ecclesiarum.*

8 *Cardinales a Papa fratres appellantur.*

9 *Papa solum de crimine hæresis, & non de alio accusari, cōuinci & damnari potest.*

10 *Papa de hæresi accusatus desinit ipso iure esse Papa, & minor quolibet catholico efficitur.*

11 *Papa & Cardinalis de uera heresi accusatus duobus uel tribus testibus conuincitur.*

12 *Cardinalium depositio ab ordine sacro ad quem spectet.*

13 *Cardinalis ob hæresim, & scisma, aut aliud enorme, & scandalosum crimen a Papa cum Cardinalibus sine concilio generali deponi potest.*

14 *Crimen an & quando per instrumenta & scripturas probetur. & nu.15.*

16 *Spoliatio uiolenta, quando criminaliter contra spoliatorem agitur ad effectum puniendi, per instrumenta probari nō potest.*

17 *Confessus & conuictus de crimine an sint idem, & an statuta facientia mentionem de conuictis locum habeant in confessis, nu.19.*

18 *Confessio an uerè dicatur probatio, remissiuè.*

19 *Confessus metu tormentorum, uel probationem propriè conuictus dicitur, secus in confesso sponte ante negationem.*

20 *Confessio facta timore probationum, uel tormentorum non sufficit ad condemnandum, nisi alia concurrant.*

21 *Confessio spontanea pro re iudicata habetur, & solam exequutionem post se expectat, secus in cōfessione facta post negationem metu probationum & tormentorum.*

22 *Iudicis incompetentia sententiam, confessionem, omniaq; acta iudicij inficit.*

23 *Confessio & alia acta iudiciaria quo ad nullitatem quando a pari procedant.*

24 *Confessio, perempta instantia, quo ad omnes suos effectus remanet, acta uero ordinatoria pereunt.*

25 *Confessio facta metu tormentorum & probationum, ac alia acta iudicii quo ad nullitatem ex iudicis competentia parificantur, secus est in confessione spontanea.*

26 *A sententia lata virtute confessionis spontaneæ non appellatur, secus si uirtute alterius confessionis.*

27 *Confessus crimen, & conuictus condemnatus non appellat.*

28 *Confessus sponte an ad hoc, ut appellare nequeat, conuictus quoque esse debet, vel sola confessio sufficiat.*

29 *Confessus ante sententiam & litem contestatam non appellat, secus post latam sententiam.*

30 *Confessio criminis spontanea coram suo iudice facta sola nocet confitenti quo ad illum condemnandum.*

31 *Et quid de sola confessione metu tormentorum facta.*

32 *Et an ultra confessionem saltem in genere de crimine commisso constare debeat. & nu.26.*

33 *Confessio criminis incidenter facta confitenti ad condemnationem non nocet.*

34 *Et in quibus casibus in eodem iudicio noceat.*

35 *Crimen incidenter oppositum pena extraordinaria puniri debet.*

36 *Confessio quando in iudicio dicatur facta.*

37 *Confessus iudicialiter, & sponte crimen coram suo iudice dānari pōt, nullo ēt ꝓcedēte processu, uel nulliter facto.*

38 *Confessio criminis facta coram iudice in competenti penitus prohibito confitenti ne ad indicium quidem nocet, neq; confessus in illa perseuerare cogi potest.*

39 *Confessio criminis facta coram iudice incompetenti non uetito nocet solum quo ad indicium ad torquendum, plenè uero nocet, si alias cognitionem criminalium haberet.*

40 *In iudicio inquisitionis iurisdictio iudicis incompetentis nūquam prorogatur.*

41 *Confessio facta coram iudice in causa criminis inter alias personas dato solum ad indicium confitenti nocet.*

42 *Confessio clerici corā episcopo non suo plenè illi non nocet.*

43 *Confessio ficta, uel a lege præsumpta nocet ita confitenti solum in illo iudicio, & non in alio, dummodo sit ordinariū & ualidum.*

44 *Confessio iudicialis an ex ineptitudine libelli vitietur.*

45 *Pena ordinaria criminis regulariter non imponitur, nisi per uiam accusationis.*

46 *Confessus sponte ante negationem & iudicium inchoatum, quòd omnino sit puniendus, quomodo intelligatur.*

47 *Confessio spontanea ex ineptitudine libelli non vitiatur, secus in facta metu tormentorum.*

48 *Confessio præcedentibus legitimis indicijs in tormentis facta ad condemnationem sufficit, si reus in illa cum ratificatione perseuerauerit.*

49 *De legitimis indicijs ante tormenta constare debet.*

50 *Indicia legitima apta ad torquendum quæ sint, remissiuè.*

51 *Confessio in tormentis quando, & quot modis fiat.*

52 *In confessione qualiter quis perseuerare dicatur.*

52 *Reus primam confessionem in tormentis factam reuocans nō potest amplius torqueri, nisi alia indicia superessent, quibus tortus non fuisset.*

54 *Conuictus legitime de crimine, an possit torqueri ad effectũ, vt confiteatur, & ex hoc nequeat appellare.*
55 *Certioratus ad alium finem de nouo potest certiorari.*
56 *Conuictus legitimè de crimine si tortus postea a iudice negaret, damnari non potest.*
57 *Confessio criminis facta in tormentis, nullis præcedentibus indicijs, confitenti non nocet; nisi ratificetur, quod indiciũ nocere potest. nu. 58.*
59 *Confessus in tormentis non præcedentibus indicijs, & relaxatus, si ad iudicem reuersus sponte crimen confiteatur, sibi plenè nocet.*
60 *Confessus in tormentis cum indicijs si primã confessionẽ ex interuallo reuocet, ad perseuerandum in illa cogi potest.*
61 *Ex indicijs quantumcunque vrgentibus nemo damnatur.*
62 *Confessio facta præcedentibus indiciis, in qua fuit perseueratum, sed nullus processus, nullusq; iuris ordo seruatus fuit, an ad damnandum de crimine sufficiat.*
63 *De crimine graui iuris ordine seruato est procedendum.*
64 *Crimen antea probationibus legitimis probari debet postea ad torturam est recurrendum.*
65 *Ad tormenta ex indicijs non deuenitur, nisi post rei negationem.*
66 *Practica procedendi contra reum in causa criminis.*
67 *Confessio in iudicio sine indicijs sponte facta post sententiã absolutoriam, quæ in rem iudicatam transiuit, an sententiam reuocet, & confessus ex ea damnari possit.*
68 *Confessio criminis cursu temporis præscripti confitenti non nocet.*
69 *Confessio spontanea post sententiam rei iudicatæ præualet.*
70 *Confessio iudicialis tollit presumptionem iuris & de iure.*
71 *Confessio iudicialis tollit omnem effectum plenissimæ probationis.*
72 *Accusatus de crimine cum certa qualitate si simpliciter sine illa confiteatur, an de crimine obiecto damnari possit.*
73 *Accusatus de crimine simpliciter si cum qualitate confiteatur, an de obiecto crimine sit puniendus.*
74 *Confessionis natura est confitenti nocere, non aũt prodesse.*
75 *Confessus crimen simplex cum qualitate conditionaliter nõ potest ex tali cõfessione damnari, nisi de eo aliter cõstet.*
76 *Ex confessione vaga & incerta an quis sit damnandus.*
77 *L. inde Neratius. §. fi. ff. ad l. aquil. intellectus.*
78 *Confessus crimen incidenter coram uno iudice, an quando & a quo sit puniendus.*
79 *Clericus condemnatus de hæresi, & remissus ad iudicem secularem puniendus, vigore talis processus iudex secularis exequutionem facere non debet.*
80 *Bar. in l. magistratus. ff. de iurisd. omni. iud. declaratur.*
81 *Ecclesiasticus iudex quomodo contra hæreticum cognoscit.*
82 *Depositio & suspensio quomodo differant.*
83 *Degradatio quid sit, & qualiter fiat.*
84 *Suspensio a beneficio an sit plus, quàm suspensio ab officio ecclesiastico, vel ab ordine.*
Suspensus ab officio simpliciter, an a beneficio quoque sit suspensus.
85 *Suspensus simpliciter a quo dicatur suspensus.*
86 *Suspensus ab officio uel beneficio alternatiuè, quomodo intelligatur suspensus.*
87 *Confessus sponte, et legitime cõuictus eadẽ pena puniutur.*
88 *Cum confesso sponte an mitius agatur, quàm cum confesso metu tormentorum, uel probationũ vsq; ad numerũ 92.*
89 *Pena certa ordinaria cum aliquali temperamento est imponenda.*
90 *Pena certa legis a delegato nullo modo alterari potest.*
91 *Confessus sponte, confessus timore probationum, & conuictus pari pœna puniuntur, vbicunque certa pena est imposita.*
93 *Confessio quando sponte, quando timore probationum, vel tormentorum fieri dicatur.*
94 *Metu quid fieri quando dicatur.*
95 *Pena semper delicto est commensuranda.*
96 *Furtum an sit maius crimen homicidio.*
97 *Crimen esse maius quomodo cognoscatur.*
98 *Statutum ita est interpretandum, ut ius commune minus, quàm fieri possit, tollatur, & solum in eo casu intelligatur, in quo disponit.*
99 *Infamia clerici a laicis proueniens, an per se sufficiat ad purgationem canonicam indicendam.*
100 *Infamia simplex a maleuolis expresse procurantibus orta non est purganda, & nu. 103.*
101 *Infamatus de graui crimine, qui aliàs bonus præsumatur, purgari non debet, nisi constet, a quo infamia sit orta.*
102 *Infamia orta a maleuolis non procurantibus canonicè purganda est.*
104 *Infamia, cuius ortus ignoratur, si apud bonos viros existat, purgari debet.*
105 *Infamia orta ab uno tantum, & a maleuolis aucta non est purganda.*
106 *Infamia orta a bonis & prouidis viris purganda est.*
107 *Purgatio canonica quid sit, qualiter fiat, remissiuè.*
108 *Deficiẽs in purgatione canonica quomodo dicatur cõuictus, & an sub statuto de conuictis loquente comprehẽdatur.*
109 *Præsumptio iuris tantum dicitur probabilis.*
110 *Casus præsumptus a statuto simpliciter loquente non excluditur.*
111 *Fictio iuris probationem in contrarium non admittit.*
112 *Casus fictus sub statuto comprehenditur, quando ab alio statuto casui vero esset æquiparatus.*
113 *Itẽ quando maior ratio in casu ficto militaret, quã in vero.*
114 *Confessio ficta non extenditur de casu ad casum, nec de persona ad personam, nec de iudicio ad iudicium, limita, ut nu. 115. 116. 117. 118. & 119.*
120 *Confessio vera iudicialis de persona ad personam, & de iudicio ad iudicium extenditur.*
121 *Acta facta coram seculari an, & ad quid coram ecclesiastico fidem faciãt, & an ad penitentiam iniungendam probent. nume. 122.*
123 *Penitentia, quæ pro peccato in foro ecclesiæ iniungitur, est triplex, & quomodo qualibet iniungatur.*
124 *Confessio criminis facta a clerico coram seculari, siue sponte, siue coactè an coram ecclesiastico faciat indicium sufficiens ad cogendum illum in sua confessione persistere, usque ad nu. 130.*
128 *Actus probatiuus coram iudice vetito factus valere debet, ut potest secus est in actu dispositiuo.*
129 *Actus prohibitus principaliter ratione publicæ utilitatis si non ualet, ut fit, nec vt valere potest.*
Idem si pena adiecta foret.
130 *Actus an fiat coram iudice incompetenti simpliciter vel coram vetito etiam multum differt.*
131 *Confessio sponte per iracundiam facta nullo modo nocet; si reuocetur, & iracundia probetur.*
132 *Confessio per errorem facta probato errore, potest reuocari.*
133 *C. olim. de rescrip. declaratio.*
134 *Confessus crimen extraiudicialiter gloriationis crimen incurrit, & quomodo ex tali confessione puniatur.*
135 *Confessio extraiudicialis parte absente facta, alijs requisitis concurrentibus ad indicium nocet, si probata fuerit.*
136 *Ad probandam confessionem extraiudicialem an testes fortuiti sufficiant, an uero debeant esse rogati.*
Et an sufficiant testes singulares, vel in idem concurrentes. nume. 138.
137 *Indicium quodlibet in causa criminis ad minus per duos testes, qui singulares non sint, probari debet.*
139 *Testes in actu momentaneo de diuerso loco & tempore deponentes singulares sunt.*
140 *Confessio extraiudicialis, vel coram iudice incompetenti facta ad indicium non nocet, si re integra reuocetur.*
141 *Clericus ex confessione extraiudiciali legitimè probata, neque*

que reuocata torqueri non potest, nisi probaretur, ipsum ex illa fuisse de crimine infamatum.

142 *Confessio extraiudicialis facta parte præsente acceptante etiam in causa criminali plenè nocet, & an requiratur expressa acceptatio, uel sufficiat tacita ex sola præsentia inducta. nu. 143.*

144 *Confessio criminis iudicialis facta seruato ordine iudicij est irreuocabilis, & plenè nocet, si a parte, vel iudice fuerit acceptata.*

145 *Confessus iudicialiter in criminalibus non habetur pro cõdemnato, secus in ciuilibus, & in crimine notorio.*

146 *Confessio criminis facta in foro animę sacerdoti acceptanti non nocet confitenti, vel ex illa postea pęna ordinaria puniri possit, sed solum pęna salutari.*

147 *Sacerdos interrogatus ut testis de his, quæ in confessione habuit, potest cum iuramento respondere se nescire, neque fit periurus.*

148 *Clericus agens contra laicum coram iudice seculari non potest coram eodem super re spirituali, vel illi annexa reconueniri.*

149 *Reconuentio super diuerso negotio non procedit.*

150 *Clericus agens contra laicum in foro seculari non potest coram eodem super causa criminis criminaliter reconueniri, & quòd si ciuiliter reconueniretur. nu. 151.*

151 *Clericus quacunque actione de crimine magis distringitur, & infamata, quàm actione personali mere ciuili ex contractu.*

152 *Testes in causa criminis semper ad testificandum cogi possunt.*

153 *Clericus agens contra laicum ciuiliter an coram eodem super causa merè ciuili possit reconueniri.*

154 *Clericus contra laicum coram seculari duplicibus iudicijs agere potest.*

155 *Regula permissiua attenditur, quando etiam prohibitiua cõcurrit, nisi altera esset generalis, & altera specialis, quia tunc specialis præfertur.*

156 *Reconuentio durante prima instantia vsq; ad conclusum in causa coram eodem fieri potest.*

157 *Clericus contra laicum nomine suæ ecclesiæ coram seculari agens non potest nomine ecclesiæ coram eodem ciuiliter reconueniri.*

Idem si nomine suo reconueniretur. nu. 158.

159 *Reconuentio ad hoc, ut de iure procedat, multa requirit.*

160 *Clericus propter quæ crimina deponi possit.*

161 *In alternatiuis pęnarum electio est iudicis.*

162 *Crimina grauia & leuia quæ sint.*

163 *In arbitrio iudicis quid esse dicitur, quando sumus in dubio.*

164 *In crimine regulariter puniendo iudex pęnam iuris imponere tenetur.*

165 *Fornicatio an sit causa depositionis clerici.*

166 *Clericus post sacerdotium contrahens matrimonium est deponendus.*

167 *Episcopus an pro fornicatione & concubinatu sit deponendus.*

168 *Episcopus an per simplicem electionem ante confirmationẽ, & consecrationem dicatur propriè episcopus.*

Et quid de Papa & Imperatore.

169 *Clericus cum sua filia spirituali fornicatus est deponendus.*

170 *Votum uiolare est delictum, sed non graue.*

171 *Degradatio est duplex, & est species depositionis, & quomodo ad eam deueniatur.*

172 *Degradatio verbalis & actualis quomodo, & a quibus fiat remissiuè.*

173 *Clericus depositus nisi actualiter degradatus curiæ seculari tradi non potest.*

174 *Clericus ratione criminis actualiter degradari non potest, nisi fuerit incorrigibilis.*

175 *Clericus degradatus propter quæ crimina curiæ seculari puniendus tradi possit, vsque ad nu. 181.*

176 *Carcer non est pęna, sed locus pęnæ.*

177 *Falsi crimen clericus committens an statim, non expectata incorrigibilitate, sit actualiter degradandus, & curiæ seculari tradendus.*

178 *Et quid si commiserit crimen conspirationis, contumeliæ, vel calumniæ in suum episcopum, aut in cardinalem.*

179 *Clericus scismaticus an statim sit actualiter gedradandus.*

180 *Et quid ob crimen sortilegij.*

181 *Clericus an pro illo crimine, pro quo de iure ciuili pęna mortis est imponenda, sit de iure canonico actualiter degradandus, & quomodo.*

182 *C. cum non ab homine. de iudicijs. intellectus.*

183 *C. 1. de homicid. intellectus.*

Cap. At si clerici.

CAPITVLVM istud summatur & diuiditur, vt hic per Abbat. & scribẽtes. Posset tñ diuidi in tres partes principales. In prima tex. ponit vnum dictum cum ratione. In secũda aduersando in iure & in facto ponit casum priori cõtrarium cum distinctione pęnarum. In tertia ponit, de quibus criminibus episcopus possit cum clericis dispensare, & nunquid episcopus clericum depositum iudici seculari tradere valeat. Secunda est ibi, si vero coram episcopo. Tertia, ibi, de adulterijs verò.

1 ¶ † Summari etiam vsque ad finem hoc modo potest, episcopus clericum suum coram seculari de crimine conuictum, vel confessum damnare non potest: quia sicut sententia a iudice non suo lata non tenet, ita nec confessio coram seculari facta, clericum vero coram seculari conuictum, vel confessum episcopus conuenienti pœna punire potest, & si clericus ante damnationem de crimine pœnitentiam egerit, cũ eo episcopus de crimine adulterij, & alio minori dispensare poterit, clericum autem ab eo depositum iudici seculari tradere regulariter non potest, cum iam episcopus officio suo functus sit, ne duplici cõtritione depositũ cõterat, hoc dicit.

2 ¶ † In primo not. Ab. ex eius verbis elicio duplicem esse modum probandi crimen contra aliquem per hunc text. Idem probatur in c. 1. ij. q. 1. Sed hic tex. male ad hoc allegari videtur: quia intentio Alex. Papæ hic non fuit ponere, quot modis delicta probentur, sed alia, vt infra dicam. Nam altra q; crimen per cõfessionem probari possit. l. si confessus. ff. de custo. reo. cum simi. & per testes. l. 3. ff. de testibus. potest etiam per instrumenta probari, ut hic sentit Abb. in primis verbis, & in c. cum ad sedem. uer. nos prioris. ꝟ. de restitu. spolia. ac. ꝟ. dicetur. Nec non quartò probari potest per indicia indubitata, & præsumptiones violentas. l. fin. C. de proba. c. ex literis. cum seq. ꝟ. de præsumpt. Quinto etiam per notorium, & rei euidentiam. c. euidentia. & ibi habet. ꝟ. de accus. in c. tua. de coha. cler. & mulie. sexto etiam per iuris interpretationem, ut dicit gl. in dicto cap. j. 2. quęs. j.

3 ut † quando delinquens sæpius legitimè citatus non comparuit, quia iuris interpretatione pro conuicto habetur, ꝑ textum in c. decernimus. 3. q. 9. Hoc tamen intelligẽdum est non quo ad probandum crimen principale, sed ad cõuincendum criminosum de contumacia ad effectum, ut puniatur non pęna principalis delicti, sed extraordinaria ratione contumaciæ, ex qua sola, & post litem contestatã, nisi de crimine liqueat, quis de crimine principali damnari non potest, cap. ueritatis. & ibi glossa, de dolo & contu. Et ita intelligatur dictum capit. decernimus. ut notanter hic declarat glo. in summa tertia quæstione nona, & diximus supra in c. primo.

¶ Addo septimum casum conuincendi aliquem de crimine, ut pęna ordinaria puniatur, quando quis adeo de crimine fuisset infamatus, ut purgatione canonica opus esset quoniam si infamatus in purgatione defecerit, habetur ꝑ conuicto. c. Petrus. ubi est gl. magistralis. ꝟ. de purgatio. canonica. & per glossam summæ post medium. 3. q. 9. Ex ꝑdictis ergo uerum non uidetur, quòd hic textus probet tantum esse duplicem modum probandi crimen contra ali-

quem, imo multiplex est, ut ex supra dictis apparet. Sed bene hic textus probat,† quòd duobus modis tantum iudex potest ad condemnationem criminis peruenire, uel quia criminosus fuerit confessus, uel legitimè conuictus, ultra quos modos iudex non potest aliquem de crimine condẽnare per hunc tex. & d.c.j.2.q.j.

5 ¶† Ad conuincendum autem delinquentem duo, uel tres testes idonei in vnum conuenientes sufficiunt, etiam si de damnando episcopum ageretur, ut in prin. & in c.j. & ca. placuit. 2.q.v. facit tex. in sui generalitate in c. in omni negotio: ꝟ. de testib. & hoc ampliatur, etiam si de conuincẽdo Papam de crimine ageretur, vt est gl. in c. præsul. 2. qu. 4. super qua in concilijs sæpe de veritate illius disputatum

6 fuit. & pro hoc dicto bene facit nam †Papa vsq; ad sanguinem ad obseruantiam iuris diuini tenetur, & ab illo recedere non potest, nisi ex causa iusta, ut in c. sunt quidam. 25 q.j. gl. in c. proposuit. de concess. præb. c. quanto. de transla. episcop. & de iureiuran. & est necessaria expressio iustæ causæ, adeo, quòd in dubio non præsumeretur, ut not. uoluit Abb. in repeti. c. per tuas. col. 13. s. de arb. quem refert Fely. in c. ad audientiam. il 2. col. 3. s. de rescript. licet alias in principe, & Papa iusta causa præsumeretur, ut per Bald. in l. testamentum. C. de testa. illud enim procedit in his, quæ sunt de iure positiuo, quæ a potestate ipsius Papæ libere dependere dicuntur. d. ca. proposuit. & ad prædicta videas ea, quæ posuit Alex. in Apostil. ad Bal. in l. fi. C. si cõtra ius, uel uti. pub. sed quod in omni negotio stetur dicto duorum, uel trium dicitur de iure diuino. c. si peccauerit. & ibi not. 2. q. 1. & d.c. in omni negotio. ergo hoc ius etiã in persona Papæ seruandum erit.

¶ At in contrarium multum facit tex. in cap. præsul. 2. q. 4. vbi ad conuincendum de crimine cardinalem, si sit episcopus, septuaginta & duo testes sunt necessarij, si presbyter, ut ibi, ergo idem a maioritate rationis in persona ipsius Pa-

7 pæ dicendum esse videbatur,† qui omnibus præest, neque parem, nec superiorem habere dicitur. c. patet c. nemo. c. aliorum. c. cuncta per mundum. 3. q. 3. & dicitur esse cardo, & caput omnium ecclesiarum ex constitutione Christi, ut per Bal. in l. rescripta. C. de preci. impera. offer. p tex. in c. sacrosancta. 22. dist. & ibi Bal. multa de præminentia ipsius Papæ refert.

¶ Gl. in d.c. præsul. tenendo differentiam in hoc inter Papam & Cardinales rationem assignat, quòd ex quo Papa sine comparatione cæteris maior creatus fuit, si contingat ipsum delinquere, deterioris conditionis esse debet, ut sine spe ueniæ condẽnandus sit, ueluti diabolus, ut de lucifero inquit tex. in ca. principium. de pœniten. dist. 2. & de Adam inquit tex. in c. princeps. ead. dist. & in ca. homo. cũ gl. 40. dist. vbi clerici criminosi maiori pœna sunt puniendi, quàm ipsi laici, quia maioris dignitatis sunt.

¶ Hæc ratio gl. in d.c. præsul. non uidetur subsistere, quia licet Papa ratione criminis, & peccati deterioris conditionis efficiatur; quò ad hoc, ut sine spe ueniæ omnino condemnandus sit, non tamen ex hoc infertur, quòd minori numero testium de crimine conuinci possit, quam cardinales, alioquin eadem ratione sequeretur, quòd cardinales qui cæteris clericis maiores sunt, cum locum sacerdotum leuitici generis obtineat. c. per venerabilem. & ibi Abb. q

8 filij sint legit. &† illos fratres Papa appellet, alios verò filios c. felicis. de pœnis in 6. c. ad apostolicæ. de senten. & re iudi. eod. li. gl. in c. 1. de officio lega. in 6. c. fundamenta. §. decet. de elec. clem. pastoralis. de re iudi. ipsi possunt conuinci de crimine numero minori testium, quàm alij clerici, & prælati, quod tamen est falsum d.c. præsul. iunctis præcedentibus.

¶ Præterea uerum non uidetur, q in eodem genere mali Papa magis peccet, quam cæteri, & deterioris conditionis sit, & consequenter durius ac facilius sit condemnandus, quia hoc negat Abb. in c. cum quidam. de iureiuran. & uideas gl. menti tenendam in c. non nos. 40. dist. quæ inq̃t, quòd facta Papæ potius sunt excusanda, quàm damnanda, vt homicidium Sansonis, furta hebreorum, & adulteriũ Iacob. ca. gaudemus. de diuor. ex prædictis igitur constat rationem gl. d.c. præsul. non concludere.

¶ Decius etiam hic inquit, quod illud, quod habetur in d. c. præsul. non seruatur, & consequenter ait, cardinales duobus testibus conuinci posse, sicut de Papa dicitur. Idem Abb. in c. per tuas. in fi. de maio. & obed. & in c. licet de testibus. Roma. in repeti. auth. similiter. C. ad l. falcid. in 34. priuilegio vltimarum uoluntatum, & cum hoc dicto pertranseũt docto. magis communiter. Verum quia hęc opinio presupponit. d.c. præsul. hodie esse correctũ, ideo non uidetur iuridica, tum quia contrariũ cautum non reperit, ergo illi standum est. l. iubemus. C. de testa. l. præcipimus. C. de appella. tum quia semper facienda est interpretatio, per quã iuris correctio euitetur. l. unica. C. de inoffi. doti. c. cum expediat. de electio. in 6.

¶ Et ideo Ioan. And. in c. uniuersis. de testi. ait, quòd de iuris rigore Cardinales dicto duorum uel trium testium deberent posse conuinci. sed propter illorum dignitatem, & præminentiam in eis illud seruari debet, quod habetur in d.c. præsul. Hoc dictum Andreæ sequitur Roma. in sing. suo. 206. incip. ad idem.

¶ Sed & hoc dictum uerum non uidetur, nam si hoc dicẽdum est in cardinalibus, idem & in Papa propter maiorẽ dignitatem & præminentiam, similiter idem in episcopis, & archiepiscopis, qui cum Papa in iurisdictione concurrunt, quamuis in administratione officij Papa maior sit. c. in nouo. & ibi gl. 21. dist. imo secundum aliquos episcopi, & archiepiscopi dicuntur dignitate maiores, gl. in c. quanquam. 2. q. 7. Abb. in c. ecclesia uestra. circa fin. de electio.

¶ Aliqui uero, ut fuit Gratianus in §. fina. 2. q. declarando tex. in d.c. præsul. dixerunt, quòd in aliis prælatis, ac etiam in Papa duo testes sufficiunt. d.c. in omni negotio. gl. in d. c. præsul. In cardinalibus autem seruandum est id, quod ibi habetur: quia hoc speciali priuilegio in clericis Romanæ ecclesiæ introductum fuit, quæ opinio eodem morbo laborat, rationibus, de quibus. s. & maximè quia ex defectu, & uacatione ipsius Papę maius ecclesię periculum imminet. c. vbi periculum. de electio in 6.

¶ Secundo Gratianus in d. §. fi. uoluit non esse differentiã quo ad conuincendum inter Papam, & cardinales: quia duo, uel tres testes sufficiunt, quando illi essent idonei, nõ suspecti, & bonæ opiniones. At quando infames essent testes, & suspecti tunc ad conuincendum cardinales de crimine sunt necessarii tot testes, de quibus in d. ca. præsul.

¶ Hæc declaratio destruit dictum gl. c. præsul. & doctorũ communiter. Præterea intelligere text. illum, quando testes essent infames, & non idonei, uidetur contra ipsum, qui illum numerum exposcit, dummodo nõ sint infames & suspecti.

¶ Rursus tex. in c. nullam. 2. quæst. v. requirit contra cardinalem episcopum. 72. testes, qui sint idonei ad accusandũ, & consequenter, quòd sint tales, quibus infamia opponi non possit, & quòd sint aliàs idonei, quia ad accusandum de crimine non admittuntur, nisi personæ idoneæ, & bonæ opinionis.

¶ Theologi & maximè Augustinus de Ancona in tractatu de potestate ecclesiastica in v. q. articulo. v. volunt, quod quò ad conuincendum de crimine, inter Papam & Cardinales non differat, & ideo omnes aut duobus, uel tribus testibus conuinci poterunt, aut tot, quot requirit text. in d. capitu. præsul. ut Fely. quoque post nonnullos sensit in dicto capitul. per tuas.

¶ Sed Imola in c. licet, de vitanda. col. 2. de electio. sequutus fuit dictum gl. d.c. præsul. quorum opinio verior videtur, si diligenter uerba dictæ glo. considerentur, quicqnid dixerit Decius Abb. & alij, & pro intelligẽtia uerbo-

9 rum illius gl. sciendum est, q †Papa de crimine aliquo accusari, conuinci, & damnari non potest, etiam si crimen esset notorium & scandalosum, nisi de crimine hæresis veræ & propriæ, ut quando dubius esset in fide, & etiam in tenui articulo fidei erraret, iuxta. c. j. ꝟ. de hæreti. cum l. 2. in fi. C. eo. ti. Istud uoluit gl. in c. si quis pecunia. 78. dist. §. hinc etiam. 17. dist. & gl. in ca. non nos. 40. distin. sequitur Imola in d.c. licet. de elect. quamuis gl. in d. ca. si Papa. 40. dist. contrarium uelit, quando Papa esset cõstitutus in crimine notorio & scandaloso, cum illud quandam hæresim sapere dicatur. Quia illa glossa cõmuniter maximè a Canonistis est reprobata, & meritò, si quidem est contra dictum c. si Papa. Et eo casu quo Papa de crimine hæresis accusatur, ut supra: tunc non dicitur tanquam Papa accusari, nec deponi, sed tanquam minor quolibet catholico,

10 † cum ipso iure ex crimine hæresis Papa esse desierit, & ipso facto deponitur adeo, q minor quocunque catholico efficitur, & tanquam diabolus damnandus est, ut in capi. Achatius. cum gl. 24. quæst. 1. & glossa in d.c. si Papa. c. scimus. 12. q. 1. Et licet glossa in c. nunc autem. in uerb. Marcellinus. 21. distinct. contrarium senserit dicens, quòd si Papa de hæresi conuictus sit, & paratus se corrigere, deponi

poni non debet, sicut quilibet alius. Posses tamen dicere, glossam illam nõ negare, quin ipso iure Papa esse desierit, licet declaratio requiratur, quia omnia iura, quæ volunt, ratione criminis quem priuari, vel ipso iure quid factum haberi, semper intelligũtur, quòd sequi debeat declaratio vt per And. & alios in c. j. de homi. in 6. & reassumunt Alexan. & alij in l. si quis maior. C. de transactio.

¶Tamen sequendo, ꝙ ipse iure dicatˀ depositus & effectus minor quolibet catholico, nil mirum, si eo casu quo tanq̃ minor est damnandus, ut dicit gl. in d. c. præsul. possit conuinci dicto duorum vel trium testium, ex quo inter eum, & alium minorem catholicum ratione criminis hæresis non est differentia, & ita in hoc casu saluatur, & loquitur, illa glossa. d. c. præsul.

¶Sed in cardinalibus, qui de aliquo crimine accusarẽturˀ, vt in casu. ca. 2. de cleri. non residen. propter illorum præminentiam & dignitatem, quæ adhuc duraret, nõ possunt duobus testibus cõuinci, sed ille maior numerus exigitur, de quo in d. c. præsul. & propriè tex. ille loquitur.

¶Ex quibus infero, quòd si contingeret Cardinalem de ue
11 ra hæresi accusari, † quo casu ipso iure depositus ab illa dignitate diceretur, sicut de Papa dictum est, tunc ad illum conuincendum duo, uel tres testes sufficerent eadem ratione, qua diximus de ipso Papa, quoniam crimen hæresis ita cardinales, sicut Papam afficere debet, arg. no. per gl. in ca. sacerdotes il 1. 2. q. 7. quam ad propositum allegat Roma. in sing. 503. incip. curialis.

¶Item infero, quòd quando esset dare casum, in quo Papa accusari, & deponi posset de alio crimine, quam de hæresi vt uoluit gl. in d. c. si Papa. quam communiter theologi sequuntur, isto casu ex quo Papa duraret, neque diceretur depositus, ad conuincendum illum maior numerus requiretur, quam ad conuincendum cardinales, uel saltem par propter maiorem dignitatem, & præminentiam.

¶Et prædicta omnia, quòd ad conuincẽdum cardinalem tot testes requiruntur, de quibus in d. c. præsul. procedũt, quando de crimine ad depositionem ab ordine sacro, & sic ad degradationem ageretur, & ita loquitur. d. c. præsul secus si non ad depositionem, sed ad effectum suspensionis tantum, aut solum amotionis ab administratione, iuxta. c. qualiter. de accus. & ca. licet heli. de simo. tunc enim duo, uel tres testes sufficerent. Ratio est, quia ex quo dispositio. d. c. præsul. est exorbitans a iure diuino & humano, quod in omni negotio solum duos, uel tres testes exposcit & ille tex. loquitur, quando ad depositionem ordinis contra cardinalem agitur. Ergo non debet extendi, quando pro minori crimine ad pœnam minorem ageretur, quia iura exorbitantia & pęnalia de casu ad casum trahenda nõ sunt. ca. quæ a iure communi. de regu. iur. in 6. cum simi.

¶Quoniam de depositione cardinalium ab ordine, & qui
12 bus testibus conuincantur, † mentio facta fuit, nõ est omittenda declaratio, a quo cardinales ab ordine deponi possint, & cum hæc quæstio occurreret, consultus respondi, ꝙ ad Papam solum hoc spectat, quod probatur. Nam episcopi & archiepiscopi, qui sunt pares, uel maiores quoad iurisdictionem, cum pares dicantur Apostolico. ca. in nouo. & ibi gl. 21. dist. possunt a solo Papa deponi sine cõsensu concilij, uel aliorum, ut per totum maximè in c. quamuis. c. dudum. 3. q. 6. & diximus in ca. j. s. eodem, & habetˀ per gl. in c. qua. 22. dist. ergo idem dicendum est de cardinalibus, & hanc opinionem nimis applaudendo secutus fuit Abb. in c. 2. de cleri. non resid. & Barb. in consi. j. li. 1. Facit gl. in c. nulla. 12. q. v.

¶Aliqui uero dixerunt, quòd deponere cardinales ad Papam cum consilio collegii cardinalium spectat, ut est text. in ca. j. de scisma. lib. 6. ubi Papa de consilio fratrum, hoc est cardinalium Iacobum & Petrum de Colunda cardinales Romanos deposuit, & hanc opinionem sequitur Barb. sibi contrarius in tractatu de præstantia cardinalium octaua quæstione.

¶Nonnulli autem voluerunt, ut fuit Host. in c. 2. de cleri. non residen. quòd Papa etiam cum cardinalibus non possit cardinalem de crimine deponere, nisi adhibito consensu concilij generalis, vt puta quando cardinalis esset deponendus ex eo, quia nollet in sua ecclesia & episcopatu residere, & hoc modo potest intelligi opinio illorum, quos reprobat gl. in d. c. qua. 22. dist. qui dicebant, episcopum a solo Papa deponi non posse, nisi cum consensu concilij, hoc enim saluari potest, quando episcopi essent cardinales, & quod ad hoc concilij consensus requiratur, ostenditur, q a ad depositionem imperatoris ratione criminis digni depositione, ultra quòd Papa consensum cardinalium adhibere debeat, requiritur similiter consilium concilij generalis, vt probatur in c. ad apostolicæ. de senten. & re iud. in vj. Sed cardinales pares sunt imo maiores, quam sit imperator. c. solitæ. de maio. & obed. ergo &c.

13 ¶†Et hanc opinionem cardinalibus magis fauorabilem, illam limito, quando cardinalis esset deponendus ob crimẽ hæresis, uel aliud, quod saperet quasi hæreticam prauitatem, vt quia esset scismaticus, iuxta nota. in rubrica. ꝗ. de scisma. uel quia ipse esset in crimine enormi & scandaloso constitutus: in quo esset incorrigibilis: tunc enim Papa cũ cardinalibus sine concilio generali posset deponere. Itaq; intelligatur tex. in d. c. j. de scisma. lib. 6. & in hoc uerificatur id, quod dixit gl. in persona Papæ in d. c. si Papa. 40. di. in illud enim ꝓcedere poterit nõ in Papa, sed in cardinalibus: nam ob criminis grauitatem multa contra iuris regulas introducta fuerunt, ut in capi. fęlicis. de pęn. in vj. & l. quisquis. C. ad leg. Iul. maie.

¶An autem Papa ardua negotia ecclesiæ solus expedire possit, non est materia nostra, quam plene discussi in Rubrica supra de constitu.

14 ¶†Vtrum autem uerum sit, vt præsupponit in prin. Abb. quòd crimen per instrumẽta, & scripturas probetur, Abb. ultimo loco se remittit ad ea, quæ habentur in c. fi. de iureiuran. li. 6. & ad not. per And. in c. semel malus. de regu. iur. in vj. Decius quoque se remittit ad dicta Modernorũ in c. cũ in ecclesijs. post Abb. de maior. & obe. ubi faciunt regulam cum octo limitationibus, quod crimẽ per instrumentum non probetur, idem Bar. in l. 3. §. item diuus. ff. de testibus.

¶Sed contrarium probari uidetur in d. c. fi. quem tex. gl. ad hoc ponderauit. Idem gl. in c. 1. 2. q. j. & probari uidetˀ in c. cum ad sedem. ꝗ. de restit. spolia. Hoc idem sequitur gl. in c. 2. de uerb. sign. li. 6. per tex. in l. si alterius. C. si minor se maio. dixe. ibi, nisi palam, & euidenter ex instrumẽtorum probatione &c.

¶Pro prima autem opinione, quæ videtur communis, nõ non allegantur iura ita bene probantia, sed solum quædã rationes persuasiuæ, de quibus per Abbat. & Modernos in d. cap. cum in ecclesiis.

¶Ideo pro declaratione huius articuli, omittendo uiam limitationum, quam solitus est sequi Fely. maximè in d. ca. cum in ecclesijs. cogita, si aliter hæc difficultas declarari posset, quòd per instrumentum, seu scripturam crimen ꝓbari non posset, quando essemus in his, quæ sui natura per testes probantur, quia esset tale quid, quod nullã cum scriptura communionem necessariam haberet, & ita intelligatur communis opinio primo loco relata. At quando essemus in his criminibus, quæ sui natura ita per scripturam, sicut per testes probari possent, tunc per instrumentũ posset fieri probatio, ut quando quis uellet contra violentum spoliatorem probare mandatũ de ratificatione sua de spoliando, & hoc modo loquitur. d. cap. cum ad sedem. & ibi Ioan. And. similiter scriptura probari posset, quando esset crimen, quod mediante scriptura committi diceretur, puta vt est crimen falsi, ut in cap. quoniam contra. ꝗ. de probat. & per Barto. in l. in senatus. ff. ad turpillia. Imo. Bal. & alij. in d. cap. cum in ecclesijs. iunctis pluribus legibus, & per totum. ff. de falsis. similiter quando crimen diceretur committi contrahendo, actui consentiendo, aut statuendo: ut quia lex sub pœna prohiberet contractum alicuius speciei fieri, aut statuta facere, veluti in casu l. iubemus. §. sane. C. de sacrosan. eccl. & in c. j. de hære. in 6. tunc enim per scripturam contractus, seu statutorum crimen probari posset, vt præsupponunt Ioan. Mona. & Domini. de sancto Geminiano in c. constitutionem. §. cęterum, de uerb. signifi. in 6. & in c. fi. 88. di. c. nouerim. de senten. excom. Addas textum notabilem in l. unica. C. de famo. libel. & in l. lex Cornelia. §. si quis lib. ff. de iniuriis. Bart. in d. l. in senatus. Salice. in l. fi. C. de proba. Posset etiam exemplificari in casu, quo quis uellet conuincere aliquem de periurio, quoniam potest ad inuicem scripturas coniungere, hoc est producere instrumentum, in quo iurauit, & aliam scripturam, in qua iuramento contrauenit, ut in cap. sanè alias si forte. 24. quæstio. secunda, capitulo primo, decimaquinta. q. vj. Hoc modo intelligatur. d. c. fi. de iureiuran. exemplificatur etiam, quando quis uellet probare mino-

rem se dixisse,& iurasse se maiorem,quia sufficit producere instrumentum,in quo iurauit.l.3. C.si minor se maio. dix.

¶Addas idem esse ad conuincendum aliquem de crimine contumaciæ,sufficit enim ex actis,& scriptura hoc probare,ut in c.quoniam contra.de proba. & hoc modo loquitur.d.c.cum in ecclesijs.& l.properandum.§.fi.C.de iud.

¶Similiter ad conuincendum aliquem de vsuraria prauitate sufficit eius scriptura,ut in clem.j.de vsuris.

¶Vltimo doct.in d.cap.cum in ecclesiis.dicunt delictum per scripturam probari,quando esset leue, & sic ageretur de modico præiudicio, ut ad probandum contumaciam. Et hoc modo intelligunt.d.c.cum in ecclesijs..Et licet aliqui dicant per scripturam ibi probari, quoniam ea confecta fuerat a personis in dignitate constitutis,tamen respõdeo, quòd ille textus ibi in hoc se non fundat, sed potius contingentiam facti refert . Vel melius secũdum glossam ibi,delictum contumaciæ simpliciter per scripturam non probatur,sed ex depositionibus prælatorum in scriptis redactis,aut per eorum literas transmissis, quibus fides adhibetur.c.post cessionẽ.ĵ.de proba.& consequenter dicere,quod in d.cap.cum in ecclesiis.agatur de modico præiudicio est diuinare.

15 ¶† Quòd autem quãdo agitur de modico præiudicio, crimen per instrumenta probari possit,probat text.secũdum intellectum Andreæ in d.c.cum ad sedem.ubi ad recuperandam possessionem contra spoliatorem eiectio sic probari potest, quia causa huiusmodi dicitur momentanea, hoc est modici præiudicij, l. vnica. C. si de momentanea possessione fuerit appellatum.l.momentaneę,cum ibi no. C.vnde vi.& hoc dixit Florianus in l.j.colum.2.ff. de testi.qui refert Iacobum Butrigarium istud tenere.Facit,qđ voluit Romanus in consilio. 348. qui uoluit ad probandã exceptionem excommunicationis in vim dilatorię sufficere exceptionem uiolentam manuum in clericum per instrumentum probari,quia cognitio exceptionis dilatoriæ dicitur modici præiudicij.c.pia.de exceptio.in vj.

16 ¶†Ex quibus infero,ꝙ si ratione spoliationis uiolentæ criminaliter ad effectum puniendi contra spoliatorem ageretur,ut in terminis.l.si quis in tantam.C.vnde vi.& c.cum qui.de præben.in vj.uel ad pœnam.l. Iuliæ de ui publica, & priuata ad l.si quis a se fundum.C. de uir.publi. & priua.& per totum tiulum.ff.eodem. quia tunc de graui piudicio ageretur, spoliatio, seu uis per instrumenta probari non posset,vt a contrario colligitur ex prædictis,& ex his, quæ ponit Fely.in d.c.cum in ecclesiis.in 6.& 7.limitatione.& hęc pro nunc in hoc articulo sufficiant.

17 ¶†Ex verbis Abbatis ibi,& nota ex hoc,& ex tex.cuius verba pro secundo notabili habeo,colligitur, ꝙ aliud est quẽ esse de crimine confessum,aliud esse conuictum, tãquam enim diuersa hic ponuntur, ut constat ex copula, & quæ inter diuersa poni solet, iuxta glossa vulgatam in Rubrica de iuris & facti ignorantia.Idem probatur in cap.j.2.q.1. ibi,nisi aut in conuictum, aut sponte confessum, uerum est ergo dicere,quòd confessus crimen propriè conuictus non dicitur,sed largè & impropriè,ut hic per Abbatem . Nam confessus propriè is dicitur,qui ore proprio se ipsum prodit,& suo testimonio superatur.c.per tuas.ĵ.de proba. l.generaliter.in fi.C.de non nume. pecu. Conuictus autẽ propriè est, qui post negationem suam pluribus testibus, vel alia legitima probatione superatur.l.fi.C.de probationibus iuncta.l.si cum reis.cum gloss.C.de pœnis. gl. relata ad tex.in c.j.2.q.1.

¶Ex quibus infero,quòd sicut confessio verè non est conuictio,ita nec dicetur probatio,cum conuictio, & probatio idem sint,vt in iuribus præallegat.

18 ¶ Vtrum autem confessio uerè, uel impropriè dicatur ꝓbatio,videas ꝑ scribentes & Modernissimos,ubi ego quoque latissimè examinaui in Rubrica. ĵ. de probatio. post Bal.in Rubrica.C.eod. Et quòd non dicatur probatio,innuit gl.in c.forus.in versi. tres. de uerborum significationibus,& in l.cum reis.C.de pœnis.

¶Prædicta inducuntur per Abbatem ad statuta loquentia de conuictis,nam confessos non comprehendent, cum in statutis maximè pęnalibus,exorbitantibus,& correctorijs verba sint propriè & strictè intelligenda, nec ad casum fictum trahantur.l.3.§.hæc uerba.iunctis ibi not.per Bar. ff.de negotiis gestis.c.in nostra.ĵ.de iniur. & dam.dat. & hanc illationem doctor. communiter sequuntur, & post multa hincinde allegata, Decius hic cum dicto Abbatis pertransit.

¶Sed contra prædicta,& præsertim contra illationem traditam And.sic arguit,Ille propriè dicitur conuictus, qui testibus superatus est, sed confessus in iudicio dicitur esse testis contra se,& suo testimonio dicitur conuinci.d.ca.ꝑ tuas.& d.l.generaliter.ergo confessus propriè dicetur conuictus,& econtra.

¶Huic motiuo Decius, & Moder.respondent, quod confessus dicitur esse testis contra se largè & impropriè,& hoc modo debet intelligi d.cap.per tuas. & d.l.generaliter.in fin.quæ responsio suadetur,quoniam quòd confessio dicatur probatio facta per testes,uidetur falsum, vt præsupponit gl.in d.c.forus.& in d.c.1.quod optimè comprobatur quia si testis diceretur, vnicus & singularis esset, & consequenter nõ probaret:quia dictum vnius, dictum nullius est.c.licet vniuersis.de testibus.c.tuis quæstionibus. cum glossa.eod.titulo.

¶Præterea,quis testis esse non potest, neque probat, nisi prius iurauerit.l.iurisiuran.C.de testibus.c. tuis cum glo. eod.titu. At ad validitatem confessionis iuramentum nõ est necessarium,ergo confessus non potest dici propriè testis,& consequenter nec propriè conuictus.

¶Sed replicari posset,quòd ex quo lex, & canon in d.cap. per tuas.& in d.l.generaliter.simpliciter dicunt,cõfessum testimonio suo conuinci,ergo ista uerba propriè in dubio sunt intelligenda.l.non aliter.ff.de leg.3.

¶Nec placent hæ responsiones, quibus sæpe aliqui vtunt, quia uidentur esse refugium miserorum, ut in simili dicit gl.in l.filiũ quem.ff.fam.erc.& facile esset soluenti dicere hic proprie,ibi improprie, & ad hanc rñsionẽ nõ est recurrendum,nisi qñ aliter iuris contrarietas euitari potest.

¶Ideo pro huius contrarij solutione,sequendo illationem Abb.& prædicta, dici potest,illa iura in d.c.per tuas. & in d.l.generaliter.non probare, quod confitendo quis dicatur esse testis contra se,& testimonio suo superari,imo cõtrarium,nam intentio illorum iurium est, quòd vbicunque quis confessus fuerit se mutuam pecuniam recepisse, vel matrem dixisse aliquem esse filium suum,si postea contra suam confessionem venire voluerint, & contrarium suæ assertioni asserere,non est adhibẽda fides,quia de mẽdacio suo dicitur apparere,& dicuntur sibi contrarij, ꝓpterea non sunt audiendi.l.vbi repugnãtia. ff. de reg.iur. l.j.C.de furtis. Item ex eo, quia vellet contra suam cõfessionem venire,& suo testimonio infirmarent,quod semel voce sua dilucidè sunt ꝓtestati,vt in dictis iuribus. Prius ergo loquendo de confessione illa iura non dicunt, cõfessum esse testem pro se,sed quando ille per assertionem cõtrariam ad tollendam confessionem venire vellet,dicunt non esse audiendum.Denegant igitur illa iura confessum esse testem, quia negant posse suo testimonio contrauenire,cum nullus dicatur testis idoneus in re sua.l. nullus.ff. de testibus.l.omnibus.C.eodem titulo.

¶Sed contra conclusionrm Abba. & illationem traditam fortiter stringit textus in l. qui sententiam . C. de pœnis . vbi conuictus pariter refertur ad eum,qui confessus est,& qui testibus superatur, ergo vtroque modo propriè,argumento.l.nam hoc iure.ff.de vulgari, & pupillari substitutione.Idem tex.cum glossa prima,in l.cum reis.C.de pœnis.ibi,cum reis manifesta probatione conuictis, dicit gl. ut habetur in d.l.qui sententiam.sed ille tex.loquitur tam quando per confessionem , quam quando per testes, ergo utroque modo propriè.

¶Secundò allego tex.clarum in l.quamuis.la 1.C. de adulte.ibi,agitata confessione conuictus.

¶Decius hic soluit, quòd inquantum iura confessum appellant conuictum,id impropriè dictum est,quod colligitur ex iuribus allegatis,quę conuictum non appellant simpliciter illum,qui fuit confessus, sed secundum quid, hoc est sua confessione conuictum: ergo impropriè.l.hoc legatum.ff.de legatis tertiò.

¶Hæc solutio eodem morbo,quo & superior, laborat, qa dicere conuictum sua confessione non est dicere illum cõ uictum esse scdm quid,imo simpliciter,sicut iura uolunt, cõuictum esse qui lẽgitima ꝓbatione superatur,ut hic ꝓbat.

¶ Præterea sub vna, eademque determinatione , & sub vno uerbo conuictus comprehenduntur confessus, & testibus superatus , dicta lege,cum reis . dicta lege, qui sententiam.ergo uel utroque modo propriè , uel vtroque modo

modo impropriè,& quoniam aliter hæc iura solui possunt, vt j. dicetur, huic solutioni Decij non est standum.

¶Et antequam ad solutionem deueniam. Tertio loco contra communem conclusionem & illationem traditam allego. l. 2. C. quorum appella. non recip. & §. nullus. 2. q. 6. vbi conuictum iura appellant, qui argumentis conuincitur, superatum, qui testibus ad differentiam cōfessi, quem simpliciter confessum appellant.

19 ¶†Cogitabam pro solutione prædictorum iurium si aliter dici posset, ꝙ aut delinquens ante negationem sponte, nō metu tormentorum, nec timore probationum coram suo iudice confessus fuit, & tunc non dicitur cōuictus, sed simpliciter confessus, ut probat tex. in dicto c. 1. 2. q. 1. ibi, aut conuictum, aut sponte confessum, hoc modo etiam intelligatur hic tex. qui pro parte ex. d. c. j. sumptus fuit, & ita quoque communis conclusio, & illatio scribentium procedat. Aut uero criminosus tractus, seu citatus ad iudiciū crimen negauit, deinde post negationem fuit confessus, quo casu metu tormentorum, seu timore probationum id fecisse cēsetur, & tunc cōfessus hoc modo proprie cōuictus dici potest, sicut si testibus, & alijs legitimis probationibus esset superatus, confessio enim talis species probationis, & conuictionis esse dicitur. d. l. qui sententiam. d. l. cum reis. & d. l. quamuis. & pro hac differentia inter sponte cōfessum, & illum qui timore probationum, vel tormentorum confessus fuit, facit gl. in c. de hoc. in uer. in iure. de simo. quæ allegat. c. non dicatis. 12. q. 1.

20 ¶†Præterea, illa confessio, quæ timore probationum, vel tormentorum fit, per se non sufficit ad condemnandum, nisi alia adminicula, & argumenta concurrant, gl. in d. c. 1. 2. q. 1. & in l. 1. §. idem Cornelio. §. quæstio. & §. diuus Seuerus. ff. de quæstio. gl. in summa. 15. q. vlti. Mitius enim agitur cum sponte confesso, quàm cum illo, qui metu probationum, & tormentorum confessus est. d. c. non dicatis. & j. latius dicetur. Hanc distinctionem innuit glo. in c. fi. 23. dis. & per illam possent concordari opiniones contrarię super illo articulo, an confessio dicatur probatio, super quo doctores multa referūt in rubrica. infra de probationibus. ut dicamus confessionem veram esse probationem quādo post negationem, & sic timore probationum, vel tormentorum facta fuerit, quia cum propriè dicatur conuictio, ut in iuribus. s. in cōtrariū allegatis, ita dicet propriè probatio, qm̄ conuictio & probatio idem important, vt in d. capi. 1. cum gl. 2. q. 1. & hic, cum simi. si uero confessio sponte ante negationem criminis facta fuerit, non dicitur propriè probatio, sicut nec conuictio, quia hoc casu tanquam diuersa ponuntur, & ad prædicta facit.

21 †Nam spontanea confessio ꝓ re iudicata habetur in causa ciuili adeo, ꝙ post se aliā sententiam non expectat, sed solam exequutionem. l. unica. C. de confe. iuncta. l. 1. cum gl. ff. eo. l. proinde. §. 1. cum glos. ff. ad l. Aquil. l. si debitori. ff. de iudi. sed confessio, quæ fit post negationem, expectat post sententiam etiam in causa ciuili, vt est glo. & ibi Barto. in l. prima. C. de litis contestatione. ¶Similiter in criminalibus videtur differentia, vt per Bar. in l. si confessus. ff. de custo. reo. nam sola confessio spontanea de per se sufficit ad condemnationem. d. l. si confessus, sola verò confessio timore probationum, vel tormentorum facta non sufficit, nisi alijs concurrentibus, vt d. l. j. §. diuus. Et ex proximè dictis redditur dubitabile id, quod dixit Bal. in Leum, qui. in prin. ff. de iureiurā. Quod dictū refert, & sequitur Alex. ibi, ꝙ quando accusator per vnum testem idoneum crimen probabit, quo casu reus ad tormēta poni potest, vt per Bart. in l. fin. ff. de quæstio. si reus fuerit metu tormentorum confessus, non dicitur plenè conuictus; quia cum ex duabus semiplenis probationibus diuersi generis superatus fuerit, non potest dici contra eum crimē verè probatum: quoniam semiplena probatio non dicitur verè probatio, sed impropriè, vt patet ex his, quæ ponunt scriben. maximè Decius in rubrica. j. de proba. & colligitur ex diffinitione probationis.

¶Præterea, ex eo ꝙ crimē per unum testem fuerit probatū, non potest dici conuictus, cum plures testes requirantur, vt s. diximus in primo notabili, nec ex sola confessio in tormentis facta, ut d. l. 1. §. diuus. quoniam cum ex ea dicatur superatus, non potest dici conuictus per prædicta, nec dictum illius tex. contrarium operatur, cum vltra huiusmodi cōfessionem semper aliquod adminiculum requiratur. d. §. diuus. & tamen iura appellant taliter confessum conuictum esse, d. l. qui sententiam. d. l. quamuis.

¶Rursus & si ex dicto unius testis tantum non potest dici conuictus, nec etiam ex sola confessione in tormentis facta, tamen coniūgendo hæc duo simul plenam probationē facient per ea quæ habentur in l. admonendi. ff. de iureiuran. & dicto §. diuus. Quo fit, ut etiam ex istis delinquens dicatur conuictus.

22 ¶†In tertio notabili, quod pro secundo ponit Abbas. Ex eius uerbis elicitur, ꝙ incompetentia iudicis ita inficit confessionem factam coram ipso, sicut ipsam sententiam, ut hic arguit Papa, & non solum sentētiam, ac confessionem, sed etiam omnia alia acta tam ordinaria, quàm probatoria inficere dicitur per hunc tex. iūcta. l. fin. C. si a non competenti iudice. per Bartolum in l. cum lite mota. ff. iudicatum solui. & l. properandum. §. 1. C. de iudicijs. Abbas igitur aperte confessionem, & sententiam in terminis nostris quoad iudicis incompetentiam æquiparat.

¶Cogita, an istud argumentum in terminis huius literæ non procedat: quia non videtur quoad incompetentiam iudicis confessio & sententia a pari procedere, nisi quando fieret coram iudice vetito & reprobato: ut quia clericus corā seculari fuisset confessus, & ab illo condemnatus: tūc enim & confessio, & sententia nullius momenti penitus esse dicuntur, capitulo si diligenti. de foro competenti. At quando iudex simpliciter esset incompetens, sed nō vetitus, nec reprobatus, tunc a pari non procedunt; quia licet sententia sit ipso iure nulla quo ad omnem effectum l. fina. C. si a nō competenti iudice. Tamen confessio totaliter quoad omnē effectum nulla non dicetur; quia saltem confessus in alio iudicio cogi potest in illa confessione perseuerare, vt per Innocentium, in capitulo per inquisitionem. supra de electio. glo. magna in principio in capitulo, cum super. infra de cōfes. Alexander in l. diuus. in apostillis ad Bartolum. ff. de custodia reorum.

23 ¶†Secundo ex dictis Abbatis. colligitur, ꝙ confessio, & alia acta iudiciaria quoad nullitatem a pari procedunt, quando vitium annullans hæc pariter respiceret. Quod exemplificari potest, ut dictum fuit, quando facta essent coram iudice uetito, vt in terminis huius literæ. Secus si pariter omnia prædicta non respiceret: vt quia confessio & alia acta iudiciaria facta essent coram non iudice simpliciter incompetenti; tunc enim non omnis effectus confessionis periret ut supra, sed aliorum actorum sic, ut dicta l. fina. Vel potes exemplificare, quando instantia esset perempta; tunc enim solum perirent acta ordinatoria, & quæ fiunt ad veritatis indagationem aliquo respectu, vt per Bartolum in dicta l. cum lite mota. & dicta l. properandum. §. & si quidem.

24 †Confessio verò quoad omnes suos effectus remanet, ratio est; quia instantia, eiusque peremptio confessionem respicere non dicitur, cum illa extra omnem instantiam, & ante iudicium inchoatum sponte fieri possit. capitulo primo, de accusationibus. in sexto dicta l. proinde. & dicta l. si debitori. & hoc voluit Alexander in apostillis in dicta l. cum lite mota. Quod suadetur. Nam lite non contestata omnia acta pereunt; imo sunt nulla: quia a litis contestatione dependent, capitulo vnico. infra de litis contestatione. infra per totum ut lite non contesta. & tamen confessio absque litis contesta. facta sola valet ad condemnandum, ut per Barto. in dicta l. si confessus. per illum textum. & per Innocentium in capitulo, qualiter & quando. de accusationibus. capitulo primo, eodem titulo. in sexto. & Aretinus hic inquit, quòd effectus incompetentiæ inficit totum processum, & omnia & singula acta iudicij, ac etiam confessionem.

¶Defectus autem ordinis iudicij & processus solum ea inficit, quæ ab illo ordine dependent, ut sunt probationes, & alia acta, ut per totum infra vt lite non contestata. cum nota. in l. prolatam. C. de sententiis. confessionem vero in iudicio factam minimè; quia illa ab ordine iudicii non dependet.

¶Hæc æquiparatio, quam hic Aretinus inter confessionem & alia acta ratione incompetentiæ simpliciter facit, non videtur procedere, nisi quando hæc facta essent corā iudice vetito & prohibito, sed quoties coram iudice simpliciter incompetenti facta forent, hæc æquiparatio, non procedit, cum confessio saltem valeat, vt indicium & suspicio sufficiens ad torturam per supra allegata, & præsertim per id, quod uoluit glossa in dicto capitulo, cum super. quæ allegat capitulo quàm graue. de excessib. prælatorum.

¶Cogita-

¶Cogitabam etiam si illud, quod hic ponit Abba. æqui-
25 parando † confessionem, & omnia acta iudicij simul,
quòd omnia propter iudicis incompetentiam vitientur,
an istud procedat non in confessione, quæ sponte fit an-
te negationem, quæ non exposcit litis contestationem,
nec aliquem processum, sed in confessione, quæ post litis
contestationem & negationem metu tormentorum, siue
probationum fieret; quia propter iudicis incompetentiam
ex quo iudicium eiusq; processus vitiatur, etiam illa cōfes-
sio uitiari dicetur. Primo: quia dicitur de processu, ac de a-
ctis iudicij. c. quoniam contra. de proba. Secundo; quia ta-
lis confessio propriè dicitur conuictio & probatio, ut dictū
fuit, & ideo sicut ex tali defectu incompetentiæ aliæ pro-
bationes vitiantur, ita & hæc: Tertiò, quia hæc confessio
solum fit post lit. contesta. & porrecto libello, itaque eius
effectus a libello, & litis contestatione dependet, sicut alia
acta, quæ sicut uitiantur, ita & huiusmodi confessio. Quar-
tò, quia nō habetur pro re iudicata etiam in ciuilibus, licet
secus sit in confessione spontanea. ut in l. j. C. de confes. iū-
26 ctis no. in l. 1. C. de lit. contest. Quinto † quia a sententia la
ta uirtute confessionis factæ timore probationum, uel tor-
mentorum appellatur. l. 2. cum glo. C. quorum appella. nō
recip. secus est in sententia lata ex confessione spontanea, vt
in d. l. 2. §. & nullus. 2. quæstio. 6. ex quibus infertur, ꝙ hu-
iusmodi confessio nō spontanea sit totaliter nulla propter
incompetentiam iudicis, at illa, quę spōte fit, in totum nul
la non dicatur; quia saltem tanquam extraiudicialis dice-
tur indicium facere, quia confessus cogi poterit in illa con-
fessione perseuerare per ea quæ. s̃. sæpe diximus.
¶Addo uerum non uideri, ꝙ ratione incompetentiæ acta,
& cōsequenter cōfessio nulla dicatur, etiam ꝙ sint de pro-
cessu, ut uidetur tex. in capitu. ad petitionem. j̃. de accusa.
quē ad hoc ponderat gl. ibi in uer. facta contra prædicta.
¶Sed pro solutione videas glo. ibi in fin. quæ intelligit, ꝙ
Papa iudicauerit non ex probationibus, seu ex confessione
facta in priori iudicio, & instantia, sed ex eo, quia coram ip
so probationes & confessio fuerant reiteratæ.
27 ¶†Addo etiam incidenter unum, quod ponit Gratianus.
in dicto §. nullus. 2. q. 6. ꝙ confessus crimen, & conuictus
condemnatus appellare non potest, ut in d. l. 2. Hoc proce-
dit, quando essemus in criminibus notorijs, secus in occul-
tis; quia tunc confessus & conuictus simul appellare pote-
rit. Per quod dictum multum restringitur tex. in l. 2. C. qn̄
prouo. non est necesse.
¶Sed hæc declaratio non placuit glossæ ibi cum in notorij
sui natura non requiratur, ꝙ quis nec confessus, nec conui-
ctus fuerit, nam ex solo notorio quis damnari posset. c. eui-
dentia. j̃. de accusa. c. nostram. il 3. de iureiurā. c. uestram.
& ca. fi. de cohabi. cleri. & mulie. frustra ergo Gratianus in
notorijs considerat confessionem, & conuictionem in ter-
minis dictæ l. secundæ, cum sine confessione, & conuictio-
ne in notorijs appellari non possit. c. cum speciali. §. porro.
c. cum sit. c. peruenit. & c. consuluit. de appel. ca. Romana.
§. si autem. eod. titu. in 6.
28 ¶†Aliud quoq; dubium superest, an ad hoc, ut ille, qui fuit
sponte confessus appellare non possit necesse sit, ꝙ etiam
conuictus fuerit, cum solum sufficiat simpliciter fuisse con
fessum, & uidetur utrunque esse necessarium, ut infertur
ex tex. d. l. 2. & d. §. nullus.
¶Cōtrarium ad literam probat. d. c. cum speciali. §. porrò.
& d. ca. Romana. §. si autem. ubi sicut in notorjs appellari
non potest ita quando quis simpliciter confessus fuisset.
¶Præterea confessus crimen facit rem esse notoriam, text.
cum glo. in d. c. 1. de accusa. in 6. d. c. vestra. & d. c. fi. sed in
notoriis de per se appellari non potest, ergo idem quando
quis simpliciter confessus fuisset, absque eo quod conui-
ctus fuerit.
¶Reperio Romanum in singu. 639. incip. de iure, qui hanc
difficultatem mouet, & soluit, dicens, ꝙ si nos loquamur
de iure ciuili, ad hoc, ut appellatio tollatur, requiritur, ꝙ nō
solum quis fuerit sponte confessus, sed etiam conuictus, ita
intelligatur. d. l. 2. & d. §. nullus. alioquin simpliciter con-
fessus appellare posset. l. creditor. §. iussus. ff. de appella. si ve
rò loquamur de iure canonico, tunc ad hoc, ut quis appel-
lare nequeat, sufficit, ꝙ simpliciter confessus fuerit absque
conuictione, ita procedat text. in d. c. cum speciali. & in d.
capitu. Romana.
29 ¶Inquantum tamen Ro. ibi concludere videtur, † ꝙ de iu-
re canonico sponte confessus ante sententiam appellare nō
possit, hoc debet intelligi ante sententiam & litem conte-
statam, si enim ante sententiam, sed post litem contestatam
confessus fuisset, appellare prohibitus non esset: quia de iu-
re canonico etiam confessus timore probationum, & simul
conuictus appellare potest, ut in d. §. nullus. 2. q. 6. iuncta,
d. l. 2. in fin. & iura canonica. s̃. allegata prohibentia appel-
lationē ratione confessionis loquuntur de confessione spō
tanea, quæ rem notoriam facere solet. d. §. porro. & d. §. si
autem. & licet non reperiantur iura canonica loquentia in
hoc casu de confesso & conuicto simul post negationem,
tamē iura ciuilia super hoc disponunt vt s̃. quæ ēt in foro
canonico seruanda sunt, ex quo canon contrarium non di
sponit per id, quod uult gl. in c. 1. & ibi scribē. de noui op.
30 nūtia. ¶†In quarto no. quod pro tertio Abba. ponit, ex eius
verbis ex hoc tex. in uersi. si vero, &c. notandum est, ꝙ sola
spontanea confessio criminis coram iudice suo facta nocet
confitenti ad illum condemnandum. d. l. si confessus. d. ca.
1. de accusa. in 6. c. cum super. j̃. de confes.
31 ¶† Vtrum autem sola confessio metu tormentorum facta
ad condemnandum sufficiat. Respōdeo si quæramus quo
ad effectum appellandi, sola nō sufficit, quia conuicto quo-
que requiritur. d. l. 2. C. quorum appell. non recip. d. §. nul-
lus. 2. q. 2. quò uerò ad effectum condemnationis non suf-
ficit sola confessio, sed requiritur etiam perseueratio, seu ra
tificatio, quodq; aliter etiā de crimine liquerit saltem per
indicia legitima. l. 1. §. diuus Seuerus. & l. penul. ff. de quæ-
stio. ut latius. j̃. declarabitur.
32 ¶†Addo etiam, ꝙ ex sola confessione spontanea, aut timore
tormentorum facta ut s̃. non est quis condemnandus, nisi
prius de crimine commissio saltem in genere constet, quia
licet quis millies crimen sponte confessus fuisset, nisi cōstet
illud in genere fuisse commissum, condemnari non posset.
d. l. 1. §. si quis vltro. ff. de quæsti. de cuius intellectu aliqua
infra dicentur. Et quod dictum est de spontanea confessio-
ne, procedit, siue ea in iudicio ordinario facta fuerit, siue in
extraordinario puta nullo porrecto libello, nec lite conte-
stata; qui absque aliquo processu confitenti nocet. d. c. 1. de
accusa. in 6. si inquisitio ineptè formata fuerit, non præce-
denti fama, & processus fuerit nullus, ex confessione iudex
inquirens potest condemnare, vt per Inno. in d. c. qualiter.
per Bart. in d. l. si confessus. nam confessio huiusmndi etiā
in criminalibus omnem defectum processus supplet, ut ibi
non autem defectum incompetentiæ iudicis, ut hic est tex.
33 †Et hæc vera sunt, quando confessio facta coram iudice cō
petenti principaliter propter se facta esset, & ad effectū prin
cipalis intentionis, secus si incidenter, & propter aliud, ut
quando contra accusatorem, vel testem productum in cau
sa criminali fuisset oppositum crimen per uiam exceptio-
nis ad illum excludendum; quoniam si ille, contra quem
fuit oppositum, confessus fuisset, non esset de eo crimine
condemnandus: quæ enim fiunt excipiendo, non prosunt
ad damnandum, sed solum ad excludendum. c. j. de excep.
c. 2. de ordi. cogni. Bar. in l. 2. §. si publico. ff. de adult. glo.
fi. in l. si filium. C. de libera. cau. & gl. no. in c. ex pœnitenti
34 bus. in fi. l. dist. ¶†Sunt tamen aliqui casus, in quibus si inci
denter de crimine fuerit oppositum, & de illo appareat per
confessionem, aut aliter legitime, iudex in eodem iudicio
potest confessum, seu conuictum de crimine condemnare.
Primus casus est quando per uiam exceptionis opponere-
tur: vt quis ab officio, seu ab ordine iam obtento & confir-
mato excluderetur, vt est tex. in ca. super literis. in secundo
responso infra de accusationibus.
¶Secundus casus est, quando incidenter contra agentem,
vel accusatorem, aut contra testem crimen falsi esset op-
positum, nam si de illo crimine constaret per confessio-
nem, aut aliter legitimè, non solum quis a iudicio repellere
tur, sed etiam in eodem iudicio ab eodē iudice puniri pos-
set, ut est glossa finalis in c. 1. j̃. de exceptio. & Petr. de An-
cha. in consi. 172. circa primum. ¶Tertius casus, si crimen
incidenter per uiam exceptionis oppositum tangeret cau-
sam principaliter intentatam, ut quando contra aliquem
de simonia, de falso, vel de alio crimine ageretur, & contra
accusatorem, vel testem obijceretur, ꝙ eiusdem criminis
author, seu particeps fuisset, si enim de illo crimiue opposi-
to constiterit per confessionem, vel aliquam legitimam ꝓ-
bationem, iudex eum in eodem iudicio damnare poterit,
vt in capitulo, cum super. vbi glossa & Abbas, infra de con-
35 fes. glo. in dicto cap. 1. de exceptio. ¶†Possunt & quidam ca
sus declarari, quando marito de adulterio accusanti, mu-
lier exceptionem lenocinij opponere possit, vt per Innocē.
in capitu. per inquisitionem. de electtion. & in c. 2. de ordi.
cognitio.

cognitio: quę exemplificat, quando contra maritum de crimine opposito iudex punire vellet, non pœna ordinaria, sed extraordinaria, nam cum modus procedendi de crimine per exceptionem dicatur extraordinarius, pœna ordinaria non est imponenda, sed extraordinaria. dicto capitulo sup his. ut ꝟ. tangetur, & diximus supra. in capitu. primo. eode titu. nam pœna ordinaria pro crimine regulariter non est imponenda, nisi quando de crimine uia ordinaria proceditur, hoc est per uiam accusationis, argumento. ca. primi. 81. distinctione.

¶Et in quātum dictum fuit, ꝙ de crimine opposito per modum exceptionis quis nō est damnandus, sed solum a iudicio repellēdus. Hoc verū est ad effectū puniendi in eodem iudicio iuribus præallegatis, sed quò ad effectum procedēdi de crimine in alio iudicio, si de crimine opposito quis fuisset conuictus, seu confessus, posset cogi ad perseuerandum in illa confessione, quia si confessio in primo iudicio non profuit ad damnandum, profuit tamen, vt ex illa indicium efficax resultaret per ea, quæ habentur per Bartolum in dicta l. si confessus. circa finem. ibi. Secundò casu, & per Innocentium in dicto c. per inquisitionem imo plus videtur innuere Barto. ibi, ꝙ ex tali confessione sola absque alia probatione confessus puniri possit de crimine, quod est uerbum multum notandum, & est verum, quando confessio huiusmodi coram iudice competenti facta esset, si vero coram incompetenti, tunc faceret indicium, vt ꝯ.

36 ¶† Quando autem confessio in iure, seu in iudicio dicatur facta, dicas, ꝙ si sumus in iudicio ordinario, requiritur illā fieri in loco iudicij coram iudice ad hoc sedente pro tribunali. l. penultima. ff. de iusti. & iure. Bartolus in l. prima. columna. 1. C. de confessis. Canonistæ. in c. fina. eodem titu. §. quando. 2. q. 1. At quando sumus in iudicio extraordinario, in quo sufficit summaria, & semiplena cognitio, satis est illam factam fuisse coram iudice cognitore in quocunque loco congruo & honesto, ut in itinere, & similibus absq; ꝙ iudex pro tribunali sedeat, glo. cum tex. in l. uoluit. in fi. ff. de interrogatio. actio. tex. cum glo. in uersi. transitu. in §. serui verò. insti. de liberti.

¶Et quoniam hæc materia confessionis in criminalibus est valde utilis, & practicabilis pro illius declaratione aliquas

37 conclusiones pono,† Prima sit, quòd cōfessio iudicialis de crimine sponte facta absque metu tormentorum coram iudice suo confitenti præiudicat, ut ex ea damnari possit, nullo etiam præcedente processu, vel nulliter facto vt habetur per Innocentium in dicto capitulo qualiter & quando. Barto. in dicta l. si confessus. & probat hic text. generaliter loquendo, & cap. 1. de accusatio. libro sexto. Ratio est, quia huiusmodi confessio reddit crimen notorium, ut per gl. in d. c. vestra. & ca. fi. de cohabitatione clericorum & mulie. sed in notorijs, criminibus iuris ordo, uel processus seruandus non est cap. euidentia. ꝟ. de accusatio. ca. ad nostram. il 3. de iureiurando cap. quæ Lotharius cap. de manifesta. 2. quæstione. 1. ergo &c.

38 ¶† Secunda conclusio sit, ꝙ confessio criminis coram iudice incompetenti facta, cuius iurisdictio nullo modo prorogari potest: ut quia iudex dicatur vetitus & prohibitus, talis confessio non nocet confitenti ad plenam probationē, tanec ad indicium faciendum, vt est tex. hic, iuncto. c. 2. & c. si diligenti. ꝟ. de foro competenti. Bar. Alex. & alij in l. magistratibus. versi. sed quæro. ff. de iurisdictione om. iud. & hic per Decium. Nam ex quo huiusmodi confessio omni respectu dicitur nulla, etiam ꝙ fuerit ratificata, confessus in illa perseuerare cogi non poterit: quia non facit indiciū per hunc tex. vt ꝟ. dicetur post Decium, & alios. & in casu isto non procedit illud, quod dixit Inno. in d. c. per inquisitionem. & glo. in d. c. cum super. & Alex. in apostil. ad Bar. in l. diuus. ff. de custo. reorum; quoniam eorum dictum ꝓcedit, quando confessio facta esset coram iudice incompetenti non vetito, cuius iurisdictio alias prorogari posset.

¶Nec obstat, ꝙ saltem tanquam extraiudicialiter facta indicium faciat, vt per glo. in l. capite quinto. in fi. ff. de adulterijs. quia illud dictum glo. procedit in confessione extraiudiciali non vetita. Sed confessio, de qua in casu nostro a canone dicitur prohibita: nam clericus qui coram seculari comparet, & crimen confitetur, punitur, & quicquid coram illo factum fuit, pro infecto habetur. dicto capitulo si diligenti.

¶Tertia conclusio sit, ꝙ confessio criminis coram iudice incompetenti non uetito facta confitenti non nocet, vt ex illa plenè de crimine constare dicatur, etiam ꝙ sponte facta fuerit, facit tamen indicium & suspicionem ad torquendum, quia habetur tanquam extraiudicialiter facta ꝑ ea, quæ habetur in dicto capitulo, per inquisitionem. cum similib. allegatis. & ratio huius dicti fuit, quia in criminalibus prorogationibus locus non est. l. si quis ex consensu. & ibi Baldus columna secunda. C. de episcopali audientia. Baldus in l. prima. in principio. C. ubi de crimine agi oportet. & in l. prima. in ultima columna. ibique Bartol. C. de iurisdictione omnium iudicum. & in l. j. in quinto notabili. C. qui pro sua iurisdictione. & in terminis huius conclusionis procedit argumentum, quod facit hic Papa, arguendo de sententia ad confessionem, quæ ratione incompetē-

39 tiæ non tenet, vbicunque uero † confessio facta esset coram iudice incompetenti nō uetito, qui alias cognitionem causarum criminalium haberet, noceret plenè confitenti, ut de illa puniri possit, nam confitendo videtur iurisdictionē illius iudicis prorogasse, ut uoluit Angelus in l. prima. ff. de confess. per Andream in additio. ad Specu. in titulo de confessis. §. sequitur uidere. versiculo quinto. & per Angelum Areti. in tractatu maleficiorum in versicu. comparent dicti inquisiti.

¶Nec obstat id, quod proximè dictum fuit, in crimiualibus non prorogari iurisdictionem. quia illud verum est, quoties quis iurisdictionem illius prorogare vellet, qui cognitionem criminalium non haberet. At quando illam haberet, posset eius iurisdictio prorogari, vt colligitur ex his, quæ uolunt docto. in locis proxime allegatis, & habetur ꝑ Bartolum in l. prima post glossam. columna secunda. ueri. uenio ad tertiam glos. ff. de iudi. Bal. in additioni. ad Spec. in titu. de compet. iudi. versi. quod in criminali. Specula. in titu. de iurisdictione omnium iudicum. in 3. charta, uersi. uerum. Innocen. in capitulo de causis. columna prima. uersiculo. item dicunt. de officio deleg. Alexan. in dicta l. prima. ff. de iudicijs.

¶Ex prædictis infero, ꝙ si coram iudice incompetenti non uetito de crimine inquisitus confessus crimen fuisset, ex tali confessione damnari non posset, ēt ꝙ ille iudex alias co

40 gnitionem criminalium haberet,† quia in iudicio inquisitionis, & ubi per hanc uiam proceditur, nunquam iurisdictio iudicis incompetentis prorogari potest. Bald. in l. j. in fine. C. ubi de crimine agi oportet. & in l. 1. C. de sicarijs. Nellus de sancto Geminiano in tractatu bannitorum in 2. parte primi temporis secunda quæstione. & hoc modo potest imitari id, quod habetur in dicto capitulo primo. de accusatio. in 6. ꝙ illud procedat, nisi confesio in causa inquisitionis facta esset coram iudice incompetenti, illa enim cōfessio non noceret, posset tamen ex ea reus a suo iudice cōpelli in illa perseuerare saltem, vt extraiudicialis facta censeretur, & ideo indicium ad torturam sufficiens faceret per ea, quæ uoluit Innocentius in dicto capitulo per inquisitionem. iuncta gloss. in dicta l. capite quinto. cum similibus.

41 ¶† Ex prædictis etiam infero, ꝙ si confessio criminis facta esset corā iudice delegato in causa criminis dato inter alias personas, huiusmodi confessio confitenti non noceret, nisi ad semiplenam probationem & indicium: quoniam iurisdictio delegata de persona ad personam prorogari non potest, ut in c. P. & G. ꝯ. de officio delegati.

42 ¶† Vltimo infero, ꝙ si clericus coram episcopo non suo, ꝗ alias habere dicitur cognitionem criminalium, esset confessus crimen, talis confessio sibi plenè non noceret: nā iurisdictio episcopi non sui absque consensu sui episcopi prorogari non potest. c. significasti. ꝟ. de foro competenti, noceret tamen ad qualemqualem præsumptionem & indiciū, ut supra.

43 ¶† Quarta conclusio, quòd confesio ficta, seu a lege tacitè præsumpta, puta quæ ex contumacia, fuga, vel banno inducitur, ut in l. absentem. ff. de pœnis. & per glossam in summa. tertia quæstione nona. & in c. veritatis. de dolo & contumacia. Nocet solum ficte confitenti in illo iudicio & non in alio, neque coram alio iudice ita demum, si facta fuerit in iudicio ordinario, vt per Romanum in singulari. 303. Barto. in l. 2. §. diuus. & in l. eius, qui. in prin. ff. de iure fisci. Areti. in l. 2. in fin. C. de edendo. vbicunque vero quis pro confesso habetur in iudicio nullo ratione processus, & sic in extraordinario. non noceret etiam coram illo iudice, & minus coram alio, alioquin plura specialia resultarent, primum, quòd confessio fingeretur, secundum, quòd plenè noceret in iudicio nullo, vel processu nullo præcedente, contra textus. in l. prima. C. de dot. promis. cum

cum glossa.& hæc conclusio colligitur ex no.per Baldum. in l.prima. in ultima columna. versicu. Item dicit. C.de confessis. per Alexandrum in dicta l. si confessus. in apostillis.& in dicta l.absentem.in apostilla magna, & per Decium hic in sexta limitatione.

44 ¶Quinta conclusio, ꝙ confessio facta in iudicio,† cuius processus esset nullus ex ineptitudine libelli, iuxta.l.libellorũ. §.primo.ff.de accusationibus,c.tuæ.de procura, non valet quò ad plenam fidem faciendam, vt uoluit Bal.in l.2,§.qd si actor.col.vlti.versi.vlterius nota. C.de iuramen.calum. Bald.in consilio 143.libro quarto. & est de mente Angeli. consi.178.& sequitur Andr.Barba.hic pro qua opinione facit.c.fi.de resti.spolia.

¶Contrariam sententiam veriorem esse affirmat Bal. in l. 2. circa fin. C. de re iudica.dicens, ꝙ confessus in iudicio ad euitandum,ne sua confessione damnetur,de ineptitudine libelli opponere non potest, aut de alia nullitate processus. Hoc idem est de mente Aretini hic,qui quoad confessionis validitatem differentiam non facit,an fuerit facta in iudicio nullo ob ineptitudinẽ libelli, uel propter omissionem litis contestationis,& hæc opinio optimè probatur in d.c.1.cum gl.de accusa.in 6.

¶Posset autem responderi tex. in d.c.fina. de restitu.spoli. quod processus ibi fuit nullus propter formam rescripti non seruatam,quæ ad vnguem adimpleri debuit.cap.cum dilecta.de rescrip.Nil mirum,si confessio in illo iudicio facta corruit,vt est ex mente gl.ibi in uerb.fuit,& gl.fina. loquitur in casu diuerso a casu nostro.& ratio differentiæ esse uidetur;quia maior defectus videtur esse omissio formæ rescripti,per quam mandatum superioris, & principis neglectum videtur,& idcirco non est mirandum,si confessio magis vitiatur,& sic non obstante.d.c.fina. firma remanet hæc secunda opinio Baldi,pro qua ita argumentatur, confessio siue in ciuili, siue in criminali causa coram suo iudice facta etiam nulla porrecto libello, nec aliquo facto processu,nocet confitenti,vt probatur hic, & in dicto capit.1. 2.q.1. ergo idem dicendum est,quando facta fuisset porrecto libello inepto, argum.l.vnicæ.§.primo.C. de rei vxo. actio.§.serui vero. cum gloss.in uersiculo transitu. institu. de liberti.

¶Posset tamen huic motiuo responderi ex capi.dilecti. iũcto capitulo examinata.ĩ.eod.titu.vbi iudicium procedit etiam,quod nomen actionis expressum in libello non fuerit,quòd si fuerit ineptè expressum libellus vitiatur,& reus est ab obseruatione iudicij absoluendus, quamuis absque expressione nominis actionis libellus procederet, data ergo instantia argumentum corruit. capit. sicut vrgeri. prima quæstione prima.

¶Replicari tamen posset,quòd in casu nostro cõfitenti imputandũ est,cum posset a confessione sua se abstinere, stante nullitate processus ob ineptitudinem libelli,iuxta capitulo secundo, de confess. in sexto. Confitendo igitur sibi præiudicauit.

¶Tertiò pro secunda opinione principaliter facit, quod habetur per Bald.in l.sed & si dolo. §. item exigit. alias est. l. item exigit.ff.de dolo per clementina constitutionem. in fin.de electio. vbi si appellatio ab electione fuit nulla, propterea, quia non fuerit seruata forma appellandi tradita in capitulo ut circa.de electio.in 6.ob cuius nullitatem probationes factæ in illo iudicio vitiantur, non tamen confessio in eo iudicio facta inficitur,& uitiatur.Ratio est quia confessio a validitate appellationis non dependet, & prædictã opinionem Baldi sequuti videntur Bar. & Alex.in apostil. in d.l.si confessus,vt est de mente Inn.in c.qualiter & quãdo.il 2.de accusatio.

¶Alias tenẽdo primam opinionem Baldi in dicto §. quod si actor. respondebam tex.in d.clemen.constitutionem. ꝙ ideo ibi confessio non uitiabatur, quia eius ualiditas non dependet ab ineptitudine libelli, & ideo non vitiatur propter ineptitudinem appellationis, quæ ex defectu formæ proueniebat,sed quando processus fuit nullus ob ineptitudinem libelli,illa a defectu formæ non prouenit.Casus igitur.d.cle.est diuersus a casu nostro.

¶Verum hæc responsio tolli videtur ex his, quæ supra dixi circa.c.fina.de restitutione spoliatorum. Nisi diceres,aliũ esse defectum formæ processus,alium formæ rescripti.Vel melius responderi potest dictę clementinæ.constitutionẽ, ꝙ loquatur de confessione facta in iudicio sponte, & non metu probationum vel tormentorum,quæ in se valet, nec uitiatur ex defectu formæ processus,seu ineptitudinis libelli: quia illa per se stat,nec a forma iudicii, seu appellationis interpositæ dependet, ut dicto capitulo primo. de accusationibus.in sexto.

¶Et sequendo hanc opinionem, ꝙ ex ineptitudine libelli confessio iudicialis non vitietur,non obstat allegatum consilium Angeli.178.quia potest retorqueri; nam Ange. voluit,ꝙ quando libellus accusationis est ineptus,si reus crimen confessus fuerit, pœna ordinaria puniri non poterit, sed extraordinaria & arbitraria.Ergo innuit confessionẽ illam non tolli, quare autem non ordinaria, sed arbitraria

45 pœna est puniendus,ratio est,quia † pœna ordinaria criminis regulariter non imponitur nisi per viam accusationis. c.1.71.di.l.rescripto.§.si quis accusatorem. ff. de mulieribus & honeribus. & ex dicto c,qualiter & quando. iuncta glo. ut supra dixi,in c.primo.sed quando libellus esset ineptus,reus ex sua confessione pœna arbitraria & extraordinaria est puniẽdus,ut inquit Angelus,quia hic non est modus procedendi ordinariè de crimine,cum alius sit, quòd per uiam accusationis procedatur, aliud per confessionem iudicialem sponte factam ; quoniam uidetur procedi per uiam notorij per id,quod dixit glossa in dicto cap.1.de accusa.& hoc modo intelligo tex.in dicto c.primo.quòd ibi ex confessione inquisitus puniri debuerit pęna extraordinaria & arbitraria,non autem ordinaria. Quod suadetur: nam ibi causa criminis fuerat,commissa ut per uiam inquisitionis procederetur,ergo sumus ibi in casu, quo pęna extraordinaria est imponenda:quia regulariter in causa inquisitionis extraordinariè, non autem ordinariè quis est puniendus, vt dixi,s.in c.1.

46 ¶† Et hæc sunt optimè notanda. Quia habes quomodo debeat intelligi id,quod vulgo scribẽtes hic,& alibi dicũt, quòd sponte confessus ante negationem,& inchoatum iudicium absque alio processu omnino est puniendus,vt habetur per Innocentium in dicto capitulo qualiter per Bar. & alios in dicta l.si confessus. & hic per scribẽ. Nam illud intelligas procedere quoad pœnam extraordinariam, non autem ordinariam ; cum remedium istud procedendi per confessionem spontaneam dicatur extraordinarium; quia solus modus procedẽdi per accusationẽ est ordinarius secundum veriorem opinionem, quod notandum, est pro declaratione.dicto capitulo primo. & aliorum iurium similium.

¶Animaduertendum est etiam,ꝙ inquantum allegatur.d. c.1. ꝙ ineptitudo libelli confessionem iudicialem non uitiat: nam licet ibi inquisitio fuerit inepta,quia nõ pręcedẽte fama publica facta fuit,nec ex eo,ꝙ capitula, super quibus esset inquirendũ,fuerint inquisito assignata, iuxta.d. c.qualiter & quando. tamen hic ordo, & hæc solennitas inquisitionis non dicitur de solennitate formali, nec substantiali iudicij,quod patet;quia illi solẽnitati partes renũtiare possunt,in c.2.ibi glossa,in uer. ne quibus. de confess. in 6.nil mirum igitur, si non obstante omissione illius ordinis adhuc confessio facta remanet,atq; subsistit.

¶Vtrum quæstio nostra est, quando processus, seu iudiciũ esset nullum propter ineptitudinem libelli,qui dicitur esse de forma substantiali ipsius iudicij,cuius omissio ipso iure iudicium vitiat,vt in c.1.de libel.obla.& cui solennitati renuntiari non potest,vt in l.prolatam.cum glossa.C.de senten.iunctis his quæ habentur in ca.de causis. ĩ. de officio deleg.& ideo propter illius ineptitudinem dici potest,confessionem vitiari.

47 ¶†Cogitabam tamen,si prædictæ opiniones Baldi concordari posset,considerando, ꝙ aut loquimur de confessione spontanea,quę ordinem processus non requirit, & tunc licet libellus fuerit ineptus, adhuc tamen confessio firma remanebit. Primò;quia ex illa crimen notorium est effectũ, vt per glossam in dicto c.primo, & dicto ca.vestra,cum simili.Sed in notorijs iuris ordo non seruatur, nec libellus, aut litis contestatio requiritur dicto capitulo ad nostram, & dicto capitulo euidentia. Secundo: quia hæc confessio libellorum non requirit,ergo si libellus fuerit ineptè porrectus,confessio non vitiabitur,argumento.dictæ l.vnicæ.& in hoc casu procedat opinio Baldi.in dicta l.secunda. de re iudicata. aut verò loquimur de confessione iudiciali non spontanea: vt quia metu tormentorum, uel probationum facta fuerit,quo casu dicitur de ꝓcessu,& de actis iudicij. c.quoniam contra. de probationibus.cum similib.supra, ad hoc allegatis. & tunc si processus fuerit nullus ob ineptitudinem libelli,aut omissionem contestationis litis,vitiatur cõfessio, sicut alia acta probatoria annullantur, oĩa enim

enim de processu dicuntur. & consequenter a libello, litisque contestatione dependet, & in hoc casu intelligatur id, quod dixit Bal. in d. l. 2. §. quod si actor. de iura. cal. Cogita

48 tamen. ¶ † Sexta conclusio, quod si confessio præcedentibus legitimis indicijs in tormentis facta fuerit, sufficit ad condẽnationem rei, si tamen reus in illa perseuerauerit, eam rati

49 ficando, gl. in d. c. 1. 2. q. 1. & nota, † quod de legitimis indicijs ante tormenta constare debet, & hoc est, quod dicitur, a tormentis inchoandum non esse. l. prima. ff. de quæstionibus. & ibi Bar. & in d. §. diuus Seuerus. in l. penul. & fin. ff. de quæstio. l. milites. §. oportet. C. eod. titu. non enim debet actor de domo rei initium probationum sumere. l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstio. quod facere diceretur petendo reum debere, antequam de indicijs constaret, torqueri, vt in dictis iuribus. Validior tamen est confessio spõte facta, quam illa quæ in tormentis fit: quoniam prima sine aliquo processu valet, & nocet, secunda uerò non, ut latius dictum fuit, quãuis Bart. in l. j. §. si quis vltro. dixerit, huiusmodi confessionem in tormentis factam sponte dici fieri, quod intelligo largè & impropriè per ea, quæ dicta sunt: & ideo inquit ibi Bart. quod notarius in actis scribendo, in actu torturæ reum sponte fuisse confessum, de falso teneretur: quia hoc non potest scribere, nisi eo tempore, quo reus confessionem ratificat, vt etiam Alex. ibi uoluit in ulti

50 ma apostil. ¶ † Quæ autem dicantur esse legitima indicia apta ad torquendum, declarat Barto. in repetitione sua. l. fi. ff. de quæstio. vbi Alex. multa addit, & habetur per Anton. & Abb. in cap. tertio loco. ꝫ. de probatio. videas ut ibi per eos; quia super his nolo hic insistere.

51 ¶ † Sed declarandum est, quando, & quot modis confessio in tormentis fieri dicatur, multa enim sunt genera tormẽtorum, quibus iudices hodie vtuntur, vt etiam colligitur. in l. item apud Labeonem. §. quæstionem. ff. de iniu. Primò enim in tormentis fieri dicitur, quando in aliqua specie torturæ, & tempore quo habetur, quæstio, confessio fit a reo. Quod intelligas præcedentibus indiciis, alioquin talis confessio pro non facta haberetur. Timore etiam tormentorũ confessio fieri dicitur, quando reus ad locum tormentorum ductus, & ligatus simpliciter fuerit, & iudex minatus de torquendo. Tertiò, si præcesserint minæ, de torquẽdo, & reus ad locum tormentorum ductus fuerit, ut in d. §. quæstionem. & Bar. in d. l. 1. §. diuus Seuerus. Quartò, quando quis in carcere, seu in uinculis positus nimio frigore, vigilia, aut fame affectus fuerit, si enim confessus sit dicetur confessio in tormentis facta, arg. d. §. quæstionem. & l. 3. §. quis autem. ff. de vi & ui arma. Barto. in d. §. diuus. & ibi Alex. Quintò, quando ipse iudex simpliciter fuisset minatus de torquendo reum, ac ille minas suas acrirer exequi solitus esset, arg. c. fi. ꝫ. de appella. & eorum quæ dixit Barto. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de noui operis nuntia. faciunt not. in l. 2. C. quod met. cau. & in c. dilectus. eod. titu. Sextò, confessio illa in tormentis facta censetur, quæ in carcere fit, quando ratione criminis reus in illo detineatur: quia carcer tormentorum est species, ut dicit Bald. in l. prima. C. de his, qui ad lib. perue. non poss. similiter si in vinculis & compedibus fuisset reus cõfessus, hoc enim dicitur esse de genere tormentorum. Bart. in l. 1. C. de custo. reo.

52 ¶ † Qualiter autem quis in cõfessione perseuerare dicatur, colligitur ex. d. l. 2. & ibi per scriben. C. de custo. reo. & Bartol. reassumit in d. §. diuus. circa fi. Nam quando post torturam & confessionem in tormentis factam statim ratificaret, ex hoc perseuerare non diceretur. Sed requiritur, quod ipse in loco iudicij, in quo iudex pro tribunali sedere solet, coram notario, iudice & alijs personis iterum confiteatur, seu confessionem ratificet, & sic huiusmodi ratificatio ex interuallo fiat, vt in d. §. diuus. & in d. l. 2. in uer. postea. quod interuallum arbitrio iudicis sumitur, argumẽ. l. 1. in prin. ff. de iure deliberan. & non modo sufficit, quod ratificatio ex interuallo sit facta sed etiam, quod dolor tormentorum cessauerit, alioquin ratificatio adhuc dolore durante facta non valeret tanquam timore tormentorum facta, argu. l. quod ait. §. fina. ff. de tute. cum l. 1. in princi. ff. de quæstio.

53 Bar. in dicto §. diuus. Sed si contingeret ipsum † reum, vt s. ex interuallo ad banchum duci & ipse negaret, ac confessionem primam reuocaret, nisi alia indicia superessent, quàm illa, ex quibus tortus fuisset, amplius torqueri non posset; quoniam prima indicia ex tormentis purgata censerentur. At si alia indicia adessent, quibus antea reus tortus non fuisset, ex illis iterum torqueri posset. vt per Bald. in l. fin. C. de probatio. & Alexand. in d. §. diuus. in prima apostil. ad Barto. l. unius. §. primo. cum sequen. & ibi Bartolus, eod. titu. & Alexan. ibi.

54 ¶ † Notandum est etiam vnum, quod si reus de crimine fuisset legitimè conuictus, puta ex dictis duorum, uel trium testium, ex quibus de iure potuisset de crimine damnari. l. fi. C. de probatio. l. quid sententiam. & l. cum reis. & ibi Barto. C. de pœnis. & iudex vltra legitimas probationes vellet a reo confessionem, per tormenta extorquere ad effectum, vt damnatus appellare nequeat, iuxta. l. 2. C. quando prouo. non est neces. & dicto §. nullus. ij. q. 6. vtrum iudex hoc facere poterit? & uidetur dicendum quod non, ut voluit Ang. in tractatu de quæstio. & in l. & si certus. C. ad Syl. & sequitur ac refert Alex. in dicta l. vnius. §. repeti. in apostil. 1. & pro hac opinione facit. c. ij. ꝫ. de proba. vbi ultra legitimas probationes aliud non requiritur, & ideo si per statutum cautum fuisset, quod vltra probationem legitimam actor etiã iurare deberet, statutum non valeret? quia a iure diuino & naturali, secundùm quod dictis duorum vel trium standũ est, ut in capitulo in omni. de testibus. recedere censeretur. dicto capitulo secundo.

¶ Præterea ipse iudex, qui de crimine ex legitimis probationibus certus est, vlterius certiorari non debet. ca. eum qui certus. de regu. iur. in 6.

55 ¶ Contrarium sensit Bart. in l. 1. C. de iura. calum. pro quo facit. Nam † licet, qui certus est amplius non sit certiorandus ad effectum illum certiorandi. d. c. eum qui certus. tñ quando noua certioratio ad alium finem fieret, de iure fieri potest, vt per Barto. in l. j. in fi. ff. de actio. empti. not. per gl. in d. c. eum qui.

¶ Sed prius dictum mihi magis placet; quoniam velle vltra legitimas probationes reum torquere ad effectũ tollendi appellationem, & sic defensionem, quæ est de iure naturæ, esset valde iniquum, & contra ius naturale, quod fieri non potest. l. non tantum. ff. de appella. l. ut vim. ff. de iusti. & iu

56 re. † Imo uidetur, quod si reus vltra legitimas probationes ad tormenta positus crimẽ negasset, & in illa negatione perseuerasset, tunc ex primis plenis probationibus amplius puniri non posset, quia imputandũ esset iudici, qui nõ confisus de remedio legis ad aliud remedium torturæ transire voluit, nam ex hoc videtur a primo remedio probationum recessisse, illique renuntiasse per ea, quæ uoluit Bar. & alij. in l. 3. C. de pigno.

¶ In contrarium autem facit, quod voluit gl. no. ibiq; Bald. in l. 1. circa fin. C. de quæstio. & est optimus text. in d. l. vnius. §. 1. ff. eod. quod tortura indebitè illata non vitiat processum postea, vel ante legitimè factum.

57 ¶ † Septima conclusio, quod confessio criminis facta in tormẽtis, nullis præcedentibus indicijs confitenti non nocet. l. j. in prin. & in §. diuus. l. pen. & fi. ff. de quæstio. Et in tantum hæc confessio est nulla, quod reus ad perseuerandum in illa cogi non posset, quia nec etiam indicium facit, cum semper sine legitimis indicijs facta diceretur: item ex eo, quod nulliter & contra ius factum est, argumentum sumi non potest, vt hic, & in dubio confessio criminis non censetur spõte facta, sed in tormentis & sine indicijs. Bal. in l. vnica. col. 5. C. de confess. Alex. in d. l. 1. §. diuus. versi. quæro. & ideo si confessus sine legitimis indicijs ad tribunal iudicis ductus esset, vt confessionem ratificaret, ratificatio facta sibi non noceret, argumento. l. si cui. §. ijsdem. ff. de accusatio. Alex. expresè in d. l. pen. in ij. apostilla.

¶ Bald. verò in l. 1. colum. 5. C. de confess. contrarium tenuit, quod confessio in tormentis sine legitimis indicijs facta nocet, si confessus illam ex postfacto ratificauerit, & hoc per glo. ibi. ¶ Præcedens opinio mihi verior & æquior esse videtur, per l. diuus. §. ex quibus. & in l. maritus. ff. de quæstioni. optimus tex. in l. si quis. C. de custodia reorum.

58 ¶ † Dictum autem Baldi forte procedere posset non quo ad plenam fidem faciendam, sed ad indicium & suspicionem per ea, quæ ipse allegat. Imo si post confessionem non præcedẽtibus indicijs factam superuenirent indicia sufficientia, vel ob hoc confessio non confirmaretur: quia de indicijs ante confessionem constare debet. d. l. 1. §. diuus. cum simili. per Baldum. in c. ad nostram. circa finem. infra de probationib. & est de mente gl. in illo tex. & in l. maritus. vbi Bartol. ff. de quæstionibus. Idem voluit Romanus in

59 sin. 133. Bal. in l. fin. C. de accusa. ¶ † Sed dubitatur adhuc, si confessus in tormentis, non præcedentibus indicijs, esset relaxatus in pristinam libertatem, deinde ipse reuersus ad iudicem sponte crimen confessus fuit, an illa cõfessio

ſio ſine aliis indicijs plene confitenti noceat: Et uidetur dicendum ꝙ ſic, arg. l. unicæ. de confeſ. & hic. c. 1. 2. q. 1. d. l. ſi cõfeſſus. & hoc ſequitur Alex. in d. l. pen. in 2. apoſtil. qđ confirmo; quia tortura indebitè facta non uitiat proceſsũ legitimè factum, gl. & ibi Bal. in l. j. in fin. C. de quæſtio. & ſi uis videre de materia confeſſionis in tormentis factæ, vide Ant. & Io. And. in c. cum in contemplatione. j̃. de reg. iuris. Cyn. in l. fi. C. de quæſtio. & Bald. in c. 1. §. iniuria. de pace iu. fir. uerſi. ſeu furtum.

60 ¶ † Addo, ꝙ ſi poſitus ad torturam præcedentibus indicijs confeſſus fuerit, deinde ductus, vt ratificaret, ex interuallo extra locum torturæ negauerit, & confeſſionem ſuam reuocauerit. Certè uirtute primæ confeſſionis extortæ, reus cogi poterit ad perſeuerandum in illa confeſſione, quæ ſaltem indicium facere dicitur. Bald. in l. bonæfidei. C. de rebus credi. ver. item quæro, & aliqualiter in l. fi. C. de probatio. Cynus in l. fi. C. de quæſtio.

61 ¶ † Inquit etiam Bar. in l. fin. circa princi. ff. de quæſtioni. ꝙ ex indicijs & ſuſpicionibus quis nunquam damnandus eſt quantuncunque indicia valde vrgentia eſſent, quoniam q̃s ex indiciis rectè torquenti poteſt ad effectum, vt ad condẽnationem mediate, non autem immediate perueniri poſſit. Per quod declaratur id, quod ponitur. in l. fi. C. de probatio. Ex quibus Bar. in d. l. fin. ff. de quæſtio. inquit, ad tormenta cum moderamine eſſe deueniendum alioquin iudex punitur. l. item apud. §. quæſtionem. ff. de iniur. l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſt.

62 ¶ † Vltra prædicta moueo notabilem difficultatem, utrum ex confeſſione facta pręcedẽtibus legitimis indicijs in qua fuit perſeueratum, nullo tamen facto proceſſu, & iuris, ſeu iudicij ordine non ſeruato, confeſſus de crimine damnari poſſit? Decius hic tenuit, ꝙ ſic, quia ad ualiditatem torturæ aliud non requiritur, niſi ꝙ legitima indicia procedant: nã cum hæc confeſſio legitimè & iuridicè facta fuerit, ex illa confeſſus damnari debet per ea quę dicit Inn. in d. c. qualiter & quando. & ſequitur Bart. in d. l. ſi confeſſus. ff. de custo. reo. qui tex. hoc optimè probat.

¶ Secundo hoc probari videtur in d. c. 1. cum gl. de accuſ. in 6. ¶ Tertio hic Moderni arguunt ab æquiparatis; nam confeſſio ſpontanea, & illa quæ fit in tormentis legitimis indiciis procedentibus, a pari procedunt, ut uidetur eſſe de mente Bart. in d. l. ſi quis ultro. qui dicit, confeſſionem in tormẽtis ſponte fieri, ſed ſic eſt, quòd prima proceſſum, ſeu eius ualiditatem non expoſcit, ut in d. c. 1. ergo nec ſecunda. ¶ Quartò comprobatur ex. l. unius. in fin. ff. de quæſtio. exponendo tex. ut ibi facit gl. cuſtodię, hoc eſt perſonæ cuſtodiæ, ut etiam hoc modo capiuntur. in d. l. in §. præcedẽdi. Modo inquit tex. quòd cuſtodiæ in terminis audiri debent non ſolùm iudice ſedente pro tribunali, ſed etiam de plano, & conſequenter iuris ordine non ſeruato, uel proceſſu non facto, arg. l. leuia. ff. de accu. cle. ſępe. de uerb. ſig. Bar. in extrauag. ad reprimen. in uer. de plano.

¶ Quinto probatur in l. 1. in prin. C. de cuſto. reo. ubi exhibito reo in quacunque cauſa criminali ilico de eo quæſtio haberi poteſt.

¶ Sextò facit l. 1. in prin. cum gl. ff. de quęſtio. ubi a quæſtionibus non eſt inchoandum, ſed indicia legitima præcedere debent, vnde inquit gloſ. illum tex. eſſe notandum, quia docet iudices, quomodo ad rei torturam procedere debẽt, prius enim de indicijs conſtare debet, & poſtea de illis conſtito iudex reum torquere poteſt. l. milites. §. oportet. C. de quæſt. ¶ Septimò probatur in l. 2. C. de cuſto. reo. vbi in primis de legitimis indiciis apparere debet, deinde tradendus eſt reus torturæ, vt confiteatnr.

¶ Octauò iſtud infertur ex uerbis Bar. in d. l. 1. §. diuus Seuerus. ꝙ ad torquendum aliud non requiritur, niſi quòd indicia præcedant.

¶ Nonò & ultimo probari videtur ex. l. fina. ff. de quæſtio. ibi, qui ſine accuſatoribus in cuſtodia recepti ſunt, quæſtio de eis habenda non eſt, niſi aliquibus quæſtionibus vrgeantur, ſi ſine accuſatoribus, ergo ſine proceſſu.

¶ At uero opinio contraria æquior & verior eſſe videtur, ne reo defenſio ſublata eſſe dicatur. arg. l. non tantum. ff. de appella. & hoc eſt de mente Bar. in l. fin. in prin. ff. de quæſtio. qui contra ſtultos iudices inuehitur, qui cum primum habent indicia contra aliquem de crimine, abſq; moderamine cogunt reum per tormenta ad confitendum, quod planè fieri non debet, ſenſit itaque, ꝙ non ſine proceſſu, ergo &c.

63 ¶ † Secũdò, quando contra aliquem de crimine graui proceditur, non eſt de plano procedẽdum, ſed iuris ordine ſeruato, ut offeratur libellus. c. tuæ. de procu. l. libellorum. ff. de accuſa. nam ſolum in leuibus criminibus de plano proceditur. l. leuia. ff. eod.

64 ¶ Tertiò, accuſator ſeu iudex inquirens † crimen oppoſitũ per legitimas probationes probare debet. c. accuſator. 6. q. 5. c. fi. 3. quæſtio. 6. & probationes recipi non poſſunt, niſi lite conteſtata, & libello porrecto. d. c. qualiter. & d. ca. tuæ. gl. in c. quoniam frequenter. §. 1. in uerſi. ciuiliter. j̃. vt lit. non conteſta. Deficientibus vero plenis & legitimis probationibus, tunc recurrendum eſt ad remedium ſubſidiariũ torturæ, ad quod non eſt deueniendum, quandocunque p̃ teſtes, vel aliter probari poſſet. l. 1. §. tormenta. & d. l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſtio. non enim ſemper quæſtioni fides eſt adhibenda, cum res fragilis & periculoſa ſit. l. j. §. quæſtioni. cum ſequenti. ff. de quæſtionibus. ergo ad torturam deueniri non poterit; niſi iudicij & proceſſus ordine ſeruato.

65 ¶ † Quartò, ad tormenta ex indiciis deueniri nõ poteſt, niſi poſtquam reus crimen negauerit, argu. c. non dicatis. 12. q. 1. d. §. quæſtioni. & habetur per ſcribẽ. in l. eum qui in principio. ff. de iureiurando. Sed reus negando litem conteſtari dicitur. l. ubi. C. de falſis. l. fi. C. ut intra certum tempus cau. crimina. c. unico. j̃. de litis conteſt. Igitur confeſſio in tormentis extorquenda non erit, niſi poſt negationem, & conſequenter poſt litis conteſtationem.

¶ Vltimo vt ſ̃. in alio articulo concluſum fuit, quando confeſſio in tormentis, ſeu timore tormentorum facta fuit; p̃cedente libello inepto, vel litis conteſtatione nõ facta, non ualet, igitur &c.

¶ Et ſequendo hanc opinio. allegatis in contrarium facilime reſpondetur, & in primis nõ obſtat id, quod voluit Inno. in d. c. qualiter. & Bar. in d. l. ſi confeſſus. quia illud procedit in confeſſione ſpõtanea, ac ſine tormentis, eorum vel metu facta, ut ex uerbis ipſorum colligitur, referendo ſe ad d. l. ſi confeſſus. quæ in hoc caſu loquitur.

¶ Similiter reſpondetur. d. ca. j. de accuſa. in 6. nam ex quo per confeſſionem huiuſmodi crimen efficitur notorium, vt ſæpe dictum eſt meritò proceſſus ac ordo iuris non requiritur. d. c. ad noſtram.

¶ Tertiò non obſtat tex. in l. vnius. in fi. ff. de quæſtio. quia ibi ſumitur cuſtodia non impropriè pro perſona cuſtodia, ſed propriè pro ipſis cuſtodibus, ad quorum officium pertinet reos tenere, ac cuſtodire, illosq; iudici exhibere. l. fi. C. de cuſto. reor. nam ſi ipſi aliquid in ſuo officio commiſerint, de plano ſunt audiendi, & ſic nullo proceſſu facto: ita propriè loquitur. d. l. vnius.

¶ Quartò non obſtat. d. l. 1. in princi. C. de cuſto. reo. ubi exhibito reo, ſiue accuſator exiſtat, ſiue non, ſtatim de eo quæſtio habenda eſt, ſi legitima indicia præceſſerint, illum text. enim intelligo in caſu ſpecialis, quando iudici exhibitus eſſet publicus latro, ut ibi per gl. & ideo nihil mirum, ſi de plano & abſq; proceſſu ſtatim puniri & torqueri poteſt: quia regulariter licet contra alios criminoſos plenariè ſit procedendum, neque tam acriter crimen puniendũ, tamen aliud eſt, quando contra publicum latronem, & viarum craſſatores proceditur, ut in l. capitalium. §. craſſatores. & in §. famoſos. ff. de pœnis. ſi igitur ſpeciale eſt in d. l. prima. ob maius crimen & delictum, igitur in contrarium eſt ius commune. Vel ſecundò loquitur ille text. quando crimen eſſet notorium vt ibi per glo. Nil mirum ideo, ſi ordo proceſſus & iudicij ſeruandus non eſt, ſed de plano ad torturam proceditur, arg. d. c. ad noſtram.

¶ Tertiò loquitur ille text. quando reus fuiſſet exhibitus a cuſtodibus poſt inchoatum & formatum proceſſum contra illum & ſic eo tempore, quo ad tormenta deueniri potuit, iuxta l. 2. & fin. C. de cuſto. reo. nam licet. d. l. 1. generaliter loquatur, tamen ſecundùm alia iura diſtinctè loquẽtia declarari debet, ut in l. d. l. 2. & fi.

¶ Quintò principaliter euitari põt. d. l. j. in prin. ff. de quęſtio. ut colligitur ex licentia Bar. ibi, qui per illum text. pro opinione contraria concludere videtur, vt ſ̃. nam loquitur quando de crimine ageretur, non per uiam accuſationis, & ordinariè, ſed extraordinariè, per uiam inquiſitionis, uel alio modo; tunc enim aliter proceditur, & magis ſummariè, per quod clarius reſpondetur illi text. ꝙ in criminibus ſeruandis, hoc eſt inueſtigandis ſecundum gloſſ. ibi quæſtio adhiberi ſolet, ſed quando, & quatenus hoc faciendũ ſit, dicit iureconſultus, uideamus: mens ergo iureconſulti non fuit determinare, qualiter & quando quæſtio habenda ſit. Nec obſtat, quod confeſſio criminis in cauſa inqui-

ſitionis

sitionis recipi potest a principio nullo facto, nec inchoato processu. d.c.1. de accusa. in 6. Quia illud est uerum in cõfessione spontanea, non in tormentis facta in qua secus est per prædicta.

¶Sexto principaliter non obstat. dict. l. 2. C. de custod. reo. quoniam potius facit in contrarium: nam ex illo tex. habes practicam procedendi contra reum in causa criminis, vt
66 per gl. ibi in uer. constiterit. † Primo enim antequam reus capiatur, debent recipi indicia super crimine, uel per famã publicam, vel aliter saltem semiplena, postea deprehensus carceri tradendus est, deinde apud acta audiri debet super crimine obiecto, & si de illo constiterit per legitimas probationes, uel per confessionem in tormentis factam, iterũ ad custodiam reduci debet, & ex interuallo ad tribunal iudicis est reducendus, vt iterum audiatur, ratificando, aut reuocando confessionem, & si hoc modo liquerit de crimine, vel non, ferenda est sententia vel condemnatoria, vel absolutoria, ut ibi, & in l. qui sententiam. C. de pœnis. & illum tex. bene nota contra iudices maleficiorum huius tempestatis, qui a captura incipiunt, deinde indicia recipiunt ad iustificandam capturam præteritam, & hæc sufficiant quoad hanc quæstionem.

67 ¶† Quæro vlterius, aliquis fuit de crimine accusatus, vel inquisitus, & quia contra eum legitime & plenè crimen ꝓbatum non fuit, absolutus fuit, & sententia in rem iudicatam transiuit, deinde sponte in iudicio, & non timore tormentorum, neque interuenientibus ijs, quæ precedere debent, crimen confessus fuit, vtrum ex hac confessione sententia, & res iudicata reuocetur, ut condemnari possit.

¶Decius hic tenet, ꝙ non. Hoc etiam tenuit Bal. in l. debitum. in fi. C. de hære. actio. Alex. in apostil. ad Bart. in d. l. si confessus. & pro hac opinione primò facit; nam ex confessione inordinatè & perperam facta non inualidatur illud, quod legitimè factum fuit, & consequenter res iudicata, ut per gl. & ibi Bar. in l. fi. C. de quæstio. & s. dictũ fuit.

¶Secundo si quis in tormentis confessus fuisset, non præcedentibus indiciis, huiusmodi confessio non nocet, quãuis uera & legitima indicia superuenerit, ut per Roma. in sing. 133. cum aliis, quæ s. ad hoc allegaui.

¶Tertiò, confessio criminis facta post sententiam nõ nocet confitenti, quominus quilibet de populo possit a sententia appellare, & exequutionem criminis impedire etiam inuito condemnato, qui mori desideraret, per d. l. nõ tantum. ff. de appel. & gl. in l. maritus. ff. de q. quam multùm commẽdat Bal. in l. fi. C. de accusationib. & gl. in d. l. 2. C. quorum appel. non recip. & gl. in d. §. nullus.

68 ¶† Quartò, quando crimen ex forma iuris, uel statutorum fuit cursu temporis præscriptum, si ipse reus illud postea in iudicio fuerit confessus, sanè huiusmodi confessio illi non nocet, neque iuri sibi ex præscriptione quæsito per ea, quæ habentur per Mar. Soc. Senio. in c. de his. de accusa. & per Bal. in c. fi. de offic. delega. colum. 6. Card. in cle. 1. de consangui. & affini. col. 10.

¶Quintò & ultimò optimè nobis inseruit id, quod cõmuniter tradunt scriben. in c. fi. ꝫ. de præscrip. ubi si præscriptio cum bona fide finita fuerit, & ex postfacto mala fides, & scientia rei alienæ superuenerit, non tollit id, quod ex præscriptione perfectè fuerat acquisitum, ut per Abb. post Anto. in d. cap. fina.

¶Contra prædicta habes dictum Inno. in c. quia pleriq;. de immuni. ecclesiæ. quod fere ab omnibus reperitur approbatum in d. c. quoniam. & præsertim ab Ant. Abb. Imo. &
69 Fely. ibi in. 17. col. † ꝙ si ad fauorem alicuius lata fuerit sententia, quæ in rem iudicatam transiuit, & ille, ad cuius fauorem lata fuit, sententiam iniustè latam confessus fuerit, propterea quia ipse verus erat debitor, uel si sententia erat condemnatoria, actor confessus fuit non esse creditorem: nam hoc casu confessio rei iudicate præualet, ut ibi per eũ.

¶Et si diceretur id procedere in causis ciuilibus, & pecuniarijs, non autem in criminalibus, dico idem dicendum esse generaliter, quia in criminalibus reipublicæ interest, vt de ueritate criminis constet, ne contingat innocentem cõdemnari. l. absentem. in princi. ff. de pœn. ac etiam quia interest reipublicæ secundum ueritatem delicta puniri. c. ut famæ. de sentent. excom. l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. & Bar. no. in l. quod ait. §. exercitus. ff. de his, qui not. infa. qd ubi constat, crimen fuisse commissum, semper est facienda interpretatio, vt omnino quis puniatur: quia reipubl. interest, quando vero dubium est, an delictum fuerit commissum, vel qua pœna maiori, vel minori puniri debeat, in benigniorem partem facienda est interpretatio, ut in dubio delictum non censeatur. l. meritò. ff. pro socio. Barto. in l. non solum. §. sed ut probari. ff. de noui operis nunt. vel quando an maiori, vel minori pœna sit puniendus, dubitatur, ꝙ minori. c. in pęnis. c. odia. de reg. iur. in 6. l. cum quidam. ff. de liber. & posthu.

70 ¶Secundò principaliter cõsidero, ꝙ licet contra † præsumptionem iuris & de iure, seu iuris fictionem probatio in cõtrarium admitti non possit. c. is, qui fidem. ꝫ. de sponsa. & in l. non est uerisimile, per glo. ff. de eo quod metus cau. tñ admittitur illa probatio, quæ per confessionem partis in iudicio factam fieret: per illã enim tollitur effectus præsumptionis iuris & de iure, ac fictionis, gl. Barto. & Bald. in authen. sed iam necesse. C. de dona. ante nup. glo. in §. illud. in authen. de inæqua. dot. Bal. in addi. ad Specu. in titu. de confes. uersic. contra fictionem. circa medium, in apostil. Barto. in l. si duo. ff. de acquiren. heredita. & cum hoc per transeunt ferè omnes doctores in rubrica. infra. de probatio. ubi post Decium scripsi. Igitur in casu nostro confessio illius, ad cuius fauorem lata fuit sententia, tollere dicetur præsumptionem iuris & de iure, quæ ex re iudicata resul-
71 tat. ¶† Tertiò principaliter si contingat, quem in iudicio suam intentionem plenè ac legitimè per testes & instrumẽta probasse, si postea ipse contrarium confiteatur, ex hac cõfessione tollitur omnis effectus plenissimæ probationis; ꝗa magis confessioni creditur, quàm plenæ probanti. Abb. in capitulo dilecti. in 6. not. infra. de accusatio. & capitulo 1. supra de postula. prælato. & habetur per Cynum. in l. prima. C. de confessis.

¶Vltimo faciunt ea quę supra dixi, ꝙ si confessus in tormẽtis sine indicijs fuerit in libertate repositus, & quodammodo a crimine absolutus, si postea sponte ad iudicem reuersus confessus fuerit crimen, ex illa confessione puniendus est, vt per Alex. in 2. apostil. in l. pen. C. de quæstioni. qui dicit hoc esse de mente Imolæ. in l. qui in aliena. §. Celsus. ff. de acquiren. hæred. Et forte in puncto iuris hæc secunda opinio verior videtur.

¶Pro concordia tamen forte dici posset, ꝙ aut confessio facta ex postfacto fuit facta post sententiam, quæ in rem iudicatam transiuit, & quia non videtur facta ad præiudicium defensionis, confitenti nocebit per ea quæ secundo loco allegata fuerunt, aut uero facta fuit post sententiam, quæ in rem iudicatam non transiuit, ad effectum, ut appellari non possit, & ne contingat ipsum reum iniustè damnari, appellari poterit, non obstante confessione, quę sic confitenti nõ nocebit. l. non tantum. ff. de appella. & hoc modo intelligãtur primò loco allegata. Vel secundo dicere possumus, ꝙ confessio facta ante sententiam confitenti nocet, post sentẽtiam verò, quæ in rem iudicatam transiuit, non nocebit. Hæc distinctio colligitur ex gloss. in d. l. non tantum. & ibi per Alex. & per glo. in l. secunda. C. quando prouo. non est necess. & in dicto §. nullus. Prima solutio magis placet, licet verius indistinctè uideatur illud, quod secundo loco comprobauimus authoritate Inno. Abbatis, & aliorum.

72 ¶† Successiuè quæro, si contingat quem de crimine accusari cum certa qualitate, & reus cõfiteatur crimen simpliciter sine qualitate, vtrum ex illa cõfessione reus de crimine obiecto damnari possit. Ex verbis Ioan. And. in rubrica. ꝫ. de accusatio. & Roma. in consi. 167. incip. Antonius. colligitur, ꝙ non, quia simpliciter confitendo sine qualitate nõ censetur confessus crimen obiectum, sed aliud diuersum, nam ratione qualitatis adiectæ crimen diuersæ speciei effectum esse censetur. l. ius ciuile. ff. de iusti. & iure.

¶Contrarium autẽ voluit Bal. in l. & si seuerior. in ultima columna. C. ex quibus cau. infam. irroga. in l. quid ergo. §. pœna grauior. colum. 4. ff. de his, qui not. infam. uersi. iuxta hoc quæro, sequitur Ang. in l. denuntiasse. §. quid tamẽ. ff. de adult.

¶Decius multùm siccè, & leuiter in hoc articulo pertransit, qui simpliciter pro concordia dixit, ꝙ in arbitrio iudicis sit, hoc modo confitentem punire, vel non. Sed hæc declaratio iure nõ probatur, & nimis iudicis potestati defert, imo indistinctè uidetur, ꝙ reus sic simpliciter confessus damnandus omnino sit; quia sua responsio simpliciter facta est regulanda secundum interrogationem, seu accusationem cum qualitate proposita, arg. l. si defensor. §. qui interrogatus. ff. de interrog. actio. §. præterea. inst. de inut. stipu. gl. in l. 1. §. si quis simpliciter. in versicu. versa vice. ff. de uerborum obligati. & ut ex infra proximè dicendis apparebit, aliquando iudex in casu proposito reum condemnare

demnare poterit, aliquando de solo crimine iudicare, & aliquando de sola qualitate, quare pro declaratione huius articuli & materię quinque casus considero.

¶Primus sit, quando crimen qualificatum erat magis punibile ratione qualitatis, & per se qualitas ipsa delictum punibile continebat; tunc si sponte simpliciter fuerit cōfessus crimen sine qualitate, ipse de crimine simplici erit condēnandus, nam cum vtrunq; sit crimen de per se, ex quo reus alterum confessus, est & alterum negauit, puniēdus erit solum de confesso, argumen. text. in l. adulterium cum incestu. ff. de adul. l. qui de crimine. C. de accusa. iuncta dicta l. si confessus. dicto capitu. primo. de accusa. & dicto cap. 1. 2. q. 1. imputandum est enim accusatori, qui crimen cum qualitate probare omiserit.

¶Nec obstat, quòd accusator solum egerit de crimine qualificato, quod dicitur esse diuersę speciei a crimine simplici per ea, quæ habentur per l. secūdam in principio, & ibi Barto. ff. de uerborum obligationibus. ergo confitendo crimē simplex, reus de illo puniri non poterit; quia sententia accusationi, seu petitioni non conueniret, contra tex. in ca. licet heli. de simonia. & dicto ca. qualiter & quando. in fin. l. ut fundus. ff. commu. diuidun. vbi in criminalibus etiam sententia libello conformis esse debet. Pro solutione enim dicas, q; ex quo de crimine simplici per confessionem rei spōtaneam apparere dicitur, forma libelli, uel ordo iudicii attendi non debet. d. c. j. de accusa. in 6. & s̄. dictum fuit.

¶Præterea, de crimine cum qualitate condemnari non debet, quia de illo ex confessione non constat, sed de alio diuerso, arg. d. l. ius ciuile.

¶Non contrariantur etiam ea, quæ dixit Bar. in d. l. si confessus. in fin. ubi quando de alio crimine reus confitetur, q̄ fuerit accusatus, non in eodem iudicio, sed in alio puniendus est, quoniam ipse loquitur, quando incidenter reus aliquod crimen confessus fuisset: nam de illo in alio iudicio quippe est puniendus, sed in casu nostro simul & semel, ac principaliter crimen fuit propositum, & eius qualitas, igit̄ si crimen simpliciter confessus fuerit, de eo in eodem iudicio condemnari poterit, & ad prædicta videas, quæ habentur per Barto. & alios in l. nunquam. columna penul. ff. de priua. delic.

¶Fateor tamen, q; si in hoc primo casu reus simpliciter crimen fuisset confessus, nulla facta mentione de qualitate, & sic eius responsio simplex fuerit, crederem illum condemnandum esse de crimine qualificato, quia simpliciter confitendo censetur crimen, ut propositum fuit, fateri per ea, q̄ supra diximus.

¶Secundus casus sit, quando factum per se non est delictū, nec punibile, similiter qualitas per se, sed simul iuncta crimen punibile efficit, ut si extaret statutum, q; ille, qui iuerit cum duobus associatus, puniatur, & tunc si reus per se factum confessus fuerit, siue qualitatem tantū de per se, ipse non erit puniendus; quia non fuit aliquid confessus, quod in se sit crimen, & ideo si aliter ab accusatore crimen non fuerit probatum, reus erit absoluendus. l. qui accusare. C. de ędem. cum simi. nam reus simpliciter alterum confitendo, iuris pręsumptionem habet pro se, q; in dubio deliquisse non præsumatur. l. meritò. ff. pro socio. si vero in hoc casu crimen obiectum, ut s̄. simpliciter fuisset confessus, tūc esset puniendus, quia factum illud cum qualitate fuisse cōfessum censeretur per prædicta.

¶ Tertius casus sit, quando factum per se erat crimen punibile, qualitas vero non, sed simul iuncta crimē augebat, ut magis punibile efficeretur, & tunc si reus simpliciter factum per se confessus fuerit, damnandus non erit, nisi de simplici crimine nō qualificato, & sic minori pęna, ex quo enim sumus in pœnalibus, in quibus faciēda erit benignior interpretatio, vt leuius puniatur. d. c. in pœnis. & d. c. odia. de reg. iur. in 6. imputandum est accusatori, si delictū qualificatum non probauerit, ut proposuit. ca. unico. ut ecclesia. benefi. cum simi.

¶Quartus casus, quando factum non est pariter punibile in qualibet parte loci, aut temporis, sed solum respectu certæ partis, loci, uel temporis, & tunc si reus simpliciter fuerit confessus, se illud factum commisisse in illo loco, uel tēpore generaliter, sed nō in illa parte loci, vel temporis quo crimen erat punibile, ipse ex sua confessione damnandus non erit, quia in dubio præsumendum est, factum illud cōmissum esse loco, & tempore permisso. d. l. meritò. Casum, & exemplum multipliciter ponit Bar. in d. l. non solum. §. sed vt probari. ff. de noui oper. nuntia. & Abba. sequitur Barto. in ca. in pręsentia. in 9. notabili. ̄j. de probatio. circa quorum dicta mulcta diximus in d. c. in præsentia. Posset etiam hoc exemplificari secundum gl. in l. 2. ff. de nundinis. in ver. tradere, ut quando extaret statutum, q; ante horam nonam die sabbati triculi non possent victualia emere, uel q; non possint stare ad vendendum, nisi in tali parte plateæ; quia si fuerint accusati de tali crimine, & confessi fuerint die sabbati emisse simpliciter, præsumptio esset pro eis, q; tempore licito, & in loco permisso, nisi contrarium fuisset probatum: vt per Bar. & Abb. in locis præallegatis.

73 ¶Quintus & ultimus † quando accusator certum crimen punibile proposuisset, quod per se sine alia qualitate erat punibile, & reus cum qualitate illud fuerit confessus, quæ reddebat delictum minus punibile, uel de delicto non delictum faciebat, ut quando quis accusatus fuisset simpliciter de homicidio, & responderit se commisisse ad sui defensionem, & sic cum qualitate quæ de delicto facit non delictum, per no. in l. 1. C. vnde ui. & c. 2. ̄j. de homici. cū simili. ibi allegatis. Vtrum ex illa confessione de crimine obiecto reus sit puniendus, non obstante qualitate adiecta. Doct. magis communiter, ut fuit Bal. in l. ea quæ. 11. q. ff. de condi. indebi. Alex. post Bar. in d. l. eum qui. in princip. ff. de iureiurand. Card. & Abb. in c. cum accessissent. s̄. de consti. & c. bonæ. il 2. in fin. de postulatio. præla. & Alex. q multos allegat. in l. Aurelius. §. idem quæsijt. de liber. lega. Bal. in c. 1. §. porrò. colum. 4. versic. nunc generaliter, quæ fuit prima causa benefi. amit. in vsib. feud. Ang. & Alex. aliqualiter in l. 1. §. si quis simpliciter. ff. de uerborum obliga. & ibi Modernis. concludunt, reum ex tali confessione puniendum fore: quia crimen cum qualitate confitendo sibi nocet, nisi ipse legitimè & concludenter qualitatem illam ad sui defensionem probauerit; quia sicut accusator ad hoc vt reus condemnetur, intētionem suam probare tenetur. i. capitulo fi. 3. q. 6. cap. accusator. 6. q. 5. ita similiter reus excipiendo de qualitate ad sui defensionem illam exceptionem probare tenetur, cum in exceptione reus actor dicat. l. 1. & secunda. ff. de exceptio. vt inquit Bart. in dicto §. sed vt probari. Nec sufficit allegare qualitatem ad sui defensionem absque alia probatione: quia sequeretur, q; ex confessione, ac dicto suo simpliciter liberaretur. Quod non est

74 dicendum: quia † natura confessionis est nocere, non autē prodesse cōfitenti. l. de ætate. §. 1. ff. de interroga. actio. gl. in dicto c. 1. 2. quæstio. 1. cap. fina. ̄j. de confes. habetur per gl. in l. vnica. C. eod. capitu. primo. 14. quæstione secunda. Item quia testis quodammodo in causa sua esse censetur, si de qualitate simpliciter sibi crederetur, contra l. nullus. & l. non est idoneus. C. de testibus.

¶Hanc tamen communem conclusionem declara & limita non quoad puniendum confitentem pœna ordinaria, sed extraordinaria & arbitraria, vt not. per Abbatem in ca. auditis. columna penultima versicu. sed contra prædicta. infra de præscript. quem videas: quia istud optime defendit, & ratio esse potest: quoniam ex quo reus confitendo crimen cum qualitate respectu criminis, aduersarium ab onere probandi releuauit, debet & ipse quoad pœnam rele

75 uari. ¶Secundò limita, †quando reus crimen homicidij fateretur cum qualitate conditionaliter, dicendo, nego me homicidium obiectum commisisse, & si cōstabit me illud commisisse, dico me fecisse ad meam defensionem: nam ex tali confessione non potest damnari, nisi aliter de eo legitimè constet, ut per Bald. in l. & si quidem. columna secunda. C. de accusationib. per Imolam in l. decem. in vltima colum. ff. de uerborum obligationibus. & Alexā. in dicta l. prima. §. si quis simpliciter. ff. eodem. qui text. etiam optimè probat; nam interrogatus purè si sub conditione respondeat, nec ciuiliter, nec naturaliter obligatur: quia conditio nihil ponit in esse. l. cedere diem. ff. de uerborum significationibus.

¶Sed in contrarium multum obstare videtur vnum quod ponit Barto. in d. l. eum qui. in prin. ff. de iureiuran. column a j. in fi. ver. Nota ibi si quis crimen negauit, deinde illud fuerit confessus, iudex suam confessionem ad sui fauorem admittere non debet.

¶ Sed dicas, illud non obstare, quia primò Barto. ibi loquitur, quando negatio primò, deinde confessio ex interuallo factæ fuissent, item quando ambæ purè. At in casu nostro secus, & ideo Bartolus. in diuerso casu loquitur. Vel melius videtur, quòd illud dictum Bartolus faciat pro decisione tradita; quoniam dicit, confessionem post negationem factam non debere admitti ad fauorem confitentis

tentis,quin ipse accusator per testes,& legitimè contrariū
probare possit,ergo,si ipse non probauerit, illi confessioni
standum erit: ex quo infertur, ꝙ cum reus crimen negaue
rit,deinde conditionaliter fuerit illud cōfessus, accusator
non obtinebit,nisi per testes, & legitimè intentionem suā
probauerit.
¶Supra incidenter dictum fuit, ꝙ ad hoc,ut ex confessio-
76 ne criminis in iudicio facta quis † damnari possit,requirit
vt prius constet illud crimen fuisse commissum, quamuis
non appareat, a quo,idcirco iudex inuestigare tenetur, an
commissum fuerit.l.1.§.item illud.ff.ad Sillan. per quem
tex.ita declarat Baldus hic.Nam confessio debet esse certa
& discreta, non autem vaga & incerta.l. non tantum.ff.
de appellationib.l.certum.ff.de confess.
¶Hinc dixit Bal.in addi.ad Specul.in titu.de sententia.co-
lum.penul.uersi. Titius fuit &c.ubi si titius fuerit confes-
sus,se hominem simpliciter occidisse,& in genere non ex-
presso nomine, ex illa confessione damnandus non erit,ni
si prius constet,aliquem fuisse occisum,cōfessio enim cer-
ta esse debet,ut dixi,ut per no.per gl.in c.fin. de confess. &
c.j.2.quæst.1.l.1.C.de confessis.
¶Similiter inquit Bal.in auth.sed nouo.C.de seruis fugit.
colum.penul.uersic.sed pone, quòd si ductus ad iudicem
propter certum furtum,illud cōfessus fuerit,ac etiam plu-
ra alia furta,seu delicta se commisisse, de alijs ex confessio-
ne tam vaga puniendus non erit,neque ex ea delictum,seu
furtum principaliter obiectum aggrauari dicetur; nisi ali-
ter de illis iudici clare constaret,per tex.in d.§. item illud.
Imo etiam si alia crimina etiam specialiter confessus esset,
ex illis damnari,aut torqueri nō poterit, nisi de illis prius
indicia & presumptiones appareant.Igitur iudex informa
tionem suscipere debebit per iura allegata, & præcipuè in
d.§.item illud.
¶At in contrarium facere vr̄.l.inde Neratius.§. fin.cum l.
seq.ff.ad l.Aquil. vbi spōte confessus se hominem occidis-
se,non absoluitur,nisi paratus sit probare illum hominem
viuere secundum Iulianū, ergo si non probauit, damnan-
dus erit,& licet Bal.in l.j.C.de fur.col.v.versi. quinto.di-
cat,illum text.loqui,qn̄ de homicidio ageretur ciuiliter a-
ctione.l.Aquilię. tn̄ idē quoque esse vr̄,si criminaliter, cū
inter sit reipub.delicta puniri.d.ca.vt famæ. cum similib.
¶Cæterum saluare potes Bal.in eo, quod ille tex. loquitur
de probatione facienda,hominem viuere,ꝙ sit differentia
inter ciuilem,& criminalem causam,quia si ciuiliter agat,
quis ex sua confessione generali absoluendus non erit, nisi
paratus fuerit,ut ibi &c. At in criminalibus secus erit, per
d.§.item illud.
¶Sed ego puto melius, quàm dixerit Baldus posse respon-
deri tex.in d.l.inde Neratius.§.fina.quod loquatur,quan-
77 do quis † confessus fuisset se hominem certum occidisse,
nisi enim docuerit illum viuere, puniendus erit, vt clarè
colligitur ex verbis illius tex.in duobus locis,primo dum
dicit,sponte hominem occidisse,secundo dum inquit, si
paratus fuerit probare hominem illum viuere,ergo de ho
mine certo loquitur,non autem de in genere sumpto, qa
homo incertus,& in genere viuere non dicitur,& cogno-
sci non potest,an viuat,ac de homine certo illum tex.intel
ligit Ang.in d.l.certum.ff.de confessis.
¶Secundo contra prædicta facere videtur tex.noster,& d.
c.j.de accusa.in 6.quæ iura dicunt, ex confessione crimi-
nis simpliciter hominem esse condemnādam, etiam si de
illo per famam publicam non constiterit. Solu. Hæc iura
& similia declarationem recipiunt a d.§.item illud.& d.l.
j.§.si quis vltro. quando quis fuisset confessus certum cri-
men,uel de eo iudici constaret,illud fuisse commissum.Fa
ciunt not.per Alex.in consi.18.vol.3.& per Barto.in l.j.§.
qui quæstionem.ff.de quæstio.
¶Quidam tamen, ut fuit insignis Ruinus, istud limitant
non procedere in crimine furti,quia si quis simpliciter cō
fessus fuerit furtum commisisse,dicitur tale, per quod ag-
grauatur aliud furtum commissum, & ideo si extaret sta-
tutum, ꝙ ex simplici furto quis non esset pœna mortis pu
niendus,nisi de pluribus constiterit,ex tali confessione ua-
ga & incerta damnari poterit. Idem & magis quādo quis
fuisset confessus furtum Titio commisisse,neque aliter cō
staret,illi furtum fuisse commissum:& secundum hāc opi
nionē consuluit Ruinus in hac ciuitate per ea, quæ voluit
Bald.in l.3.§.eiusdem.ff.de test.in addi. & per text.ibique
Bal.in l.cum seruus.ff.de condi.causa data.

¶Hæc declaratio nunquam mihi placuit, quia text.in d.l.
cum seruus.super quo fundata est hoc dictum, mihi non
probat, quoniam licet loquatur de furto speciali commis-
so in bonis Titij,ut figurando casum præsupponit ibi Bal.
tamen seruus ibi non fuerat confessus furtum, neq; de eo
aliter legitimè conuictus, & iudex sine aliqua probatione
iniustè & inique procedens seruum suspendit ad simplicē
assertionem Titij,ꝙ seruum in furto deprehenderit, & ita
Bal.ac alij fatentur,iudicem ibi imprudenter,& absq; cāæ
cognitione iniquè ꝓcessisse, ut ibi per Bal.in v.& 6.oppos.
¶Nec est verum Baldum ibi sensisse illud,& minus in d.l.
3.§.eiusdem.qui nullum de hoc uerbum facit, & ideo in-
ter crimen furti, & alia crimina in hoc hmōi dr̄ia non est
facienda,per tex.in d.§.illud.cum simi.& ex illo tex.in d.
l.cum seruus. non possumus argumentum sumere, quia
ex eo, quod iniuste factū est argumentari non possumus,
ut hic est tex.
¶Præterea tex.ille diuersos recipit intellectus, & ambigna
est eius sn̄ia,ergo &c.l.ī ambiguo. & ibi Bar.ff.de re.dub.
¶Aduertendum est etiam ad vnum aliud dictum, ꝙ quo-
78 ties coram vno iudice facta fuit confessio † saltem incidē-
ter,coram alio,uel eodem puniendus est in alio iudicio,vt
per Bar.in d.l.si confessus.in fin.
¶Contrarium vero infertur ex uerbis ipsius Barto.in l.di-
uus.ff.de custo.reo.ubi si quis crimē coram iudice remit-
tente delinquentem coram alio suo iudice confessus fue-
rit,iudex postea,ad quem remissio facta fuit,ex illa confes-
sione rerum damnare non poterit per d.l.diuus. Quod di
ctum arbitror esse verissimum,quia ex confessione seu ꝓ-
cessu facto in causa criminis coram iudice incompetenti,
& non suo quis damnari nō potest,ut hic est tex.sed iudex
qui delinquentem remittere tenetur, non dicitur iudex
suus, nec competens quo ad cognitionem criminis, sed
duntaxat quò ad remissionem faciendam, ut in auth. qua
in prouincia.cum ibi no.C.vbi de crim.agi opor. vt d.l.di
uus.ergo iudex suus,ad quē reus est remissus,ex confessio
ne,de qua.s̄.non poterit illum dānare,& ita loquitur Bar.
in d.l.diuus.Sed in d.l.si confessus. loquitur, quando co-
ram suo iudice,ac incidenter quis est confessus,nam ex il-
la confessione ab eodem,vel ab alio in alia tamen instantia
79 damnari poterit,& ex hoc infert † Bart.in d.l.diuus.ac in
l.magistratibus.ff.de iurisd.om.iud.ꝙ si iudex ecclesiasti-
cus, ut episcopus uel inquisitor hæreticæ prauitatis, post
condemnationem factam in crimine hæresis remiserit cō
demnatum ad iudicem secularem, ille ex probationibus
factis coram iudice ecclesiastico eum damnare nō tenet,
sed nouum processum contra ipsum formare potest, & ex
actitatis coram eo pœnam conuenientem illi iniungere,
tum ex d.l.diuus.tum etiam argu.tex.in auth.de sanctiss.
episcopis.§.si uero crimen.coll.9.versic.si uero episcopus.
Sed male Bar.illū tex. allegare uidetur, quia non loquitur
de crimine hæresis, at de alijs criminibus, de quibus epi-
scopus cognouerit, & ideo ad casum nostrum allegari nō
meretur,qui fauore fidei est valde priuilegiatus,ut in cap.
uergentis.ī.de hæretic.& c.cum secundum. eo.tit.lib.6.
¶Præterea hæc opinio Bar.uidetur contra tex.in c.ut inq
sitionis.in prin.uer.vtque de hæresi. & in §. prohibemus.
de hęreti.in 6.per quem doc.legistæ in d.l.magistratibus.
& canonistæ communiter in c.1.de officio ordin. contra-
rium tenent,ut per Anto.Imolam in d.c.j. & Inno.in c.pa
storalis.& c.cum in iure.de officio deleg.Ang.in l.1.C.de
exhiben.reis.Alex.& alij,quos ipse allegat in d.l.magistra
tibus.& uerè ille tex.multum obstet dicto Bar.qui uoluit,
ꝙ statim facta remissione iudex secularis absque dilatione
exequi teneatur sententiam iudicis ecclesiastici iniungen
do pęnam seculari,si aliter fecerit,ergo sine nouo ꝓcessu.
80 ¶†Sed saluādo Bartolum cogitabam posse dupliciter dici,
quòd secularis ex nouo processu valeat delinquentem re-
missum punire,nec obstat,quòd ipse nullam habet cogni-
tionem de crimine hæresis, ut in capitul.præsidentes. de
hære.in sexto. & dicto capitu. ut inquisitionis. nam hoc
est in illo crimine hæresis speciale, prout infinita a iure in
illo specialia introducta fuerunt, cum licentia tamen, &
consensu ecclesiastici iudicis secularis cognoscere potest,
ut in dictis iuribus: Modo sic,aut seculari iniūctum fuit,
ut sententiam exequatur,& puniat, & tunc procedat text.
in dicto capitulo, ut inquisitionis, itaque opinio com-
munis doctorum intelligatur. Aut uerò iudex ecclesiasti-
cus hæreticum condemnatum simpliciter ad secularem

remittit,& tunc posset attentari, quod de illo crimine secularis cognoscere valeat ad effectum puniendi, & sic nouum processum faciet, per d. §. si vero crimen. & arg. d. l. diuus. & in hoc casu saluetur opinio Bar. quia simpliciter remittendo ecclesiasticus licentiam cognoscendi seculari dedisse uidetur, quo casu procedere potest. d. ca. præsidentes.

¶Et hæc opinio comprobatur ex. ca. cum non ab homine. in fi. j. eod. qui text. non cogit iudicem secularem statim exequi sententiam ecclesiastici contra remissum, sed inquit, criminosum incorrigibilem ad secularem remissum ab illo comprimendum esse, deinde pœna conuenienti puniẽdũ, & nota, quod ille tex. etiam in crimine hæresis practicat.

¶Nec obstat. d. cap. vt inquisitionis. quia loquitur, quando damnatus ab episcopo ad secularem iudicem fuisset remissus ad effectum, ut sententiam exequeretur, quod statim, & absque dilatione facere tenetur, quia ex hoc nõ videtur data licentia cognoscendi, sed solum exequendi, ut dicimus de executore, qui nullam habet cognitionem.

¶Vel secundo & forte melius Bar. saluari potest, præsupponendo, quod iudex ecclesiasticus nullo casu, nullaque ex causa sententiam sanguinis ferre potest. c. sententiam sanguinis. j. ne cle. vel mona. Item aliud præsuppono, quod remissio fit nõ ad effectum, vt secularis spiritualiter puniat, sed corporaliter, & pęna sanguinis, ut in d. c. cum nõ ab homine, & ibi scrib. & in c. nouimus. de verb. signi. iuncto. c. degra

81 datio. de pęnis. in 6. † Modò quando iudex ecclesiasticus contra hæreticum cognoscit, prius cognoscere debet, an crimen obiectum dicatur hæreticam prauitatem continere, secundo delinquentem condemnare pęna spirituali, ac illum esse hæreticum declarare, &, successiuè pronuntiare eum esse tradendum curiæ seculari puniendum pęna temporali conuenienti vsque ad mortem inclusiue, vt in dictis iuribus. Facta autem remissione ilico, & absque dilatione seculari, sententiam ecclesiastici exequi tenetur, ut inquit tex. in d. c. ut inquisitionis, sed sententia illa pęnam sanguinis, uel mortis continere non potest, ergo illam exequendo secularis pęnam temporalem, & mortis imponere non posset, quia hoc sententia non continet, & si eam vellet imponere diceretur sine causæ cognitione imponere, contra tex. in c. j. de re iud. & argum. l. prolatam. C. de senten. Ad effectum igitur, ut secularis pęnam sanguinis, uel mortis imponere possit, debet nouum processum cõtra ipsum delinquentem formare, ac probationes deducere non ad cognoscendum, an crimen obiectum hæresim continere dicatur, quia hoc solum ad iudicem ecclesiasticum pertinet, sed bene ad cognoscendum, qua pęna sit puniẽdus, & hoc modo proprie debet intelligi Bar. in d. l. diuus. & in d. l. magistratibus. & iudicio meo aliter dici non potest. Quod suadetur, nam de crimine ecclesiastico, vt est vsura, cognoscere, an dicatur vsura, necne, hoc ad secularem non pertinet, sed solũ ad ecclesiasticum. Qualiter autem vsurarius sit puniendus, & quantitas ipsius vsurę per secularem cognosci poterit, & sic de singulis, per ea, quæ latè, & communiter ponunt scriben. in c. cum sit generale. de foro comp. in clementi. dispendiosam. de iudic. & cle. 1. de vsuris. Ita & in casu nostro dicendum est.

¶Nec obstat prædictis d. c. ut inquisitionis. Quia ex prædictis colligitur responsio, quod secularis non possit cognoscere, nisi vt primo & vltimo loco proxime dixi. Cogita tamen, & hæc quoad istud notabile sufficiant.

¶In quinto, siue secundum Abbatem, quarto notabili ex

82 tex. ibi, qui suspendendi sunt, uel deponendi, † non immerito &c. Colligitur differentia inter suspensionem & depositionem, quæ ratione criminis fiunt, suspensio enim fit ad tempus, depositio verò in perpetuum, & suspensio est amotio a ministerio altaris ad tempus arbitrio iudicis præfixũ. Depositio autem est ab altaris ministerio perpetua amotio secundum Abbatem. Et quamuis tex. quoad suspensionem his uerbis non vtatur, quia inquit, quòd suspensio est ab ordine sacro amotio, tamen in effectu hæc verba idem important.

¶Animaduertendum est, quòd aliquãdo iura dicunt, quẽ ab officio suspendi simpliciter, ut facit text. in c. a crapula. in fine. de vita & honestate clerico. In hoc tamen uis faciẽda non est, quia qui suspenditur ab officio ad tempus, ordine, vel altaris ministerio amoueri dicitur. cap. sicut. in fin. infra de accusa. capi. latores. in fin. de cleri. excommunic. Quandoque etiam iura dicunt, quem suspendi a beneficio suo ad tempus, ut in d. cap. a crapula. & in ca. qualiter. de accusat. Quandoque dicunt, quem ab administratione beneficij amoueri, & tunc de depositione sunt intelligenda, quæ non solum ab ordine perpetuo fieri dicitur, sed et a solo beneficio, ut in d. c. sicut c. in fi. cum glossa.

¶Ex quibus colligitur, quod aliquando suspensio depositio ad tempus appellatur, & econtra, quandoque depositio suspensio perpetua nuncupatur, & non solum datur suspẽsio ab officio, vel beneficio, uel ab ordine, uel ab altaris ministerio, uel ab officio prædicationis ad tempus, ut in cle. cupientes. de pęnis, sed multis alijs modis fit, vt per gloss. in d. clemen. cupientes. quæ infinitas suspensiones qualitates refert, & in effectu substantialis differentia inter suspẽsionem & depositionem est respectu temporis, quia suspẽsio est ad tempus, depositio verò perpetua.

¶Item depositio perpetua quandoque degradatio appella-

83 tur, & dicitur, quoties † quis ab ordine sacro perpetuo remouetur. Quod duobus modis contingit, uerbaliter, & realiter, uerbalis est illa, quæ fit per solam & simplicem sententiam, qua criminosus perpetuo ab ordinibus sacris depositus declaratur, ut in d. c. qualiter & quando. Realis uerò est, quando vltra depositionem uerbalem, & depositionis sententiam induratum fuit cor Pharaonis, quia ob incorrigibilitatem delinquentis iudex ecclesiasticus illum curiæ seculari temporaliter puniendum tradit, & ne secularis manus violentas in clericum iniijciẽdo incurrere possit canonem latæ sententiæ excommunicationis ipso iure iuxta textum in c. si quis suadente. 17. quæst. 4. ante traditionem ecclesiasticus clericum ex autorare debet, & desacrare per uerba consecrationi contraria. De qua degradatione, & qualiter fiat, & quid per eam de ordinibus sacris amoueatur, habes tex. in c. degradatio. & ibi gloss. & scrib. de pęnis. in 6. & in d. c. cum non ab homine. & cap. nouimus. infra de verborum significat.

84 ¶Sed dubium est, an plus sit suspensio a beneficio, † quàm suspensio ab officio ecclesiastico, siue ab ordine. Gl. in c. si per causa. 2. questio. 4. voluit plus esse suspendere a beneficio, quod uideur probari ex d. cap. a crapula. ubi post amotionem de officio, de amotione a beneficio, ut de grauiori ponitur. Sed glossa in c. pastoralis. circa finem in gl. fin. infra. de appella. totum contrarium voluisse videtur, ut statim dicam in sequenti quæstione. In qua quæro, quid si quis ab officio simpliciter suspensus sit, an dicatur etiam a beneficio suspensus. Glo. in dicta clem. cupientes. hincinde arguit, at nõ determinat. Sed gl. in d. c. latores. innuit, quod etiam a beneficio suspensus sit, quia beneficium datur propter officium, & sic eius sequela dicitur. capitu. fina. de rescriptis. in sexto.

¶Secundo uidetur textus clarus in c. eos. 81. dist.

¶Tertio plus est suspendere ab officio, quàm a beneficio, quando enim ab officio, censetur suspensus quoad omnes personas, & omnia loca, quando uero a beneficio solum quoad locum illum suspensus videtur, & sic plus est ab officio suspendere, quàm a beneficio, glossa fina. in d. cap. pastoralis. ergo suspensio ab officio tanquam plus continens etiam quod minus est continebit, & sic suspensionem a beneficio per regulam, cui licet. cum glossa, de regul. iuris in 6. Ex quo infertur, quod econtra non est verum dicere, suspensum a beneficio simpliciter dici ab officio suspensum, nam quod est minus sub se, quod maius est, non continet. d. c. cui licet.

¶Dubitatur similiter, si quis fuerit simpliciter suspensus, nec dicatur ab officio, nec a beneficio, quomodo sit suspensus. Anto. tangit hic in vltimo notabili Glo. uero in d. clemen. cupientes. plenius distinguit quòd aut ex leui causa, vel ratione infamiæ suspensus fuit, & tunc solum ab officio suspensus dicatur, sentiens illam opinionem, quòd maius sit a beneficio suspendere. Item ex eo, quòd alicui beneficium subtrahi non potest, nisi ex ardua, & iusta causa. dicto capitulo qualiter & quando. capit. inuentum. 16. quęstione. 7. Ac etiam quia quis suo beneficio non est priuandus, nisi hoc expresse in iure reperiatur. capit. fina. de iure patronat.

¶Hæc opinio mihi non placet. Quia allegata per glossam procedunt, quando ageretur de perpetua depositione a beneficio. Nos uerò loquimur de temporali suspensione, & ideo cum minus sit suspendere quem a beneficio ad tempus, vt supra diximus, sequitur quòd simpliciter suspensus a beneficio remotus dicetur, non autem ab officio, quia in pęnis mitior pęna in dubio eligitur. d.

tur d.c.in pęnis.d.c.odia.de regulis iuris.in 6.Barto. in l.
quod ait.§.exercitus.ff. de his, qui not.infa. At si quis es-
set simpliciter suspensus propter arduã causam, uel incor-
rigibilitatem, tunc utroque modo suspensus dicetur.capi.
cum inter, de purg.cano.
¶Vltimo dubitatur quod si alternatiuè suspensus sit, puta
86 quia dictum fuerit, † sit suspensus ab officio, vel a beneficio
quomodo intelligetur. Gl.in d.c.latores.dubitat,& hinc-
inde arguit, demum cõcludit nullo modo esse suspẽsum,
& consequenter frustratoria sit huiusmodi suspensio. Sed
in dubio talis interpretatio non est facienda, argumento.l.
si quando.in princ.ff.de inoff.testam. & l.si quando.ff. de
leg.1.unde contrarium probat.d.c.a crapula.cum glossa,
quod hoc censeatur esse in arbitrio superioris. Tamen gl.
illa hac declaratione non contenta, in glossa fina.aliter di-
stinguit quod aut quis fuit alternatiuè suspẽsus a canone,
& tunc in electione superioris esse dicitur.d.c. a crapula.
cum glossa, aut vero ab homine, & sic a ministro canonis,
& tunc talis suspensio nullius momenti erit, quia ipse iu-
dex certificare & simpliciter suspendere debet, & propte-
rea cum eius suspensio uaga, & incerta fuerit, ac simus in
pęnalibus, non valebit: & in hoc casu loquitur glossa in di
cto c.latores.hanc distinctionem gl.in d.c.a crapula.dili-
genter nota in practica.
¶In sexto, vel secundum Abbatem, quinto notabili ex uer
bis Abbatis,& ex textu.Primo colligo, quod quoad impo-
87 nendam pœnam † ratione criminis non est differentia in-
ter reum sponte confessum, & legitimè conuictum, eadẽ
enim pęna puniuntur, nec mitius cum confesso agitur.Cõ
trarium colligitur ex glossa in summa. 15. quæstione vlti.
& in c.in primis.2.quæst.1.in uersi.non sua.& glossa in c.
de hoc.de simonia.ubi mitius cum confesso agitur, ut ꝓ-
bat textus. in c.nõ dicatis.12.quæst.1. Sed hæc omnia in-
telligas, quando quis sponte confessus fuisset, quoniam ea,
quæ ex liberalitate fiunt in nostris officiis gratiora sunt.c.
iam nunc.28.q.j. Secus si quis fuisset confessus timore ꝓ-
bationum, tunc enim eadem pœna puniretur cum legiti-
mè conuicto, quia id, quod ex necessitate fit, non est bene-
ficium, nec meritum habere debet.l. proxime. ff. de ritu
nuptiarum. & hoc modo de confesso timore probationũ
debet intelligi hic tex.secundum Abbatem, nõ autem de
sponte confesso per prædicta.Cum quo intellectu Decius
& Moder.pertranseunt.
¶Hæc intelligẽtia quoad hunc textum uera non videtur,
quia rectè intelligendo is loquitur etiam de sponte cõfes-
so, ut colligitur ex textu a quo hic sumitur in d.c.j.2.quę-
stio.j. vbi fit similis æquiparatio, & tamen de sponte con-
fesso loquitur.
¶Et sequendo hunc intellectum non obstat, quod confes-
sus, & legitimè conuictus quoad pęnæ impositionem pari
ficentur. Quia ex quo tex. simpliciter de confesso loquit̃,
generaliter debet intelligi de confesso, uel spõte, uel timo-
re probationum, inter quos quoad pęnæ impositionem
non est differentia, ut infra latius dicetur.
¶Differentia autem, quæ reperitur inter confessum spon-
te,& confessum timore probationum, non est, ut diuersis
pęnis puniatur, cum imo eadem pęna in specie puniri de-
beant, sed solum quoad circunstantiam, & qualitatem pę-
næ differunt, quia sponte confessus mitius punietur, quã
confessus timore probationum, licet eadem pęna. Quod
non est inconueniens, ut habetur per l.respiciendum.§.
planè.ff.de pęnis. istud enim quod mitius, & grauius pu-
niatur, seu plus, uel minus, non facit, quod diuersa pęna in
specie puniri dicantur, arg.l.fi.ff.de fundo instruct.siqui-
dem pęna eadẽ depositionis diuersos gradus habet, quo-
rum alter est maior,& alter minor. Similiter pęna suspen-
sionis, ut supra dictum fuit in proximo præcedenti notabi
li. Et consequenter uerum erit dicere etiam intelligendo
hunc textum tam de sponte confesso, quam de confesso ti
more probationum, quod eadem pęna puniantur, quam-
uis sponte confessus mitius sit puniẽdus, ueluti infra quo-
que latius declarabitur.
¶Secundo ex uerbis Abbatis colligo, quod mitius agen-
88 dum est quoad † pęnæ impositionem cum sponte confes-
so, quã cum illo, qui metu probationum, seu tormentorũ
confessus esset, ut per glossam in c.de hoc.de simonia.quę
rationem diuersitatis assignat. Idem uoluit glossa in d.ca.
in primis.& in d.summa.15. quæstione vltima. & c.fi.24.
dist. Et hoc corroboratur ex tex.cum glossa in c.3.50.dist.
Nec obstat hic textus,& in d.c.1.2.quæst.1.Quia respon-
sio ex supradictis colligitur.
¶Contrarium vero, quod sponte confessus ita acriter pu-
niatur, sicut legitimè conuictus, & confessus timore pro-
bationum fuit de mente Innocentij in d.c.qualiter,& qñ
de accusationibus allegando.d.c.1.2.quæstione.j. ad hoc
qđ confessus,& sponte,& timore probationũ nõ differat.
¶Secundo hoc probatur in c.fi.infra de celebratione mis-
sa.vbi quoad pęnæ impositionem inter eos non sit dr̃ia.
¶Tertio probatur in c.2.infra de confes.ubi etiam si inci-
denter quis,& sponte crimen confessus fuerit, pęna depo-
sitionis perpetuæ afficitur.
¶Quarto Hostiensis in d.ca.de hoc dixit, quod si timore
probationum confessus fuerit, in aliquo sibi parcendum
est argum.c. fi.supra de transactionibus. & consequenter,
quod cum illo ita mitius agatur, sicut cum sponte cõfesso.
¶Prima opinio verior uidetur per textum in d.c.non dica
tis.Sed pro responsione rectè intelligendo dicas illum tex
tum procedere, uel in foro animæ, uel in foro claustrali,
quando intra claustrum cõtra regulares procederetur de
delicto commisso contra ordinem religionis, quo casu a-
lius ordo seruatur,& alia pęna imponitur, ut est textus in
d.c.qualiter,& quando.in fin.& in ca.licet Heli. de simo.
c.ad nostram.cum glossa fin.de appellationibus.
¶Secundo pro opinione communi allegatur.l. quisquis.
C.ad l.Iuliam maiesta.circa finem.Sed aduerte, quod ille
textus non loquitur de confesso sponte, uel timore, sed de
eo, qui factionem contra principem fecerit, qui si in prin-
cipio inite factionis hoc fecerit, præmio dignus est, & ei
parcendum est, si vero sero postquam particeps fuerit, pro
diderit, misericordia solum dignus est,& nullo modo pu-
nitur, quod est introductum fauore principis, & imperii,
ut etiam conspirantes inuitentur ad prodendas factiones,
& conspirationes contra principem factas.Itaque apparet
illum textum non facere ad propositum, & casum illius,
qui sponte, uel timore confessus fuit, cum semper ille pu-
niendus sit, ut hic, d.c.j.& d.c.de hoc.
¶Tertio pro communi sententia allegatur.d.c. de hoc. de
simonia.cum glossa, quæ inter sponte confessum,& timo-
re probationum differentiam facit. Sed tu dicas, quod li-
cet ea glossa ita distinguat, tamen ille textus contrarium
probat simpliciter,& generaliter loquendo, quod eadem
pęna sint puniendi.Secundo ille textus non meretur alle-
gari. Quia loquitur de cõfessis, qui cõuictis similes sunt.
Ergo magis de cõfessis timore probationum intelligi de-
bet, cum sub una, eademque determinatione ponantur ar
gumento.l.nam hoc iure.ff.de vulg.& pupil.
¶Tertio posito quod ille textus loquatur etiam de sponte
confesso, ac de legitimè conuicto,& consequẽter quod ea-
dem pęna depositionis puniendi essent, intelligo eadem in
genere, sed non in specie, ut in simili dicũt Decius, & Mo-
derni, quod etiam approbaui in d.c.j.supra de offi.delega.
¶Quarto in d.c.de hoc.etiam intelligendo, ꝙ eadem pę-
na pœnitus sint puniendi illud procedit, quia ibi de crimi
ne graui simoniæ agebatur, in quo multa sunt contra re-
gulas iuris introducta, ut in d.c.per tuas.& in d.c.licet He
li.eodem titulo. Ideo ratione huiusmodi criminis cõfes-
sus & sponte,& timore probationũ,& legitimè conuictus
pariter sunt puniendi.
¶Hinc uidemus, quod in illo crimine etiam confessus cri-
men incidenter per uiam exceptionis in eodem iudicio,
& in eadem instantia puniendus est, ut in c.2.infra de cõ-
fess.contra, ea, quæ regulariter habentur in c.j.infra de ex-
ceptio.& in c.2.de ordi.cognit.
¶Rursus si de crimine simoniæ, vel de alio simili graui cri
mine per uiam inquisitionis agatur, & constiterit de cri-
mine, inquisitus pœna ordinaria, depositionis punitur. c.
inquisitionis.infra de inquisit. cum alias regulariter in iu
dicio inquisitionis quis pęna ordinaria puniri nequeat.di
cto capitul.qualiter,& quando. & supra in Rubric. tituli
nostri dictum fuit.Non potest ergo aliter dici in dicto ca
pitulo.de hoc, quod illud grauitas criminis simoniæ ope-
retur. Idem esset si principaliter de alio crimine graui
ageretur, prout loquitur textus in fin. infra de celebra.
missa. qui de directo communi opinioni glossarum, de
quibus supra aduersatur. Sed illud procedit primo pro-
pter criminis grauitatem, de quo ibi, nam celebrare si-
ne aqua,& lumine, ut ibi, grauissimum scelus est,& simile
hæresi, secundo quia idem ibi in eodẽ crimine reiteraue-

rat,ac etiam malitiose ecclesiam damnificauerat,& ideo graui seueritate plectendus fuit non faciendo differentiã inter confessum sponte,& timore probationũ. Aliter quoque responderi posset, quia licet eadem pœna in genere, non tamen in specie.

¶Cæterum sequendo opinionem glossarum, & doctorũ communiter,quòd sit differentia inter confessum sponte, & timore probationum,allegatis in contrarium facilis est responsio.

¶Primo non obstant ea,quæ voluit Innoc.in d.c.qualiter, & quando. Quia ipse loquitur de confessio simpliciter, & consequenter non sponte. Sed quia hæc responsio eius dicto non conuenit,propterea quod allegat tex. in d.ca.1.2. q.1.qui expresse de sponte confesso loquitur,ideo secundo melius dicas,ꝙ Innocen.absolute de confesso loquatur,& sic tam sponte,quàm timore probationum, non tamen negat, quin in eodem genere pœnę sponte confessus mitius puniri possit, nam licet eadem pœna cum confessio timore probationum,cum ipso tamen mitius agendum erit argum.d.l.respiciendum.versi.plane.

¶Non obstat secundo id,quod uoluit Host. in d.c.de hoc. Quia primo ipse illud concludenter non probat, nisi a remotis arguendo per ea,quæ habentur in c.fi. supra de trãsactio.loquitur enim quando ciuiliter agebatur. Præterea Abb.in d.c.de hoc.dicit Host.non rectè sensisse,& quamuis Decius saluando illum dicat eius dictum esse valde æquum,propterea quia quis confitendo crimen timore probationum dicitur aliqualiter releuare aduersarium ab onere probandi.c.j.de confess.in 6.l.2.& 3.ff.de interroga. actio.l.inde neratius.in fi.cum glossa.ff.ad l.Aquil.l.eum qui.cum ibi no.in prin. ff.de iureiur.Igitur ipse reus quoque in aliquo releuari debet,vt leuius sit puniendus argu. d.l.eum qui.in prin.Tamen ex istis non infertur,quod cõfessus timore probationum minori pœna puniatur,quam sponte confessus,imo eadem pœna, & aliquanto grauius, vt in simili inquit textus.d.§.plane. Propterea hoc modo confessus grauius puniri dicetur, quam sponte confessus, cum quo mitius,atque benignius agendum est,ut ipsemet Hostiensis ibi fatetur. Dicendum est ergo, quod legitime conuictus pœna ordinaria omnino est puniendus nec vllo modo cum eo benigne agendum est ex eo,quia in nullo aduersarium ab onere probandi releuauit, confessus uero timore probationum eadem pœna ordinaria est puniendus,aliquanto tamen leuius,ex quo aliqualiter aduersariũ releuauit,sed non in totum,cum præsupponendum sit ipsum accusatorem ad iudicium paratum venisse argumento.l.2.C.de dilatio.& hoc modo intelligatur dictum Hostiensis.in d.c.de hoc.At quando sponte confessus fuisset, eadem sane pœna erit puniendus,sed longe mitius, quam alij duo præcedentes,cum enim in plus accusatorẽ ab onere probandi releuauerit,dignus est etiam, vt cum eo misericorditer agatur,& hoc modo intelligatur cõmunis opinio glossarum,& scribentium,arg.d.l.inde Neratius. in fi. cum glossa,cum similib.supra allegatis.

¶Et quamuis Decius,qui hanc iurium, & glossarum contrarietatem cognouit, pro concordia dixerit, quod aut ꝓ crimine pœna ordinaria fuit imposita,& tunc iudex illam præcisè imponere debebit, non faciendo differentiam inter conuictum,uel confessum sponte,uel timore probationum per hunc textum.in d.ca.1.2.q.1.cum similib. Aut ꝓ crimine fuit imposita pœna extraordinaria, & arbitraria, & tunc cum simus in his, quæ ab arbitrio iudicis dependent,suum arbitrium secundum æquitatem regulare debebit,ut mitius agatur cum sponte confesso, quam cum alijs,& mitius cum confesso timore probationum, quam cum conuicto,& ad hoc potuisset allegari,ca.de causis.cũ gl.§.de officio deleg.& d.c.in primis.2.quæst.1.& in hoc secundo casu habebitur ratio releuandi aduersarium ab onere probandi.

¶Hæc distinctio in primo membro videtur dubitabilis ꝑ d.c.de hoc.non violando literam, vbi simpliciter pœnam depositionis imponit,non habita differentia inter confessum,& conuictum,& tamen secũdum glossam ibi mitius agitur cum sponte confesso,& infra plura iura allegabo,ꝗbus hoc primum membrum confunditur.

¶Rursus etiam in casibus,in quibus certa pœna ordinaria
89 imposita † est, iudex cum aliquali temperamento punire debet attenta qualitate loci,& temporis, & personæ.l.aut facta.per totam.l.ff.de pœnis.& notant scriben. post glos. in d.cap. de causis. de officio deleg. in l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de his,qui not.infam.& in d.l.seuerior.& causa augendi,vel minuendi ordinariam poterit considerari respectu oneris probandi in releuando aduersarium.

¶Secundo Decius opiniones prædictas concordare conatus fuit, quod regulariter loquendo,sponte confessus, & conuictus,& timore probationum confessus pari pęna sit puniendi,ut hic,& in d.c.j.præter quam in casibus, in ꝗbus reperiretur,ꝙ lex seu canon vlterius processit.

¶Hæc declaratio quoque non satisfacit. Quia parum prodesset, cum semper quis dicere posset, lex ultra processit, & ideo ex hoc certa doctrina non colligitur,imo, ut dixi, etiam quando lex vlterius non processit, iudex quandoq; mitius,& quandoque grauius punire potest.d.l.aut facta. cum similib.

¶Quare tertio tu concordare potes,vt fuit de mente glo. in d.c.de causis.in uersi. eadem.quod aut pro crimine est certa pœna imposita,& tunc aut causa coram delegato agi
90 tatur, † & ipse nullo modo pœnam etiam mitius agendo alterare potest per tex.ad literam.in d.c.de causis. Ratio est,quoniam cum sibi mandatum fuerit ut de iure procedat,hæc forma debet strictè,& uere adimpleri.c. cum dilecta.supra de rescrip.Aut cognoscitur coram ordinario, & tunc ipse pœnam ordinariam,& certam mitigare poterit faciendo differentiam inter confessum sponte,& confessum timore probationum,ac legitime conuictum, ꝓut quis magis aduersarium releuabit ab onere probandi per prædicta.Aut uero pro crimine non reperitur certa pęna imposita,ut quia lex,seu canon dicat quem esse puniendũ quo casu intelligitur arbitrio iudicis.l.j.2.& per totum.ff. de crim.stellio.siue lex expresse pęnam arbitrio iudicis imponit,quo casu ea dicitur extraordinaria, ut in §. in summa.cum ibi no.Insti.de iniur.l.j.ff.de extraord.crimin.& tunc siue iudex qui cognoscat,sit ordinarius,siue extraordinarius, ex causa iusta mitigare, seu grauare suo arbitrio poterit,ut clare habetur per.d.c.de causis.

¶Et quoniam ex prædictis adhuc non uidentur bene resoluta multa iura,quæ inter se aduersantur. Ideo forte non
91 esset hæreticum dicere,†quod ubicunque est imposita certa pęna,non sit differentia inter confessum sponte, & confessum timore probationum, seu conuictum, sed omnes pariter sint puniendi,neque cum altero mitius, & cum altero seuerius agendum sit,ut uidetur uelle hic textus,& in d.c.j.& in d.c.fina.de celebra.missa.iuncto.d.c.de hoc omisso eo,ꝙ inquit glossa ibi,& est tex. clarus.in c.si quis clericus.81.dist.d.l.respiciendum.in prin.

¶Nec obstant quæ habentur in d.c.de causis.per glossam. & quod ponunt scriben. post glossam in d.l. quid ergo.& in d.l.& si seuerior. Quia fateor iudicem ex causa posse mitigare attenta qualitate loci,tẽporis,& personæ,ut in d. l.aut facta.respectu uero quod quis confessus sponte, vel aliter conuictus fuerit,iudex mitius cum vno,quam cum alio agere debebit,ut per iura allegata.& quia,ut dixi, aliqua sunt iura, quæ manifestam inter hos differentiam faciunt,ideo in primis aliquibus respondebo, & postea sententiam meam ponam.

¶Non obstat igitur textus in d.capi.in primis.2.quæst.1. Quia loquitur,quando non ad effectum puniendi,sed pœnitentiam iniungendi de crimine ageretur in foro animę, vel in foro dispensatiuo ad effectũ dispensandi,ut ibi,non sua sponte confessi sunt,&c. & tempus eis abbreuiandum est,& modus pœnitentiæ temperandus. Similiter in hoc casu potest intelligi d.l.prima.§.si quis vltro. ff. de q. vbi post sententiam latam ex spontanea confessione, si de innocentia constiterit,solus princeps ex indulgentia pęnam remittere potest,& cum ille textus loquatur de sponte cõfesso, forte ibi aliud esset, quando vel timore probationũ confessus,uel legitime conuictus fuisset,per ea quæ habentur in glossa summę.15.quæstione vlti.& in c.presbyterũ. cum c.de his uero.l.distin.

¶Non obstant etiam, quæ habentur in d.l.aut facta.per totam.l.in d.l.quid ergo.§.pęna grauior.in d.l.& si seuerior.in d.l.respiciendum.§.plane.& d.c.de causis. ubi ordinarius pęnam ex causa minuere potest. Quia debent intelligi ratione alterius iustę causæ iuxta.d.l.aut facta. non autem ex eo,quod fuerit sponte confessus, quoniam in foro contentioso hæc non est causa sufficiens mitius agendi per hunc textum cum similibus. ¶Non obstant ea, quæ per illum textum uolunt Bartolus, Alexander, & alij, in d.l.cum

d.l. eum qui.in princ. Quia procedunt, quando de crimine ciuiliter ageretur illis actionibus, de quarum natura esset per inficiationem crescere.

¶Non obstat similiter d.c.a.non dicatis. 12.q.1. Quoniam loquitur non in foro contentioso, sed claustrali, quādo de crimine inter regulares per superiorem ordinis cognosceretur: tunc enim cum confesso sponte mitius agendum est cum in hac specie cognoscendi de crimine alio ordine, ac alia pœna sit procedendum, ut in d.c. qualiter. in fi. in ca. ad nostram. de appellationibus.

¶Et quia longum esset singulis iuribus respondere, quæ contra conclusionem traditam facere videntur. Ideo facio regulam, de qua supra, quòd in foro contentioso quādocunque principaliter agitur de crimine puniendo pœna ordinaria, non est differentia inter confessum vel sponte, uel timore probationum, & tormentorum, uel legitime conuictum, cum pari pœna præcise sint puniendi. d.c. de hoc. de simon. c. si quis clericus. 81. distin. d.c. fi. de celebratione missa. & c. fi. 24. dist. & hic.

92 ¶Fallit autem hæc regula in casibus sub regula non† comprehensis. Qui vt euitentur, si in contrarium allegarentur primo dico esse differentiam inter sponte confessum, & alios, quando essemus in foro pœnitentiæ & animæ, ut uidetur distingui per d.c. de his verò. 50. distinct. Secundo, quando in foro ecclesiastico ageretur de dispensatione sit per crimine facienda, quia cum clericis criminosis sponte confessis mitius agendum est, ut per textum nostrum in versiculo si uero. in fin. si rectè animaduertatur, hoc idem probatur per c. presbyterum. 50. dist. iunctis. d.c.j. & d.c. si quis presbyter. 15. quæstione vltima. & in hoc casu intelligo id, quod voluit glossa summæ ibi, & textus in ca. si qs sine examinatione. 81. distinctione. Tertiò prædicta non procedunt, quando in foro claustrali super crimine ageretur ad correctionem regularium, ut in d.c. non dicatis. cũ alijs proxime allegatis. Quarto regula non procedit in iudicio ecclesiastico, in quo ageretur de indulgentia concedenda, vel in alio seculari, vt in d.l.j. §. si quis vltro. ff. de quęstio. Et hoc modo intelligi potest. d.c. in primis. Quinto, in casu. l. eum qui. in princi. ff. de iureiurando. & ibi p Bartolum & alios: & licet hi casus extra materiam regulæ videantur, tamen, vt hæc simul concordentur, hæc dixisse volui.

93 ¶Quando uero confessio dicatur sponte fieri,† & quando timore probationum, uel tormentorum, Abbas in d.c. de hoc. istud declarat, dicens, quòd timore probationum fieri dicitur, quando quis ratione criminis a iudice citatus fuit ad instantiam aduersarij, nam ex quo ipse reus sciuit, uel saltem verisimiliter scire debuit, aduersarium venisse ad iudicium paratum ad l.j. in principio de edendo. & l. 2. C. de dilationibus. tunc si reus confiteatur statim, quo comparuit, non dicetur sponte confessus, sed timore probationum aduersarij. At quando antequam ad iudicium vocaretur, iudicem adiuisset, & coram eo crimen cōfessus fuisset, tunc sponte dicetur confessus, & non aliter. Ita resi det Abbas ibi nihil allegando, & ideo ei non est credendũ, quia eius authoritas est magistralis, ut in simili de glossa nihil allegante inquit Bartolus in l. nemo iudex. C. de sententijs. Abbas, Felynus, post alios in cap. 2. supra de rescriptis. erubescimus enim cum sine lege loquimur. l. illam. C. de collationibus.

¶Rursus etiam hæc opinio rarissimè eueniret, quod quis sponte confessus diceretur, nisi stultissimus esset, quod in tam atroci causa non præsumitur, argumento. §. ceterum. institutio. quod cum eo, vbi stultissimus reputat, qui onus probandi in se suscipit, cum alias non teneretur. Ad hunc igitur casum Abbatis iura tam frequenter de sponte confesso loquentia rarò adaptarentur, contra. l. nam ad ea. ff. de legibus.

¶Melius ergo dici potest, vt alias tetigi, q; confessus timore probationum dicitur, quando cōfessio fit tempore, quo probationes fieri debent, & possunt, hoc est post negationē ipsius rei, & consequenter post litem contestatam. cap. qm frequenter. cum glossa in §.j. in versiculo ciuiliter. vt lit. non contesta. iuncta. l. fi. C. ut intra certum tempus causæ crimin. tunc enim metus probationum instare dicitur, &

94 non ante, sicut in simili metu quid fieri dicitur in†illo momento, & instanti tempore, quo metus infertur, uel quo actus sit, seu fieri debet. l. 3. §. si quis autem. ff. de ui & ui arma. argumento eorum quæ habentur in l. 2. ff. quod met. caus. l. 1. §. diuus Seuerinus. ff. de quæstionibus. & glossa fi. de his, quę met. fiunt. Cognito ergo, quando confessio metu probationum fieri dicatur, cognoscitur etiam, quando sponte fieri dicatur. Quando autem timore tormentorũ fiat, supra diximus in tertio notabili, & habetur per Bartolum in d. §. diuus Seuerus.

¶Vltimò colligit Abbas ex hoc textu ibi, dummodo sint talia crimina &c. quòd pœna semper delicto est commensu

95 randa,† nam pro maiori crimine pœna maior, & pro minori minor est imponenda, & non econtra. cap. non afferamus. 94. q. j. l. respiciendum. in principio. ff. de pœnis. c. qsi uit. de his, quæ fiunt a maiore parte capitu. d.l. aut facta. §. qualitate. ff. de pœnis. Ex maioritate ergo pœnæ possumus arguere ad maioritatem delicti, ut per glossam notab. in c. meliore. 27. questio. j. Calde. in consi. j. de accusationibus. Bartolus in consi. 217. & in l. leuia. ff. de accusationibus. Et quamuis glossa in ca. admonere. per illum textum iuncto. c. latorem. 33. q. 2. dicat. quòd propter frequentiam criminis possit imponi maior pœna, quàm pro maiori crimine imponatur, per illa iura, tamen ratio illius glossæ ibi non satisfacit, quoniam cùm ipsa loquatur in foro pœnitentiæ & se ad illum casum restringat, certè idem dicēdum esset etiam in contentioso, argumento. d.l. aut facta. §. euenit. & §. finali. l. capitalium. §. solent. & §. crassatores. ff. de pœnis, cuius contrarium tamen in casu, quo glossa illa loquit est verum, ut in l. pœna patricidij. in princi. iuncto. §. j. ff. ad l. Corneliam de parricid. vbi in foro contentioso grauius punitur is, qui matrem interficit, quam qui uxorē, vnde in terminis. d.c. admonere. pro vxoricidio maior pęnitentia iniungitur, quia illud crimen multas qualitates, & circunstantias delictum aggrauantes continebat, ut ibi inspici potest, & ratione qualitatis aggrauantis quandoque maior pœna imponitur. d.l. aut facta. §. qualitate. si enim esset simplex vxoricidium sine qualitate aggrauante, tunc maiori pęna puniri deberet, quàm matricidium. d.l. pęna. Et consequenter etiam in foro pęnitentiæ maior pœna iniungenda esset.

96 ¶Et prædicta faciunt ad decisionē quæstionis, † super qua Socinus & Decius consulendo contrarij fuerunt. Dubitatum enim fuit, quando pro furto a lege, uel statuto pęna furcarum imposita reperitur, an furtum dicatur maius crimen, quàm homicidium simplex, pro quo pęna capitis solum irrogatur. Decius consilio. 65. lib. 1. tenuit furtum esse maius, arguendo a maioritate pęnæ, quia pęna furcarũ grauior, & magis ignominiosa reputatur, quam pęna capitis, ut inquit Bar. in l. omnes. C. de delato. lib. 10. refert, & sequitur Ioānes de Anania in c. fi. columna. 9. infra de collusio. detegen. & probatur in l. capitalium. in principio. ff. de pęnis. ubi textus pęnas capitales enumerans a grauioribus incipit, & successiuè alias ponit, & ante omnes de pęna furcarum agit, deinde de viui concrematione, tertiò de pęna capitis, ergo &c.

¶Secundò pro hac opinione induci potest. d. §. crassatores. iuncto. §. famosos. cum glossa in d.l. capitalium. ubi pro latrocinio famoso pęna furcarum imponitur, pro crassatura pęna capitis. & ratio est secundum glossam. in d. §. famosos. quia crassatura simplex crimen dicitur, latrocinium vero duplex censetur, & consequenter maius.

¶Tertio furtum & homicidium licet iure diuino, & naturali prohibita dicantur. l. 1. in fin. ff. de furtis. & Leuit. capitu. 19. Item quamuis homicidium quoad Deum maius furto reputetur, tamen in foro contentioso, ubi de crimine agitur, furtum reputabitur maius ratione maioris pęnę argumento dicto cap. afferamus. & per Bartolum in dicta l. leuia. ff. de accusationibus. & in consi. 217. incip. Ad declarationem.

¶Sed præmissis non obstantibus contrarium consuluit Socinus in consilio. 157. volumine. prima. qui sic arguebat. Id maius crimen esse censetur, per quod diuina maiestas

97 † magis offenditur, non attenta grauitate pęnæ etiam in foro contentioso. capitu. vergentis. infra de hæreticis. capitu. cum secundum leges. eodem titulo in sexto. iuncta l. quisquis. C. ad legem Iuliam maiesta. & capitu. fęlicis. de penis. in sexto. ubi pro crimine læsæ maiestatis, uel nece episcopi grauius quis punitur, quàm is, qui crimen hæresis commisit, vel saltem pariter cum illo, & tamen crimen hæresis maius reputatur, quia per illud diuina maiestas de directo offenditur. Sed per homicidium magis diuina maiestas offenditur, quàm per furtum. Primò,

mò,quia fit contra præceptum diuinum. Secundo, quia persona extinguitur,quam Deus ad sui imaginem creauit c.2.de homicid. Tertiò,quia per homicidium non solùm corpus sed etiam anima perdi potest.c.j.de homicid.in 6. Per furtum uerò principaliter offenditur homo circa temporalia,quæ ab anima & spiritualibus longè distant, est enim homo nobilissima creatura omnium aliarum rerum, ut in l.iustissime.ff.de ædili.edicto. Secundo ad cognoscêdum,quod dicatur maius & grauius crimen,non debet attendi simpliciter maioritas pœnæ,sed qualitas & genus delicti,ut voluit Bartolus.in l.non solum.§.si mandato,ff.de iniurijs. Nam aliquod dicitur delictum leue, aliud graue, aliud grauius,aliud grauissimum, leue dicitur, in quo dolus non interuenerit,sed simplex culpa, ut quando sine dolo damnum,seu iniuria alicui infertur.l.liber homo.cum ibi notat.ff.ad legem Aquiliam.c.in nostra.de iniurijs, & dam.dat.l.non solùm.in principio.ff.de iniurijs. Leue etiã crimen dicitur,in quo interuenit dolus circa rem modici & minimi pretij,ut est furtum rei modicæ,uel furtum domesticum.d.l.respiciendum.§.furta.l.ad ea.cum ibi notatis.ff.de regulis iuris.l.si libertus.ff.de furtis. & d.l.leuia. Graue crimen est priuatum circa rem maximi pretij dolo commissum.l.auxilium.§.in delictis.ff. de minoribus. vt quando esset furtum rei magnæ, uel iniuria personalis, ut in d.l.ad ea.& d.l.non solum.§. si mandato.§.atrox. institutioni.de iniurijs. Grauius habetur illud crimen, quod est publicum,pro quo minor pęna,quàm mortis iniungit. d.l.capitalium. Grauissimum censetur illud, quod est publicum,pro quo pœna mortis est imposita,ut est de mente glossæ,in dicta.l.auxilium.§.in delictis,l.2.ff. de public.iudic.& per Bartolum in d.§.si mandato. Sed homicidium dicitur publicum crimen,& pro eo mortis pœna iniungitur communiter ex forma statutorum,ac etiam de iure cõmuni,ut in l.3.§.legis Corneliæ.ff. ad l. Corneliã de sicar. Furtum uerò est delictum priuatum, pro quo regulariter a iure solùm pena pecuniaria est imposita.l.finali.ff.de furtis,& l.1.ff.de priuat.delictis.& licet quandoque pęna alteretur, non tamen priuatum esse desinere dicetur, cum alteratio qualitatis substantiam rei non alteret.l.fina.ff.de fundo instructo. Ergo homicidium grauius dicetur & maius,quàm furtum. Quod absque dubio verum est,attenta dispositione iuris ciuilis per prædicta. Idem etiam attento iure canonico per id,quod habetur in d.ca.2. de homicidijs.& in d.c.j.eodem tit.in 6.

¶Præterea ex furto damnum pecuniarium, & reparabile irrogatur,mediante rei restitutione,aut satisfactione.cap. fraternitas.12.q.2.cum gl.& in dictis legibus final.de furtis, & priuato delicto. At per homicidium præiudicium corporale,& uitæ hominis irreparabile infertur, quod nõ est pecunia æstimabile, ergo homicidium maius dicetur, quàm furtum,cum homo dicatur creatura aliarum rerũ dignissima,ut supra.

¶Iure etiam statutorum,quo maior pęna pro furto,quàm pro homicidio iniungitur,& non solùm a statuto, sed etiã in aliquibus casibus a lege ciuili, vt in d.l. capitalium.§.famosos.& l.cum seruus.ff.de condictio. causa dat. Cõcludendum est homicidium volũtarium dolosè commissum longe maius esse,quàm furtum,quia non maioritas pœnæ ad cognoscendum maioritatem delicti attendi debet, sed vtrum sit priuatum,uel publicum, quia semper publicum priuato maius est,quod etiam manifestè ostenditur ex illa regula,qua dicitur, quod semper facienda est interpreta-
98 tiò,† ut per statutum minus ius commune tollatur, quàm fieri possit,& in eo casu solum, in quo statutum disponit. c.cum dilectus.supra de cõsuetudi.l.serui vestri.C. de noxal.bus. Alexander & alij.in l.finali.§.in computatione.ff. de iure deliberan. Bartolus in l.omnes populi. in materia interpretationis statutorum.ff.de iusti. & iure. Vnde quãuis per statutum in furto sit immutatum,ut illud grauiori pœna puniatur; tamen cum solum quo ad pęnam ius commune alteratum esse dicatur, quò ad alia firmum remanere dicetur,argumento.l.sancimus.C.de testamentis.l.pręcipimus.C.de appellationibus. Sequitur ergo, quod licet per statutum ius commune quo ad pœnam sit alteratum, non tamen quo ad qualitatem criminis dicetur alteratum quin priuatum remaneat,& consequenter est minus & leuius crimen,quàm sit homicidium.

¶Nec obstat maioritas pœnæ, quia quandoque hoc fit ratione frequentiæ criminis,ut per glossam in d.c. admonere.& in d.capi.meliorem.& hoc modo euitatur id, quod habetur in d.§.famosos. Vel & melius,ibi pœna furcarum imponitur non pro simplici furto, sed pro furto alterato, quod in aliud genus criminis transiuit, quod appellatur famosum latrocinium.

¶Similiter nõ meretur allegari.dicta l.cum seruus. Quia ut ibi omnes fatentur,iudex iniquè,& sine causæ cognitione processit imponendo pœnam furcarum seruo, ut supra diximus.

¶Et sequendo hãc opinionem domini mei Socini, quam veriorem esse credo,facilime ex deductis uidentur sublata ea,quæ ex aduerso pro opinione Decii fuerunt allegata, quoniam non est arguendum a maioritate pœnæ contra naturam ipsius criminis, quia potius est attendenda substantia criminis,quàm qualitas pœnæ, quæ censetur accidentalis,& consequenter ex tempore,loco, & qualitate variabilis,ut in d.l.aut facta. Sed de substantia criminis publici est, quòd maius cẽseatur, quam sit priuatum, ut per Bartolum in d.l.non solum.§.si mandato. igitur &c. ut per glossam in d.c.meliore. Nec obstat textus in dicto capitu. admonere.iuncto.dicto capitu.lator. quia id contingit ratione frequẽtioris usus. & hæc quo ad notabilia huius textus sufficiant,quæ in practica diligenter notanda sunt.

¶Aggredior nũc materiam glossarum, & primo capio pri-
99 mam glossam, quæ ut remoueat id, quod † tacite contra textum obiici posset de textu in cap.testimonium. de testibus,& in cap.cum desideres.2.responso.infra de sententia excommunica.fatetur textum nostrum declarandum fore, quòd ex confessione clerici facta coram seculari clericus aliquatenus non est condemnandus. Sed hoc fallit,nisi ex tali confessione,vel conuictione grauiter esset infamatus,quia tunc ob illam infamiam se purgare teneretur, & si in purgatione deficeret, pœna ordinaria puniendus esset,ut in c.cum P. infra de probationib.capit.insinuatum. infra de simonia. Ita residet Abbas hic, & plus dicit,quod etiam si infamia ortum haberet non solum ab actu gesto coram iudice seculari, sed etiam coram priuatis secularibus,ipse clericus coram suo iudice ob talem infamiam se purgare debebit,ad quod nihil aliud allegat,nisi hunc textum.

¶Hostiensis uero inquit,hoc verum simpliciter non esse, quia ex quo infamia ortum habet a laicis, censetur prouenisse a maleuolis, cum laici clericis oppido sint infesti. ca. laicis.2.quæstione 7. & ideo ob talem infamiam purgatio canonica facienda non erit.c.cum in iuuentute. de purg. canon.

¶Sed Abbas mordendo Hostiensem inquit, quòd quoties infamia habet ortum a iudice vetito,aut a personis secularibus,si ex illa clericus multùm grauetur, se purgare debebit.

¶Aduertendum est circa prædicta. Nam licet gl.simpliciter uelit,ob talem infamiam clericum debere se purgare: tamen Hostien.illam declarat,ut supra,cuius declaratio in effectu non videtur dissentire ab eo, quod subdit Abbas: quoniam Hostiensis non negat purgationem esse indicendam,sed non ita de facili,quasi sentiat aliud quoque requiri,ut quòd infamia sit grauis, ex qua scandalum oriri posset, casu quo clericus se non purgaret, ut dicebat Abbas. Imo in puncto iuris forte sustineri posset,quòd ultra infamiam grauem etiam scandalum graue immineat ad hoc, ut clericus se purgare debeat, quoties illa infamia a maleuolis, & inimicis resultaret, ut per glossam per illum textum in capit.presbyter si a plebe.secunda quæstione quarta.vbi videtur casus, & ibi glossa soluendo contrarium de capitu.consulendum. vigesimaoctaua distinctione. dicit, quòd textus in dicto capitu.consulendum.loquitur,quando non imminebat scandalum, quem textum eodem modo intelligit glossa in capitu. tua nos.de cleri.excommun. minist.& optimè probat.dicto capitu.tua nos.vbi clericus grauiter de concubinatu a laicis infamatus se purgare non tenetur,nisi scandalum immineret, & consequenter ultra quòd se non purgando scandalum oriretur, ut dicebat Abbas, sed etiam quando quis esset grauiter a laicis infamatus, ad hoc ut se purgare teneatur, requiritur, quòd scandalum immineat, quicquid senserint Abbas, & Decius.

¶Nec obstat. capitulo inter solicitudines. infra de purgatione canonica. quod innuit alterum sufficere, uel grauem infamiam, vel uehementem suspicionem, vel

graue

graue scandalum, quia respondeo, hoc uerum esse, quan-
do infamia a laicis, seu a maleuolis non oriretur, sed a bo-
nis & prouidis uiris, argumento tex. in c. qualiter & quan-
do. cum ibi nota. de accusation.

¶Vtrum autem ex confessione, seu conuictione criminis
facta a clerico coram seculari, & sic coram iudice uetito,
dicatur oriri talis infamia facti, quę per se sufficiat ad indu
cendam purgationem. Gl. & Abbas hic innuunt, quòd sic,
dummodo sit grauis infamia. Quod penes me satis du-
bium est propter illa uerba text. aliquatenus non sunt pu-
niendi, quę importãt, hoc est nullo modo. l. ex maleficiis,
in fi. ff. de actionib. & obligatio. Præterea, talis infamia si-
ne scandalo non sufficeret, ut proxime dixi, & forte infra
latius dicetur.

¶Colligit Aretinus hic ex uerbis gl. & Abb. quòd lex sim-
plici infamia, quæ a maleuolis hoc expresse procurantibus
100 † est orta, purgatio non est indicenda, ut in d. c. cum in iu
uentute. de purgat. canon. Hoc dictum Aretini a præcedẽ
tibus differt, quia supra dictum fuit de infamia, quæ a ma-
leuolis directè & uerè non oritur, sed pręsumptiuè, ut quã
do simpliciter a laicis oritur, qui clericorum inimici præ-
sumuntur. d. cap. laici. Præterea dictum fuit de maleuolis
hoc non procurantibus, Aretinus verò loquitur de infa-
mia vere orta a maleuolis hoc expresè procurantibus.

¶Sed uidetur, quòd tex. super quo se fundat Aretinus. in
d. c. cum in iuuentute. non probet, quia ibi non constat, ꝗ
infamia a maleuolis ortum habuerit. nec tex. in hoc se fun
dat, sed præsupponit, episcopum apud Papam antea fuisse
infamatum, a quo autem non aperit, & licet ex postfacto
inimicus episcopi illam infamiam augere procurauerit,
hoc ipsi episcopo infamato nocere non potuit ad purgatio
nem faciendam, nisi ad eius petitionem purgatio indicere
tur: & sic per illum tex. no. colligitur, quòd quãdo constat
101 quem esse infamatum † de graui crimine, nec appareat, a
quo, uel quibus infamia orta fuerit, sitque præsumptio de
bona uita infamati, tunc nunquam indicẽda est purgatio.
Ex quibus constat, Romanum in singulari 484. & docto.
in d. ca. cum in iuuentute. non rectè sensisse, dum dicunt,
quòd in terminis illius tex. purgatio infamato indici non
debuit, ex eo quòd infamia a maleuolis & inimicis ortum
habuerat. Hoc tamen summè notandum est: posset enim
quandoque prodesse, quando contra aliquem ratione in-
famiæ procederetur, nam debet constare, a quibus infa-
mia initium habuerit, alioquin ex ea procedi non posset,
cum infamatus aliàs bonus præsumeretur, quod de facili
probaretur, arg. c. fi. infra de præsumpt. vbi quilibet in du-
bio bonus præsumitur. quod nota ad materiam. d. c. quali
ter & quando. Posset etiam dici, ꝗ in terminis. d. c. cum in
iuuentute. purgatio indici non debuit, quia vltra infamiã
scandalum non imminebat, argumento c. 2. de purgatio.
cano. & hoc est de mẽte gl. in d. c. tua nos. q̃uis contrariũ
senserit gl. in d. c. qualiter. in versicu. maleuolis. ibi satis di
ci potest, quòd indicenda sit purgatio, undecunq; infamia
procedat. saltem propter scandalum, dicẽdo saltem, idem
esse innuit, quando scandalum non adesset. Nisi nota. &
subtiliter diceretur, quòd ob vulgatam infamiam, seu ve-
hementem suspicionem, sine scandalo purgatio indici nõ
posset, quando illa infamia, seu suspicio ab inimicis ortum
habuit, per d. c. cum in iuuentute. Secus si a probis & bo-
nis viris initium haberet, ut d. ca. inter solicitudines. & d.
cap. qualiter. & ibi glossa allegata. Quando uero esset infa-
mia ab inimicis, vt supra fomentata & aucta, ac scandalum
immineret, tunc purgatio indici posset, si non ratione infa
miæ saltem ratione scandali, ut uidetur textus clarus. in d.
ca. 2. cum. d. ca. inter. solicitudines, de purgatio. canon. &
c. insinuatum. de simon. Aliam conclusionem facit Areti-
102 nus, quam hic refert. † & sequitur Decius, quòd quando
infamia habet ortum a maleuolis non procurantibus, ex il
la purgatio est indicenda, quia non est quærendum, unde
crimina claruerint. d. c. presbyter si a plebe. 2. quæst. 4. c. ec
ce. 24. quæstio. 3. Pro hac conclusione Decius allegat text.
in c. accedens. de purgat. canon. vbi secundum ipsum infa
mia ab æmulis ortum habuit.

¶Nec obstat, quòd illi principaliter id procurauerint, & ta
men purgatio canonica indicitur. Præterea intelligi non
potest ibi de æmulis procurantibus, alioquin purgatio in-
dici non potuisset, vt dictum fuit.

¶Et sequendo hanc conclusionem non obstat tex. in d. ca.
qualiter & quando. qui simpliciter considerat, quòd infa-
mia ortum a maleuolis non habuerit, quia si ortum ab il-
lis habuisset, non posset de crimine inquiri, nec ibi sit diffe
rentia, an inimici hoc procurauerint, necne, quia respon-
deo illud verum esse quò ad effectum procedendi, vel nõ
per viam inquisitionis de crimine. Secus uero quò ad finẽ
indicendi purgationem canonicam. tunc enim si a male-
uolis hoc non procurantibus ortum habuit purgatio est
indicenda. c. accedens de purga. canon.

¶Subiungit unum Decius, quòd quando infamia a male-
uolis hoc procurantibus ortum habet, est in arbitrio supe
rioris, an purgationem iniungat, necne. d. c. cum in iuuen-
tute. Sed tu dicas, quòd in casu illius text. non fuit in arbi-
trio superioris, sed ipsius infamati, se purgationi subiicere,
ut in d. c. cum in iuuẽtute. Vel dicas ibi illud factum fuis-
se a Papa, qui suo arbitrio vsus fuit ex importunitate pro-
curatoris, seu amicorum ipsius infamati.

¶Vtrum autẽ inferior hoc arbitrio uti possit, credo, quòd
non, quia ipse iustè & canonicè procedere debet. l. nemo
iudex. C. de sentent.

¶Vel dici posset, ꝗ aut agitur de excludendo aliquem a su
103 sceptione † ordinum, uel a promotione beneficij, & tunc
nõ differt, an infamia ortũ a maleuolis habuerit hoc ꝓcu-
rantibus, uel non, utroque enim casu purgatio erit indicẽ-
da. d. capi. accedens. & d. cap. cum in iuuentute. Aut uerò
quis fuit infamatus ad effectum puniendi illum de crimi-
ne, & tunc si infamia a maleuolis hoc procurantibus ortũ
habuit, purgatio indici non poterit, ut supra dictum fuit,
aut ab illis non procurantibus, & tũc indici poterit, ut hic
per Areti. arg. tex. in d. c. qualiter. & quamuis loquatur, q̃n
per uiam inquisitionis procederetur, tamen idem esse pu-
to, quando ad effectum purgationis canonicæ procedere-
tur, quia respectu infamiæ hi duo modi æquiparantur, ut
videtur esse de mente Romani in d. singulari. 484. allegan
do ad eundem finem. d. c. qualiter & quando. & d. c. cum
in iuuentute. quorum alterum loquitur de infamia ad effe
ctum inquirendi, alterum ad effectum indicendi purga-
tionem canonicam, & hæc est etiam de mente glossæ pe-
nulti. in d. c. cum in iuuentute. Et quòd non sit differẽtia
inter hos duos modos respectu infamiæ probat. d. c. inter
solicitudines. qui illos æquiparat.

¶Secundò contra conclusionem Aretini induco. c. in cun
ctis. 11. quæstione 3. cum gl. quem ad hoc allegat glo. pen.
in dicto capitul. cum in iuuentute. quòd ad indicendam
purgationem requiritur, ut infamia a maleuolis orta non
sit, nec ibi distinguitur, an ab eis hoc procurantibus, uel
non.

¶Tertiò idem probatur in dicto capitul. cum in iuuentu-
te, quamuis enim dici posset, illum textum procedere,
quando infamia opponebatur, ne infamatus ad dignita-
tem ecclesiasticam promoueretur, non autem ut punire-
tur.

¶Quartò contra eum allego. c. auditum, 2. q. 4. vbi Leo Pa
pa a malis hominibus infamatus de grauibus criminibus
voluit se purgare ad cautelam, non autem vt alijs legem
præscriberet. Ergo regulariter quis se purgare non debet,
quando infamia a maleuolis prouenit.

¶Nec obstant allegata pro conclusione Aretini, quam seq-
tur Decius, & in primis. d. cap. presbyter si a plebe. quia lo-
quitur de infamato a plebe, & sic ab vniuersitate, quæ in-
famia sine scandalo esse non potest, prout in scandalo se
fundat ille tex. Nil mirum ideo, si ibi purgatio indicitur,
vt ibi per glossam, & per c. 2. iuncto c. inter solicitudines.
de purgat. canon.

¶Non obst. d. c. inter solicitudines. pro Aretino inductũ.
Quia non loquitur de infamia orta a maleuolis hoc non
procurantibus, imo illam procurantibus. Vel melius loq-
tur de fama vulgi, quæ sine scandalo esse non potest, quæ-
que (vt dictum fuit) sufficit ad indicendam purgationem.
Præterea ille tex. loquitur de infamia, ob quam de crimi-
ne inquiri posset. Ergo de illa, quę nullo modo ab inimicis
ortum habuit, alioquin inquiri non posset. dicto capitulo
qualiter. Tertiò non obstat. dicto capitu. accedens. inducẽ-
do ut per Aretinum, quia primò dicas, quòd intelligere
illum textum, quando infamia habuit ortum a maleuo-
lis, hoc non procurantibus, esset ipsum valde restringere,
cum generaliter loquatur. Vel secundò, & melius di-
cas, quòd aliud est, quem esse infamatum ad finem pu-
niendi de crimine, & tunc ex illa infamia purgatio indi-
ci non potest, si ortum ab inimicis habuit, ut in iuribus
supra allegatis. Aut uero quis non est de crimine in-
famatus, sed de irregularitate, vt quia fuerit filius fa-

cerdotis, & tunc si ortum à maleuolis hoc procurantibus siue non habuerit, indicenda erit purgatio propter maius scandalum & periculum, quod posset contra ius diuinum resultaret: & hoc modo intelligatur.d.c.accedes. Et ideo Hostiensis in summa de purgat.cano.§.quando.sic intelligit illum tex.quando ultra infamiam imminebat etiã scandalum, quòd irregularis ad sacros ordines, seu ad prælaturam promoueretur.

¶Non obstat id, quod uoluit glossa in cap.cum dilectis.de purgat.can.in uer.apud bonos, q si infamia habeat ortum a maleuolis, & apud bonos & graues uiros esse reperiatur, purgatio sit indicenda: quia non refert, vndecũque crimina claruerint.d.c.ecce. cum gl.in d.ca.qualiter. Nam pro solutione, & huius articuli declaratione aliquos casus breuiter considero, quorum primus sit, quando ignoraretur

104 a quibus infamia ortum habuerit, † sed reperiretur illam esse apud bonos & graues viros, & tunc purgatio erit indicenda, vt per glossam, in uerb.apud bonos.in d.c. cum dilecti.& in c.nos inter.cum gl. penul. infra de simonia. Secundus casus sit, quando constat, infamiam esse ortam a maleuolis, & tunc indistinctè purgatio non est indicenda, nisi scandalum immineret.d.c.qualiter.cum alijs supra al

105 legatis.† Tertius casus sit, quando infamia ab uno tantum ortum habuit, & postea a maleuolis aucta fuit, & tunc purgatio non erit indicenda.d.c.cum in iuuentute.de purgatio.cano.& de præsumptio. nisi infamatus ad cautelã purgationem sibi indici peteret.d.c.auditum.2.q.4.d.c. cum in iuuentute.

106 ¶Vltimus casus, quando infamia † ortum habuit a bonis, & prouidis viris, & tunc infamatus se purgare debet, vt in d.capitu.qualiter.ca.significasti.cum gl. infra de adul.ca. insinuatum. infra de simon. Addo alium casum, quando quis esset infamatus de irregularitate, quia absolutè se purgare tenetur.

¶Quid autem sit purgatio canonica, & qualiter fiat, quot

107 personæ requirantur, & cuius conditionis esse † debeant, habetur latè per Hostiensem in summa de purgat.cano.& videas tex.cum gl.in c.inter solicitudines. in c.2.& capit. quoties.eo.ti.& d.c.insinuatum.cum gl. vbi etiam forma canonicæ purgationis ponitur: & appellatur purgatio canonica, hoc est regularis, & approbata, iuxta.cap.2. & 3.distinctione.3.ad differentiam purgationis vulgaris, quæ fieri solebat per duellum, vel aliter, vt in c.j. & per totum de purgatio.vulga.& in cap.ex tuarum.de purgatio.canon.& hæc dicitur reprobata, ut in dictis iuribus.

108 ¶Vltimo Abbas ex hac glossa colligit, † q deficiens in purgatione canonica habetur pro legitimè conuicto, & consequenter fictè & impropriè: & hæc ficta conuictio differt a propria, & uera conuictione; quia verè conuictus de crimine est deponendus, si crimen depositione sit dignum, & si est incorrigibilis, curiæ seculari tradendus erit temporaliter puniendus, vt probatur hic, iuncto.ca. cum non ab homine.infra eodem. Conuictus uerò fictè, & interpretatiuè licet sit deponendus.c.cum P.de purgatio.canon.& in ca. insinuatum. infra de simonia.non tamen erit curiæ seculari tradendus, sed illi pœnitentia solennis iniungetur, qua in arctum monasterium detrudendus erit.d.c.inter solicitudines.in fin.& ibi glossã finali. Et in hoc ultimo casu possunt uerificari uerba huius literæ. in fin. principii, dum dicunt, quòd depositus perpetuo a ministerio altaris non semper tradendus erit curiæ seculari, uerba enim ista uerificabuntur in eo, qui fictè & impropriè conuictus est.

¶Et ex prædictis infert Abbas, q si in statutis fieret mẽtio simpliciter de conuictis, planè non comprehenderetur ille, qui in purgatione canonica defecisset, cũ dicatur fictè conuictus; quia in statutis uerba uerè & ꝓprie sunt intelligenda, nõ aũt fictè, ut per Bar.in l.3.§.hęc uerba.ff. de nego.gest.c.in nostra.de iniuriis & damno dato. Hoc idem per Abbatem in d.c.inter solicitudines. circa finem, & in d.c.insinuatum.ac est de mente Antonii hic columna.4. Sequitur etiam decius aliqua allegando.

¶Tu autem considera in primis uerum non esse, quòd deficiens in purgatione canonica fictè dicatur cõuictus, hoc enim iure non probatur, neque gl. nostra dicit, illum esse fictè conuictum, sed interpretatiue, quæ duo inter se differunt, ut infra dicetur. Præterea non reperio hunc dici fictè, sed potius præsumptiuè conuictum, ut per glossam fina.in d.c.inter solicitudines.& est de mente glo. in d.cap. insinuatum. in glossa fina. Nam ex eo quòd infamatus de crimine deficit in purgatione canonica, contra eum oritur uiolenta præsumptio de crimine, propter quam conuictus præsumitur, vt ibi, & nota, quòd cum illa glossa in dicto capitu.inter solicitudines. hanc appellet uiolentam præsumptionem non probabilem, innuit, quòd ea dicatur præsumptio iuris & de iure, contra quam probatio nõ admittitur.c.is qui fidem.de sponsalib.c.tua nos. & ibi habetur eodem titu.& in l.nõ est uerisimile.ff.de eo, quod me-

109 tus causa, per gloss.† Illa ergo præsumptio, quæ tantum iuris est, dicitur probabilis; quia contra illam probari potest l.siue possidetis.cum glossa.C.de probationibus, & not.in iuribus proximè allegatis: & secundum proximè dicta debet intelligi id, quod uoluit glossa hic & in dicto capitu. cum P. quod deficiens in purgatione canonica habetur pro conuicto, hoc est præsumptiuè, non autem fictè per prædicta.

¶His itaque stantibus forte attentari posset contra Abba-

110 tem & Decium, † & alios, quòd in statutis loquentibus de conuictis dicentur comprehendi etiam illi, qui in purgatione canonica defecerunt, quia licet statuta simpliciter loquentia casum fictum excludant iuribus allegatis, non tamen dicentur excludere casum præsumptum præsumptione iuris & de iure. Nam differũt fictio & præsumptio iuris & de iure in natiuitate, ut per gloss.in l.unica.§.accedit.C.de rei uxo.actio. Barto.in l. si is, qui pro emptore. ff.de usucapio.in diffinitione actionis. Item differunt in substantia, & in genere, quia præsumptio iuris & de iure dicitur euidens probatio.l. tutor. cum glossa.C. de pericu.tutor.l.imperator.ff. de legat. primo. Sed fictio non dicitur probatio, nec eius species, sed potius prouisio, & dispositio canonis seu legis contra ueritatem introducta, vt per gloss.in dicto capitu.is qui.& in d.l. non est verisimile. Si igitur in casu dicti statuti probatum fuisset, quem esse uerè conuictum ex probationibus, nulli dubium, quòd statutum illum comprehenderet. Similiter debet comprehendere conuictum præsumptione iuris & de iure, quæ dicitur esse liquidissima probatio. Suadetur, nam contra probationem legitimam hominis admittitur alia probatio cõtraria.c.licet causam.infra, de prob.Bar. in l.si duo, ff.uti possi. At contra præsumptionem iuris & de iure, hominis probatio non recipitur, & sic fortior est.d.capitu.is qui fidem. Ergo qua ratione sub statuto loquente simpliciter de conuicto comprehenditur ille, qui per testes fuit cõuictus, eadem quoque dicetur comprehẽdi is, qui præsumptione iuris & de iure conuictus fuit, quæ dicitur liquidissima probatio: & bene inferuit gl.in d.c.j.2.quæst.j.ubi legitimè conuictum intelligit, siue per testes, siue aliàs ex iuris interpretatione. ¶Nec obstant ea, quæ habentur p Bart. in d.§.hæc uerba.& in d.c.in nostra. quia aliud est quærere, an statutum admittat casum fictum, an uerò casum præsumptum præsumptione iuris & de iure; quia primo casu non dicetur comprehendere, secundo uerò sic. Nec dicatur, quod præsumptio iuris & de iure sit quædam iuris fictio, ut uidetur fuisse de mente glo.in d.ca.is qui fidem.illa parificando, quia ex prædictis contrarium apparet, ac ẽt quia contra pręsumptionem iuris & de iure probationem contra se non admittit, illa tamen, quę ex confessione iudiciali fieret, admittitur. Bal.in Rubr.C.de probat. & in authen.sed iam necesse.& ibi Bart.C.de dona.ante nup. Sed

111 contra fictionem iuris & de iure aliqua probatio nõ † admittitur, nec etiam illa, quæ per confessionem iudicialem fieret, ut est uerbum no.Bald.in addi.ad Specu. in titu.de confess.circa medium uer.Contra fictionem, sensit Bart. in l.si duo.ff.de acqui.hæredit. Ex prædictis ergo habes limitatam doctrinam Barto.in d.l.3.§.hæc uerba.ff. de nego.gestis.

¶Secundò illam limitat Decius, quando casus fictus per

112 aliud statutum esset casui uero æquiparatus.† Exemplum habes de statuto loquente de confesso, quia sub illo comprehenduntur ij, qui pro confessis habentur ex dispositione alterius statuti, vt quòd bannitus habeatur pro confesso. ut per Baldum in l. omnes populi. ff. de iustitia, & iure. cum multis aliis, quæ hic Decius allegat.

113 ¶Tertia limitatio colligitur † ex uerbis Decii in eodem loco, quando maior ratio in casu ficto militaret, quàm in uero: quia tunc fictus comprehendetur sub statuto loquente simpliciter, quia in statutis argumentum a maioritate rationis procedit, ut per Bald. in l. affinitatis.ver.pone statutum.C.communia de successio.& hanc

limitatio-

limitationem in terminis tradidit Abb. & sequitur Ana.
in d.c.insinuatum.de simonia.quod nota.
114 ¶†Successiuè Abb.hic loquendo de ficta confessione con
cludit, illam non extendi de persona ad personam etiam
repræsentantem fictè confessum, veluti est hæres, vt in au-
thentico de iureiuran.a mor.præsti.secundum quod colli
gitur ex no.per Bar.post gl.per illum tex.in l.eius, qui de-
latorem.in prin.ff.de iure fisci.& in l.cum filius.ff.de ver-
bo.oblig.iuncta l.2.C.de iura.cal. Adde dicta Baldi, Aret.
& Alexandri in l.2.circa finem.C.de edendo.
¶Animaduertendum tamen est,quòd licet hoc dictum sit
in se verum,tamen impertinenter Abb.illud hic ponit;qa
ipse nihil de ficta confessione proximè loquutus est,sed de
ficta conuictione,& diuersa sunt,quem esse confessum,vel
conuictum,vt hic,& in d.c.j.2.q.1. ergo de vno ad aliud
non est inferendum.c.per venerabilem.qui fil.sint legi. &
licet Abbas in suis fin.verbis ibi, & vnde surgat &c. dicat,
quòd ea,quæ supra dixit de fictè conuicto, debent intelli-
gi dicta esse de fictè confesso, & fictam confessionem dici
illam,quæ surgit ex eo,quod grauiter infamatus in purga-
tione canonica defecerit,iuxta tex. cum glo.fin.in c. insi-
nuatum.infra de simo.tamen malè iudicio meo sentit: qa
iura inter hæc expressam differentiam faciunt, vt proximè
dixi: & quòd deficiens in purgatione canonica habeatur
pro conuicto,& non pro confesso, voluit gl.in d.c.cum P.
in verb.priuate. vbi scriben.& in dicto capit.insinuatum.
vel melius præsumptiuè, non autẽ fictè dicitur cõuictus,
vt colligitur ex no.per gloss.in dicto c.inter solicitudines.
& glo.nostra sentit, quòd non fictè,sed interpretatiuè con
uictus dicatur.
¶Quibus stantibus dico illa verba Abba.ibi, & tales fictè
confessiones,non stare illatiuè, sed corroboratiuè ad præ-
cedentia,hoc modo,quod sicut statutum loquens de con-
uicto non extenditur ad fictè conuictum, ita cõfessio ficta
non extendit de casu ad casum,nec de persona ad personã
similiter nec de iudicio ad iudicium.l.eius qui delatorẽ
in fin.prin.& ibi Bar.ff.de iure fisci.per tex.in l.2.§.j.eod.
titu.Roman.in singulari suo 303.Bal.& Areti. in fine d.l.
2.de edendo.
¶Hoc dictum Bartoli in d.l.eius,qui delatorem.Decius li
mitat non procedere,quando esset aliqua persona, quæ vt
vniuersalis, vel singularis successor ex iure sui authoris ve
niret,per textum cum ibi nota.in l.si superatus. in fine.ff.
de pignor.
¶Hanc limitationem veram non esse arbitror, aut Decius
illam malè ponit; quoniam intelligendo,prout verba De-
cij iacent,vera non videtur;quia successor vniuersalis, ut
est hæres,semper ex iure sui authoris venit.l. nihil aliud.
cum glo.ff.de verbo.significa.& tamen ficta confessio de-
functi ad hæredem vniuersalem non transit. d.l. eius qui.
in prin.& ibi Barto.
115 ¶†Et ideo forte melius saluando Decium dicere potes, ꝙ
conclusio, & dictum Bart. in d.l.eius,qui procedit in suc-
cessore vniuersali, hoc est hærede,sed non in singulari,qui
immediate veniret ex iure sui authoris;quia illa confessio
ficta sibi noceret: & hoc modo propriè loquitur text.& ibi
Barto.in d.l.si superatus.in fi. vbi sententia lata contra de-
bitorem super certa re nocet creditori, cui res illa postea
fuisset pignorata: quoniam pignus cum onere suo transit.
116 ¶Secũdò dictum Bart.in d.l.limitatur procedere,†quãdo
aliter, quàm per mortem quis pro confesso haberetur;pu-
ta ratione contumaciæ, vel banni, vt d.l.eius qui secus si
per mortem suam pro confesso haberetur in aliquo casu;
quia tunc talis ficta confessio ad hæredes transiret, & illis
noceret, vt per Bal.in l.2.col.j.C.qui test.fac.pos.sequitur
Roma.in sing.304.refert & sequitur Alex.in apost. in d.l.
eius qui.Posset etiam exemplificari.in l.2.in prin.ff.de bo-
nis eorum. & ratio esse potest; quia quando per mortem
quis pro confesso haberetur,ad effectum, ne illa confessio
frustratoria diceretur,ex quo nocere non potest fictè con-
fitenti; quia mors omnia soluit. §.deinceps. in authen.de
nup.saltem hæredibus nocere debet,qui iuris præsumptio
ne ipsum defunctum repræsentant,vt in auth.de iureiurã.
a mor.præsti.& hoc probat tex.quem allegat Bal. in l.3.in
prin.ff.de bon.eor.qui sibi mor.consciue.vbi si quis metu
criminis sponte sibi mortem cõsciuerit, hæredem afficit.
117 ¶†Tertiò limita istud dictum nõ procedere in crimine læ
sæ maiestatis,in quo ficta confessio defuncti filijs & hære-
dibus nocet l.quisquis.C.ad Iul. maiesta. Hanc limitatio-
nem tradit gl.in d.l.2.ff.de bonis eorum. cum qua docto.
pertranseunt,Bar.in d.l.2.& Alex.in d.l.eius qui.
118 ¶†Quarto limita in crimine hæresis,quod cõtra hæredes
ac filios transit: quia memoria defuncti accusari & damna
ri potest, & consequenter respectu bonorum ipsi hæredi
nocet; nam si hoc in crimine læsæ maiestatis procedit er-
go idem in hæresi,cum valeat argumentũ.c.vergentis. de
hæreti.in 6.& c.cum secundum.eo.titu. & lib. Alex.in d.
l.eius qui delatorem.qui allegat Barto.in d.l.2.ff.de bonis
eorum. vbi tamen gl.in crimine hæresis contrarium tenet
per tex.in l.Manicheos.C.de hæret. sed primum dictum
verius est;quia ratione hæresis filij & hæredes bonis & suc
cessione priuantur.d.c.vergentis.per quem tex.corrigun
tur iura ciuilia,hoc est dicta l.Manicheos.& ratio esse po-
test quia statim,quo huiusmodi crimen commissum fuit,
bona quo ad iuris dispositionem publicantur.d.c.cum se-
119 cundum.Propterea †quinto limitari potest dictum Barto.
in d.l.eius qui.nõ procedere in his criminibus,quæ filijs
quoq;.& hæredibus nocent,vt in casu d.c.fœlicis.de pœn.
in 6.qui tex.loquitur de occidente Cardinalẽ,idem de oc
cidente, vel vulnerante episcopum,vt in clem.j.de pœnis.
Et ideo sextò dictum Bar.limitare potes,vt procedat,quã-
do confessio ficta stat in suis finibus & terminis,secus si il-
los excederet; vt quia essemus in crimine, propter qđ ipso
iure bona publicarentur;nam talis ficta confessio nocebit
etiam hæredibus. Alex.in d.l.eius qui.Bal. in l.j.col.6. C.
ne ex deli.defun.Potest istud exemplificari in casu.l.frau-
dati.& l.cõmissa.ff.de publi.vbi casus no.& ex verbis Ab-
ba.hic,& Bar.in locis allegatis colligitur, quod licet ficta
confessio ad alias personas non extendatur, nec ad aliam
120 iudicii instantiam,†tamen in vera confessione iudiciali,se
cus est,quia illa extenditur,vt colligitur ex not.per Bar.in
l.si confessus.in fi.ff.de cust.reo.c.j.cum ibi no. de excep.
Alex.in apost.ad Barto.in l.2.ff. iudi.solui. & in l.2.§.hoc
edicto.ff.vi bo.rap.
¶Limita tamen hoc no.quando in iudicio,in quo confes-
sio vera facta fuisset, pronuntiatum esset contra vim con-
fessionis,ex quo enim virtus illius per sententiam fuit eli-
sa,tunc illa nec in alio iudicio, nec in aliis causis, nec alijs
personis nocet, vt est de mente gl.singularis.in authẽ.item
si possessor.C. qui pot.in pig.hab. de cuius dicto licet nõ-
nulli dubitent,tamen illa glo.est communiter approbata,
vt per Alex.in l.2.in vlti.col.C.de edendo.
¶Circa contrarium,quod hæc glos.1.in fi. format contra
nunc tex.allegando.c.multi.2.q.1.ipsa se remittit ad not.
p gl.ibi ex cuius verbis triplex solutio colligitur, de cuius
veritate videas,vt hic per Abb.
¶Successiuè Abba.subiungit quandam suam distinctionẽ
121 in illo articulo,†vtrum acta coram iudice seculari facta in
foro ecclesiastico fidem faciant? Circa quod in primis ad-
uertendum est, quòd verba Abba. in primo membro suæ
distinctionis corrupta videntur ibi,seu de illis excipiatur,
nam hoc modo intelligendo, esset sibimet contrarius;qm
videretur in hoc primo membro concludere totum con-
trarium eius,quod voluit postea in tertio, quãuis Decius
hic non animaduertat.Ideo stare debent hoc modo,si de
illis excipiatur,vt in effectu Abb.velit,quòd acta facta co-
ram seculari super crimine fidem faciant coram iudice ec
clesiastico ad probandum crimen oppositum per viam ex-
ceptionis,& sic incidenter,argumento.capitu.fina. de ex-
ceptio.in 6.& in §.si vero prius.in authen. de sanctis.epi-
sco.colla.9.Faciunt no. per Inno. in c.j.s.de officio ordi-
na.& ratio est; quia ad probandum crimen oppositum in-
cidenter per viam exceptionis,tam exactè probationes nõ
requiruntur,quæ sunt necessariæ ad probandum principa
liter crimen propositum,vt supra diximus.
¶In secundo membro distinctionis Abb. voluit, ꝙ quãdo
acta facta coram seculari producuntur coram ecclesiasti-
co ad finem, vt ipse per suam censuram ecclesiasticam iu-
dicem secularem coadiuuet, tunc illa acta faciant fidem
coram ecclesiastico; quia sicut secularis per suum brachiũ
ecclesiasticum adiuuat, c.administratores. 23.q.5.c.cum
non ab homine. infra eodem. Ita & ecclesiasticus per suũ
brachium, hoc est per censuram ecclesiasticam iudicem
secularem adiuuare debet, vt per Innocen. in capitulo li-
cet ex suscepto.in titu.proximo. & in c.quod verum. per
glo.86.dist.
¶In tertio membro Abb.concludit,quòd si per acta facta
coram seculari probari potest crimen, quod principaliter
coram ecclesiastico productum fuit, ad probandum il-
lud ea acta produci nõ possunt; tum quia variatur modus
agendi.

agendi.cap.veniens.de testi.l.an & eadem.ff.de excep.rei iudi.tum quia de eodem delicto eiusdem hominis coram diuersis sępius quæri non potest.l.licet. ff. nautæ, caupo. stabu.c.de his.infra de accusationibus.l.si cui,§. eisdem. ff.eo.ti.l.qui de crimine.C.eo.& quamuis Decius hic hãc secundam rationem impugnare conetur; quia non solum coram diuersis de eodem crimine cognosci non potest, sed etiam coram vno, & eodem sæpius cognosci non debet, vt in dictis iuribus.tamen hęc ratio Abb.huius tertij membri sustineri potest, quia de eodem crimine eiusdem hominis, siue clerici, siue laici ad diuersos effectus cognosci potest, vt hic voluit Abb.

¶Prætermitto ea, quę refert hic Decius circa dicta Bartoli.in l.diuus.ff.de custo. reo.& in l.magistratibus.ff.de iurisdictione omnium iudic. quia satis plenè supra de his diximus.

122 ¶†Ex dictis Abba.ibi tertia solutio &c. Noto, ꝙ acta probatoria facta coram seculari super crimine, siue principaliter, siue incidenter proposita fidem faciunt coram ecclesiastico ad finem iniungendi pœnitentiam de crimine clerico delinquenti. Primò; quia quando de iniungendo pęnitentiam agitur, non requiruntur illæ probationes ita rigorosæ, & concludentes, quæ sunt necessaria ad effectum puniendi quem de crimine pœna ordinaria, imo leues probationes admittuntur, iuxta nota.per gl.in c.quisquis.24. q.j.vbi sentẽtia lata ab hæretico, quæ est nulla, facit fidem quo ad iniungendam pęnitentiam.

¶Secundo faciunt nota. per Bart.in l.j.C.quorum bono. qui relatis diuersis speciebus probationum voluit in iudicio summario, quale est, quando pœnitentia iniungitur, sufficere probationes leues, summarias & semiplenas.

¶Tertiò, quando agitur de iniungenda pęnitentia delinquenti, sufficit probatio vnius testis, arg.no.in c.licet vniuersis.ℸ.de testib. vbi si de releuando animam peccatoris a peccato agatur, dictum vnius sufficit.

¶Quartò, videtur satis esse illa probatio, quæ in alio iudicio facta fuit, ad probandum crimen exceptum, secũdum gl.in d.c.multi. quæ allegat tex.cum glo.in c.super eo.de consan.& affi.& in c.cum itaque.de consecr.dist.4.

¶His non obstantibus contrarium voluit hic Abb.ꝙ acta facta contra clericum coram seculari etiam ad iniungendam pœnitentiam in foro ecclesiastico non sufficiant per hunc tex.ibi nullatenus &c. quę sunt verba vniuersalia importantia nullo modo, vt in l.ex maleficijs. in fi.ff.de act. & oblig.& consequenter etiam nec ad iniungendam pęnitentiam; quia sic quis apud graues viros grauaretur, & facinorosus reputaretur, & inquantũ gl.in d.c.multi. voluit dictum vnius sufficere ad pęnitentiam iniungendam, hoc verum non videtur: quia sicut quando per viam denuntiationis euangelicæ proceditur, vt anima a peccato releuet, ad minus duo testes requiruntur, vt in c.si peccauerit.2.q. j.c.in omni.de testibus.cap.nouit.ℸ.eo.Ita dicendum est, quando de iniungendo pęnitentiam ageretur ad releuandum a peccato, vt per Ant.de But.in consi.suo 36.

¶Subiungit etiam Abb. quod quando clericus voluntariè ac sponte egit, vel passus est conueniri coram seculari, tũc ex actis factis coram illo clericus posset coram ecclesiastico conuinci ad finem sibi iniungendi pœnitentiam, quia nullam hoc casu excusationem habet: quia consensit, cum potuerit se abstinere, arg.no.per gl.in c.si diligenti, in ver. si pro eis.ℸ.in titu.proxi. vbi sententia lata a seculari contra clericum nocet ipsi clerico, si consensit coram illo litigare. Præterea in foro pęnitentiæ agit de medicina animę, ergo probationes priuilegiatæ sunt admittendę, quæ alias non admitterentur, vt in c.licet vniuersis.de testib.& bene faciunt illa, quæ statim dicentur de confessione criminis sponte facta coram seculari. Hanc opinionem Abb.hic cõtra gl.in d.c.multi.sequitur Decius hic, qui iuribus per eam allegatis respondere conatus est.

¶Quicquid dixerint Abb.& cæteri, mihi sua cõclusio nullo modo posse procedere videtur, arguendo a sufficienti

123 partium enumeratione.†Nam triplex est pęnitentia, quæ pro crimine, & peccato in foro ecclesiæ iniungitur, alia solennis, alia publica, alia priuata, vt per Hostiẽ.in summa de pœni.& remis.§.vtrum.ver.his prælibatis. & per Albe.de Rosa.in suo dictionario, in verbo, pœnitentia, in ver.quot sunt species, & quid sint, ac quæ forma sit obseruanda, habetur in c.inter solicitudines.in fi.de purga. cano. in c.& si ille.l.distinct.gl.in c.2.de officio archipresby.c. de pœnitentibus.de consecra.distinctio.3.& c.pęnitentes.cum sequenti.l.distinc. ¶Assumendo ergo solennem pœnitentiam, dico conclusionem Abbatis non procedere in terminis, in quibus loquitur: quoniam hæc pœnitentia clericis iniungi non potest ipsis existentibus clericis.c. quantum. infra de pęni.& remis.nisi clerici effecti essent laici, & ꝓpter crimen degradati. Sed Abba. loquitur de pęnitentia iniungenda clerico ratione criminis, ergo eius conclusio non procedit. Similiter idem dicendum est, si de publica pęnitentia loquamur; illa enim clericis iniungi nõ potest, nisi vt supra.c.sacerdos.de pęnitentia.distinctio.6.c.confirmandũ.& ibi nota.l.distinctione. Si vero de priuata loquamur, quæ quotidie ab ipso sacerdote in foro pęnitentiæ iustis iniungitur.c.omnis vtriusque sexus.de pęniten. c.reperiuntur.c.iustus.de pęnitentia distinctione 3. & c. fina.distinctio.j.& potest omnibus fidelibus, tam clericis, quam laicis, imo etiam ipsi Papæ imponi, qui peccata sua sacerdoti cõfiteri tenetur, vt in d.c.omnis.c.quod quidã, c.Deus.infra de pęniten.& remis.& habetur per glo.in c. nemo.9.quæstio.3.tunc id, quod volunt Abb. & Deci. ꝓcedere non potest: quia ad probandum crimen, & peccatũ ad hunc effectum nõ requiritur aliqua probatio testium, nec actorũ, sed simplex conscientia, & vox peccatoris, cui magis creditur in foro pęnitẽtiæ, quàm mille testibus, iuxta ea, quæ habentur per glo. in c.statutum.§.assessorem.in verb.relinquatur. de rescript.in 6. Secreta enim debet esse confessio, & magis pœnitentia per ea, quæ habentur in ca. si sacerdos.de offi.ordi.& in c.dilectus.cum gloss.infra de excessio.prælato.nõ enim præsumitur, quę in tali foro esse immemorem suæ salutis æternæ, & consequenter omittere fateri peccata sua, argumento capitul. tua nos, de sponsa.capitu.sancimus.1.q.7.c. significasti.cum gloss. de homicidio.

¶Nec obstant allegata per Abb.hoc est tex.in cap.nouit.ℸ. eod.in dicto c.omni.& in d.c.si peccauerit. quia illa iura intelligo procedere in denuntiatione euangelica, & sic nõ in pęnitentia publica, vel solenni; quoniam ad illam iniungendam sufficit dictum vnius testis, vt per glossam, quam sic intelligo.in dicto cap.multi. Præterea, vt infra dicetur, confessio, seu conuictio criminis clerico non nocet, quando est facta coram seculari, vt teneatur se canonicè purgare, ergo nec illi nocebit ad pęnitentiam publicam, vel solennem iniungẽdam; quia de purgatione canonica ad pęnitentiam deuenitur. dicto capit.inter solicitudines.cum glossa in fine.

¶Nec obstat quod habetur per glossam.in dicto c.si diligẽti.in ver.si pro eis.quia de hoc statim infra dicetur: & ex prædictis habemus, an ad iniungendam pœnitentiam testes requirantur, & quot.

¶Ex verbis Abba. ibi, concludo ergo ex hac gl.noto duo. Primum, quòd ex confessione sola criminis facta per clericum coram seculari purgatio canonica indici nõ potest, ergo nec etiam ex conuictione facta per testes, cum confessio & conuictio parificentur, vt hic cum aliis pluribus allegatis, nisi ex tali confessione, vel conuictione vehemẽs infamia contra clericum orta esset, vel scandalum imminet: tunc enim illi purgatio indiceretur.d.c.inter solicitudines.& latius.s.diximus.in prin.huius gl.

124 ¶Secundò noto ex verbis Abb.†ꝙ ex confessione spontanea criminis facta a clerico coram seculari oritur iudicium legitimum, & præsumptio criminis, vt a suo iudice cogi possit in sua confessione persistere, vt per Innocẽ.in c. per inquisitionem.de elec.docto.communiter, ibiq; Alexan.in l.magistratibus.ff.de iurisd.om.iud.secus si coactè crimen coram seculari cõfessus fuisset: nam ex ea indiciũ sufficiens non resultaret per hunc tex. & est de mente Inno.in d.c.per inquisitionem.secundum Abba.hic, & hoc per istum tex.qui secundum eum loquitur de confessione coactè facta. Mihi autem videtur, Innocẽ.absolutè dicere, confessionem clerici, vt s̃. facere indicium, & siue coactè, siue sponte facta fuerit: quoniam indignum est, ꝙ ea, quæ quis voce sua confessus fuit velit proprio testimonio denegare.l.generaliter.in fin.C.de non nume.pec.c. per tuas. de proba.

¶Præterea restringere hunc text. quando confessio coactè facta fuisset est magna violatio, & contrarium dixi verius esse.supra in notabi. nisi hanc literam ita induceres, parificantur enim hic confessio & conuictio, sed conuictio dr̃ illa, quæ fit contra negantem, & sic contra inuitum, ergo similiter hic est intelligendum de confessione coactè facta, ar.l.nam hoc iure.ff.de vul.& pup. Hæc tamen inductio

ctio cōfunditur ex c.j.& c.multi.§.j.2.q.j. ¶Mihi vero magis placet, quòd ex confessione criminis facta a clerico coram seculari siue sponte, siue coactè non oriatur indicium sufficiens ad cogendum illum in sua confessione persistere: quia ex quo facta fuit coram iudice vetito, non debet attendi voluntas & animus clerici litigantis, sed sola vtilitas publica principaliter, quæ in hoc consistit, quòd clerici maximè in causa criminali nullo modo coram seculari litigare possint, alioquin iurisdictio ecclesiastica confunderetur, quod esset totius ordinis ecclesiastici dedecus. capi. si diligenti. de foro competen. capitu. placuit. capi. nullus. 11. quæstio. 1.

¶Nec obstat gl. quam Abb. allegat, in d.cap. si diligenti. in ver. pro eis, quæ voluit, sententiam latam contra clericū spōte litigātem coram seculari valere in odium, & pœnam ipsius clerici: quoniam dico illam glo. communiter esse damnatam; quia licet clericus voluntariè litigās pœna dignus esset, nō tamen tali pœna, quæ contra publicam vtilitatem principaliter fieri diceretur, vt in d.c. placuit & in d.c. si diligenti.

¶Decius hic istum articulum latissimè examinat, & quia vtilis est, multa per ipsum relata omittendo, quia omnia referre nimis longum esset, quamuis ipse simpliciter dixerit, quòd confessio ista dicatur indicium legitimum facere cōtra clericum, vt etiam habetur per Alex. in d.l. magistratibus. ff. de iurisdi. om. iud. qui attestatur docto. communiter ita tenere. Tamen hoc ita indistinctè mihi verum non videtur. Propterea pro declaratione plures casus facio, ex quibus de veritate huius articuli constabit.

125 ¶Primus casus sit, †quādo clericus non citatus, nec ad iudicium tractus sponte secularem iudicem adiuit, & vltro coram illo non sedente pro tribunali, & sic potius extraiudicialiter confessus fuit crimen, tunc talis cōfessio tanquā extraiudicialiter facta indiciū contra ipsum faciet: & hoc modo procedat id, quod dixit Inn. in c. per inquisitionem, de electio. Nā sicut confessio extraiudicialis plenè probata, vt infra dicetur, facit legitimum indicium, glo. fin. in l. capite quintò. ff. de adult. glo. in l. voluit. in fi. ff. de interroga. actio. Ita & facta coram iudice seculari extraiudicialiter; quia iudex habebitur, vt priuatus. c. continua. 11. q. 1. per Roma. in sing. suo 548. & hoc verum est, quando cōtra clericum confessio huiusmodi esset probata a duobus testibus clericis, non autem laicis, quia in causa criminis sicut laici ad accusandum clericum non admittuntur, ita nec ad testificandum. c. testes. c. sacerdotes. 2. q. 7. c. de cætero. infra de testibus. & hoc ex illa ratione; quia laici infesti clericis esse censentur, vt in capitu. laicos. & cap. laici. 2. quæstione 7.

126 ¶†Secundus casus sit, quādo clericus citatus, seu tractus ad iudicium seculare iudice sedente pro tribunali timore probationum, seu tormentorum crimen confessus fuisset, & tunc talis confessio nullo modo etiam ad indicium nocet, vt hic per Abb. & optimè probat hic tex. ibi, aliquatenus &c. & hoc secuti sunt docto. magis cōmuniter, vt per Alex. in d.l. magistratibus.

127 ¶†Tertius casus, quando clericus sponte adiuit iudicem, vel ad iudicium citatus, ac tractus fuit, & non metu tormentorum, neque probationum, sed sponte crimen confessus fuit, iudice ad hoc sedente pro tribunali, & tunc huiusmodi confessio valebit saltem vt extraiudicialis, ac indicium faciet, vt hic per Abb. & Deciū, & est de mente Imolæ, vt refert Alexā. post Baldum in d.l. magistratibus. & in hoc casu intelligunt dictum Inno. in d.c. per inquisitionē. Pro qua opinione allegantur glossæ in l. scimus. C. de agrico. & censib. lib. 11. & in l. penulti. C. de libera. causa. quæ volunt, confessionem factam non formiter in iudicio facere indicium & semiplenam probationem. Idem gl. in d.l. voluit. in fi.

¶Secundò Decius allegat tex. cum glo. in l. ictus fustium. ff. de his, qui no. infa. vbi si quis extra iudicium furtum fecisse confessus fuerit, & ob hanc causam tractus ad iudicium iussu iudicis fuerit verberatus, non dicetur infamari; quia de legitima causa plenè non constat, cum ex ictu fustium non infametur, sed ex causa, propter quam fustigatus fuerit; ergo talis confessio si non plenè, saltem semiplenè probat; quia ex illa quis ad iudicium trahi potest.

¶Tertiò allegatur. l. diuus. in prin. ff. de custo. reorum. vbi quamuis confessio facta coram iudice incompetenti ad conuincendum de crimine coram suo iudice non prosit, tamen prodest quò ad remittendum illum ad suum iudicem, vt ibi, ergo saltem qualemqualem fidem facit.

¶Quartò sic argumentatur, confessio clerici penitus extraiudicialis, vt puta facta in loco priuato, ad iudicium & semiplenam probationem nocet, glossa in d.l. capite quinto, in c. ad hoc. de simonia. & in d.l. voluit. in fine. Ergo similiter dicendum est de confessione facta a clerico coram seculari in forma iudicii, cum illa aliqualiter calore iudicij sit roborata, argument. l. cum ostendimus. ff. de fideiussoribus tutorum. & l. penultima. ff. de iusti. & iur. & quāuis talis cōfessio vt iudicialis valere nequeat, tamen valebit vt extraiudicialis, quoniam licet ab impedimentum incompetentiæ dicatur cessare qualitas iudicialis, remanet tamē factum ipsum, quod abstractum ab actu iudiciali saltem extraiudiciale dicetur, vt in simili dicitur de appellatione facta in iudicio, quæ si non valet, vt iudicialis, saltem valet vt extraiudicialis: quia nullitas iudicij factum non tollit, cum factum pro infecto haberi nequeat. l. in bello. §. factæ. ff. de capti. & postli. reuer. & hoc per Baldum in c.j. §. fina. de mili. vasal. qui contu. est colum. 2.

128 ¶†Quintò, Aretinus sic arguit, licet actus dispositiuus coram iudice vetito factus non valeat etiam vt valere potest, d. cap. si diligenti. tamen actus probatiuus, vt potest valere debet, vt est de mente Innocentij in c. cum olim. de censibus. Bartolus in l. post legatum. columna penul. ff. de his, quibus vt indig. Præterea actus iudicialis, qui in sua forma deficit, saltem valet, vt valere potest, vt per Dynum & Rayn. in l.j. §. si quis ita. ff. de verbo. obli. Bald. in c. ex insinuatione. infra de appellationibus. sed nos sumus in actu probatorio & iudiciali, ergo &c.

¶Istis nō obstantibus contraria opinio in hoc casu verior videtur. Primò per hunc textum intelligēdo, quòd loquatur de sponte confesso, ex quo generaliter loquitur, maximè iuncto d.c.j. & d.c. multi. §.j. ponderando illa verba, aliquatenus non sunt condemnandi, quæ exponuntur nullo modo, argumento. d.l. ex maleficiis. in fi. Secundo ponderando hunc tex. qui arguit de sententia contra clericū a seculari lata ad ipsam cōfessionē, sed sententia non valet, vt fit, nec vt valere potest. d.c. si diligenti. ergo idem dicēdum est de confessione facta coram seculari.

129 ¶†Tertiò, quando aliquid est prohibitum principaliter ratione publicæ vtilitatis, si id non valet, vt fit, nec vt ualere potest. l. quemadmodum. C. de agrico. & censi. lib. 11. optimus tex. quem ad hoc ponderat Ioan. de Imo. in c. dilecti filii. de arbi. vbi laudum latum a seculari fœmina inter ecclesiasticas personas, & super rebus ecclesiæ de consensu partium non ualet, vt laudum, nec etiam vt pactum, & per illum text. ibi Imola etiam inquit, q quando aliquid infirmatur ratione causæ efficientis, si nō valet, vt fit, nec etiam vt potest.

¶Quartò, quādo actus prohibetur fieri sub pœna ratione publicæ vtilitatis, similiter non valet, vt valere potest, vt in d.c. si diligenti. sed in casu nostro ratione publicæ vtilitatis, & etiam causæ efficientis, hoc est iudicis seculari, quicquid factum est coram illo, valere non debet, & consequēter ipsa confessio.

¶Superest respondere supra allegatis in contrarium, & in primis non obstant not. per gl. in d.l. scimus. & in d.l. pen. quia loquuntur, quando confessio facta esset coram notario & iudice nō suo, nec in figura iudicij, sed casus noster procedit, quando confessio facta fuisset coram iudice vetito, quo casu nihil valet, quod coram illo factum fuit. d.c. si diligenti. d.c. dilecti.

¶Præterea, vt intelligit Bal. in suis notabilib. no. 120. glossæ prædictæ non probant confessionem factam coram notario indicium, seu semiplenam probationem faceret: sed q nullo modo confitenti præiudicet, & sic nec plenè, nec præsumptiuè.

¶Non obstat, quod secundo loco dicebatur per text. cum gl. in d.l. ictus fustium. quia id procedit, quando confessio facta fuisset extraiudicialiter, vel coram iudice incompetenti simpliciter. Nos vero quando coram iudice vetito.

¶Non obstat id, quod habetur in l. diuus. in prin. quia ut colligitur ex uerbis Bartoli ibi, textus loquitur de cōfessione facta simpliciter corā iudice incompetenti: vel secundo ibi, non dubitat de fide cōfessionis extraiudicialis, sed epistolarū iudicis incōpetentis trāsmittentis delinquentē.

¶Minus etiam obstare videtur id, quod dicebat Decius, vt s. quarto loco retuli: quia eius motiuum optimè procederet in confessione facta coram iudice simpliciter incompetenti, sed non quando facta esset corā iudice vetito; quia

quia tunc calor iudicii potius debilitaret, quàm corroboraret confessionem.d.c.dilecti.& d.c.si diligenti ratione, de qua in illo tex.& glo.in c.Imperialem. in fi.in versiculo duos.quam allegat Decius, ꝓcedit in cognitione facta a iudice simpliciter incompetenti.

¶Non obstat quintum motiuum Aretini, quia confessio, vt supra corã seculari a clerico facta non dicitur esse actus iudicialis,nec probatiuus,cum penitus sit nullus tali nullitate,quòd etiam non valet,vt fit,nec vt potest,iuribus allegatis.Præterea,actus probatiuus valet omni meliori modo,quando factus esset coram iudice simpliciter incõpetẽti,secus si coram iudice totaliter vetito,vt dictum fuit.

130 ¶Et quòd † magna sit differentia inter actum factum coram incompetenti,& factum coram vetito iudice,demonstratur per ea,quæ habentur in l.2. C.communia vtriusq; iudi.& ibi scriben.ac in pluribus aliis locis,quæ referre longum esset: nam sententia lata de consensu partium a iudice incompetenti, quæ est ipso iure nulla.l.fina.C.si a non competenti iudi.licet non valeat vt sententia, tamen propter consensum vtriusque partis valet,vt pactum, sed sententia lata de consensu partium a iudice vetito non valet vt sententia,nec vt pactum.dicto c.si diligenti. Ad qđ tenentes communem conclusionem,de qua supra,non animaduertunt.

131 ¶†Sequendo tamen sententiam communem Abb.hic illã limitat,quando confessio sponte facta esset per iracundiã: quia illa nullo modo nocere potest,vt per glossam in c. ex literis.infra de diuor. argumento.l. quicquid calore.ff.de regulis iuris.& illam glossam pro singulari allegat Roma. in singulari. 519.ex qua sic argui posset,si confessio per iracundiam facta coram suo iudice non nocet, minus ergo quando coram iudice incompetẽti & vetito facta fuisset. Hanc limitationem sequitur Abbas in c.olim,columna penultima.supra de rescrip.

¶Decius hic inquit,hanc limitationem simpliciter veram non esse;quia facta per iracundiam nocet,quousque fuerit reuocata,vt est de mente gl.in d.c.ex literis.

¶Addo,quòd huiusmodi confessio ex iracundia reuocari non potest,nisi prius iracundia fuerit probata;alioquin sequeretur,quòd semper quis confessionem suam etiam iudicialem reuocare posset prætextu assertæ iracundiæ. Qđ non est dicendum,vt in c.fin.de confess.l.proinde.ff.ad l. Aquil.l.si confessus.ff.de custodia reo.

¶Suadetur dictum Decii;nam si confessio facta per iracũdiam reuocata non est, præsumeretur, ꝙ confessus in illa perseuerare vellet cum cessante iracundia eam reuocare potuerit,ut fuit de mente gl.j. in fine.in d.l.quicquid per textum in l. si non conuicij. C.de iniuriis. Præterea confessio facta per iram dicitur facta per errorem,iuxta illud. Ira impedit animum, nec finit cernere verum, vt in d.l. quicquid. Sed confessio per errorem facta reuocari non potest,nisi de errore probatum fuerit l.2. cum ibi nota. ff. de confes.& per Antonium & Abb.post gl.in c. fina.infra de confess.ergo similiter facta ꝑ iracundiã reuocari nõ poterit,nisi prius de iracũdia doceatur.Infertur igitur,quòd confessio facta per iracundiã in iudicio corã suo iudice cõfitenti nocebit,quousque non fuerit probata iracundia,& confessio reuocata.Quod corroboratur ex no.per gl.in c. sunt, qui opes.17.q.4. & c.si quis irascitur.13.q.2.Si uero extra iudicium facta fuerit, nocebit, quousque iracundia fuerit probata, vt per gl.in d.l.capite quinto.& d.l.voluit. in fine. Si autem facta sit coram iudice simpliciter incompetẽti similiter nocebit ad indicium,declarando,vt supra proximè dictum est.At si confessio talis per iracundiam facta esset coram iudice vetito,tunc nullo modo noceret,siue reuocata fuisset, siue non argumento eorum,quæ diximus per text.in d.c.dilecti.& d.c.si diligenti.

132 ¶†Secundò principaliter Abb.limitat conclusionem communem Inno.& aliorum, quando de crimine merè ciuiliter ageretur;nam tunc confessio facta coram iudicem vetito,seu incompetenti non faceret etiam indicium,nec semiplenam probationem,allegat.c.olim supra de rescriptis & hoc expressè declarat ibi Abb.in vltima colum.dicens, hoc modo limitari posse no.in d.l.capite quinto. & ea, ꝙ habentur per Bar.in l.fina.ff.de quæstio.

¶Si intelligamus verba Abb. quando mere ciuiliter ageretur ex contractu,vel quasi, & tunc Abbas rectè loqui non videretur:quia si confessio facta extraiudicialiter in causa criminis indicium facit,& qualemqualem fidem vt,fatentur omnes,per glossam in dicta l.capite quinto,& in dicta l.voluit.in fine.Magis hoc erit dicẽdum in causa merè ciuili:cum confessio in illa magis noceat,quam in criminali.l.proinde.& ibi glossa circa fi.ff.ad l.Aquil.iũcta l. si cõfessus.ff.de custodia reo.

¶Præterea in criminalibus requiruntur probationes firmiores & clariores,quàm in ciuilibus.l.fina. C.de probationibus.iunctis his,quæ habentur in l. admonendi.ff.de iureiur.& in c.fi.extra eo.titu.

¶Si uero intelligamus de confessione facta,quando agitur ciuiliter de crimine coram iudice vetito, & tunc dictum Abbatis procedere posset, quòd talis confessio nullo modo noceat confitenti rationibus, de quibus supra sæpius dictum est.

¶Aut volumus intelligere verba Abbatis, quando de crimine ciuiliter ageretur coram iudice simpliciter incompetenti,prout ipse loqui videtur,se referẽdo ad d.c. olim. qui tex.loquitur in hoc casu,& adhuc videtur hoc dictũ Abbatis esse dubitabile;quia si cõfessio extraiudicialis,vel facta coram iudice incompetenti nocet confitenti ad indicium faciendum,multo magis quãdo coram illo de crimine ciuiliter agetur;cũ in criminalibus firmiores & clariores probationes sint necessariæ.Nec video rationem diuersitatis, imo maior ratio in criminalibus operari videtur;ꝙ confessio extraiudicialis facta coram iudice incompetenti nullo modo magis nocere debeat, quàm in causa criminis ciuiliter mota.

133 ¶†Sed sola difficultas consistit in respondẽdo textui in d. c.olim.vbi confessio coram iudice incompetẽti facta fuit; quia coram duobus iudicibus delegatis ex tribus,argumẽto c.cum super abbatia.c.prudentiam.c.causam.& c.vno supra de officio delegati. & hoc expressè per Abbatem in d.c.olim.in fi.Et tamen præsupponitur ibi,quòd R.aduersarius falsitatem literarum per plures testes idoneos probare debuerit, & consequenter excludere videtur probationem,quæ fieret ex cõfessione ab ipso P. facta coram dictis duobus iudicibus incompetentibus. Quare autem istud sit,certè non est ratio illa,quam Abbas præsupponit,quòd ibi ageretur de crimine ciuiliter;quia ex prædictis hæc ratio confunditur,sed vera ratio est;quia in terminis. dicto c.olim,mandatum fuit omnibus ipsis tribus iudicibus, vt cognoscerent de causa principali, ac etiam de falsitate sub hac clausula,si ita sit,seu,si ita constiterit, quæ clausula, ut inquit textus,refertur ad omnia præcedentia, & sic ad cognitionem quoque falsitatis literarum, quæ verba conditionalia sunt verè & propriè adimplenda,argumẽto.l.Meuius.& l.qui hæredi.ff. de conditionib. & demonstrationibus.ac etiam quia forma in rescripta opposita ad vnguẽ & propriè est adimplenda.c.cum dilecta. supra de rescriptis.necnon quia mandatum est formiter adimplendum. l.diligenter.ff.mandati. & ideo ad probandam falsitatem debuit fieri illa probatio,quæ est vera & propria, qualis est instrumentorum & plurium testium.c.forus. de verborũ significati.l.in exercendis.de fide instrumentorum. ꝓut in dicto capitulo, olim. fuit necessaria probatio plurium testium,quæ vera probatio dicitur. Neque hæc cõditio & forma probationis in rescripto apposita potuit adimpleri per confessionem factam coram illis duobus iudicibus etiam iungendo illam cum alia semiplena probatione;ꝗa forma illa si ita sit, non diceretur verè nec propriè adimpleri,cum semiplenæ probationes dicantur impropriè; & non veræ probationes, vt declarant scribent.maximè Decius,& ibi dixi in rubrica,infra de probationibus.& probatur in l.Lucius. & ibi per Bartolum. ff.de conditionibus, & demonstra.& hæc est ratio iudicio meo,quare in d.ca. olim.confessio ipsius P.sibi non nocuit;quia erat facta coram iudice incompetenti,& consequenter solum semiplenam fidem & indicium faciebat.

¶Ex verbis Abba. ibi, quæro, quem effectum &c.aliqua elicio.Primum,quòd † confessio extraiudicialis de crimine

134 non solum confitenti nocet ad indicium. vt supra sed etiã nocet in hoc,quòd ipse censetur crimen,& peccatum gloriationis incurrere,quod dicitur esse mortale,& pro eo in foro conscientiæ pœnitentia salutaris & priuata est iniũgẽda, iuxta illud Psalmi. qđ enim gloriaris in malitia tua? Innocen.& Abba.in capitulo quàm fit. de excess.præla. Si tamen ex tali confessione alicui infamia, seu præiudicium irrogaretur,si Papę,aut sedi Apostolicæ, pęna grauis extraordinaria in foro fori esset iniungenda capitu. primo,ubi gl.& scriben.de maledi.Si vero inferiori, & glorians esset clericus,ab officio suspẽderetur.d.c.quàm sit.si vero esset

laicus

laicus, pęna iniuriarum grauaretur. l. non es. C. de iniur. l. item apud. §. ait prætor. cum sequen. ff. eodem. At quãdo ex tali confessione alteri iniuria non infertur, nec damnũ, sed solum ipse infamaretur, saltem de facto apud bonos & graues viros, & esset clericus, ratione huius infamiæ purgatio canonica esset illi indicenda, in qua si deficeret, deponi posset. c. cum dilecti. c. inter solicitudines, cum simi. de purga. cano. gl. in c. presbyter si a plebe. 2. q. 4. c. insinuatum. de simonia.

135 ¶ † Secundò colligo ex verbis Abbatis, quòd confessio extraiudicialis de crimine parte absente facta nocet ad indicium & semiplenam probationem, si in illa alia requisita concurrerent, de quibus per glo. d. c. 1. 2. quæstio. 1. c. fin. infra de confes. & in l. vnica. C. eodem. & hoc modo debes declarare glo. & Barto. in d. l. capite quinto, in fi. & Innocen. in dicto c. per inquisitionem, vt habetur per dominos de Rota. deci. 183. in antiquis, & per Innocen. in c. interposita. infra de appella. & in d. c. quam sit. Requiritur etiam ad hoc, vt illa indiciũ faciat, quòd per duos, vel tres testes contestes probata fuerit, vt per Barto. in d. l. fi. ff. de quæstio.

¶ Aduerte tamen: quia refert, an sit probanda contra laicum, an vero contra clericum; quia primo casu omnes testes sufficerent. Secũdo vero casu solum personæ ecclesiasticæ ad illam probandam admitterentur, nõ autem laici, cum ipsis clericis oppidò sint infesti, vt supra de hoc dictũ fuit. Et q̃ per plures testes probari debeat, voluit gloss. d. c. fina. & ibi Abb. Ant. & alij, ac etiam in c. tertio loco. infra de probatio.

136 ¶ † Sed hic oritur dubium, an sufficiant testes fortuiti, an vero rogati & requisiti? Gloss. in §. de his. 3. q. 9. inquit, testes debere esse rogatos & requisitos. Quod dictum est singulare, & mirabile, per quod posses multos processus in causis criminalibus elidere, quando fuisset processum de crimine in confessione extraiudiciali per testes probata; quia nisi constaret illos fuisse rogatos, non diceretur confessio illa probata. Ad idem videtur. capitu. fina. infra de succes. ab intesta. quod requirit cõfessionem extraiudicialem per plures testes probari posse, sed quamuis ille text. plures testes requirat, non tamen rogatos, seu requisitos, cum simpliciter loquatur & consequenter potius facere videtur cõtra gl. d. §. de his.

¶ Sed cũ doc. canonistę, & legistæ maximè Bar. requirant, quòd per plures testes simpliciter probetur. Cogita si pro concordia prædictorum ita distingui posset, vt dicamus, q̃ aut sumus in causa criminali ad effectum torquendi; & tunc confessio erit probanda per duos testes contestes rogatos, & hoc modo loquatur glo. in d. §. de his. aut sumus in causa ciuiliter mota, & sufficient testes etiam fortuiti. d. c. fin. Ratio: quia in criminalibus de maiori præiudicio agitur, & ideo probationes clariores esse debent, argu. l. fi. C. de proba.

¶ Vel secundò pro concordia dicas, q̃ ad probãdã cõfessionem extraiudicialem parte præsente factam testes debẽt esse rogati, nõ fortuiti, ad probandam verò illam, quæ parte absente facta sit fortuiti sufficiunt. Primo casu loquitur gloss. dicto §. de his. Secundo vero casu procedat. dicto capitu. fi. cum dictis docto. Ratio manifesta est; quia primo casu confessio de per se plenam fidẽ facit, & sic magis præiudicat, secundo vero casu facit indicium & semiplenam probationem.

137 ¶ Suadentur præmissa, quòd duo testes legales ad probandam confessionem extraiudicialem requirantur. † Nam secundum Barto. in d. l. fi. & Anto. & Abb. in dicto c. tertio loco. quodlibet indicium in causa criminis, ad hoc, vt dicatur legitimum, ad minus per duos testes probari debet, nec singulares sufficerent. gl. nota. in hoc in l. fi. & ibi Bar. C. fami. erciscun. gl. in auth. de testa. imperfec. vbi etiã Ange. Inno. in c. sicut. de simonia. & Alex. in consi. 2. volum. 7. columna. 5.

138 ¶ † In hoc articulo, an ad probandam confessionem extraiudicialem maximè in causa criminis sufficiant testes singulares, an verò in idem concurrentes, qui de eodem tempore & loco deponant? Alexan. variauit. nam in consi. 57. colum. 3. volu. 6. vbi latè examinat, concludit testes singulares nõn sufficere. At in consi. 53. volu. 1. colum. fin. contrarium voluit, sufficere testes singulares deponentes de confessione extraiudiciali facta in diuersis locis & temporibus. Idem voluit Paul. Castren. consilio. 304. in antiquis. incipien. iudex est minister Dei, in nouis vero consil. 380. libro j. ¶ Pro prima opinione facit, quod voluit Abbas in c. causam. columna 4. infra de præben. dicens, quòd testes singulares non possunt quo ad faciendam integram probationem coniungi, vt per Cynum in l. 2. C. quæ sit longa consuetu. Ergo quo ad probationem plenam, vel semiplenam testes singulares de confessione extraiudiciali deponentes coniungendi non erunt.

¶ Secundò, si confessio extraiudicialis per vnũ testem tantum probata indicium legitimum non facit: Barto. in d. l. fi. gl. in d. §. de his. & d. l. fi. C. fami. ercifcun. ergo nec per plures testes singulares probata indicium sufficiẽs faciet, quia per vnum duntaxat testem probata videtur plures enim testes singulares magis non probant, quàm vnus singularis, vt per Baldum in l. iurisiurandi. C. de testibus. ac in l. testium. post gl. C. eo. c. nihilominus. 3. q. 9.

139 ¶ † Tertiò in actu continuo & successiuo, quamuis testes deponentes de diuerso tempore & loco plenè probent, puta ad probandam possessionem alicuius, vel sanitatem, vel aliquem esse hæreticum, vt per glossam, & Bartolum in l. ob carmen. in fine. ff. de testibus. cũ aliquibus alijs allegandis. Tamen in actu momentaneo reiterabili testes deponentes de diuerso loco & tempore tãquam singulares magis non probant, quàm vnus tantum, vt per Baldum in d. l. testium Bartolum in d. l. ob carmen. Baldum in c. bonæ. il 2. columna. 5. de elect. & bene per Bartolum in l. Celsus. in fine. ff. de vsucapio. in l. fina. circa medium. C. de edic. diui Adriani tollen. Imola in l. is, qui reus. ff. de publ. iudi. Sed confessio est actus momentaneus, & sui natura reiterabilis, igitur ad probandam illam testes singulares nõ admittentur etiam ad faciẽdum semiplenam probationem, quod est notandum pro his, quæ habentur in glossa in d. l. capite quinto. cum similibus.

¶ Sed pro opinione contraria, quam Alexand. tenuit in d. consilio. 53. & Castren. in locis allegatis, aliqua allegantur, & in primis Alexander mouetur ex his, quæ voluit glossa in d. l. ob carmen. & d. c. nihilominus.

¶ Secundò: quia confessio est actus reiterabilis, ergo per testes singulares probari poterit. Tertiò, quia etiam in criminalibus dictum vnius testis, plenum & legitimum indiciũ facit Bartolus in d. l. fina. Antonius, & ibi Abbas in d. c. tertio loco. de probationi. ergo confessio extraiudicialis per vnum testem probata similiter legitimum indicium facere dicetur, ita & si per plures testes singulares probabitur.

¶ Ego vero primam opinionem sequor, rationibus, de q̃bus supra, & habetur per Cornẽũ in consilio. 181. libro 3.

¶ Nec obstat id, quod volunt gl. prædictæ: quia loquũtur, quando ageretur de probando aliquod continuum & successiuum, non autem momentaneum & reiterabile, imo dico plus, quod si ageretur de probãdo aliquod continuũ & successiuum per actus reiterabiles & momentaneos, illi actus non possent legitimè probari per testes singulares: quia non dicerentur immediate probari actus continui, sed momentanei, vt per Alexandrum consilio. 75. vol. 2. & consilio 106. eod. libro. & consilio 3. volu. 4.

¶ Nec obstat tertium de vno teste directè crimen probante; quia illud verum est, quando vnus testis idoneus immediate per actum visus crimen probare vellet. At in casu nostro agitur de confessione extraiudiciali, quæ dicitur esse actus mediatus ad delictum, ergo &c.

¶ Possent forte hæ duæ opiniones Alexandri contrariæ cõcordari, quod prima opinio procedat, quãdo tractatur de probãda confessione iudiciali in causa criminali; quia debet per testes contestes, non autem singulares probari. Ita procedat id, quod voluit Alexander in dicto consilio 57. cum alijs pro eo allegatis, & facit glossa in d. §. de his. aut agitur de probanda confessione extraiudiciali ad faciendã plenam, seu semiplenam fidem in causa merè ciuili, in qua agatur de re pecuniaria pe viam actionis, & tunc poterit probari per testes singulares. Ita intelligatur id, quod voluit Alexander in dicto consilio. 53. & Castrensis in dicto consilio 380. Ratio diuersitatis est in promptu; quia in causa criminali firmiores & magis concludẽtes probationes requiruntur, quàm in causa ciuili. l. finali. C. de probationibus. iuncto capitulo finali. de iureiurando, & not. in dicta l. admonendi. ff. eo. titu. Motiua tamen s̃. relata & responsiones traditæ multum obstare videtur, & ideo super his cogita.

140 ¶ † Prædicta etiam, quæ dicta fuerunt de cõfessione extraiudiciali, vel facta coram iudice incompetenti, quòd faciat indicium ad torturam, declarantur procedere vltra ea, quæ

ea,quæ dicta sunt,quando in illa quis perseuerasset:nam si re integra cõfessio illa fuisset reuocata, etiam ad indicium non sufficeret, & res integra esse dicitur antequam a iudice; vel ab aduersario fuerit acceptata, vel super illa processum,vt per Bal.in l.vnica.in vlti.colum.C.de confess.ver. extra quæro. qui admonet illum,qui crimen extraiudicialiter confessus fuit, quòd adhuc re integra confessionem illam reuocet.Faciunt no.per Anto.in d.c.fina.de confes. & ita intelligo glo.in d.c.olim.de rescri. & in c.ex literis. de diuortiis.

¶Nec his obstant ea,quæ Decius hic cõtra Bald.allegauit; quia procedunt, quando ex confessione alteri iam fuisset ius acquisitum.

141 ¶Addo etiam,†quòd ex cõfessione extraiudiciali legitimè probata;& non reuocata clericus torqueri non potest, nisi etiam probaretur clericum propter illam confessionẽ fuisse de crimine infamatum, vt per Paulum de Leaza. quem alii sequuntur,in capitulo primo, infra de deposito. Abb. & alij Moder.in dicto cap.olim. Quod confirmo;nam ex simplici confessione extraiudiciali legitimè probata,vel ex ea,quæ facta fuit coram iudice incompetenti, purgatio canonica clerico confitenti indici non potest,nisi ex illa fuerit infamatus, ca.2. & cap.inter solicitudines.de purg.cano.gloss.in cap.j.de confes.cap.insinuatum. cum gl. infra de simo. ergo similiter ex illa torqueri non poterit, cum istud magis noceat.

142 ¶†Tertiò principaliter ex verbis Abb.nota. quòd cõfessio criminis extraiudicialiter facta, vel coram iudice incompetenti parte præsente & acceptante plenam fidem facit contra cõfitentem,si alia requisita concurrant, de quibus per glo.in c.j.2.q.1.& in dicto c.fin.de confes.Hoc dictũ sequuntur doctores communiter in c.olim. de rescri. vbi Abb.in vlti.colum.& est de mente Innocen. in dicto cap. per inquisitionem.& Iacobi de Arena.in l.quoniam.ff.de his,qui no.infa.

¶Subtilis doctor Franciscus de Aretio hic contrarium tenuit, quòd licet in causa ciuili istud verum sit,arg.l.certũ. §.si quis absente.vbi Bar.& alij.ff.de confes.gl.in l.voluit. in fine.ff.de interroga.actio. Tamen secus erit in causa criminali,in qua agitur de interesse alterius,hoc est reipublicæ,& q̃a grauior est cã criminalis, ideo efficaciores probationes requiruntur, vt in l.finali.C.de probationib. Cum igitur diuersa sit ratio, ac sint diuersi casus,de vno ad aliũ non infertur.Faciunt notata per Bart.in l.j.in fi.ff.de iure fisci.& l.arbiter.vbi Bar.ff.de arbitris.

¶Secundo Aretin.mouetur;nam quando sumus in his,in quibus præsentia personæ pro forma non requiritur,neq; est necessaria ad effectum,vt mihi acquiratur, non refert, an sim præsens, & acceptem,an absens,& ex post facto ratificem.l.absenti.ff.de dona.l.si ego.ff.de nego.gestis. Bald. in l.fi.C.ad Macedo. sed quando confessio extraiudicialis parte absente facta est, & postea fuit acceptata, illa solum pdest ad indicium in causa criminis,vt s̃.dictum fuit, ergo idem dicendum est, quando confessio parte præsente acceptante facta esset.

¶Verum cogita,si cõclusionẽ Abb.& aliorũ saluare possumus,q̃ non differat inter ciuilem & criminalem causam, & confessio extraiudicialis facta parte præsente & acceptãte plenè in vtraque confitenti noceat;tum quia in criminalibus partis offensæ principaliter interesse dicitur.Hinc videmus,q̃ ille præfertur,qui suam,vel suorum iniuriã prosequitur.l.hi tamen.in princi.& in §.j.ff.de accusatio.l.de crimine.l.propter.C.qui accusa.non possunt.c.omnibus. c.prohibentur.4.q.6.Ergo etiam in criminali si facta fuerit confessio extraiudicialis parte præsente & acceptante,illa sibi prodesse dicetur,sicut in ciuili causa;tum quia si simpliciter facta fuerit in præsentia partis expressè non acceptantis,in dubio dicetur tacitè acceptata,cum ad partis vtilitatem tendat.l.qui patitur.ff.mãdati.& per Bar.in l.quæ dotis.ff.soluto matrimo.

¶Non obstat, quòd pars non potuit acceptare confessionẽ criminis:quia sua non interest,sed fisci,cui non potuit acquiri,nisi mediante persona publica;vt per Bartolum in d. l.j.in principio. & in d.l.arbiter. Quia respondeo hoc verum esse,quando præsentis non interesset, sed ex quo præsupponimus,confessionem factam fuisse parte præsente,dicitur eius interesse, & ideo acceptando confessionem parti confitenti præiudicabitur, sicut idem ex idẽtitate rationis in causa ciuili dicimus.

¶Non obstat, quod in criminali causa probationes luce meridiana clariores requiruntur: quia dico,confessionem factam præsente parte alijs requisitis concurrentibus dici esse de clarioribus probationibus, argumento.c. per tuas. infra de probationibus.& l.generaliter.in fi.C.de non numera.pecunia. Decius & alii in rubri.infra de probationi. & ibi dixi.

¶Nec aduersatur vltimò,inquantum Areti. vult differentiam esse, an facta fuerit parte præsente,an absente. Quia contrarium verius est,vt probatur in d.l.certum.§.si quis absente.ff.de confes. Hinc videmus,q̃ facta absente parte potest reuocari,secus si præsente,vt infra dicetur,& aliqualiter.s̃.dictum fuit.

¶Et præsupposita hac conclusione pro vera,q̃ extraiudicialis confessio facta parte præsente & acceptãte plenè noceat
143 etiam in causa criminali.†Dubium superest,an expressa acceptatio requiratur,an vero sufficiat tacita,quæ ex sola præsentia inducitur? Abb.hic innuit tacitam sufficere, ex quo enim quis est præsens, & tacet,de eius commodo consentire & acceptare videtur,argumento.l.qui patitur.ff.mandati,& argumento eorum,quæ dicuntur per Bar.in l.quæ dotis.ff.sol. matrimo. Hoc expressius ponit Abbas in c.fi. per illum tex.infra de succe.ab intesta.qui simpliciter præsentiam considerauit: idem sentit hic Areti.

¶Sed contrarium voluit Cynus.in l.vnica.colum.6.C.de cõfes.qui attestatur hanc opinionem esse veriorem. Idem sequitur Salice.ibi, colum.11.in 15.oppo.in d.l.penul.C. de libera.causa.& in d.l.generaliter.in fin.in 2.q.& est de mente Alexandri in consi.2.incip.in causa.col.2.vol.3.& in consi.115.viso superiore.col.5.vol.eo.& hanc esse communem sententiam arbitror.

¶At vero Andr.Siculus. in d.c.fina.contrarium sequitur, & est de mente Abba.ibi, quod tacita acceptatio sufficiat: quia expressa est necessaria solũ ad effectum vt sit reuocabilis,non autem ad effectum, vt confitenti præiudicet per supra allegata;& hoc corroboratur ex gloss.in c.ex literis. de diuor.

¶Reperio Alexand.aliam doctrinam referentem in l.4. in 2.nota.C.de repud.hæred.qui præsupponit,expressam acceptationem in criminali fori necessarium, nisi quãdo expressè constaret, quòd facta esset ad fauorem præsentis, cuius principaliter interesset, argumento dicta l.qui patitur.cum simi.

¶Hæc doctrina Alexan.quo ad propositum satisfacere nõ videtur;quia docto.qui in hoc articulo sunt contrarij, videntur se restringere solum ad casum, quando confessio extraiudicialis facta esset ad fauorem partis præsentis; ex quo enim præsupponimus partem,cuius interest, adesse, semper in illius fauorem facta dicetur; quia semper illius intererit, vt quia suã,vel suorum iniuriam prosequeretur.

¶Quare cogita tu,si aliter dici posset, duos casus considerando. Primus sit, quando confessio extraiudicialis facta esset ad fauorem partis præsentis; nam illa confitenti nocet solum ad semiplenam fidem & ad indicium faciendũ, si acceptata non fuerit; & hoc modo intelligatur tex.in d. c.fin.Nec obstat,quòd sic declarando sequeretur,quòd nõ esset differentia,an confessio criminis facta esset extraiudicialiter parte absente, an vero parte præsente simpliciter, quod videtur absurdum: cum partis præsentia aliquid plus operari debeat, argumento dicta l.certum.§.si quis absente,& d.l.qui patitur. Nam pro responsione dicas,quòd hæ confessiones quo ad faciendam fidem non differunt, cum solum indicium faciant, ex quo pars non acceptauit. Differre autem dicuntur quo ad effectum reuocandi;quia facta parte absente reuocari potest,vt dictum fuit, & habet p gl.in d.c.ex literis.ĩ.de diuor.Sed facta parte psente simpliciter reuocari non potest,cum ex illa ex præsentia & taciturnitate præsentis ipsi dicatur ius acquisitum, & sic res quo ad hunc effectum dicitur non integra,vt in d.l.qui patitur.& per And.in d.c.fi.

¶Secundus casus principalis est, quando confessio extraiudicialis parte præsente & acceptante facta fuit: quia tunc illa reuocabiliter nocet confitenti,argumento, capitu.per tuas. de proba. dicta l.generaliter.in fi. & d.l.certum.§.si quis absente. & hoc est de mente Inno. Ant.& aliorum in dicto capitu.per inquisitionem.& Anto.in d.c.fina. infra de confes.

144 ¶Ex uerbis Abb.ibi,secundo casu principali,noto, q̃ † cõfessio criminis iudicialiter facta, & seruato ordine iudicij ẽ irreuocabilis, & plenè cõfitẽti piudicat. Qđ intelligas,si a pte,vel iudice acceptata fuerit.itaq; intelligat tex.in l.si confessus.

confessus.in prin.ff.de custo.reo.& ibi Bart.ac per Inn.in
d.c.qualiter & quando.Imo si facta esset in iudicio etiam
iuris ordine non seruato,plenè preiudicaret,vt in c.j.cum
glo.de accusa.in 6.ex quo enim in iudicio facta fuit,noto-
rium crimen facere dicitur.c.vestra.c.fin.de cohab.cleri.
mul.glo. in dicto c.j.sed in notoriis ordo iudicij non at-
tenditur.c.ad nostrã.il 3.j.de iureiuran.ergo &c. At si cõ
fessio in iudicio parte absente facta esset, quam iudex pro
absente non acceptasset,magis non preiudicaret,quàm ex-
traiudicialis;quia absenti non acquiritur,nisi publica per-
sona adsit,quæ pro eo stipuletur, vel acceptet, vt per Bart.
in l.arbiter.ff.de arbi.in l.j.in princi. ff.de iure fisc.& per
Anto.in dicto c.fin.col.4.

¶Prædicta tamen intelligas de cõfessione facta in iudicio
sedẽte ad hoc iudicẽ pro tribunali,alioquin plenè non no-
ceret,sed semiplenè,vt in l.voluit. in fi.cum gl.ff.de inter-
roga.actio.

145 ¶Subdit Abb. † q confessio iudicialis in criminalibus fa-
cit quem haberi pro conuicto, sed non pro condemnato.
d.l.si confessus. Quod secus est in ciuilibus:quia facit quẽ
haberi pro condemnato,adeo,quod locus est incontinen
ti exequutioni,cum pro iudicato habeatur.l.j. ff. de con-
fes.cum sequen.gloss.in d.l. si confessus.l. proinde.ff.ad l.
Aquil.& idem,quod est in causa ciuili, dicendum est esse
in crimine notorio,vt confessus habeatur pro parte conui
cto condemnato, vt per Abb.in d.c.fin. col. 5.versicu.sed
nunc ex parte quæro, qui allegat not. in l.ictus fustium.ff.
de his,qui no.infam.& Innocen.in capitu.ex parte. il j.de
verbo.signifi.

¶Hoc vltimum de notorio impugnat Decius;quia si verũ
esset id,quod dixit Abb.sequeretur,q semper cõfessus cri-
men in iudicio pro condemnato haberetur, ex quo cõfes-
sio criminis facit crimen esse notorium, gl.in d.c.j.c.tua.
c.vestra.& c.fin.de cohabi.cleri.& mulie.quod tamen est
falsum,contra d.l.si confessus.

¶Sed tu salua Abb.ab impugnatione Decij distinguendo,
q aut crimen ab initio erat notorium, & vltra hoc delin-
quens illud in iudicio confessus fuit,& tunc verum est ha
beri pro conuicto & condemnato, & in hoc casu loquitur
Abb.in d.c.fi. Ratio est,quia ex quo crimen ab initio erat
notoriũ,ideo delinquens censetur conuictus, ergo vt eius
confessio aliquid operetur, faciet illum haberi pro condẽ-
nato: quod nota pro limitatione;d.l. si confessus. Aut ab
initio crimen non erat notorium,sed ex post facto per cõ-
fessionem iudicialem,& tunc habebitur pro conuicto: qa
confessio de per se hoc operatur d.l.si cõfessus. cum simi.

146 ¶Addendum est etiam,† q cõfessio facta in iudicio nocet
confitenti ad imponendam pœnam criminis, quando fa-
cta fuit in iudicio contentioso, secus si in foro animæ, &
pęnitentiæ; quia si a iudice illius fori, hoc est a sacerdote
fuit acceptata,confitenti non nocebit,vt ex illa postea pœ-
na ordinaria,seu arbitraria puniri possit, sed duntaxat pro
ea pœnitentia salutaris erit iniungenda, iuxta tex.in c.om
nis vtriusque sexus. infra de pęnit.& remis. tum etiã,quia
in foro animæ pœnæ temporali locus nõ est.c.fraternitas.
cum gloss. 12. quæstione 2. ac etiam in foro contentioso
quis per cõfessionem factam coram sacerdote cõuinci nõ
potest,quia de his, quæ sacerdos a peccatore habuit,illi fi-
des non adhibetur, quinimo puniendus est ipse sacerdos
manifestando. c.dilectus.j. de exces.præla.c.si sacerdos.
s.de officio ordi. & no.in c.sacerdos.c.placuit. de pęnitẽ.
distin.6. & quãuis ipse possit confessionem reuelare de cõ-
missione & licentia peccatoris,vt per Ioan.And. in c.con-
sanguinei.j.de pœni.& remis.non tamen huic confessio-
ni & proditioni fides in foro contentioso adhibetur. Pri-
mo,quia non reperio iure cautum,quicquid dixerit Ioan.
Andr.q de commissione peccatoris sacerdos manifestare
possit. Secundo,quia de commissione facta sacerdoti sibi
non credetur,nisi aliter, & legitimè de commissione con-
staret,argu.eorum, quæ habentur in c. quoniam contra.
j.de proba. Tertiò,quia si de commisione etiam consta-
ret, ipse sacerdos in foro cõtentioso deponere non posset,
& deponendo etiam semiplenè non probaret,quia cũ ipse
tanq̃ Deus,vel eius vicarius confessionem audiuerit in fo
ro animæ.d.c.si sacerdos. & per gl.in c.nemo. 9. q.3.si in
iudicio contentioso tanquã testis & homo deponere vel-
let fidem non faceret,tanquam diuersa persona,quæ audi
147 uerit.d.c.si sacerdos.& ibi And.Barba.† Imo sacerdos in-
terrogatus,vt testis de his,quæ in confessione habuit, po-
test etiam cum iuramento respondere se nescire, quia in-
terrogatur, vt homo, scit autem vt Deus, ut per Anto.
in d.c.dilectus.& Barba.in d.c.si sacerdos.Rursus confes-
sio facta sacerdoti in foro pœnitentiæ censetur extraiudi-
cialis quo ad forum cõtentiosum. Igitur vt semiplenè etiã
probet,per piures testes probanda est,ut supra dictum fuit,
ergo solus sacerdos probando de illa confessione non pre-
iudicabit etiam ad indicium,ex quo,vt dictum fuit de mẽ-
te Bar.in d.l. fina.ff.de quæstio. quodlibet indicium plenè
& legitimè probandum est, vt per gloss.in l.fina.C.famil.
ercifcun.& in dubio quando sacerdos,qui peccatorem re-
cipit ad pœnitentiã,si simpliciter de confessione criminis
deponeret, semper censeretur deponere de confessione si-
bi in foro pœnitentiæ facta, quæ nullo modo in foro con-
tentioso præiudicat,ut no.per Abba.in d.c. omnis vtrius-
que sexus.circa finem. Hæc nota ad excludendam confes-
sionem sacerdotis, qui peccatorem ad pęnitentiam rece-
pisset. Reliqua videas in locis allegatis.

¶Modo venio ad gl.2.& postpositis his,quę Abb.in prima
& secunda parte ponit,uenio ad ea, quæ in tertia refert, &
148 ex eius uerbis aliqua elicio. Primum est,q † clericus agens
contra laicum coram iudice seculari, iuxta tex.in c.si cleri
cus laicum.& in c.cum sit generale.infra tit. proxim.corã
eodem iudice super re spirituali recouueniri non potest,
nec etiam super re spirituali annexa,quia de illa ut de spiri
tuali iudicatur quo ad hunc effectum,nt in cap.quanto.j.
eodem titu. Natura enim & substantia rei aduersari dice-
rentur,quia spiritualia,illisque annexa sunt huius naturæ,
& substantiæ,ut nullo modo iurisdictioni temporali iudi-
cis secularis conueniant.c.2.s.eodem.c.sacrosancta.capi.
Messana. de electio.c.causam.j.de præscrip.

¶Secundò hoc confirmatur arguendo a fortiori. Nam iu-
dex secularis,qui de causa temporali cognoscit,etiam inter
solos laicos non potest de causa spirituali,uel illi annexa co
gnoscere,quæ incidenter, puta per viam exceptionis veni-
ret cognoscenda.c.tuam.c.lator.qui fil.sint legit.ergo mi-
nus poterit principaliter per viam reconuentionis.

¶Tertiò, triplici respectu non debet posse cognoscere per
uiam reconuentionis de causa spirituali. primò quia natu-
ra rei aduersatur. Secundò,qualitas personæ ipsius clerici,
quæ distringi non potest a seculari ratione publicæ utilita-
tis.c.j.de cleri.coniuga.lib.6.d.c.si diligenti. de foro com
149 pet. Tertiò † quia fieret reconuentio super diuerso nego-
tio,quo casu reconuentio non procedit.c. cuius in agẽdo,
3.q.8.l.cum Papinianus. C.de senten.& interlocu.om.iu.
& hanc opinionẽ cõmuniter secutæ sunt gl. in d.c.cuius,
in c.2.infra titu.proximo.Inno.& alij in c.1. infra de mu-
tu.peti.Paul.Castr.in l.2.§.sed si.ff.de iud.Bart.in auth. &
consequenter. C.de senten.

¶Nec obstat ratio.d.l.cum Papinianus.d.c.cuius.& ca.di-
spendia. in fi.de rescrip.in 6. q ex quo clericus agendo con
tra laicum pro se iudicem secularem elegit, non debet de-
dignari eundem iudicem contra se habere, quia responde
tur,illam rationem procedere,quando qualitas, & natura
causæ non obstarent, item quando idem esset negotium
150 per prædicta. ¶† Secundò ex uerbis Abba. colligitur, quòd
clericus agens contra laicum in foro seculari, non po-
test coram eodem super causa criminis reconueniri,
quando de crimine criminaliter reconueniretur, ut per
glo.nostram in tertia parte ipsius,& glo.in d.capi.cuius. &
dicto cap.2.j.tit.proxi. Probatur in c.1.c. continua.c.pla-
cuit.il 2.& fere per totũ. 11.q.j.vbi sub pœnis grauibus cle-
ricus prohibetur distringi a iudice seculari sup crimine, vt
in dicto cap. unico.de cleri.coniuga. & hoc expresse voluit
Paul.in d.l.2.§.sed si agant.ibi,vel super causa famosa, hoc
criminaliter intentata, propter quam infamia irrogaretur,
ut in l.infamem.ff. de pub.iudi.

151 ¶† Sed maius dubium est,utrum de crimine ciuiliter recon
ueniri possit? Abb.hic idem tenere videtur per tex. in dicto
capitulo vnico.qui non facit differentiam, vtrum crimina-
liter, uel ciuiliter iudex secularis contra clericum suam iu-
risdictionem exercere velit.

¶Contrarium tamen sensit gl.nostra,& est de mente glo.in
c.2.j.titu.proxi.

¶Mihi plus placet prior opinio Ab.per d.c.vnicum.& quã-
uis Decius dicat illum tex. solum procedere,quando cleri-
cus principaliter per modum conuentionis ad iudicium se
culare traheret, ratione criminis ad pęnã pecuniariam in-
iungendã,& sic ciuiliter: quia loquitur,qñ clericus ad secu
lare iudicium traheretur,& sic inuitus,q fieri dicit qñ prin
cipaliter conuenitur,arg.l.inter stipulantem. §.si stichum,
ff.de

ff. de verbo. obliga. & hoc secundum Decium suadetur; nam ille tex. non solùm loquitur, quando super crimine criminaliter, vel ciuiliter, sed etiam, quando merè pecuniariter, & sic ciuiliter traheretur ad iudicium seculare, & hoc posse fieri denegat, ergo non potest intelligi per modum reconuentionis; quia vt infra dicetur, clericus super causa mere ciuili reconueniri potest tñ sequendo prius dictum, quod fuit Archid. in d.c. vnico. Ioan. And. & aliorum in c.j. de mut. peti. quod ipse Decius attestatur esse ex mente doct. communiter, videtur posse dici. d.c. vnicum. loqui etiam, quando clericus reconueniretur, quoniam p reconuentionem quis trahi, & astringi dicitur, ex quo ille qui reconuenitur, dicitur reus, ergo iudicium dicitur in eum inuitum exerceri, argu. d.§. si stichum. & l. pen. C. de senten. vbi is, qui reconuenitur, distringi dicitur, & condẽnari, & clarius illum tex. in d. ca. vnico. induco in ver. præsenti declaramus ędicto. Primo, quia generaliter prohibet clericos posse trahi & distringi per iudicem secularem, igitur siue conueniendo, siue reconueniendo. Præterea, cum ille tex. illa uniuersali nullatenus vtatur, quæ omnem condemnationem excludere censetur, argu. l. ex maleficijs. in fin. ff. de actio. & obligat. infertur, ꝙ etiam illam uidetur excludere, quæ per uiam reconuentionis fieret. Quod tertio suadetur, considerando rationem illius tex. quæ etiam ad causam reconuentionis refertur, dum dicit, clericum a seculari nullatenus esse condemnãdum, ne id, quod vna via est interdictum, alia permissum esse dicatur, quæ ratio optime adaptatur ad reconuentionis causam, & inquantũ ille tex. de causa pecuniaria meminit, potest intelligi, siue crimine agatur criminaliter, siue ciuiliter ad effectum puniendi, aut corporaliter, aut pecuniariter, hoc est ciuiliter ex crimine ad partis interesse, aut per uiam actionis merè ciuiliter, & sic in effectu solum loquatur, quando ratione criminis illis tribus modis ageretur.

¶Hanc Abba. opinionem confirmo, nam super causa spirituali clericus coram seculari reconueniri non potest, ut s. dictum fuit, sed quando agitur de crimine etiam ciuiliter contra clericum, huiusmodi causa censetur spiritualis, seu illi annexa ratione personæ clerici, quæ spiritualis & ecclesiastica est. c. cleros. 21. distin. c. duo sunt genera. 12. q. j. ca. solitæ. de maior. & obed. ergo &c. & hæc fuit ratio Abba. hic, quam Decius non concludere inquit, quia si uera esset idem diceretur in casu, quo clericus super causa merè ciuili reconueniretur, quod tamen est falsum, ut per doct. cõ-
151 muniter, & infra dicetur. Verum respondeo, quòd † quoties de crimine etiam ciuiliter, ac pecuniariter agitur, persona clerici magis distringi dicitur, quam quando contra eum actione personali merè ciuiliter ageretur, quoquomodo enim de crimine contra clericum agatur, etiam uerè ciuiliter per uiam actionis, ut in l. finali. ff. de priuat. delic. & in l. fi. ff. de furt. persona clerici pęna infamiæ astringi dicitur, ex quo enim de crimine conuincitur, infamatur, quia de iure canonico quodlibet peccatum & crimen infamat. c. omnes. cap. infames. & ibi glo. vj. quæst. j. & pęna infamiæ dicitur corporalis. l. si quis. in fin. cum seque. ff. de pę. & grauior pœna corporali esse censetur, imo mortis apud bonos & graues viros. l. isti quidem. in fi. ff. de eo, quod met. cau. At quando actione personali merè ciuiliter ex contractu contra clericum ageretur, non diceretur infamari, & sic persona clerici eo modo astringi non diceretur, quo si agatur contra eum de crimine etiam ciuiliter.

152 ¶†Tertio præmissa in simili corroborantur: quia in causa criminis, siue agatur ciuiliter, siue criminaliter, testes ad testificandum cogi possunt, quod non contingit in causa merè ciuili, vt per gloss. in cap. penul. de testi. cogen. & per tex. in c. de cætero. infra de testibus.

¶ Quartò accedat, capitu. super his. j. de accusa. vbi quando de crimine ciuiliter agitur causa non dicitur ciuilis, sed mixta inter ciuilem & criminalem, vt est casus in cap. tuæ. s. de procurato. ergo infertur, maximam esse differentiam, quando contra clericum de crimine etiam ciuiliter agitur, & agitur merè ciuiliter per actionem ex contractu, vel quasi orientem.

¶Et sequendo hanc sententiã. Non obstat id, quod dictum fuit de testibus; quia possumus dicere, ꝙ quomodocunque principaliter de crimine agatur, laicus contra clericũ testis esse non possit. d.c. de cætero. ¶ Nec obstat. ca. tam literis. j. de testibus. per quem tex. Abb. ibi in 2. notabili, & Abb. & Hostien. in d.c. de cætero. contrarium dixerunt; quia is loquitur, quando de crimine ciuiliter ageretur, nõ principaliter, sed incidenter per viam exceptionis; tunc enim laicus contra clericum testis esse posset, secus si principaliter vt dictum est. Secundo respõdeo, posito verum esse dictũ Host. & Abb. in d.c. de cætero. & in d.c. tam literis. ꝙ ille est casus a nostro diuersus, de quo ad hunc non est arguendum. d.l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verb. obli. & c. per venerabilem. qui fil. sint legi.

153 ¶†Sed maius dubium superest, quando clericus coram seculari contra laicum ageret ciuiliter, vtrum ipse clericus coram eodem super causa etiam merè ciuili possit reconueniri, & quamuis hincinde sint opiniones variæ doctorũ maximè authoritatis, adeo vt Barba. dixerit, quòd propter huius articuli ambiguitatem noua declaratione põtificia opus esset, iuxta l. cum de nouo. C. de legibus. docto. tamẽ communiter sequi videntur, ꝙ clericus sic possit reconueniri, vt volunt glossæ passim in vtroque iure, vt hic. in d.c. cuius in agendo. in d.c. 2. j. tit. proxi. & ibi Inn. gl. in d.c. multi. 2. q. 1. & in summa. 11. q. 1. Ioan. Andr. & Host. hic, Bar. in d. auth. & cõsequenter. Decius hic, & Alberi. in d. auth. inquit hanc opinionẽ esse veriorẽ & æquiorẽ, ac in practica seruari, quã ego et sequor, & multipliciter confirmo. Primò, vbi idem negotium est in genere, conceditur reconuentio. d. ca. cuius in agendo. d. l. cum Papinianus. Sed nos idem esse negotium ciuile ex vtraq; parte præsupponimus, ergo &c.

¶Secundò facit ratio, super qua fundata est reconuentio, de qua in iuribus proximè allegatis, & in cap. dispendia. in fi. cum gl. de rescrip. in 6. nõ enim debet clericus, vel alius dedignari iudicem contra se habere, quem pro se elegit.

¶Tertiò, quando clericus contra laicum vult agere, cogit necessitate causatiua coram seculari agere, c. si clericus laicum. & c. cum sit generale. j. titu. proxi. & agendo principaliter videtur se subijcere iurisdictioni, & iudicio secularis iudicis, vt ibi, & argu. c. si diligenti. de foro competen. Non erit igitur inconueniens, quòd ex quo clericus semel se iudici seculari subiecit agendo pro se, eadem quoque ratione illi subiectus esse debeat, si coram eodem reconueniretur, argu. l. pater filium. §. quindecim. ff. de lega. 3. vbi illud quod semel factum est alienabile contra testatoris prohibitionem, semper durat alienabile. Ita & in terminis nostris dicendum est.

154 ¶†Quartò principaliter ita arguitur, clericus contra laicũ corã seculari duplicibus iudicijs agere potest. c. ex literis, j. de probatio. in quibus quilibet est actor & reus adeo, ꝙ in illis, qui agit, reconueniri dicitur. l. in tribus. cũ sequen. ff. de iudi. l. inter cohæredes. §. familiæ. ff. fami. ercisc. l. 3. ff. fin. regun. & l. 2. ff. communi diuidũ. Necnon iudicio vti possidetis, quod dicitur duplex in quo quilibet est actor & reus. §. retinendæ. insti. de interdic. & l. j. in prin. cum gl. ff. vti possid. clericus contra laicum coram seculari agere potest. c. licet causam. j. de probatio. ergo verum erit dicere, ꝙ clericus coram seculari reconueniri possit. Hoc tamen motiuum satis concludenter non facit; quia hoc operatur substantia & natura ipsius iudicij duplicis, & ideo sicut natura & substantia rei & causę aliàs reconuentionem impedit, vt s. dictum est, ita natura & substantia rei facere poterit, vt ex quadam iuris necessitate reconuentioni locus sit.

155 ¶†Quintò Decius sic arguit, vbicunque circa eundem casum regula, seu ratio permissiua, & regula negatiua cõcurrunt, semper permissiua attenditur. Bart. in l. 3. §. liberi. ff. de suspe. tuto. Bald. in l. j. per illũ tex. & l. si Ruffinus. C. de testa. mili. tuto. & ibi Barto. iuncta l. j. §. consequens. ff. de suspe. tut. Bar. in l. si quis in graui. §. penul. ff. ad Silla. & in l. si quis duos. ff. de libe. leg. Sed regula permissiua arguit, clericum posse reconueniri, hoc est, ꝙ ex quo ipse iudicem secularem elegit, pati debet eundem quoq; contra se habere. d.c. cuius in agendo. & d. cap. dispendia. Regula vero & ratio negatiua contrarium innuit, ꝙ clericus a iudice seculari distringi non possit, vt in ca. j. de clericis coniuga. in 6. d.c. si diligenti. ergo attenta regula permissiua dicendũ est, ipsum recouueniri posse.

¶Huic motiuo facile respondetur, ꝙ in terminis nostris regula permissiua est generalis; quia nõ magis se refert ad clericum, quàm ad alium, vt in d.l. cum Papinianus. & in d.c. cuius in agẽdo. Regula verò prohibitiua est specialis; quia se ad ipsum clericum, & sic ad certum genus personarum, refert. dicto capitu. si diligenti. cum similib. Dato ergo cõcursu harum regularum & rationum ratio specia-

lis, &

lis,& sic prohibitiua erit attendenda: quia semper generi per speciem derogatur.c.1.§.de rescrip.& cap. generi per speciem. de regu.iur.in 6.& bene inferuit id,quod uoluit Bar.in l.j.circa prin.C.de his,quibus vt indig. Multa alia pro hac communi opinione allegari possent,sed quia ueritas eius dependet a resolutione illorum,quæ in contrariũ adducuntur per Abb.& Ant.hic,qui Abb. latissimè hunc articulum examinat,& tenet, clericum in causa ciuili coram seculari iudice reconueniri non posse, ad illorum solutionem deuenio,& in primis Abb.ipse,& alij ita mouentur,nam si clericus posset sic reconueniri,sequeretur,ꝙ id quod directè fieri non potuit, per indirectum concessum esse diceretur,contra.d.ca.vnicum. de cleri. coniug.in 6. iuncto.d.c.si diligenti. Huic motiuo respondetur. Primo istud fieri posse per indirectum ex quadam æquitate generali a lege & canone considerata,de qua in d.cap. cuius in agendo.& in d.c.dispendia.cum d.l.cum papinianus.Præterea quamuis clericus principaliter ex sua voluntate coram seculari conueniri non possit,d.ca.si diligenti.tamen authoritate canonis ex quadã ratione particulari de qua supra clericus etiam inuitus reconueniri poterit, sicut sæpe ex quadam ratione speciali canon hoc etiam permittit, ut in casu.c.verum.ĵ.tit.proximo.

¶Secundo non obstat, quòd reconuentio dicitur quædã prorogatio iurisdictionis, quæ surgit saltem mediate ab actu voluntario,ut in iuribus præallegatis,sed clericus iurisdictionem secularis prorogare non potest.d.ca. unico. de cleri.coniuga.d.c.si diligenti,ergo &c. Quia pluribus modis huic motiuo respondetur.Primo, quòd d.c.si diligenti.cum simi.loquitur de prorogatione,quæ immediate a voluntate ipsius clerici prouenit, cõsentiendo se principaliter reconueniri coram seculari, nos verò loquimur de prorogatione, quæ immediatæ ex quadam necessitate fieret,de qua in dicto capitulo,cuius in agẽdo.sed mediate a principio ex actu voluntario proueniret.Secundo clericus quando reconuenitur, dicitur hoc fieri ex quadam necessitate,quia volens contra laicum agere cogitur illum coram seculari conuenire.c.si clericus laicum. & ca.cum sit generale.ĵ.tit.proximo. Ergo cũ ex necessitate causatiua iudicio seculari se subijcere debuerit, poterit etiam coram illo reconueniri,ex quo enim semel ex necessitate iurisdictionem prorogauit,debet semper iurisdictio illa inter easdem personas durare prorogabilis,arg.l. pater filiũ. §.quindecim.ff.de leg.3.

¶Præterea clericus patiendo se principaliter conueniri cõtra vtilitatem publicam facit.d.ca. si diligenti. At quando reconuenitur,ipse non consentit, cum inuitus ad iudiciũ trahatur per reconuentionem, argu.l. inter stipulantem. §.si stichum.ff.de verbo.obligat.

¶Non obstat tertio tex.in c.fi.ĵ.eod. quem Abb.pro se allegat, quia in terminis illius primum negotium conuentionis circa quasi possessionem iuris eligendi iam per sententiam diffinitiuam erat finitum antequam Abbas & cõuentus super proprietate iuris eligendi coram eodem potestate conueniretur, ergo non loquitur in materia reconuentionis,quia ita demum locus est reconuentioni, quando fit durante prima instantia primi iudicij principalis ne
156 gotij,cum† vsque ad conclusum in causa exclusiuè,& non vltra coram eodem reconuentio fieri possit.d.l. cum Papinianus.& per Bar.in auth.ibi posita.

¶Præterea præsupposito, ꝙ ibi Abbas & conuẽtus fuerint coram eodem iudice seculari reconuenti, tamen causa illa non fuit ab eo determinata non ex eo, ꝙ reconuentio fieri non potuerit,sed quia communitas de Signa nolens rei iudicatæ parere,Abbas & conuentus habuerunt recursum ad sedem Apostolicam, quæ totum negotium pluribus iudicibus ecclesiasticis cõmisit,ergo infertur, ꝙ si durante primo iudicio communitas de Signa.Abbate & cõuentum reconuenisset, causa reconuentionis coram eodẽ terminari potuisset.¶Quartò principaliter non obstat, ꝙ si clericus reconueniri posset, hoc in dedecus totius ordinis clericalis tenderet.d.c.si diligenti,nam rñdetur, illud verum esse in causa conuentionis, sed non in cã recõuentionis,q̃a primo casu hoc a voluntate clerici proueniret, secundo uero casu a quadã necessitate,propter quã ius canonicum istud tolerat ratione & æquitate,de qua in d.ca. cuius in agendo.cum simil.¶Vltimo loco respondetur d. l.2.§.sed si agant.prout illam ponderant Paul. de Castr.& Moderni hic referunt.Nam secundum Pau.procedit,quãdo is,qui conueniri non potest, coactus fuit quodammodo agere propter iniuriam personalem sibi illatam, ne aperiatur uia,qua mediante is,qui alias regulariter conueniri non potest coram uno iudice possit reconueniri,ut inquit ille tex.per quem Paulus limitat conclusionem nostrã cõmuniter traditam, quòd licet clericus regulariter corã seculari possit reconueniri,tamen hoc non procedit,quando ipse clericus coram seculari agere cœpisset ratione iniuriæ corporalis sibi illatæ; prout ille tex.loquitur de legato.

¶Et si quis diceret,hanc limitationem non conuenire in ꝑsona clerici,nisi quando ipse esset legatus suæ ecclesiæ, aut aliter absens pro vtilitate ecclesiæ, seu episcopi sui, prout text. in dic.§.sed si agant. loquitur in legato. qui est absens pro utilitate suæ ciuitatis,quia dico, ꝙ sicut ibi legatus est priuilegiatus, ne contra eum agi possit in loco quo legatus deputatus fuit,ita ipse clericus ratione ordinis clericalis dicitur priuilegiatus, vt coram seculari conueniri non possit. dicto cap.unico. Præterea,sicut legatus,qui coactus fuit ratione iniuriæ sibi illatæ coram iudice, non suo agere, corã eodem reconueniri non potest,ita similiter ipse clericus, ꝙ ratione iniuriæ sibi illatæ coram seculari agere coactus esset, non posset coram eodem super causa ciuili reconueniri,argu.d.§.sed si agant.

¶Sed alia ratione id quod dicit Pau.per d.§.sed si agant. in clerico locum habere non videtur,cui iniuria illata fuisset; quia legatus causatiuè ibi compulsus fuit, si iniuriam vendicare voluit,coram iudice non suo agere: At secus est in clerico, qui contra iniuriantem potest nõ solum coram seculari iudice iniuriantis agere,sed etiam coram suomet iudice ecclesiastico,ut in d.c.cũ sit generale.& consequenter clericus non cogitur causatiuè,cum corã alio agere possit.

¶Has tamen opiniones contrarias Bal. hic concordare conatus fuit,& ego vltra eum aliqua addendo pro concordia plures casus considero. Primus sit quando clericus contra laicum nomine proprio, & pro suo interesse principaliter coram seculari iudicium ciuile intentauit, & tunc vera sit communis opinio, quòd clericus coram eodem iudice ciuiliter proprio nomine reconueniri possit,& ita procedant
157 allegata pro illa. Secũdus casus sit,† quando clericus cõtra laicum nomine suæ ecclesię coram seculari ageret, & tunc ipse nomine ecclesiæ ciuiliter reconueniri non poterit.Primo quia cessat ratio d.cap. cuius in agendo. cum ecclesia non fuerit illa:quæ coram seculari litigare elegerit, sed rector,qui procurator ecclesiæ censetur. capitulo fi. cum ibi not. 12. quæstione prima. Item quia si hoc casu nomine ecclesiæ reconueniri posset, præiudicium ecclesię facto rectoris irrogaretur; cum laici ipsis clericis & ecclesijs oppidò sint infesti. Tertiò,quia ex quo causa,super qua reconuentio fieret,esset ecclesiastica,& censeretur spiritualis.capitulo secundo.supra eodem. Ergo pro ea reconuentio fieri posset non debet, ut supra dictum fuit in prima causa principali,& in hoc casu opinionem Abb.& Antoni.saluare
158 possumus. Tertius casus † quando clericus contra laicum nomine ecclesiæ coram seculari ageret, & laicus vellet clericum tantum suo proprio nomine reconuenire, nam tunc reconuentio non valeret, quia dicerentur diuersæ personæ; primo enim nomine ecclesiæ ageretur, reconuentio vero fieret nomine clerici, vel econtra;& ita demum locus est reconuentioni, quando eædem sunt personæ,ut per Barto. in dicta authen. & consequenter. & in hoc casu quoque opinio Antoni. & Abba. saluari potest. ¶Et ex proxime dictis infertur contra illud,quod Bal.hic dicere videtur,ꝙ quando clericus agit suo nomine possit nomine ecclesiæ reconueniri;quia reconuentio non fieret inter eosdem.hæc sunt uerba Baldi, quæ hoc modo subsistere nequeunt; quia ratio per eum assignata contrarium potius inferret eius, quod voluit, quoniam (vt scriben.communiter volunt) quando datur diuersitas personarum reconuentio fieri nõ potest,ut dictum fuit, & ideo puto verba Baldi debere stare negatiuè, non autem affirmatiuè dicendo, non possit reconueniri nomine ecclesiæ
159 † Nam scire debes ad hoc, vt reconuentio de iure procedat, sunt plura necessaria,quorum si alterum deesset, reconuentio fieri non posset. Primum est, ut idem sit negotium saltem in genere,puta vtrunque ciuile,vel ecclesiasticum.dicto capitulo,cuius in agendo dicta l. cum Papinianus.quamuis etiam idem negotium aliter intellexerit gl. in dictis iuribus,& Barto.in dicta auth. & consequenter. Secundum, quòd coram eodem iudice reconuentio fiat. dicto capitulo.dispendia.de rescrip.in 6.capitu.j.& secundo, de mutu.peti. Tertium, ꝙ fiat durante primo iudicio ac

ac prima instantia, quia post cõclusum in causa fieri nõ po
test. d.ca.dispendia.in fin.& in iuribus proximè allegatis.
Quartum, ꝙ fiat inter easdem personas effectualiter, vt
dixi.s̃.post Bal.& optimè probatur in d.cap. dispendia.&
gl.in d.l.cum Papinianus. Quintum, ꝙ natura & substan-
tia rei & causæ iurisdictioni ipsius iudicis conuenire di-
cantur, vt supra dixi in prima conclusione principali lo-
quendo de causa spirituali. Octauum & vltimum est ne-
cessarium, ꝙ fiat super causa merè ciuili, non autem crimi
nali.d.c.cuius in agendo.d.l.cum Papinianus.& ibi Bart.
ac in auth.ibi posita,iuncto.d.c.dispendia.in fi.

¶ Quamplura alia hic refert Abb.antequam ad gl. in uer-
bo,legitima deueniat,quæ ferè omnia supra declarata fue
runt,& ideo illa prætermitto, & deuenio ad ea, quæ ipse
ponit super d.gl.in uerb.legitima,& capiendo ac examinã
do illa quæ maiorem utilitatẽ atque difficultatem habẽt,
capio dubium,quod uenit ad declarationem huius literę,
dum tex.dicit,episcopum posse clericum criminosum vel
suspendere, vel deponere secundum ꝙ qualitas criminis
exposcere uidetur, & quoniam aliqua crimina digna su-
160 spensione,& aliqua digna depositione esse videntur,†quæ
ro, propter quæ crimina clericus deponi possit, & ex uer-
bis Abb.triplicem facio conclusionem.Prima sit, ꝙ pœna
depositionis non potest imponi nisi pro crimine graui. Sę
cunda, ꝙ grauia crimina dicuntur esse,secũdum quòd iu-
dex fuerit arbitratus.Tertia,quòd clericus etiam in sacris
ordinibus existens pro crimine fornicationis,seu concubi
natus non est præcisè deponendus,sed hoc erit in arbitrio
superioris.

¶Primam conclusionem probat tex.in c.tuæ.j̃.de pœnis.
c.inuentum.16.q.7.& uoluit gl.in uers.supplicauit.in ca.
fi.j.q.5.& gl.fin.in c.j.de capel.mona.in 6. in c.sicut.il 2.
de iureiur.& in ca.ad apostolicæ. in uerbo, grauissima.de
re iudic.in 6.& ultra proximè allegata uidetur tex.in ca.j.
81.dist.qui innuit depositionem fieri debere solũ ob gra-
ue crimen,& ibi gl.in uer.damnatione mouet difficulta-
tem,propter quod crimen clericus deponi possit, & in pri
mis inquit, quem non esse deponendum pro quolibet cri
mine,per tex.in c.in loco.5.q.4.qui loquitur solum de mi
noribus. Propterea nilmirum, si depositio locum non ha-
bet.Alias duas opiniones refert illa gl.quidam enim dice
bant,clericum pro quolibet crimine deponi posse,nisi cõ-
trarium in aliquibus iure cautum reperiatur, quidam ue-
rò totũ econtra, ꝙ pro nullo crimine clericus deponi pos-
sit,nisi expresse in aliquibus casibus cõtrarium reperiatur.
Tertiam opinionem refert illa glos. ꝙ pro aliquo crimine
clericus deponi non potest, nisi incorrigibilis factus fue-
rit:quia pro prima contumacia depositio non est irrogan
da.c.nemo episcoporum.11.q.3.& ibi gl.c.licet.45. distin.
cum simili.

¶Hæc ultima opinio,quæ fuit illius glo. posset procedere
in depositione actuali,ut j̃.dicetur per tex.in d.c.cum nõ
ab homine, sed in depositione uerbali forte non procedit
per hunc tex.qui pręsupponit episcopum posse ratione cri
minis clericum deponere.

¶Non obstat,quod dicebat gl. de contumacia,quia refert,
an agatur de puniẽdo clericum de crimine commisso, &
tunc quando est graue,pœna depositionis imponi poterit
per hunc tex. & in d.c.j. An uerò agatur de puniendo in-
obedientiam & contumaciam ipsius clerici superiori pa-
rere nolentis,& tunc pro prima contumacia pœna deposi
tionis non est irroganda.d.ca.nemo episcoporum. & hoc
modo intelligatur gl.illa.

¶Quod autem pœna depositionis pro quolibet graui cri-
mine non sit iniungenda, probatur in ca.2.j̃. de sortileg.
quod crimen sortilegii est grauissimum,& tamen clericus
solum suspenditur,non autem deponitur, ut ibi.

¶Secundò,crimen fornicationis graue est, & tamen cleri-
cus suspenditur,non autem deponitur.c.clericus.j̃.de co
habi.cler.& mul.

¶Sed ut dicit gl.in d.cap.2.ob crimen sortilegii,quod est
grauissimum,depositionis pœna esset imponenda. At fal-
lit, quando propter simplicitatem & bonum zelum quis
in tale crimen incidit: tunc enim clericus solum suspen-
ditur ex quadam dispensatione superioris in iusta causa
fundata,& ita loquitur tex.d.c.2.

¶Et si replicares, ꝙ ex quo crimẽ illud dicitur grauissimũ,
non esset admittenda dispensatio, ut in §. de adulteriis.j̃.
hoc.c.nostro.potes respondere, ꝙ licet in grauibus episco
pus non dispenset,potest tamen de mandato Papæ pęnam
mitigare,ita intelligatur.d.c.2. ¶Text.uerò in d.c.clericos.
iuncto.d.ca.1.81.dist.respondetur, ꝙ in crimine fornica-
tionis alia ratio pactum reformat,nam in illo hoc statutũ
est,ut pœna sit arbitraria propter delicti frequentiam, qa
paucissimi clerici reperiuntur, qui hac macula non sint
infecti,ut j̃.dicetur post Abbatem.Vel secundo illud cõ-
tingit, quia ex quo in arbitrio superioris est declarare, qđ
crimen sit arbitrarium, dicetur etiam in illius arbitrio es-
se imponere,quam pœnam uelit. Propterea tex.in d.c.cle
ricos.se non restringit ad certam pęnam,sed plures refert,
hoc est suspensionem, interdictum & excommunicatio-
nem,ergo nimirum, si in electione superioris est impone-
161 re,quã pęnã uelit: qa † inter diuersas pœnas,seu in alterna
tiuis pœnarum electio est iudicis.l.si seruus.§.si minor.ff.
de mino.c.sicut.j̃.de Iudęis.Bar.in l.si fugitiui.& ibi scri
ben.C.de ser.fug.doc.in ca.inter cætera.de rescrip.c.quo
niam frequenter.circa fi.ut li.non cont.¶An aũt, & qua-
re in crimine fornicationis pœna sit arbitraria.j̃. dicetur.
162 ¶†Secundam cõclusionem reassumo,quòd illa grauia cri-
mina dicantur, quæ iudex esse grauia fuerit arbitratus, si-
militer illa leuia censentur,quæ iudex talia esse iudicabit,
ut uoluit gl.in c.cum illorum. in uer.membri.j̃.de sent.
excommu.& expresse uoluit Abb.in d.ca.tuæ. col.2.j̃.de
pœnis. & hic, qua conclusione stante uerum erit dicere,
etiam in arbitrio iudicis esse, pro quibus criminib. pœna
depositionis sit iniungenda,& in hoc Decius residet.

¶Mihi verò hæc conclusio satis dubia & illatio absurda,
atque inconueniens videtur: nam quòd standum sit deter
minationi canonis, quæ sint grauia crimina, probatur in
d.c.j.81.dist. vbi pręcisè aliqua crimina grauia esse iudicã
tur,ut est adulterium,fornicatio,homicidium, fraus, fur-
tum,sacrilegium,& huiusmodi cætera, de quibus ibi. Si-
militer crimen sortilegii a canone grauissimum appella-
tur.in c.2.de sortileg.ita interficere,aut uulnerare Cardi-
nalem, vel episcopum.c.fœlicis. de pœnis.in 6.& clemen-
tina.j.eodem titulo.Idem probatur infra in §. de adulte-
riis.vbi aliqua crimina minora dici præsupponit, ergo in-
nuit aliqua de iure pro certo dici,ut est adulterium.d.c.j.
c.adulterium malum.32.q.7. neque hoc esse arbitrarium
inquit.Item ut est crimen scismatis,crimen hæresis,ut in-
fra,de crimine simo.c. per tuas.c.licet Heli. & per totum,
infra de scisma.& in 6.eodem titulo.Verũ igitur esse non
uidetur,quòd in arbitrio iudicis sit declarare,quę sint gra
163 uia, quæque minora crimina. Præterea † quid in arbitrio
iudicis esse dicitur,quando sumus in dubio,nec a iure de-
terminatum est.l.1.in fine.ff.de iure deliberandi. & argu
mento.l. continuus.§. si quis ita.ff. de uerborum obliga-
tionibus.& ibi glossa,& de hoc est textus in capitu. de cau
sis. supra de officio delegat.l. respiciendum. in princip.ff.
de pœnis.

¶Ex quo infero, illud quoque falsum esse, quod dicebat
Decius, in arbitrio iudicis esse imponere pœnam deposi-
tionis, aut non, quia ubicunque a iure certa pœna est im-
posita, quamuis super illa ex causa dispensari possit, dicto
ca.secundo,de sortileg.& ibi gl.d.§. de adulteriis. tamen
164 † quando agitur de crimine regulariter puniendo, iudex
non potest arbitrari, sed pœnam iuris imponere tenetur.
d.c.de causis.c.cum non ab homine.j̃.eo.dicto capi.pri-
mo.81.distin. & hoc quando remedium ordinarium pu-
ta accusationis fuisset intentatum, secus si per uiam inqui
sitionis,uel denuntiationis de crimine procederetur.cap.
qualiter & quando.il 2.de accusatio.d.c. per tuas.cum si-
milib.s̃.in c.j.allegatis.Alioquin sequeretur, ꝙ iudex pro
graui crimine leuem pœnam, & pro leui grauem irroga-
re posset,contra hunc text. & d.l.respiciendum.in princi-
pio cum similibus.

¶Rursus crimen non ex arbitrio iudicis, sed ex qualita
te illius graue, grauissimum & leue etiam iudicatur, ut
declarat Bartol. in l. non solum. §. si mandato.ff. de in-
iuriis.

165 ¶Capio tertiam conclusionem † ꝙ pro crimine fornica-
tionis clericus præcisè non sit deponẽdus, sed in arbitrio
iudicis sit,ut probat text.secundum Abbatem in ca.sicut.
& in c.si autem.de cohabitatio.clerico.& mulie.& est gl.
in capitulo, fraternitatis.xxxiiij. distinctione. Ratio au-
tem est secundum Gregorium, quia pauci sunt, qui sine
hoc crimine esse reperiantur, capitulo quia sanctitas tua.
l.distinctione. Item quia nostra tempora non patiuntur,
ut tam graues pęnæ, sicut olim,imponantur dicto capitu-
lo fraternitatis. ¶ Hoc idem inquit Abbas concluden-
dum

dum eſſe in crimine concubinatus per eadem iura. ¶Con
trarium fuit de mente Anto. quòd clericus in ſacris con-
ſtitutus pro crimine fornicationis & concubinatus ſit de-
ponendus. ut probatur in d.c.j.81.diſt.qui tex. malè euita
ri poteſt, ſecundo in ca.a multis. de ætate & qualitate. Ter
tiò in c.erubeſcant.30.diſt. Quartò in capitu. ſi quis om-
nem.j.quæſtio.7.circa fin. verſi. ſi quis verò. Quintò quo-
ad pœnam, & accuſationem fornicatio, homicidium &
adulterium æquiparantur.d.capit.j.ſed pro homicidio &
adulterio clericus deponitur, vt in c.presbyterum. cum ſe
quen. in c.ſi quis clericus.81.diſtinc. ergo & pro fornica-
tione. Sextò pro crimine fornicationis contra clericũ per
viam accuſationis procedi poteſt.d.ca.j.ſed hoc remedio
agitur ad effectum iniungendi pœnam ordinariam, quæ
eſt depoſitio, vt latè.s̃.in rubrica, & in c.j.dixi, ergo &c.
¶Nec obſtant iura per Abb. allegata, quia loquuntur, quã-
do de fornicatione & concubinatu per viam inquiſitionis
procederetur, quo caſu non pœna depoſitionis ordinaria,
ſed arbitraria quis eſt puniendus.d.c.qualiter. & s̃.dixi.iũ
cto c.inquiſitionis. de accuſa. Vel loquuntur diſpenſatiuè,
vt in ſimili dicit gl.in d.c.ſecundo. per illum tex. de ſorti-
leg. & rationes Abbatis proſunt non ad minuendam pœ-
nam, ſed ad facilius cum criminoſo diſpenſandũ poſt actã
penitentiam, iuxta.d.§.de adulterijs.
¶Hanc opinionem Ant. ſequitur hic Aretinus, contrariã
uerò tenent hic Modernos, quos ſequitur Decius per id,
quod dixit gl. per illum tex.in cap.lator.2.q.7.vbi hoc vo-
luit Io. de Elephantucijs. Idem uoluit Io. de Imola, in c.ut
clericorum. de uita & honeſtate cler.col.2.uer. extra glo.
qui allegat Gofre. in ſumma de cohab. clerico. & mulie. &
facit ratio, nam mendacium eſt grauius fornicatione, ſed
pro mendacio clericus non deponitur, ergo nec pro forni
catione. Quo motiuo utitur Decius hic authoritate Pau-
li de Leaza. in cle.j.de of.ordi. ſequitur Cardi. in clem.ad
noſtram.ver.7.in 2.q.de hæreti. & Abb.in ca.fi.de purga.
vulga. & hanc opinionem uti communiorem ſequit̃ Ioã.
de Ana. in c.ſignificauit.col.3.j̃.de adul. & in c.cum dile-
ctus.col.2.j̃.de accuſa.
¶Et ſequentes hanc opinionem reſpondent his, quæ pro
alia adducuntur, vt hic per Decium, qui unicuiq; reſpon-
det, exceptis tex.in d.ca.j.81.diſt. & in c. presbyter.28. di-
ſtin. qui tex. inquit, presbyterum fornicarium extra eccle-
ſiam abiiciendum eſſe, & hoc modo ſummatur, atque in-
telligitur, nam magis puniendus eſt ſacerdos, qui fornica-
tus fuit, quam ſi poſt ſacerdotium matrimonium contra-
166 xiſſet, ut inquit gl.j.ibi per illum tex.† Sed ſi matrimoniũ
hoc modo contraxerit, eſt deponendus, ut ibi, in cap.ſanè
ſacerdotes.cum gl.j̃.de cleri. coniuga.a contrario, & in c.
de his.28.diſt.ergo etiam ob crimen fornicationis deponi
poterit, niſi poſt actam penitentiam fuerit ſecum diſpen-
ſatum, ut ibi.
¶Propterea cogitabam, an dici poſſet, quòd aut clericus
in ſacris conſtitutus de tali crimine fornicationis erat in-
corrigibilis, & tunc quia de illo agere penitentiam noluit,
diſpenſatione dignus non eſt, & idcirco depoſitionis pœ-
na fuit puniendus, ut hic cum.§.de adulterijs iunctis.d.c.
ſi autem. & d.ca.cum non ab homine. Aut clericus de eo
pœnitentiam egit, quia monitus ceſſauit, & tunc pœna de
poſitionis puniendus non eſt, ſed arbitrio ſuperioris, cui
ſuper tali crimine poſt actam pœnitentiam diſpenſare eſt
licitum, d.§.de adulteriis.cum ſimi.alleg.
Et prædicta uera ſunt, quãdo crimen fornicationis occul-
tè fuit perpetratum, nam ſi palam & publicè, tunc clericus
in ſacris, ſeu presbyter omnino deponendus eſſet, ut eſt de
mente gl.in d.c.presbyter. quæ ita illum tex. intelligit, gra
uius enim is punitur, qui palã & publicè delinquit, quàm
qui occultè, arg.l.fi.ff.de ritu nuptiarum.
¶Non obſtar ratio.s̃.aſſignata, ꝙ pauci reperiantur, qui ſi-
ne crimine fornicationis ſint.d.c.quia ſanctitas. & diffici-
le ſit ab ea continere.d.c.de his. & c.j.33. quæſtione.5.q.a
reſpondeo, ꝙ propter hoc crimen fornicationis in cleri-
co in ſacris conſtituto minus delictum cẽſeri non debet,
ut in ſecunda, quæſtione prima circa fi.c. flagitia.32.quæ-
ſtione.7.quoniam. & ſi hoc eſt naturale, non tamen excu-
ſat, ut in l.ſeruus.§. fornicatus.ff.ad legem Aquiliam.glo.
in d.c.quia ſanctitas.
¶Prædicta tamen, & præſertim opinio, quam communẽ
167 eſſe dixi, limitantur. Primò† in epiſcopo fornicario, ſeu cõ
cubinario, qui ſimpliciter ratione illius delicti deponen-
dus eſt: & ratio eſt, quia in illo ſimplex fornicatio adulte-
rium eſſe iudicatur, ut notat Abb.in c.fi.colum.pen.j̃.de
purg.cano. & facit.c.lator in principio.2.quæſtione.7.ſed
pro adulterio clerici pœna depoſitionis imponitur.d.c.j.
81.diſt.ergo & pro fornicatione epiſcopi.
¶Decius hic contrarium uoluit, quia cum epiſcopus ma-
ior ſit cæteris, mitius cum eo agendum eſt, arg.c.2.de offi-
cio deleg.in 6.
¶Sed hæc ratio non placet, quoniam ſicut maior minorẽ
honore præcedit, ita etiam crimine, & quem maior ſequi-
tur culpa, maiore is vindicta plectendus eſt, dicto capitu-
lo, quia ſanctitas. capitu. ſi Papa.40.diſtinctione. quamuis
difficilius ad epiſcoporum depoſitionem ſit deueniẽdum
capitulo, qualiter & quando. infra de accuſa.d.ca. primo,
de officio delegati. in 6. ſi tamen ipſi criminoſi inuenti fue
rint, grauius erunt puniendi, ut ſupra. licet in contrarium
faciat.l.in ſeruorum.ff.de pœnis. & d.c.ſecundo.
¶Mihi uidetur, quod epiſcopus pro fornicatione maiori
pœna, hoc eſt depoſitionis non ſit puniendus, quia uerum
non uidetur, quòd ſic adulterium committere dicatur, cũ
tex.in d.c.lator. hoc non probet, imo gl. ibi expreſsè con-
trarium dicit.
168 ¶†Et quod dictũ eſt de epiſcopo, eſt intelligendum de con
ſecrato, quia electus ſimpliciter ante conſecrationẽ non
dicitur epiſcopus ſecundum Decium hic. capitul. tua. &
ibi Abb.in princ. de his, quæ fiunt a prælatis ſine conſenſu
cap. & in capit.eam te. in prin. vbi latè per Mod. habetur.
ſupra de reſcrip.
¶Sed aduertendum eſt, quoniam licet epiſcopus per ſim-
plicem electionem ante confirmationem & conſecratio-
nem exercitium adminiſtrationis habere non dicatur, ta-
men dicitur eſſe epiſcopus & prælatus, ut eſt gloſſa notab.
quæ hoc bene probat in c.quanto.63.diſtinctione. Niſi di
ceretur in hoc differentiam eſſe inter epiſcopum propriè
& impropriè, vt eſt de mente Abbatis in locis allegatis. &
hic per Decium. Quod dictum eſt contra id, quod innuit
gl.in d.c.quanto. quæ ſolum quo ad exercitium admini-
ſtrationis inter illos differentiam eſſe dicit. Attamẽ illud
comprobari poteſt arguendo a ſpeciali de tex. in capitulo
licet. de uitanda ſupra de electionibus. ubi ex ſola ſimplici
electione Papa fit, & creatur, adeo quòd abſque aliqua ex-
ceptione ab omnibus pro Papa habendus eſt: ita gl. & do-
cto. ibi dicunt eſſe ſpeciale in Papa, ergo contrarium dice
tur eſſe in epiſcopo, argu.l. ius ſingulare.ff. de legi. Poſſes
tamen huic motiuo reſpondere, ſpeciale eſſe in Papa non
ꝙ ex ſola electione habeatur ut Papa, quia etiam epiſco-
pus ſola electione efficitur epiſcopus, ſicut ſola electio fa-
cit imperatorem, capitulo legimus.93. diſt. ſecundum gl.
d.capitu. quanto. quamuis contrarium innuat tex.in cap.
uenerabilem. de electionibus. ſed in Papa hoc eſt ſpeciale,
ꝙ electus a duabus partibus Cardinalium pro Papa habea
tur abſque aliqua exceptione, quæ contra alios etiam epi-
ſcopos opponi poteſt, ut in ca.primo. & per totum de ele-
ctionibus. in 6.
169 ¶ † Secundo limitantur prædicta in ſacerdote, qui cum fi-
lia ſpirituali fornicatus eſſet, ut inquit Abb.in d.c.fina.de
purga. vulga. facit gl.in c.fi.30.quæſtione prima, & hanc li
mitationem probat tex.no.in c. omnes.cum ſequen. ead.
cauſa & quæſtione. & ſuadetur, quia ſacerdos, qui cũ ſua
filia ſpirituali fornicatus eſt, grauiſſimum adulterium cõ-
mittere dicitur.c. pe.30.q.j. ſed ratione adulterii deponi-
tur. ut s̃. ergo &c.
¶Tertiò limitatur in clericis religioſis, ut uoluit Cardin.
poſt Pau.in c.ad noſtram. uerſiculo ſeptimo. in fin. de hæ
reti. in 6. & facit hæc ratio, nam ipſi religionem ingrediẽ-
do cõtinentiã & caſtitatem uouent.c. cũ ad monaſteriũ.
de ſtatu monac. ergo religioſus uoto contraueniens eſt
deponendus.
¶Hanc tamen conſequentiam nec Abb.in d.c.fi. nec De-
cius hic probant: niſi diceres, quòd uiolare votum dicitur
graue crimen, ſed ob graue crimen clericus eſt deponen-
170 dus, ergo &c.† Verum hi nondum probant, quòd uiolare
ſimplex votum graue delictum eſſe dicatur: fateor enim
eſſe delictum, ſed quod ſit graue, hoc non probatur imo
eſt tex.in capitu.2. & ibi gloſſ. ſummæ. 17. quæſtio.j. quæ
vult, ꝙ uiolare uotum ſciẽter ſimplex peccatũ mortale di-
catur ignoranter verò, ſeu ex fragilitate ſit ſimplex pecca-
171 tum ueniale. Cogita. ¶†Sciẽdũ eſt adhuc ꝓ declaratione
huius tex. in iure duplicem degradationem reperiri, qua
clerici criminoſi puniuntur. Altera enim eſt, quæ uer-
balis dicitur, altera, quæ actualis, ſeu realis appellatur,

quę fit ad effectum, vt clericus curiæ seculari tradi possit. c.nouimus. de verbo.sig. & ambæ sub hoc uerbo depositio, comprehenduntur.c.degradatio.de pœnis.in 6.Nam degradatio verbalis depositio est, vt in c.qualiter & quando.il 2.ǀ.de accusa.ibi, vt criminalis accusatio, quę ad diminutionem capitis, idest degradationem intẽditur. Item actualis degradatio etiam appellatur depositio, vt vtrunq; probat.dicto capitu.degradatio.circa prin.iunctis fin.verbis, cap.si quis sacerdotum.11.q.prima. Depositio itaq; est genus, quod de verbali degradatione, quæ communi nomine magis depositio, quàm degradatio uocatur, item de actuali degradatione prædicatur, quæ secundum communem vsum loquendi potius degradatio nuncupatur. Vtraque tamen proprie dicitur depositio, quia in qualibet specie genus suum de proprietate sermonis verificatur. l. si quid earum.§.inter emptum.ff. de legatis 3.l. inter agnatos.ff.unde legiti.l.iureconsultus.§. nomen.ff. de gradib. & ad utramque degradationem, siue depositionem deueniri non potest, nisi per viam accusationis regulariter.c.dilectus.il 2.infra, de simo.& Innocen.in d.ca. qualiter.il 2. qui enumerando pœna iuris canonici hoc tenuit, in quibusdam verò enormibus criminibus, quę suscepti ordinis exequutionem, aut retentionem beneficii etiam post peractam pœnitentiam impediunt, veluti est homicidium uoluntarium, & crimen simoniæ etiam per uiam inquisitionis ad depositionem deueniri potest, capitu. inquisitionis. in princi.secũdum vnum intellectum, quem refert ibi glo.in ver.accusationis.in fin.uerb.ibiq; scriben.infra de accusatio. Regulariter autem in alijs criminibus solũ per uiam accusationis ad depositionem deuenitur, vt colligitur ex illa glo.& ex gl.magna.ibique Hosti.& Innoc.in d.c.qualiter.

172 ¶ † Quomodo autem, & a quibus fiat depositio, hoc est verbalis degradatio, & degradatio actualis, declarat tex.in c.degradatio.in princi.& in §.actualis.vsque ad finem, & habetur in c.nouimus.infra.de uerb.sig.& in c.cum non ab homine.infra eo.

173 ¶ † Sciendum tamen est, quòd quilibet clericus depositus curiæ seculari puniendus tradi non potest, ut in hoc text. probatur in fin.uersic. Nisi solum is, qui actualiter depositus & degradatus fuit, dicto cap.nouimus.d.cap.degrada
174 tio.& d.capitu. cum non ab homine.& † regulariter clericus ratione criminis actualiter degradari non potest, nisi fuerit incorrigibilis, capiendo incorrigibilitatem seruato ordine.d.capitul. cum non ab homine.infra eod.cum ibi not.& habetur per gl.in uer.tradatur.in d.c.nouimus. & in c.clericus uerò.3.quæstione 4.& in glo.fina. huius capituli. & idcirco dixi regulariter, quia aliqua sunt tam grauia & enormia delicta, ut propter illa statim etiam non data incorrigibilitate clericus criminosus non verbaliter, sed solum actualiter deponitur, & curiæ seculari traditur, ut præsupponit gloss.fina.huius capituli.in dicto capitul.nouimus.in d.cap.cum non ab homine. & in dicto capitu.si quis sacerdotum.

¶Et quoniã inter glossatores & scribẽtes in locis allegatis dubitari solet, quæ sint hæc crimina, quibus clericus etiã corrigibilis propter eorum enormitatem possit actualiter deponi & curiæ seculari tradi puniendus ideo † Abba.hic
175 q̃onem istam supponit, & r̃ndendo enumerat crimina sui natura digna depositione seu degradatione actuali ad effectum vt clericus curiæ seculari puniendus, sit tradendus, antequàm sit incorrigibilis, & in primis ponit de crimine hæresis, vt uoluit glo.in uersicu. relinquatur.in ca.ad abolendam.ǀ.de hæreti.idem uoluit gl.d.c.nouimus.& gl.fi. circa finem.d.c.cum non ab homine. & d.ca.si quis sacerdotum.per tex.in c.excommunicamus.il j.§. damnati. & in c.excommunicamus.il 2.de hæret.Subdit tamen Abb. quòd de hoc crimine hęresis malè excipitur; quoniam sub regula comprehendi uidetur, si enim deprehẽsus, & conuictus de hæresi damnata, & abrenuntiata publicè prauitate sua hæretica ad unitatem ecclesiæ catholicæ reuerti vellet, actualiter non degradatur, sed in carcerem detrudendus est ad agendam perpetuam pœnitentiam.d.c.excommunicamus. il j. & il 2.Conuictus igitur de hæresi curiæ seculari tradendus nõ erit, nisi in illo crimine fuerit incorrigibilis, vt declarat gl.in d.c.ad abolendam.in uersi.prærogatiua.& gl.in d.capitu.penul.in uersi.deprehensi per illum text.uoluit, quòd etiam post condemnationem, & sic depositionem uerbalem clericus redire, & se corrigere possit, nam ecclesia nunquàm gremium claudit infra debitum tempus redeũtibus.l.inter claras.C. de summa trinitate & fide catholica.& per gl.in d.cap. excommunicamus.il 2.& hoc doc.communiter sequi uidentur, ut Ioã. And.& Abb.in d.ca.excommunicamus.iuxta illud, cum conuersus fuerit, & ingemuerit, saluus erit.c.his, qui.26. q.6.& ad propositum pro prædictorum declaratione uideas tex.in c.super eo.de hæreti.in 6.per Oldra. in consi. 271.quæstio talis est: & ita residet Decius.

¶Potest etiam pœna carceris, de qua.s̃. in aliam ad arbitrium iudicis commutari, vt habetur in cap.vt commissi.
176 de hæreti. in 6. † & hoc quòd damnatus de hæresi possit corrigi, & in carcerem detrudi, quod Abbas pœnam appellat, non uidetur uerè & propriè pœna criminis hęresis, sed potius locus pœnitentiæ vt in c.pen. de hæreti.c.quãuis.de pœnis.in 6.& licet tex.in d.c. ut commissi. carcerẽ in hoc casu pœnam appellare uideatur, ut ibi in uersi.necnon &c.in ulti. uerbis, hoc tamen est impropriè dictum: quia carcer ad custodiam pœnitentis, & nõ ad pœnam dicitur deputatus.d.c.quamuis.

¶Ex prædictis ergo infertur, non esse speciale in crimine hæresis, quòd statim, quo clericus de hæresi legitimè conuictus fuerit, possit actualiter degradari, & curiæ seculari tradi, imo idem in eo est, quod in alijs criminibus, ut debeat degradari, & curiæ seculari tradi, postquàm incorrigibilis fuerit, ut supra & nõ prius: nisi glossas allegatas cõtrarium simpliciter dicentes saluando diceremus. Primò ex mente Abb.hic, quòd uerè & propriè damnatus de hæresi dicitur incorrigibilis, quando semel abiurata hæresi denuo in illam incidit, tunc enim tanquàm factus incorrigibilis absque spe ueniæ degradandus est, & curiæ seculari tradendus, ut in d.c.ad abolendam.§.illos quoq;. vbi gloss.in uersicu.prærogatiua, & in uersi. relinquatur.hoc modo declarat.capitu.super eo.& c.accusatus.de hæreti. in 6.Itaque glo.supra allegatæ dicentes speciale esse in crimine hæresis, ut supra in relapso in hæresim saluari, & intelligi possunt.

¶Secundò etiam ita saluarentur, nam regulariter in aliis criminibus, propter quæ clericus potest actualiter degradari, & curiæ seculari tradi, antequam ad huiusmodi degradationem deueniri queat, requiritur, vt de incorrigibilitate criminosi constet, ut declaratur in d.c.cum non ab homine.& expressè uoluit gl.fi.huius capituli.& d.ca. ad abolendam.in uer.relinquatur.sed in crimine hæresis statim, quo clericus erit conuictus, & etiam uerbaliter depositus, alio non expectato, & absque eo, quòd aliter de illius contemptu & incorrigibilitate constet, si tunc statim non pœnituerit, & hæresim abiurauerit, poterit actualiter degradari, & curiæ seculari tradi, ut probatur in d.cap.ad abolendam.in §.j.& in d.c.pe.de hæreti. cum simi.Et ex his apparet, glossas illas bene dixisse, speciale esse in crimine hæresis, ut nõ constito de incorrigibilitate, quæ in aliis criminibus requiritur, clericus cõuictus possit actualiter degradari, & curiæ seculari tradi, quod nota, quia hæc est noua declaratio ultra alios.

177 ¶†Secundum crimen, propter quod clericus potest actualiter statim degradari, & curiæ seculari tradi absque eo, q̃ sit incorrigibilis, est crimen falsi, ut dixit glo.in c. ad falsariorum.in ver.tradantur.per illum textum.ǀ.de crimine falsi.& habetur per gl.in d.c.nouimus.in uer. tradantur. & in d.cap.si quis sacerdotum.nam in hoc crimine plura alia sunt specialia secundum Decium hic, Archidiaco. & Domini.in c.in memoriam.19.distin. Ioannes de Ana.in rubrica de crimine falsi circa finem, Alexã.in consil.77.in causa accusationis.colum.3.lib.j.cum aliis similibus. Per quod Decius inferre uoluit, idem dicendum esse in casu proposito, q̃ sit speciale, quia in materia priuilegiatiua sufficit dicere, hoc est speciale, ut uolunt doctores per illum textum.in l. prima.ff.solu.mat. & cum hoc casu secundo loco ab Abb. posito pertranseunt glossæ communiter, & doc.omnes, ac ipse Decius.

¶Mihi uero uideatur hoc dictum ita simpliciter positum, prout & glossæ, & doctores loquuntur non esse uerum, sed idem esse in crimine falsi regulariter, quod regulariter est in aliis criminibus, ut incorrigibilitas requiratur ad hoc, ut clerici realiter deponi, & curiæ seculari tradi possint, ueluti probatur in dicto capitul. ad audientiam.& ibi gloss.& licet ille textus uelit, clericos esse degradandos, debet tamen intelligi uerbaliter, iuxta dictum capitulum, degradatio. nõ aũt realiter, q̃a realis degradatio non fit nisi ad effectum, ut clericus curię seculari tradatur.

ri tradatur.d.cap.nouimus.d.cap.degradatio.vt prędicta sunt de mente glo.in d.c.ad audientiam. & in d.cap. cum non ab homine.

¶Non obstant.d.cap.ad falsariorum.& d.capit.nouimus. quia primum loquitur in casu valde speciali, hoc est in falsante literas apostolicas, illisque falsis vtente, vt ibi, & per gloss. in ver.degradatis. in d.c.ad audientiam.in d.ca. cum non ab homine.& in ca.nec licuit.17.distin.

¶Secundum similiter loquitur de falsantibus literas apostolicas: quia venit ad declarationem eorum, quæ statuit Innocent.iij.in d.cap.ad falsariorum.

178 ¶† Tertium crimen, propter quod clericus statim quo conuictus est, realiter est degradandus & curiæ seculari tradendus est, quando ipse crimen conspirationis, contumeliæ, & calumniæ in suum episcopum commisit, vt est text.in cap.si quis sacerdotum.11.q.j.& in cap.clericus verò.3.q.4.& nota, quoniam hunc casum intelligo concurrentibus omnibus ijs, quæ simul in d.cap.si quis sacerdotum, enumerantur, & hoc modo euitatur inductio, quã hic facit Decius de illo tex.cõtra dictum illarum glossarũ.

¶Ampliari posset hic casus, quando clericus in episcopum seu cardinalem conspirasset, aut mortem, vel vulnus intulisset, aut mandasset, aut socius in his fuisset; tale enim crimen idem est, imo maius, quàm sit proximè enarratum, vt in ca.fęlicis.de pęnis. in 6. & in clement.eod.titu.Nam crimen, de quo in dictis iuribus dicitur esse crimen simile crimini læsæ maiestatis, eademq; ac simili pœna punitur, vt in dictis iuribus, iuncta l.quisquis.C.ad l.iul.maiesta. Quod ergo dicitur in d.c.si quis sacerdotum.a maiori tate rationis dicendum est in casu.d.c.fęlicis.& d.clemen.j.& hoc suadetur: nam cum in casu illorum iurium dicatur crimen sapere crimen læsæ maiestatis, sequitur, q; per est crimen hæresis: quia parificantur, vt in c.vergentis. de hæreti.c.cum secundum leges.cum ibi not.eod.titu.in 6. ergo sicut in hæresi statim degradari, & curiæ seculari tradi potest, ita idem in casu dictorum iurium, argu.glos.& scrib.in l.si quis seruo.C.de furtis.

¶Contrarium tamen in casu.d.c.si quis sacerdotum.& d.c.clericus verò.quod prius incorrigibilitas requiratur, voluit gloss.in d.c.nouimus.& quia hæc est benignior interpretatio, ideo tenenda est, vt illa iura secundum ordinem d.c.cum non ab homine.intelligantur, idem uoluit glos. fin.huius capituli, & d.c.cum non ab homine.argumen. c.nec licuit, & ibi gloss.17.distin.quæ solum duos vel tres casus excipit, prout aliæ glossæ faciunt.

179 ¶† Quartum est crimen scismatis, propter quod clericus est degradandus. cap.de litigantibus.23.q.5.ergo statim, antequam fuerit incorrigibilis. Verius tamen forte videtur, q; in hoc crimine etiam ordo.d.c.cum non ab homine.sit seruandus, vt est de mente glos.ibi, quæ d.c. de litigantibus, pro simili allegat, & istud Abb. hic voluit, quæ interpretatio cum sit benignior, est tenenda, argu.c.in pœnis.c.odia.de regu.iur. in 6.vt in simili in casu.d.c.si quis sacerdotũ.declarant gl.in d.c.nouimus. & gl.fi.huius ca.

¶Ex quibus infertur, quòd ad statim degradandum clericum ac curiæ seculari tradendum, enormitas & grauitas criminis non attenditur, sed solùm nunquid hoc iure expressè cautum reperiatur; quia dicto c.de litigantibus. loquitur de crimine scismati, quod est graue, & tamẽ in illo seruatur dispositio d.c.cum non ab homine. ita & in alijs.

¶Limito tamen prædicta, quando crimen scismatis haberet annexam hæresim, vt in casibus, de quibus per Ioann. de Anna.in rubrica infra de scisma. & ibi Io.And. vt quãdo scisma esset contra Romanam ecclesiam: tunc enim statim clericus ob tale crimen posset degradari: & curiæ seculari tradi, vt hic declarat Abba. & expressæ fuit de mente Ioan.And.hic.Ratio est; quia crimen scismatis in hoc casu heresim sapit, vt habetur in d.rubrica de scisma. sed in crimine hæresis curiæ seculari clericus statim tradi potest vt supra, ergo &c.

¶Cæterùm videtur: quòd etiam in hoc casu quis statim non esset degradandus, neque curiæ seculari tradendus, vt probatur in dicto capitulo, de litigantibus, qui text.in hoc casu loquitur, & tamen ordinem d.c.cum non ab homine. peruueniendi ad incorrigibilitatẽ requirere videtur.

¶Secundò, in crimine hæresis incorrigibilitas præcedere debet antequam ad realem degradationem deueniri possit, vt in c.penult.j.de hæreti.innuit gl. in d.c.ad abolendam, & s̄.dixi ergo idẽ de crimine scismatis dicẽdũ erit, quod non est maius hæresi, sed potius simile, illoq; leuius.

¶Præterea, (vt dixi) non est arguendum in casu nostro de grauitate criminis ad effectum iniungendi pœnam actualis degradationis, vt infra quoque in alio casu dicetur, sed an hoc sit iure cautum. At, in crimine scismatis hoc non reperitur determinatum, imo potius contrarium, vt in d.c.de litigantibus, ergo &c.

¶Rursus contra scismaticos contra Romanam ecclesiam ad pœnam grauissimam non deuenitur, neq; ipsi vt hæretici habentur, nisi postquam in profundum malorum peruenerint, & de eorum incorrigibilitate appareat.c.unico. de scisma.in 6.c.si quis peccata.79.distin.

¶Abb.a premissis partim recedit, partim verò cum his cõcurrit distinguendo, q; aut scisma, quod est contra Romanam ecclesiam heresim in se continere non dicitur, vt quãdo duo de papatu contendunt, & vterq; ecclesiam Apostolicam solùm penes vnum esse posse credit. Aut vero hæresim continet, vt quando duo de papatu contendentes ambo credunt ecclesiam vniuersalem penes duos insolidum esse posse, & tunc hæc dicitur hæresis; quoniam esset contra articulum illum de vnitate ecclesiæ, vt colligitur ex gl. 2.summæ.24.q.j.in fin.ver.iunctis his, quæ habentur per glo.in c.non autem.7.q.j.& in c.si uos. 23. q. 5. Christus enim vnum tantum Apostolicum hoc est Petrum constituit, & non plures, vt in c.loquimur.& c.quicunq;.24.q.j. & in primo casu procedat gl.in d. c. cum non ab homine. vt quis degradari nequeat, nisi sit incorrigibilis, in secundo vero casu secus.

¶Hæc distinctio Abb. non placet; quia etiam in crimine veræ hæresis quis statim actualiter degradari non potest, vt dictum fuit, sed requiritur incorrigibilitas quædam d.c.penul.cum alijs s̄. allegatis, & c.dixit dominus.24.q.3. ergo magis hoc dicendum erit in crimine scismatis, quod etiam quandam speciem hæresis saperet, arguendo ab æquiparatis, argu.c.translato.s̄. de consti. & eorum, quæ habentur per glo.in.l.si quis seruo.C.de furtis.& videtur text.de hoc in d.cap.de litigantibus. qui videtur loqui de scismate habente annexam prauitatem hæreticam, vt communiter intelligitur: & tamen incorrigibilitatem videtur requirere.

¶Posset etiam vltra Abb. aliter distingui, q; aut duo bono zelo electi fuerunt a diuersis partibus eligentium, & tunc istud scisma non est damnabile, aut malo zelo, & tunc scisma hæresim continere dicitur, vt in ca.si duo.& ibi gl.79. dist.iuncto c.fi.cum gl.63.dist.debebit tamen incorrigibilitas interuenire ad hoc, vt realiter q̃s deponi queat, vt s̄.

180 ¶† Alius est casus secundùm Abb. in quo clericus ratione criminis degradari posset, vt quando in crimine sortilegij deprehensus esset.c.admoneant.26.q.7.¶Præterea, crimen sortilegij dicitur grauissimum.c.2.de sortilegijs.Igitur si degradandus est, vt dicitur in d.c. admoneat. debet intelligi de actuali, & reali degradatione. ¶Multa tamen iura de sortilegis loquentia huic dicto aduersantur, quorum aliqua dicunt, illos deponendos esse, aliqua ab ecclesia abijciendos, aliqua esse extraneos ab ecclesia, aliqua ab ecclesiæ cõmunione pellendos, aliqua anathemate feriendos, vt in c.aliquanti.c.fortes.c.si quis clericus.26.q.5.aliqua esse degradandos. d.c.admoneant. Et quibus omnibus infertur, statim actualiter non esse degradandos, sed prius deponendos, postea excommunicandos, & anathematizandos, deinde degradandos & curię seculari tradendos, vt dicitur in d.c.cum non ab homine.& quòd in huiusmodi crimine incorrigibilitas sit attendenda, probari videtur in c.si quis episcopus. & c. quicunq; sacerdotum. 26.q.5.& melius in c.cõtra, ead.cau.& q.quæ iura gl.in d.c.de scisma.allegat pro simili.& licet ille text.probet, scismaticum non esse deponendum, nec degradandum, tamẽ loquit in casu, quo clericus in illud crimen bono zelo incidit, cum quo dispensatur, vt cum eo mitius agatur, ergo si malo zelo, ordinaria pœna, hoc est dispositione plectendus erit, vt in iuribus præallegatis, & per glossam in d.ca. 2.seruato tamen ordine.d.c.cum non ab homine.qui tex. iudicio meo etiam in hoc crimine sortilegij locum sibi vẽdicat, per iura.s̄.allegata.& est ex mente gl.etiam in d.c.2. quod tex.noster.j.in §.de adulterijs.in hoc quoque crimine locum habeat, ex quo infertur, quòd cum in tali crimine episcopus dispensare possit, vt dicitur in c.j.& 2.de sortile.sequitur, quòd in illo etiam habeat locum .d.c. cum nõ ab homine.a quo hic tex.declarationẽ recipit. ¶Itẽ infero, quòd cũ in hoc tex. dicatur, regulariter, & statim clericũ ab episcopo depositum nõ esse curię seculari tradendũ

sortilegus,qui deponendus est,regulariter non erit statim degradandus,& curiæ seculari tradendus,nisi post depositionem fuerit incorrigibilis, vt declarat gloss.nostra fina. iuxta ordinem dicto capitulo,cum non ab homine,& hoc verum esse arbitror.

¶Posset tamen hoc crimen esse tam graue, quòd propriam heresim saperet,vt per Abb.in capitulo primo,de sortileg. & in casu.c.episcopi.26.q.5.Et tunc dici posset vt supra de crimine hæresis dictum fuit.

181 ¶†Abb.hic vltimo loco quærendo subsequitur. Nunquid vltra crimina,de quibus supra dictum fuit,pro alijs grauissima criminibus, pro quibus de iure ciuilis pœna mortis esset imponenda,puta amputationis capitis,vel furcarum, vel incendij,quæ grauiores pœnæ a lege pro crimine iniungendæ esse censetur,iuxta.l.capitalium.ff.de pœnis. in prin.quarum loco de iure canonico clericis delinquentibus est iniungenda pœna degradationis & traditionis curiæ seculari, vt declarat Innocen. in capitulo qualiter, & quando. il 2.infra de accusatio. Nunquid clericus possit statim realiter degradari, & curiæ seculari tradi antequã de illis incorrigibilitate constiterit: Abb.hic per aliquas colum.post Petrum de Ancha.in consi.157.late hunc articulum examinat, & refert Anto. & docto. hic communiter ponere regulam, quòd antequã ad actualem degradationem deueniatur, post verbalem depositionem incorrigibilitas præcedere debet, per tex.dicto capitulo cum non ab homine. etiam si tale crimen esset,propter quod de iure ciuili pœna mortis imponeretur, quale est homicidiũ,vt in l.3.in fin.ff.de sicarijs.& de hoc est tex.clarus in dicto capitulo cum non ab homine.per quem videtur redi falsum id,quod voluit Innocen.in dicto capitulo qualiter. volens hoc casu de iure canonico pœnam actualis degradationis,& traditionis curię seculari esse iniungẽdam. Nam de iure ciuili pro homicidio voluntario quis pœna mortis punitur dicta l.3.in fin. & tamen pro illo clericus incontinenti non degradatur d.c.cum non ab homine.

¶Saluando tamen dictum Innocen. illud intelligo, quando a lege ciuili pro delicto simpliciter & indistinctè pœna mortis semper imponeretur, vt in multis exemplificari potest,veluti in parricidio,in crimine raptus,vt in l.vnica. C.de raptu virgi, & in l. raptores.C. de episcopis & cleri. & per totum.ff.& C.ad l.Pompe.de parricid.& vt sunt plura alia criminum genera, quæ enarrare laboriosum esset. Sed pro simplici homicidio, de quo loquitur dicto capitulo cum non ab homine. lex ciuilis simpliciter & absolutè, omnique casu pœnam mortis non irrogat, sed quandoque minorem.d.l.3.in fi.ergo rectè Innocen.locutus fuit qui hoc modo est declarandus & saluãdus ab his, quæ hic dicit Abb. Præterea Inno.ibi loquitur de aptitudine, hoc est, quòd ibi pro crimine de iure ciuili pœna mortis imponi potest, pro eodem de iure canonico clericus degradari, & curiæ seculari tradi poterit,non tamen ex hoc infertur, istud præcisè ista se habere,sed vt habetur in d.c.cum non ab homine.& in gl.fi.huius cap.

¶Modo circa principale quæsitum Abb.insistẽdo,ipse velle videtur, quod quando sumus in crimine homicidij aggrauato & qualificato, vt est parricidium, crimen assassinatus,in quod occidendo incidit,vt in casu.c.1.de homi. in 6.tunc ex quo statim de iure ciuili simpliciter & indistinctè pœna mortis esset imponenda, de iure canonico clericus actualiter degradari debebit,neque hoc casu locũ habebit dispositio.d.c.cum non ab homine. Idem erit in crimine raptus virginum & mulierum per prædicta,& in alijs quampluribus delinquẽtibus enumeratis in l.nemo. C.de episco.aud. qui nulla misericordia digni sunt. Idem similiter dicendum erit in grassatoribus viarum, in latronibus publicis,& in illis,qui vitæ suorum dominorum, & prælatorum cardinalium & episcoporum insidiãtur, quique crimen lęsæ maiestatis committunt aduersus Papam, vel Imperatorem,vel alium,iuxta.l.quisquis.C.ad leg.Iul. maiesta.& in casibus, de quibus in d.l.capitalium.§.venerari.§.grassatores. cum sequen.& §.famosos.ff.de pœn. & in c.fęlicis.eod.titu.in 6.& in clementina prima. eodem titulo.cum alijs supra allegatis.

¶Hanc conclusionem Abba. primò probat sic arguendo pro crimine falsi; de quo.§.clericus statim actualiter degradatur capitulo,ad falsariorum. de crimine falsi. & dicto capit.nouimus.de verborum significationibus. Ergo idem de alijs criminibus proximè enumeratis, quæ maiora sunt,dicendum erit.

¶Secundò hoc videtur probare.d.c.nouimus. in quo Abbas magnum fundamentum facit,nam vult, ꝙ non solùm pro crimine falsi, sed etiam pro alio crimine graui dãnabili clericus sit curię seculari tradendus, itaq; ibi fit extentio de crimine falsi ad alia grauia crimina. ¶Tertiò Abb. inducit. d.c.cum non ab homine. qui & eodem modo a Decio hic inducitur. ¶ Quartò hunc quoque text.in fi.allegat. ¶Quintò.§.si vero præsens. in auth. de sanctis.epis. vbi locus est præuentioni inter episcopum & iudicem secularem,punire clericum criminosum, igitur ille tex.hodie locum in grauibus habere dici debet, vt est de mente glossæ in capitulo nec licuit, per illum textum.17.distinc. & est optimus text.in c.princeps.23.q.5. Et hanc opinionem secutus est Petrus de Anch.in consi.152.qui ferè omnia ponit,quæ Abb.hic retulit, & ea comprobatur authoritate Innocentij in dicto capitulo qualiter & quando. sic arguendo. Pro quo crimine de iure ciuili absolutè irrogatur pœna mortis naturalis, puta furcarum, amputationis capitis & concremationis,iuxta dictam l.capitalium. pro illis ius canonicum adinuenit pęnam degradationis actualis cum traditione curiæ secularis,sed de iure ciuili pro his criminibus grauibus & atrocissimis statim pœna mortis naturalis irrogatur.d.l.capitalium.ergo & de iure canonico statim contra clericos criminosos iniungi poterit pęna degradationis actualis cum traditione curiæ seculari.

¶Mihi autem videtur, quòd opinio communis contraria sit verior, vt pro nullo crimine etiam graui clericus non possit statim actualiter degradari,& curiæ seculari tradi,nisi de incorrigibilitate constiterit, vt expressè voluit textus in dicto capitulo, cum non ab homine. quod procedere existimo in quocunq; graui crimine vltra illa, quæ ibi specificè enumerantur. Pontifex enim multa esse genera criminum, & grauia & grauissima sciebat, & vt comprehenderet omnia,vsus fuit illis verbis vniuersalibus quibuscunque,quæ dispositionem ampliant, argumento.l.j.C.de sacrosanc.eccle.per Alex.& Imolam in l.quod dicitur.ff.de verborum obligationibus.

¶Secundò,crimen sortilegij est grauissimum,d.cap. secundo, de crimi.sortileg. & tamen in eo incorrigibilitas requiritur, antequam ad actualem degradationem deueniatur,vt supra dictum fuit,& idẽ est in crimine falsi, vt dixi.

¶Tertiò ad effectum, vt absq; incorrigibilitate possit immediate ad actualem degradationem deueniri, nõ solùm criminis grauitas requiritur, sed etiam vt canon expresserit,veluti supra latius dictum est.

¶Verùm quia huius opinionis veritas magis constabit ex responsionibus dandis his quæ pro opinione Abb. & Petri de Ancha.adducuntur, ideo ad illorum solutiones accedo,& in primis non aduersatur id,quod voluit Innocentius in dicto capitu.qualiter & quando.quia licet pro grauissimis delictis de iure ciuili simpliciter & absolutè pęna mortis sit imponenda,& tamen de iure canonico, secundùm quod clericus actualiter est degradandus, & curiæ seculari tradendus,statim degradari non debet, sed debet seruari ordo dicti capitu.cum non ab homine. cum simi. supra allegatis,neque hoc negat Innoc.imo expresè illud sentit, allegando dictum cap.cum non ab homine. & dictum capitu. nec licuit,quæ iura volunt,clericum mediante sua incorrigibilitate esse actualiter declarandum, non autem statim & immediate, & hæc est vera intelligentia eorum,quæ ibi ponit Innocentius.

¶Secundò principaliter non obstat id, qđ de crimine falsi dicitur per d.c.nouimus. & dictum capit.ad falsariorum, quia respondetur, grauitatem criminis hoc non operari, sed expressam iuris dispositionem, quia ita cautum fuit, arg.dicti capit.secundi,de sortilegijs. cum his,quæ supra diximus circa illud crimen, & alia excepta, veluti de eo, qui crimen falsi circa literas apostolicas commisit: in quo istud specialiter, & expresè cauit Innocent.3. vt supra de hoc tetigi. & ideo de illo crimine ad alia non est arguendum.l.ius singulare.ff.de legibus. Quod apparet: quia regulariter in crimine falsi illud idem seruatur, quod in d. capitulo,cum non ab homine. statutum est,capitu.ad audientiam. de crimi. falsi,cum simi.supra allegatis. Neque huic responsioni cõtradicit dictum capitulum,nouimus, qui text.idem in alijs grauibus criminibus velle videtur; quia dupliciter respondetur. Primò,quod quoad pœnam degradationis realis in genere parificantur,vt ibi, sed non in specie, hoc est in modo & forma iniungendi degradationem ad effectum tradendi clericũ curiæ seculari; qa si

non

non quoad pœnam, saltem quoad modum, & tempus illā inferendi differunt.

¶Secundo respondeo, q̄ cum iura antiqua vellent, clericū ratione criminis falsi, & aliorum grauium criminum posse degradari,& dubium esset qualiter ea facienda esset, tex. in dicto capitulo nouimus. hoc declarat. An autem pariter & eodem modo, eodemq; tempore pro omnibus criminibus fieri deberet,& an data incorrigibilitate, vel non, Papę intentio non fuit, hoc ibi declarare, & decidere. id enim antea a Celestino. 3. fuerat declaratum in dicto capit. cum non ab homine. & quia Innocentius in dicto capitulo nouimus. perfectè non declarauerat, qualiter & degradatio uerbalis & actualis fieri deberent. Bonifacius. 8. postea hoc declarauit in c. degradatio. de pœnis in 6. Posset etiam forte dici neq; hæreticum foret, q̄ etiam in crimine falsi in casu. d. c. ad falsariorē. sicut in omnibus alijs grauissimis criminibus degradatio realis irrogari nequeat, nisi secūdùm ordinem. dic. capitu. cum non ab homine. a quo dicto ca. ad falsariorum. declarationem recipit, arg. l. non est nouū. ff. de legibus.

¶Tertio principaliter nō obstat. d. c. cum non ab homine.
182 inductum ut hic per Abbatem. † Quia rectè illum text. intelligendo nihil facit, imo contra Abba. & Petrum de Ancha. probat, quoniam non est crimen quantuncunq; graue quin ecclesia in illo habeat, quid facere possit, vt dici tex. in d. c. cum non ab homine. nam pro crimine tam graui, quā grauissimo ecclesia pęnam sanguinis imponere nō potest. c. sententiam sanguinis. ne cler. uel mona. sed habet suas pęnas, quas secundum diuersitatem delictorum imponit; vt hic, & in c. non afferamus. 24. q. 1. alia enim est pœna suspēsionis, alia interdicti, alia depositionis, alia excommunicationis, alia anathematis, vt in c. is cui. de senten. excōmunicatio. in 6. cum simi. & postquam ad pęnam excommunicationis, & anathematis peruenit, tunc ecclesia nihil habet, vltra, q̄d faciat, nisi vltimo loco data, & cognita incorrigibilitate criminis tam grauis, quàm grauissimi, clericum realiter degradando, illumq; curiæ seculari tradendo. d. c. cū non ab homine. & dum ille tex. dicit, q̄ non habet aliquid ultra, intelligo respectu pœnæ corporalis & sanguinis, quā ecclesia imponere non potest, & hoc est, quod uoluit dicere ille tex. At si ecclesia aliquem laicum puniendum haberet, qui esset incorrigibilis; tunc quia non est necessaria degradatio, postquam de eius incorrigibilitate constiterit, poterit forte illum curiæ seculari tradere, per rationem. d. ca. cum non ab homine.

¶Quarto principaliter non obstat. d. §. si verò præsens. quia allegari non meretur, cum sit lex imperialis, quæ hodie a iure canonico sublata est, per tex. in d. c. cum nō ab homine. & in c. si diligenti. de foro competenti. & per totum. 11. q. 1. Imo cum expressam de personis ecclesiasticis etiam a seculari puniendis mentionem faciat, planè illa dispositio dicitur nulla neque est allegabilis. c. ecclesiæ Sanctæ Mariæ. c. quæ in ecclesiarū. de constitu. gloss. in c. primo, de noui oper. nuntia.

¶Quintò non aduersatur tex. noster in fin. §. de adulteriis. inductus, ut hic per Abbatem, quia responderi potest, q̄ dū ille dicit, non quemlibet clericum depositum, fateor, quando se correxit, & de crimine pœnitentiam egit; quia eum eo dispensari poterit, vt hic in §. de adulterijs, sed si pœnitētiam agere deneget, & sit incorrigibilis clericus depositus atque in profundum malorum venerit, tūc gradatim procedendo episcopus actualiter eum degradare, & curię seculari tradere poterit. vt in d. ca. cum non ab homine. & hoc est, quod voluit dicere hic text. in fin. uer. ut declarat gloss. nostra finalis.

183 ¶† Non aduersatur capitu. primum, infra de homicid. ibi, ab altari meo eum euellas, ut moriatur: quia breuiter enim illi respondetur, q̄ loquitur in laico, ut ibi intelligit glossa, & colligitur in Exodo, vnde sumptus fuit ille tex. & consequenter non loquitur de degradatione, sed de morte naturali, qua homicidæ lege temporali sunt puniendi, iuxta. l. 3. in fin. ff. de sica. Vel intelligēdo etiam de clericis, qui voluntariè occiderunt, respondeo, illos esse euellendos ab altari, hoc est uerbaliter deponendos ad effectum, ut moriatur, morte uidelicet ecclesiastica, quæ est excommunicatio, & anathema, quæ dicitur pęna mortalis, vt in capitulo, nemo episcoporum. 11. q. 3. si autem velimus intelligere de morte corporali, hoc est intelligendum mediante degradatione actuali, & traditione facta curiæ seculari secundum ordinem. d. capitulo cum non ab homine. quod apertè colligitur ex illo tex. qui de simplici homicidio loquitur, ad cuius pœnam ecclesia gradatim procedit, ut expresse de homicidio uult dicto capitulo cum non ab homine. Preterea dictum capitu. primum, non potest de pęna mortis corporalis intelligi; quia canon illam imponere nō potest, neque de ea cogitare, ut supra dictum est, imo episcopus tradendo clericum curiæ seculari debet pro eo intercedere, ut citra mortem illum suo arbitrio puniat. dicto capitulo nouimus.

¶Septimò non contradicit. capitu. primum. de homici. in 6. qui text. loquitur de eo qui occidit, uel aliquem mediante precio occidi mandauit: nam ille non tendit ad pœnam degradationis, sed ad finem alterius pęnæ, quæ tam laicis, quàm clericis communis esse potest, ut ibi.

¶Octauò non refragatur capitulum si quis laicus. 22. quæstio. 5. ubi ratione periurij, de quo etiam agitur in dicta capitulo cum non ab homine. tex. inquit episcopum, & aliū clericum posse simpliciter degradari, nam cum simpliciter de degradatione loquatur, debet intelligi de uerbali, & si fuerit incorrigibilis, postea actualiter degradandus erit, ut inquit tex. in d. c. cū non ab homine. qui expressè etiam de crimine periurij loquitur.

¶Vltimo non aduersatur. c. contra idolorum cultores. 26. q. 5. Nam ibi si idololatræ sortilegi, & similes velint se emēdare, sintq; corrigibiles, non degradantur, neque curiæ seculari tradunt, sed aliter leuius puniuntur, ut ibi, ergo patet, illum tex. nihil ad propositum facere. Præterea, non loquitur de clericis, sed de laicis sortilegis, idolorumq; cultoribus, in quos pœna degradationis non cadit. d. capi. nouimus. & d. c. degradatio, sed alia, de qua ibi.

¶ Et hæc sufficiant quoad hunc articulum, & principium huius capitu. at si clerici. aliter non insistendo super. §. de adulterijs. cuius materia ferè tota fuit declarata in principio huius decretalis, excepta materia dispensationis, quæ super criminibus ad episcopum pertinet, de qua videas per Abbatem hic, & alios, & latè per Speculatorem in titulo de dispensatione. §. nunc de episcoporum. qui melius quàm quilibet alius hanc materiam ponit. Laus Deo Amen.

SVMMARIVM.

1 *Iuris promulgatio quandoque fit per verbum volumus.*

2 *De priuilegijs apostolicis inferiori disputare, & iudicare nō licet, & nu. 7.*

3 *Regula, eius est interpretari, cuius est condere, non solùm in legibus, sed etiam in statutis, & priuilegijs locum sibi vendicat.*

4 *Interptetatio multiplex est.*

5 *Dubium legis, vel priuilegij quomodo declaratur, quando conditoris, vel concedentis copia haberi non potest.*

6 *Sententia, & iudicium est quędam interpretatio.*

8 *Prescriptio ad hoc, vt Papæ eiusque sedi pręiudicet, quid requirat.*

9 *De potestate Papæ ad inferiorem iudicare non spectat, & an ad concilium generale. nume. 10.*

11 *Vasallus fidelitatem domino seruare non tenetur, quando is leges principis non seruaret, & quomodo hoc intelligatur.*

12 *De priuilegijs concessis sedi Apostolicæ, an solus Papa cognoscat, vel etiam eius delegatus.*

13 *De priuilegijs apostolicis alteri concessis, an inferior ad præiudicium vel fauorem partium coguoscere possit.*

14 *Iudex legem scriptam communem ad præiudicium partium interpretatur.*

15 *Arguere possumus de lege communi ad priuilegium.*

16 *Priuilegij verba dubia quomodo sint declaranda.*

17 *Iuramentum quando a Papa interpretari, & relaxari potest.*

18 *In concernentibus animam personarum acceptio non est habenda.*

19 *Sententia lata super priuilegijs apostolicis a non habente potestatem an valeat.*

20 *Declaratio Papæ ſui priuilegij alteri conceſſi eſt neceſſaria, illiq; omnino ſtandum eſt etiam ad alterius præiudicium.*

21 *Papa an ex ſua declaratione, nouaque conceſſione poſſit tollere ius alteri ex priuilegio acquiſitum.*

22 *Legitimatio ſpurij poſt mortem patris an & quando a principe fieri poſſit in præiudicium iuris acquiſiti venientibus ab inteſtato.*

23 *Priuilegium cum onere acquiſitum non poteſt a principe ſine iuſta cauſa tolli.*

24 *Legitimatio ſpurij non præiudicat legitimè filiorum legitimorum & naturalium, niſi quò ad diminutionem.*

25 *Papa ex ſua mera voluntate an poſſit priuare epiſcopum ſuo epiſcopatu, & clericum ſuo beneficio.*

26 *Papa in cauſa ſua ciuili, quę perſonam ſuam tangeret, an iudex eſſe poſſit.*

27 *Domini de facto ſuperiorem non recognoſcentes in cauſis ſuis iudices eſſe poſſunt, niſi illas cum non ſubdito haberent.*

28 *Papa in cauſa ſua iudicans impropriè dicitur iudex.*

29 *Inter duos de papatu contendentes, qui contra fas electi fuerint, quis iudex eſſe debeat.*

30 *Concilij congregatio quando fit abſque authoritate Papæ, ad quem ſpectet.*

31 *Papa in cauſa proprij delicti an iudex eſſe poſſit, vſque ad nume. 45.*

32 *Papa an ab eo, cuius iuriſdictioni ſe ſubmiſit, iudicari & condemnari poſſit.*

33 *Cauſa criminis Papæ ad ſolùm Deum ſpectat.*

34 *Papa in cauſa hæreſis propriæ ſumptæ à concilio accuſari, & deponi poteſt.*

35 *Hæreticus non dicitur, qui ſe corrigi paratus eſt.*

36 *In his, quæ ipſo iure a lege fiunt, ſola ſententia declaratoria ſufficit.*

37 *Papa propter aliquod crimen notorium, ſcandaloſum, & incorrigibile coram concilio generali poteſt de illo accuſari, & damnari, & an verum ſit nume. 41.*

38 *Diſpoſitio certam qualitatem præſupponens locum non habet, niſi probata & concurrente illa qualitate.*

39 *Incorrigibilitas quomodo inducatur.*

40 *Eccleſia habet bona temporalia a iure poſitiuo.*

42 *Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptuatis, & in his ius commune facit.*

43 *Prælati ob crimen notorium, ſcandaloſum & incorrigibile.*

44 *Hæreſis cauſata ex crimine notorio & incorrigibili dicitur ficta hereſis.*

45 *Crimina in faciendo commiſſa ſunt maiora, quàm in non faciendo & negligendo.*

46 *Papa alienando & diſſipando bona eccleſiæ notoriè & ſcãdaloſè, & in hoc ſit incorrigibilis, an accuſari & deponi poſſit.*

47 *Dominium rerum temporalium eccleſiæ acquiſitum dicitur de iure poſitiuo.*

48 *Dominium vtile recognoſcens directum dicitur fictum dominium.*

Caput, Cum veniſſent, &c.

PRIMO notandum eſt ſecundum Abba. ibi, volumus de ipſis per alios iudicari, † quòd iuris promulgatio qnandoque fit per verbũ volumus & maximè in principe, qui illud, quod iuris eſt, voluiſſe præſumitur. capitu. ex ore. de priuileg. & cuius verbum eſt lex. §. ſed quod principi. inſtitu. de iure naturali, gentium & ciui. l. 1. ff. de conſtitu. princip. dummodo non ſit contra legem diuinam: quia tunc princeps errare potius, quàm legem condere diceretur. ca. ſunt quidam. 25. q. 1. cum ibi not.

2 ¶ † Secundò noto, quòd de priuilegijs ſedis Apoſtolicæ nõ eſt licitum inferiori diſputare, nec principaliter iudicare, veluti quando ſuper his cauſa & quæſtio principaliter moueretur vt innuit hic tex. ibi, cum ſuper priuilegijs ſedis Apoſtolicæ cauſa vertatur, & ſic principaliter. Cauſa autem verti dicitur, quando negotium principaliter proponitur ad finem, vt diſcutiatur, atque diffiniatur capitulo forus. de verbo. ſignifi. An autem incidenter inferior de illis cognoſcere valeat, infra in gloſſ. dicetur. Amplia prædicta: vt nec etiam de illis inferior cognoſcere valeat, quæ tendunt, ac veniunt ad ſecuritatem & confirmationem dictorum priuilegiorum; quoniam de ijs vt de ipſis priuilegijs eſt iudicandum, argu. nota. per gloſſ. & Bald. in l. 1. C. communia de lega. in ver. ſuper his. iuncto text. vbi per illum text. probatur, quòd ad proſequendum legatum dantur rei vendicatio actio perſonalis, ac etiam ſeruiana, hoc eſt hypothecaria, quæ ſuper his relicta fuerunt, competit, dicit gloſſ. ſuper his, hoc eſt ſuper illorum ſecuritate, & ideo Bal. per eum tex. cum gl. dicit, ꝙ ſi per ſtatutum, vel reſcriptum ſtatutum, cõceſſumve fuit, ꝙ in cauſis inſtrorum guarentigię procedatur ſummariè. &c. poterit etiam ita procedi, ſi contra debitorem hypothecaria agatur; quia illa ad ſecuritatem debiti interuenit. Ex quibus infertur, quod ſi inſtrumentum guarentigiatum quo ad principale debitum exequutionem paratam habet, eandem habebit quoad pœnam, & alia in inſtrumento poſita, quę ad ſecuritatem debiti, & inſtrumenti interuenerũt, & ideo inferri poteſt, quod vbicunq; in priuilegio apoſtolico eſſet adiecta pęna, vel alia clauſula ad firmitatem, robur & obſeruationem priuilegii, cognitio illius pœnæ, & clauſulæ principaliter ad ſolum Papam ſpectaret, & non ad inferiorem, niſi ex ſpeciali commiſſione: vt quia in priuilegio exequutores dati fuiſſent, iuxta no. in c. 2. de cõfir. vti. vel inuti. illa enim quæ trahũt originem a diſpoſitione, de qua in priuilegio, vel obligatione continetur, eandem naturam habent, ac de illis pariter eſt iudicandum, vt de ipſo priuilegio. Faciunt nota. ꝑ Bart. in l. ſolent. ff. de alimen. & cib. lega. Bald. in l. liberti. C. de op. liber. dum ponit differentiam inter de, & ſuper.

3 ¶ † Tertio notandum eſt, quod illa regula eius eſt interpretari, cuius eſt condere, non ſolum procedit in interpretando ius & leges, vt in l. fin. C. de legibus. c. inter alia. de ſenten. excommunic. §. ex his omnibus. xj. q. j. l. cum nouatione. C. de ſacroſan. eccle. ſed etiam in priuilegiis a principe conceſſis, vt hic eſt tex. nota. idem dicas in ſtatutis populi, vt uoluit Bal. in d. l. cum nouatione. & prout voluit gloſſ.
4 in d. §. ex his omnibus, † multiplex eſt interpretatio alia eſt probabilis, ſed non neceſſaria, vt eſt illa doctores & gloſſæ. Bar. in l. nemo. C. de ſenten. docto. in capitulo ſecundo, de reſcrip. l. vnica. C. de profeſſoribus. libro decimo. quædam eſt neceſſaria, ſed non generalis, vt eſt illa iudicis. l. nam vt ait. ff. de legibus. cum no. in rubrica de appellationib. Alia eſt neceſſaria probabilis, & generalis & ſine ſcriptis, vt eſt ille cõſuetudinis. l. ſi de interpretatione. ff. de legib. c. Abbate. de verbo. ſignificatio. Alia neceſſaria, generalis, probabilis, & in ſcriptis, vt eſt principis. l. ultima. C. de legibus. & ſimilem gloſſam. vide in l. ſi de interpretatione. cum ſequẽti. & in l. & ideo. ff. de legibus.

5 ¶ † Prædicta autem vera ſunt, quando de facili poſſet haberi copia conditoris, alias dubium per rationem naturalem decidi poſſet. Item procedendo de ſimilibus ad ſimilia, vt eſt caſus notabilis in priuilegio in l. ex facto. ff. de uulgari & pupillari ſubſtitu. facit quod dicunt doctores in l. cum de nouo. C. de legibus. & l. non poſſunt. ff. eodem titulo. & Cynus in l. non dubium. C. eodem titulo. inquit, ꝙ quando lex rationem non exprimit, poſſumus cogitare rationẽ naturalem, quæ principem ad ſic ſtatuẽdũ mouere potuit. l. ſcire oportet. §. ſufficit, in uer. naturali iuſtitia. ff. de excu. tuto. cle. cum ratione naturali. de electio. l. cum ratio. ff. de bon. damna. & adduco tex. cum gl. in uer. argu. in c. forus. de uerb. ſignifica. vbi tex. dicit, ꝙ cauſa aut argumento, aut probatione cõſtat, & argumentũ eſt, ꝙ ſola inueſtigatione inuenit veritatem, dicit gloſſ. quòd argumentum vocat rationem naturalem, quia in iudicijs valet probatio quæ fit per rationem naturalem.

¶ Gloſſa prima & vnica in tres partes diuiditur, vt hic per
6 Abbatem. Prima ſecundum ipſum eſt clara, † ex ea tamen iuncto tex. in ver. iudicari. colligitur, quod iudicare eſt interpre-

terpretari, & sic sententia, & iudicium quædam interpretatio diffinitiua esse dicitur, & necessaria, vt hic, multiplex enim est interpretatio, vt latè per Bart. in l. omnes populi. ff. de iustitia & iure. & supra dictum fuit.

7 ¶†In secunda parte gloss. ex verbis Abb. primo colligitur, q hic text. potest intelligi de priuilegijs sedis Apostolicæ passiuè, hoc est concessis ipsi sedi Apostolicæ a Deo per beatum Petrum, cui fuit concessum priuilegium, vt ecclesia Romana esset caput omnium ecclesiarum, & maior omnibus aliis, eique omnes aliæ subiectæ dicerentur, argumẽto. ca. dudum. 3. q. 5. c. j. cum sequentibus de translatione episcopi. c. quod trãslationem. de officio legati. c. maiores. de baptis. c. fi. 16. q. 3. iũcto. c. in nouo. cum sequen. 21. distin. & c. aliorum. 9. q. 3. & dicit Abbas ita hunc tex. intelligere gloss. nostram in fi. quod est falsum secundum Deciũ hic, quia ipsa expresse negat, illum loqui de huiusmodi priuilegiis passiuè, nã (vt inquit Decius,) si ita intelligeretur, esset tex. de indubitabili, cõtra. l. quod Labeo: cum gl. ff. ad carbo. l. j. in fi. ff. ad municipa. & l. si quando. in prin. C. de inoffi. testamen.

¶Sed tu saluãdo Abb. dicas, quod etiam hic text. potest intelligi de priuilegis sedi Apostolicæ concessis, sicut de priuilegijs, quæ ipsa alijs concedit: quoniam cum generaliter de priuilegijs sedis Apostolicæ loquatur, quorum appellatione illa quoque contineri possunt, cum dicantur esse priuilegia sedis Apostolicæ. d. c. j. de transla. episco. cũ aliis supra allegatis, & verba omnia huius tex. etiam huiusmodi priuilegiis conueniant, & adaptentur, ergo de his quoque intelligi, & verificari hic tex. poterit, tum quia verum est, quod super illis alius inferior iudicare nõ potest, tum quia verba sunt generalia, & ideo tex. debet generaliter intelligi, argumento. l. in fraudem. in fin. ff. de testa. mili. l. de precio. ff. de publicia. & c. ad audientiã. de decimis. & dispositio huius tex. huic casui, & priuilegiis sedi Apostolicæ concessis conuenire debet, quoniam cui legis verba cõueniũt, eius quoq; dispositio conuenire debet. l. 4. §. toties. ff. de damno infecto. l. j. in fin. ff. de aleato.

¶Nõ obstat, quòd sic intelligere esset de indubitabili, quia respõdetur, quòd licet maius dubium esset, quòd inferior posset, vel non posset cognoscere de priuilegiis a sede Apostolica alteri concessis, tamen etiam aliquod dubium erat, an idem posset cognoscere de priuilegiis sedi Apostolicæ concessis, videmus enim quòd inferior de priuilegio Papę iudicat, & licet Papa hoc priuilegium habeat, vt a nemine possit iudicari. c. si Papa. 40. dist. c. nemo. c. aliorum. c. cuncta per mundum. 10. q. 3. tamen is quandoque etiã ab alio iudicatur, vt no. in d. c. nemo. & habetur in c. nos si incompetenter. 2. q. 7. & in c. nunc autem. cum glossa. 21. distin. Item si Papa peccauerit, potest eius peccatum ecclesiæ denuntiari, iuxta euangelicam admonitionem. c. si peccauerit. cum ibi notat. 2. q. 1. & nota. per gloss. in dicto capitu. nemo. & hæc rem dubiam faciebant, quod etiam de priuilegiis sedi Apostolicæ concessis inferior posset iudicare, propterea per hunc tex. fuit contrarium decisum.

¶Sed contra hunc intellectum, quòd imo text. solum debeat intelligi de priuilegiis apostolicis actiuè, quæ ipsa sedes Apostolica concedit, induco hunc tex. iuncto. ca. cum venissent. de in integrum restitut. cuius hæc decretalis est pars, vt hic per glo. & Ioannem Andream ergo per illam suppleri debet, vt in simili dicit gl. in ca. vt nostrum. de appellationibus. verum vt clare constat ex dicto cap. cum venissent. ille tex. loquitur solũ in priuilegiis apostolicis actiue, ergo eodem modo tex. noster debet intelligi.

¶Huic inductioni respondeas, quòd licet ille text. loquat de priuilegio apostolico actiuè, tamẽ ratio eius decisionis est generalis, prout esse debet. l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de leg. 2. cum simi. quę militant etiam in priuilegiis apostolicis passiuè, & multo magis. ratio enim illius text. fuit; quia de priuilegiis apostolicis inferior cognoscere non potest. Respectu cuius rationis hic tex. est pars illius, quia sub hoc titulo per modum regulæ, quæ assumitur ex ratione dicti capi. cum venissent. posita fuit hæc decretalis.

¶Vel dici potest, hanc decretalem esse partem illius antiquæ, prout habetur in antiqua compilatione, & non illius. de qua habetur in dicto capitul. cum venissent. vbi nihil dicitur de eo, quod hic deciditur.

¶Posset aliter, & forte melius intelligi hæc glossa in illo versiculo, & intelligitur &c. vt eius dictum ibi non referatur ad intelligentiam literæ, sed ad id quod gl. supra proximè dixerat, & illius sensus sit, quod licet ipse Papa possit cognoscere de priuilegiis suis, sicut imperator de rebus, & causis suis, tñ consultius, & honestius faciet, si id alteri cõmittat, & hoc intelligitur de priuilegiis actiuè, non autem de priuilegiis passiuè; quia de illis solus ipse, & non per aliũ iudicat de alijs vero hoc est de priuilegiis actiuè ipse per se, & per alios cognoscere potest, & ita intelligendo cessant ea, quæ voluit Abbas & Decius.

8 ¶†Secundò ex verbis Abbatis noto, multis omissis, quæ per te colligere potes, quòd præscriptio ad hoc, vt Papæ & eius sedi præiudicet, debet procedere & induci cum aliis qualitatibus requisitis ad præscriptionem contra ecclesiã Romanam, hoc est vt procedat cum tempore centum annorum, iuxta c. ad audientiam. cum ibi notatis de præscriptionibus. & ibi gloss. in versiculo principaliter cum c. sequenti, & per glossam in capitu. dilectus. de capellis monachorum, quæ hoc voluit, per tex. in c. volumus. 16. q. 4. cũ gloss. in versiculo ecclesiæ, & per c. cum super controuersia, & cap. suborta. de re iudicata, & ad propositum, vide dictum Bartoli in l. si publicanus. §. fi. ff. de publica. qui dicit q passagium competens inferiori a principe præscribitur minori tempore contra inferiorem, quàm contra ipsum principem, quod dictum commendat Baldus in c. j. quæ sint regalia. & in ca. conquerenti. de officio ordinarij, per Abba. in c. super quibusdam. §. præterea. de verbor. signi.

¶Prædicta tamen declara quo ad iura, quæ ad sedem Apostolicam, vel ad principem principaliter spectant; quia illis non præiudicatur, quamuis iuribus exempti, & inferioris præiudicetur, & ad præscribẽdum aduersus illud ius principis & Papæ maius tempus requiritur, vt dictũ est, secus est respectu iuris, quod principaliter exempto, vel inferiori, & secundario ipsi Papæ, ac sedi Apostolicæ competit: quoniam ita facile, & eodem tempore tolli, & pręscribi poterit, quo si esset ius ipsi inferiori tãtum competens, vt est tex. cum glo. in versiculo principaliter, in dicto cap. ad audiẽtiam. p quæ iura Abb. ibi dicit bene notãdum esse pro intellectu iurium dicentium, quòd contra Romanam ecclesiam solum pręscriptio cẽtum annorum currit. c. cum nobis. de præscript. Nam illud debet intelligi respectu rerum & iurium principaliter ad Romanam ecclesiam spectantium, & non secundario, & ita vltra gloss. ibi voluit Hostien. in expositione verbi principaliter, & sic infertur, quòd licet quælibet ecclesia ad Papam spectet, ac iura omnium ecclesiarũ ad ecclesiam Romanam pertineant; quia illa est caput & domina omnium. c. dudum. 3. q. 6. tamen Papa non potest se contra omnem præscriptionem quadragenariam factam, siue decursam contra ecclesiam inferiorem: quia ecclesiæ inferiores, & earum iura ad Papã non principaliter, sed secundario spectant, quod ius non gaudet priuilegiis sedi Apostolicæ, & Romanæ ecclesiæ concessis, quicquid dixerint nonnulli in c. 2. de præscriptionibus per illum textum, nam est falsum. per dictum c. ad audientiam. cum glo.

¶Tertiò in eodem secundo membro distinctionis Abba. 9 colligitur, †quod inferior non potest cognoscere, nec iudicare super illo articulo, quando dubitatio esset de ptãte ipsius Papæ concedentis: nam tunc solus Papa, vel eius delegatus cognoscit & iudicat, vt hic concludit Anto. ad quod licet ipse nihil alleget, tamen satisfacit tex. in c. 1. de translatione episcopi. vbi probatur, quòd a Deo per beatum Petrum datum est priuilegium ecclesiæ Romanæ, vt dicatur esse caput omnium ecclesiarum, capitulo, dudum. tertia quæstione sexta. capitulo aliorum. nona quæstione tertia, & ad eam plura in signum singularis priuilegij spectant, de quibus in capitulo, quod translationem. de officio legati. & in capitulo maiores, de baptis. hæc enim, an Papa facere possit inferior non cognoscit dicto capitulo dudum, capitulo quãuis, c. accusatus. tertia quæstione sexta. & hoc tenet Innocen. in capitulo ex parte, il primo. de uerborum significatio. colum. prima, circa medium, in uersicul. Item quod si de potestate. Hoc idem uoluit gloss. no. hic in vlti. verbis. nam disputare, an Papa possit, vel potuerit aliquid facere, quod ad suam potestatem spectet: esset disputare uel cognoscere de priuilegiis ipsi sedi Apostolicæ cõcessis, quod non est licitum, capitulo primo, de trãslatione episcopi. & §. qui autem. 16. quæstione 4. & ipse ad hoc allegat textum in cap. nemo. 16. quæstione 3. & facit. c. cuncta per mundum. 9. q. 3.

¶Et ex prædictis posset illa quæstio decidi, si dubitaretur, an Papa possit dispensare in primo & secundo gradu affinitatis & consanguinitatis, prout dubitatur a glossa, doctor. & Abb.

& Abb.in c.literas. de restitutione spoliatorum. & glossa summæ.35.quæstione 8.quod de hoc dubio alius inferior cognoscere non posset, sed solus Papa, vel eius delegatus per prædicta.

10 ¶†Ex quibus inferri potest, qđ de hoc, & de alia potestate Papæ concilium generale non posset cognoscere, nec iudicare, nisi de licentia Papę: quoniam concilium dicitur esse minus, & inferius Papa: nam ipse Papa de factis concilij cognoscit, & non econtra. dicto capitul. nemo. cum glossa, & dicto capitulo cuncta per mundum. clementina, ne Romani. cum ibi notatis, maximè per Cardinal. Imol. & alios de electio. & vide tex. cum gloss. in capitulo in istis. quarta distinct. & gloss. magna in capitulo generali, de electio. in sexto. dicit, quòd ille, qui canones trāsgreditur, credens Romanam ecclesiam non habere potestatem, & authoritatē condendi canones, dr̄ hereticus & vt hereticus puniri potest, facit. c. nulli fas. 25. quæstio. 1. & ibi gloss. & ita intelligatur. capit. violatores. & capi. generali. 25. quæstione. 1. & ca. si quis dogmata. 25. quęstione 2. & dicit

11 Roma. in singul. 503. quòd † vasallus potest a domino recedere, & ei fidelitatē non seruare, quando ipse leges principis non seruaret, puta imperatoris & Papæ, qui ambo legis condendæ authoritatem habent, vt in capit. translato. & in capitulo primo, de constitu. iuncta l. prima. ff. de constitu. princip. §. sed & quod prin. institu. de iure natu. gen. & ciui. & Roma. allegat gloss. singularem. in c. sacerdotes. secunda quæstione septima. Intelligerem tamen hoc procedere, quando dominus non seruaret leges, vel canones; quia denegaret principem habere potestatem illas condēdi, vt supra & hæc est mens Roma. in dicto singu. 503. allegando. dicto capit. nulli fas. & not. in dicto capit. generali. quæ iura in hoc casu loquuntur, & hoc nil mirum; qm̄ cum tales ex hoc sint hæretici, & vt heretici puniendi, ut habetur in dicto capit. generali. cum simi. supra allegatis, sequitur, quod ipso iure dicuntur priuati feudis & vasallis suis, qui impune ab ipsis recedere possunt, neq; fidelitatis iuramentum seruare tenentur, vt habetur in capitu. vergentis, & capitu. fin. vbi casus extra de hæreticis, vbi gloss. dicit, quod Papa ex hac causa absoluit, quem a iuramento fidelitatis, & ab omni iuramēto; quoniam ad ipsum iuramenti interpretatio spectat. capit. venerabilem. de electio. c. quemadmodum. & c. & si Christus. de iureiurando. l. fina. ff. qui satisdatio. cogan. & l. fina. C. de non nume. pecu. cum simi.

12 ¶† Vnum aliud in hoc secundo membro sentit Abb. post gloss. nostram, quod satis dubitabile esse videtur. Nam innuūt, quod quamuis Papa per se, & per alium, puta per delegatum suum possit cognoscere de priuilegijs cōcessis alteri a sede Apostolica, tamē de priuilegiis sedi Apostolicæ concessis solus per se cognoscere possit, & non per alium, & sic nec per delegatum suum, & cum his docto. hic pertranseunt, & consequenter infertur, quod hæ causæ priuilegiorum sedis Apostolicæ passiuè dicuntur esse indelegabiles, quod si verum esset, satis notandū est: cum omnes causæ etiam meri & mixti imperij de iure canonico sint delegabiles, quamuis secus sit de iure ciuili. capitu. quod sedes. & ibi gloss. de officio ordina. iuncta lege prima, ff. de officio eius, cui manda. est iurisdict. quod nota pro limitatione eorum, quæ habentur in dicto capitulo, quod sedes.

¶Sed contrarium in pūcto iuris mihi verius esse videtur, quod sicut Papa per se potest, ita & per suum delagatū possit cognoscere de priuilegijs suæ sedi Apostolicæ, & Romanæ ecclesiæ concessis, & hoc primo probo per hunc tex. illū generaliter & indistincte intelligendo, vt supra vbi hæc duo parificātur quantum ad hoc, vt alius possit cognoscere, sed de priuilegiis apostolicis alteri cōcessis Papa per se, & per alium cognoscere potest, vt omnes hic fatentur, & probatur ex not. in capitulo secundo, de confirma. vti. vel inuti. ergo idem dicendum est de priuilegijs sedi Apostolicæ concessis.

¶Secundò sic arguo, sedes Apostolica, vel Papa, aut Romana ecclesia habet priuilegium, vt de ea nullus iudicare valeat, nisi Papa. capitulo nemo, capitulo aliorum, capitulo cuncta per mundum. 9. quæstione tertia. ca. nunc autem. 21. distin. cum simil. & tamen non obstante tali priuilegio Papa potest alicui committere, & sic delegare, quòd is de persona ipsius Papæ cognoscat, & iudicet, gloss. in d. c. nemo. in c. nos si incompetenter. 2. quæstione 7. no. in ca. si Papę. 40. distin. ergo similiter poterit alteri committere & delegare, vt de priuilegijs, sedis Apostolicæ cognoscat; quod est minus.

¶Tertiò, quamuis de iure ciuili quoad potestate delegandi sit differentia inter causas, & causas. d. l. prima. ff. de officio eius, cui mandata est iurisdi. Tamen secundum ius canonicum nulla est differentia. dicto capitu. quod sedes. cum ibi nota.

¶Quartò, pro hoc induco aliqua iura idem probātia, præsupponendo id, quod volunt docto. Abb. & communiter alij in capitulo ptimo, supra eodem vbi dixi, quòd deponere episcopos, sicut transferre illos ad sedem Apostolicam spectat in signum cuiusdam singularis priuilegij. capitulo quamuis. 3. quęstione 6. iuncto. cap. quod translationem, de officio legat. & tamen Papa illud alteri committere & delegare potest, puta cōcilio prouinciali, archiepiscopo & alteri vt dixi in dicto capitulo primo, & probatur in capitu. accusatus. c. dudum. & c. multum stupeo. vbi casus. 3. quæstione sexta, cogita tamē; quia contrarium est de mente gloss.

13 ¶†Modo venio ad aliud membrum Abb. quando dubitatur, an inferior possit incidenter cognoscere de priuilegijs Apostolicis non ad præiudicium iurium Papæ concedentis, sed ad præiudicium, & fauorem partium litigantium, vt ipse inferior possit incidenter diffinire non directè super mente priuilegii, sed an priuilegiatus sit priuilegij capax, an verò priuilegium sit subreptitium, vel falsò impetratum, Doctor. communiter sentiunt, quòd inferior ita incidenter possit cognoscere; quoniam tunc potius ab inferiore dicitur cognosci & iudicari de ipso priuilegiato, & de iure ipsi competēte, quàm de priuilegio. facit quod in simili not. in c. j. & 2. de confirma. vti. vel inuti. c. super literis. de rescrip. & c. j. de de litis contesta. in 6. vbi iudex, qui cognoscit de causa, cognoscit etiam incidēter de subreptione rescripti Papæ.

¶Contra hoc membrum, quòd imo cognitio spectet ad Papam, & ideo inferior teneatur remittere impetrantē ad Papam, videtur text. not. in capitulo secundo, in fin. de rescrip. ibi, & sæpe dictum I. cum literis nostris, quas ibi detulit, ad presentiam nostram venire compellas, sed saluando respondeas, ibi remissionem fieri ad Papam, non vt cognoscat de quęstione incidenter mota super literis apostolicis, an fuerint subreptitiè ac falsò impetratę, iuxta dicto capitu. super literis, quia huiusmodi cognitio spectat etiā ad iudicem, coram quo causa principalis cognoscebatur, & coram quo literę fuerunt impetratę. dicto capitu. super literis. & probatur in dicto capit. secundo, ibi, si inueneris, quod secundum predictum modum ei scripserimus &c. sed ibi fit remissio ad Papā de persona, quę presumitur literas apostolicas falsas impetrasse post cognitionem subreptionis ad effectum, vt impetrans de falsitate puniatur, ut etiam ibi tangit gloss. quæ dicit, tales falsarios literarum apostolicarum debere remitti ad Papam puniendos capitu. in memoriam. 19. distinctio. capitu. ad falsariorum. de crimi. falsi.

¶Ex quibus habemus, q̄ quāuis cognitio subreptionis, & falsitatis, quæ incidenter fit, spectare possit ad inferiorē qui de causa principali cognoscit, tunc cognitio criminis & falsitatis literarum ad effectum puniendi impetrātem, illisque vtentem ad Papam, & non ad inferiorem spectat. dicto capitulo secundo, in fi. cum glo. Ratio est: quia tunc principaliter dicit agi de literis apostolicis, & iure ipsius Papæ cuius interest literas suas nō falsificari. d. c. ad falsariorum. & d. c. in memoriam.

¶Subdit Abb. quòd quando dubitatio solum est circa verba priuilegij, in quo sint aliqua verba dubia & obscura interpretatione ac declaratione indigentia, tūc si casus sit clarus, qui facile decidi possit inferior potest incidenter illud dubium declarare, & de eo cognoscere ad præiudicium partium secundum omnes docto. Pro quo dicto facit ratio satis vrgens; nā certum est, quòd† inferior, qui de causa cognoscit, ad illius decisionē interpretatur legem scriptam communem ad præiudicium partium, vt not. Inno. in c. cum speciali. de appel. facit l. vnica. C. de professo. lib. 12. ibi, interpretandique subtilitatem. l. scire oportet. §. illis vero. ff. de excusa. tut. l. nemo. C. de senten. & quamuis scriptum cautumque sit ad solū principē spectare legē interpretari. l. fi. C. de legib. c. inter alia. de sen. excō. illud tn̄ intelligitur, quando principaliter de legis interpretatione ageretur causa faciendi communem legem. d. l. fin. ergo a fortiori, vel saltem pariter dicetur inferiori & iudici permissum 14

missum incidenter interpretari ad præiudicium partium
legem priuatam, non autem dicas legem non scriptam,
prout verba Abb. se habent: quoniam priuilegium princi
pis propriè dicitur lex priuata, & non lex non scripta, vt est
tex. in c. priuilegia. 3. distin. Præterea, cum verba legis esse
debeant certa. c. erit autem lex, 4. distin. eodem modo ver
ba priuilegii debent esse certa: quia censentur esse verba le
gis priuatæ, vt dicit gloss. in dicto capit. priuilegia. & hæc
fuit etiam ratio Innocen. in capitu. Abbate. de verborum
significa.
15 ¶†Ex quò infero primo, quòd possumus arguere de lege
communi ad legem priuatam, quæ est priuilegium, prout
Abba. hic arguit, & hoc est etiam de mente glossæ in l. in
ambigua. ff. de legib.
¶Secundò infero, quòd sicut quando verba legis sunt du-
bia & incerta, declaratio ac interpretatio potest incidēter
spectare ad inferiorem ad præiudicium partium ex eo:
quia de natura legis est, vt sit certa. dicto capit. erit autē, ut
est gloss. in l. si de interpretatione. & in l. & ideo. ff. de legi-
bus. Ita quando verba legis priuatæ, hoc est priuilegij apo
stolici sunt dubia & incerta, īterpretatio ac declaratio spe-
ctare potest ad inferiorem incidenter ad prȩiudicium par
16 tium per prædicta. † si vero casus esset ita dubius, vt de fa-
cili non posset decidi, & princeps facile adiri, eiusq; copia
haberi posset: tunc pro interpretatione priuilegij etiam
incidenter princeps adiri deberet, cui declararet, cum eius
sit interpretari, cuius est condere, & ita hic tex. potest intel
ligi, & argumento capitu. inter alia. de senten. excommu-
nica. faciunt, quæ habentur per Cyn. & alios in l. cum de
nouo. C. de legib. loquendo de lege generali & communi
a qua in terminis nostris argumentum assumi potest, vt su
pra. & argumento. l. ex facto. ff. de vulga. & pupilla. ibi, re-
spondi beneficia quidem principalia ipsi principes solent
interpretari, sed si facile copia principis haberi non posset,
vt quia longè abesset, vel foret impeditus, tunc si esset tale
dubium priuilegij, qđ naturali, & verisimili ratione deci-
di ac declarari posset, vel p verba expressa priuilegij, vel p
verisimile, seu ex mente concedentis, quæ ex dispositis in
priuilegio colligi possit, tale dubium ab inferiore hoc mo-
do incidenter declarari poterit, pro quo dicto Abb. hic in-
ducit secundum eum text. not. in d. l. ex facto. facit, quod
voluit Cyn. in l. nou dubium. C. de legibus. optimus tex.
in d. l. scire oportet. §. de illis. ff. de excusa. tut. faciunt not.
per glo. in c. forus. de verborum significatio. intelligentia
enim dictorum in causis assumenda est, quia hȩc censetur
loquentis intentio. c. intelligentia. cum glos. de verborum
significa. & ad prædicta facit quod not. Innocen. in d. c. cū
speciali. & est etiam text. in c. cum personȩ. de priuile. in 6.
facit etiam secundum Abb. in c. accepimus. de fide instru
men. & ad idem. c. venerabilem. de electio. & c. fina. cum
gloss. de hæreti. vbi probatur, quòd interpretatio iuramen
ti, vtrum sit seruandum, necne, & qualiter, ad Papam spe-
ctat, & tamen Specula. in titu. de leg. §. nunc ostendendū.
versi. 24. dicit, quòd episcopus etiam potest iuramentum
interpretari, allegat c. significante. de pigno. & ad tex. in d.
c. venerabilem. respondet, quòd habet locum in negotio
arduo, & inter personas magnas & illustres, vel quādo Pa-
pa vellet dare licentiam cōtrauenìendi, & absolueret a iu-
ramento absque commutatione in melius, tunc enim so-
lus Papa, & non inferior iuramentum interpretari posset,
d. c. venerabilem. & d. c. fi. cum gl.
¶Sed tu dicas, quòd tex. in d. c. significāte, iudicio meo nō
probat, quoniam id, quod ibi episcopus facit, relaxando iu
ramentum, fecit ex mandato apostolico nō ex sua potesta-
te ordinaria, & responsio Specul. ad dicto capitu. venera-
17 bilem. non placet, nec videtur vera † quoniam licet Papa
habeat potestatem dispensandi & absoluendi a iuramēto,
tamen hoc debet intelligi ex iusta causa, & in melius com
mutando, alioquin Papa iuramentū interpretari non pos-
set, & dispensatus ab eo in foro conscientiæ totus nō esset,
vt habetur per glo. no. in ca. quanto. de iureiurando. facit
quod voluit gl. & vbique doc. in c. j. 2. c. non est. & ibi per
Abb. de voto. & in c. extirpandæ. §. si vero. de præbē. Nec
est verū, quòd propter personas magnas, & in arduis nego
tiis Papa possit absoluere a iuramento absque permutatio-
ne in melius, quasi aliud sit in personis mediocribus per d.
capitu. significante. quoniam in concernentibus animam
personarum acceptio non est habenda. c. nouit. eodem ti.
& probatur ex dicto c. non est, cum gloss. qui tex. loquitur
in rege Vngariæ, & tamen non vult votum posse relaxari,
vel ab eo absolui absque iusta causa. Melius facit c. j. de fo-
ro compe. lib. 6.
¶Non videtur etiam tex. in d. c. accepimus. probare id, ad
18 quod Abb. † hic post gloss. voluit illum inducere: quoniā
dum præsupponit, posse statui tempus certum, infra quod
priuilegia sint archiepiscopo exhibenda, si archiepiscopus
infra illud tempus venerit, alioquin super falsitate, & obie
ctione priuilegiorum non audiatur, intelligit esse exhiben
da archiepiscopo non vt iudici, qui de illorū iuribus prin-
cipaliter, aut incidenter cognosceret, sed ipsi, vt aduersa-
rio, vt posset contra ea de falsitate opponere. Neque text.
ibi dicit archiepiscopum posse cognoscere de illis, & ideo
intelligo, qđ causa ibi a Papa, vel eius delegato cognoscen-
da erat; tum quia cum ibi mandaretur exhiberi priuilegia
archiepiscopo principaliter ad effectum, vt de falsitate ar-
guerentur, sequitur, quod causa a Papa erat tractanda, &
cognoscenda. capitu. secundo, cum ibi nota. in vlt. glos. de
rescrip. c. ad falsariorum, de crimi. falsi. & supra dixi, tum
etiam quia archiepiscopus erat aduersarius, contra quem
priuilegia exemptionis allegabantur, atque producebātur
& ideo iudex esse non potuit, vt supra. Posset tamen aliter
ille tex. induci, dum dicit, quod pendente dubio, siue tem
pore dato ad exhibēdum priuilegia, si sententia fuerit la-
ta ab aliquo inferiore obtentu & vigore dictorum priuile-
giorum inter aliquos, sententia inuiolabiliter est obseruā-
da, ergo infertur, quòd inferior de priuilegijs apostolicis,
& secundum illa inter partes iudicare, & cognoscere po-
test.
19 ¶†Abb. etiam quȩrit, an eo casu, quo inferior non potest
cognoscere de priuilegii apostolicis, si de illis cognouerit,
an iudicium, & sentētia in se teneat? Do. Anto. dicit, quòd
non; quoniam hic adest defectus iurisdictionis & potesta
tis, & ideo sententia tanquam lata a iudice incompetenti,
& sic ab inferiore, qui de factis superioris iudicare nō po-
test. l. ille a quo. §. tempestiuum. ff. ad trebellia. c. cum infe
rior. de maio. & obed. c. inferior. 21. distin. ipso iure nulla
dici debet; quia nullus est maior defectus, quàm incompe
tentiæ, l. fin. C. si a non compet. iudi. clem. 1. cum ibi not.
de re iudica. Alex. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. c.
at si clerici. s̄. eod.
¶Abb. vero dicit sententiam valere, quatenus tangit præ-
iudicium partium litigantium, argumento, c. cum tempo
re. de arbitris. & eorum, quæ habentur in c. ad audientiā,
de præscrip. per gloss. per illum text. in c. cum dilectus. de
capel. mona. in capi. nouimus. 16. q. 4. & in cap. inter dile-
ctos. cum sim. de fid. instru.
¶Hæc opinio Abb. non videtur vera, præsupposito secun-
dum Anto. quòd simus in casu, in quo inferior nullo mo-
do possit cognoscere de priuilegijs apostolicis etiam inci-
denter, vt in casibus. supra not. quo caso inhabilitas ex
parte ipsius iudicis præsupponitur, & his Abb. non respō-
det. fateor quidē, quod in casu, quo inferior posset incidē-
ter iudicare & cognoscere de priuilegijs apostolicis, sentē-
tia teneret, quatenus præiudicium partium cōtineret, sed
non in præiudicium Papæ, vel suorum iurium, quia illo re
spectu esset nulla ex defectu potestatis, veluti Abb. quoq;
fatetur, ergo idem dicendum est etiam in casu, quo non
posset incidenter inter partes cognoscere ex identitate ra
tionis, cui Abb. non respondet. Nec obstant ab ipso allega
ta; quia procedunt, quādo præscriptio, seu factum poterat
de iure procedere, & fieri inter partes litigantes, & sic de-
fectus potestatis nō erat; quia in d. c. cū tempore. ecclesia
exempta de iuribus suis compromittere poterat. Item in
casu. d. c. ad audiētiam. cum sim. contra ecclesiam exem-
ptam de iure poterat præscribi spatio quadraginta anno-
rum, & sic non erat defectus potestatis, & hæc est veritas
iudicio meo, quicquid Abbas hic dixerit.
¶Ex verbis Abbatis supra colligitur responsio, quæ est cō-
20 munis, † quòd ad Papam in tantum spectat interpretari
& declarare, siue iudicare priuilegium suum alteri ab ipso
concessum, quòd eius declarationi omnino standum est,
adeo quòd eius interpretatio dicitur necessaria, quamuis
tenderet ad prȩiudicium iurium alterius partis, vt hic per
Abbatem per hunc textum cum simi. sicut dicimus etiam
de interpretatione legis, quæ ad principem spectat, quæ di
citur necessaria & generalis, non attento, an sit alteri præ-
iudicialis, vt in l. fi. C. de legibus. & in capitulo in memo-
riam. 19. distin. cum his, quæ habētur in d. l. si de interpre
21 tatione. cum simi. supra allegatis; † & ad propositum facit,
quod uoluit Paulus de Castro, in l. hæredes palam. §. si q̄d.
post.

post.colum.2.ff.de testa.vbi inquit, quòd sępenumero Papa multas facit declarationes circa gratias factas, priuilegia ab eo concessa, & præiudicat illis, quibus iam erat acquisitum ius ex priuilegijs secundum veritatem, quamuis attenta fictione, quæ facit, quòd declaratio retro trahatur ad tempus concessi priuilegij: quoniam qui declarat, nihil de nouo facit, sed id, quod erat, detegit, per declarationes huiusmodi factas a Papa non dicatur inferri præiudicium alicui, vel iuri iam acquisito, quia perinde est, ac si illud, quod fuit declaratum a principio dictum & appositum in priuilegio fuisset, quo tempore nondum erat alicui acquisitum, per illum tex.& hoc procedit in propria declaratione Papæ, quæ cõsistit circa aliquod verbum, aut particulã priuilegij dubiam & obscuram: secus si priuilegium esset clarum & manifestum: quoniam tunc talis declaratio diceretur esse noua dispositio, atque concessio, & ideo ius alteri ex priuilegio acquisitum non tolleret. Pro hoc dicto Pauli de Castro facit notabilis decisio Petri de Ancharano in cõsi.399.præmitto &c.in vltima columna.Idem voluit Paulus de Castro. consi.156.viso &c. columna vlti.& sequitur Decius hic, & in consi.114.

¶Sed contra hæc dicta Pauli facit, nam ius, quòd ex priuilegio Papę, vel principis fuit acquisitum, dicitur esse acquisitum iure ciuili, hoc est ex lege priuata, quæ dicitur pars legis ciuilis.capitu.priuilegia.tertia distin. argumento. §.planè.institu.de iure naturali, gentium & ciuili.& lege secunda.cum glo.C.de legibus.cum similib. potestas enim, quam habet princeps, habet a lege ciuili, hoc est a lege regia, per quam populus omnẽ potestatem, omneque imperium in ipsum transtulit.§.sed quod principi.institutioni.de iure naturali, gentium & ciuili.l.secunda. §.deinde. & §.nouissimè.ff.de origine iuris.& l.prima. ff.de constitu.princi.cum simil.ergo infertur, quòd princeps indistinctè poterit illud ius per nouam declarationem & concessionẽ ad libitum auferre etiam absque aliqua iusta causa, ac etiã in casu, quo priuilegium fuisset clarum & certum, quoniã princeps sine causa potest priuare quem iure sibi de iure ciuili acquisito, sed non de iure gentium.Et ideo si fuerit acquisitum ius alicui ex priuilegio principis, vel ex legis dispositione, & sic de iure ciuili, vt est, quando acquiritur dominium ex aditione hæreditatis, vt in l.cum hæredes. in princip.ff.de acquirenda vel amitten.possessione.vel vtile dominium ex contractu emphyteutico, iuxta notata in l.ex hoc iure.ff.de iustitia & iure.illud ius potest a principe auferri absque iusta causa, vt volunt gloss.communiter in l.quoties.& in l.rescripta.C.de precibus imper. offerend.in l.finali.C.si contra ius vel vtilitatem publicam.in l. prima.ff.de constitutionibus princip.& per Innocen.& alios in capitulo, quæ in ecclesiarum, de constitutionibus. pulcherrimè per Abbatem post Ioannem Andream. in capit. literas. de restitutione spoliatorum. dum examinant, an Papa possit dispensare in gradibus prohibitis.Facit textus in capitulo, proposuit.de concessione præben.iunctis notatis in capitulo, per principalem nona, quæstione tertia, ubi dicitur, quòd Papa ad libitum potest priuare clericũ beneficio, & epm suo episcopatu; quia illud a principe, & a iure positiuo hẽt in quibus Papa plenitudinẽ potestatis habet, vt dicto capitulo proposuit.capitulo secundo. de præbendis.clementina prima, vt lite pendente. Hinc uidemus,

22 †quòd princeps per suum rescriptum legitimat bastardũ, & naturalem etiam post mortem patris, vt post ab intestato succedere vna cum filiis legitimis naturalibus, quibus iam erat acquisitum ius in bonis hæreditatis ex aditione illius, & sic de iure ciuili, de quo talis acquisitio esse dicitur.l.lege obuenire.ff.de verborum significationibus, notatur per glossam.in l.prima.ff. de acquirendo rerum dominio.glossa.& docto.in l.ex hoc iure.ff.de iustitia & iure, not.Bartol.in l.in rem.in princip.ff. de rei vendicatio.& in l.interdum.ff.de condictio.indebi.no.in l.prima.cũ sequenti.ff.de peti. hæredi. Meritò itaque ius & dominiũ per aditionem hæreditatis, & sic per modum iuris ciuilis potest absque iusta causa auferri a principe per eius rescriptum venientibus ab intestato, & dari filio legitimato.ita not.voluit Paul.Castr.in dicta l.ex hoc iure. in l.tertia. ff. de testa.& in l.cum hæredes.in principio.quod tamen secundum eum intelligas ante acquisitam & apprehensam bonorum possessionem, nam postea non posset princeps sine iusta causa per legitimationem priuare venientes ab intestato, & maximè filios, quibus hoc modo diceretur acquisitũ ius & dominium de iure gentium & naturali.l.prima.in principio.ff.de acquirend. possess.cum ibi nota. Item quia filiis acquiritur hæreditas & dominium rerum paternarum potius ex iure gentium & naturali, quàm de iure ciuili & positiuo.l.scripto. in fine. ff. vnde lib.l. nam & si parentibus.ff.de inofficio.testa.l.ratio.ff.de bon.damnatorum.cum simi.l.in suis.ff.de libe.& posthu.ita voluit Paul.in dicta l.3.& refert Alexã. in dicta l.cum hæredes. in prin.colum.2.

¶Ex prædictis itaque videtur, quòd id, quod Decius hic refert ex mente Pauli.in dicta l. hæredes palam, reddatur dubitabile, quare ipse Decius hic declarat prædicta, hoc est, quòd ex declaratione & noua principis cõcessione tolli non dicitur ius acquisitum alteri ex priuilegio, hoc procedit, & habet locum, quando essemus in dubio, neq; exprèssè constaret de uoluntate principis uolentis præiudicare, secus vero quando constaret de mente & voluntate principis, qui ex certa scientia hoc fecisset, & maximè hoc procedit secundum Decium in beneficialibus, & pro hoc allego gloss. in dicto capitulo per principalem. & ita residet Decius.

¶Tu autem considera, si aliter dici possit, quòd aut ex priuilegio & concessione principis fuit acquisitum aliquod ius, quod dicitur esse de iure positiuo & ciuili, non autem de iure gentium, vel naturali, vt est beneficium ecclesiasticum, iuxta.c.proposuit. de concessio. præbend. vel aliud ius, quod sit merè & substantialiter de iure ciuili, & positiuo, & tũc princeps potest sine causa illud ius auferre per declarationem, & aliam concessionem priuilegio primo concesso contrariam per ea, quæ supra allegaui. & ita procedat gloss.in dicto capitulo, per principalem.cum simili. aut vero per priuilegium & gratiam principis fuit acquisitum aliquod ius, siue dominium, quod essentialiter dicitur esse de iure gentium, vel diuino, vel naturali, & tunc quamuis perfectè & certitudinariè per priuilegium, & sic per modum iuris positiui fuerit acquisitum, tamen sine iusta causa tolli & auferri a principe non poterit per aliam declarationem, siue nouam concessionem; nam quamuis modus acquirendi sit de iure ciuili, tamen ius, vel dominium acquisitum dicitur esse de iure gentium & naturali, vt tenet Barto. in dicta l.ex hoc iure. & in specie habetur per Bal.in l.prima in fine.C. de iure aureo annullo. loquẽdo de legitimatione principis in principio. & in capitulo primo, in princip. columna penul. in titulo hic finitur lex deinde incip. consuetu.& Bald.in l.rescripta.C.de precib. imper. offer.ad fin.in l.secunda.C.de iuris & fac.ignor.in l.Deo nobis.in vlti.column.C.de episcop.& cleri. & vide Paul.de Castro, & ibi Alexand.in l.Gallus.§.& quid si tantum.ff. de liber.& posthu.& Alexand.in dicta l.cum hæredes.in princip.in fin.2.& princip.3.columnæ. vbi uoluit, quod post ius acquisitum venientibus ab intestato, & maximè filiis legitimis & naturalibus per solam hæreditatis aditionem etiam ante apprehensam possessionem sine iusta causa cognita princeps & minus comes Palatinus non possit legitimare naturales ad præiudicium iuris acquisiti etiam per modum iuris ciuilis: idem voluit Alexan.in dicto §. & quid si tantum. & Paul.de Castr.& Bald.in locis pręallegatis. Dixi autem maximè filijs legitimis & naturalibus per ea, quæ supra dixi, & hęc opinio tãquam æquior & verior semper mihi placuit, secundum quam consulere soleo, & hęc bene nota: quia sunt valde utilia, præsertim in hac ciuitate propter priuilegia pluribus a principe cõcessa quòd possit legitimare, ut legitimati ualeant succedere ab intestato, & ex testamento, hæreditate adita, vel non adita, possessione apprehensa, vel non apprehẽsa, quia puto principem hanc potestatem absolutè & indistinctè concedere non posse; cum nemo plus iuris in alium transferat, quam ipse habeat, regula nemo plus iuris.de regu.iuris.in sexto, sed princeps hoc indistinctè & simpliciter facere non posset, sed solum cum causa iusta & cognita, puta ex causa publica, vel vtilitatem publicam principaliter cõtinente, iuxta.l.itẽ si verberatum.ff.de rei ven.l.Lucius.ff. de euictio. cum ibi not, & cum plenè nota.per Innocen. & alios in capitulo quæ in ecclesiarum. de constitu. ergo nec in alium tale ius simpliciter & indistinctè transferre potuit, debet ergo talis potestas comiti concessa intelligi, ut ipse possit legitimare cum præiudicio iuris alteri quæsiti eo modo, quo princeps posset.facit etiam ad hoc, quod voluit Francis.de Aretio.in l.ex facto.in ultima columna.ff.de vulga.& pupilla.& id, quod notabiliter voluit Baldus, Bartolus, & alij post glossam.in dicto §.& quid si tantum. & melius in l.

in l. finali. per illum textum. cum ibi notatis. C. de senten. pass. dum loquuntur de deportato & bannito restituto a principe ad ciuitatem, & bona, an dicatur restitutus etiam ad illa bona, quæ tempore deportationis, vel banni alteri fuerant acquisita, & volunt, quòd non, & nunc habeo in contingentia facti in duabus maximis causis.

¶Item addas, quòd vbicunque ex priuilegio fuisset alicui
23 quæsitum aliquod ius clarè, † & certitudinariè cum onere & ex causa onerosa: vt quia habuisset priuilegiũ a principe interueniente compositione, soluendo certum precium, & pecuniam magnam; tunc illud ius non posset a principe auferri absque iusta causa, de qua supra, quoniam tale priuilegium non censeretur merum priuilegium, sed vim contractus haberet, vt voluit Bal. in l. qui se patris. C. vnde liberi. Paulus de Castro in l. digna vox. C. de legibus. & consequenter diceretur esse sui natura irreuocabile, vt in l. sicut. C. de act. & ob. iuncto. capitulo primo, de proba. vbi princeps & Papa suis contractibus stare teneretur, & ita alias consului hic Bononiæ in magna & ardua causa, per doctrinam Pauli, & per plura in consilio adducta, faciunt notata per Hosti. in c. dilecti. de maiori. & obedien. vbi Ioannes Andreas, domi. Antonius, Abbas, & alij in terminis, ac omnino vide Abbatem in c. nouit. supra eodem. columna 7. Paulus Castrensis in consilio 230. lib. j. visis & ponderatis &c. & Cardinalis in consilio centesimoquadragesimoseptimo incipiente, Dominus noster Papa columna vltima.

24 ¶Addas etiam, † quòd ex prædictis inferri potest, quòd etiã ante ius quæsitum in re, hoc est ante aditã hæreditatem, & apprehensam possessionem per filios, siue filias legitimas, & naturales princeps post mortem patris, imo etiam in vita, si de ijs mentio facta esset, illis non citatis per suam legitimationem, vel comitis hanc potestatem habentis non potest filijs, seu filiabus legitimis & naturalibus præiudicare quo ad legitimam eis iure naturæ debitam, seu quo ad illius diminutionem; quoniam cum illa debeatur filiis legitimis & naturalibus potius de iure naturæ, quàm positiuo, l. scripto. in fine. ff. vnde liber. l. nam & si parentibus. ff. de inoffic. testamen. l. in suis. ff. de liberis & posthumis. l. cum ratio. ff. de bonis damnatorum. cum ibi notatis. sequitur, quòd per legitimationem principis, vel comitis nõ poterit absque iusta & publica causa præiudicari, per supra dicta & ita tenet dominus meus Socinus. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liberis & posthumis. hæredibus instituendis. Cogitabam tamen, quòd respectu totalis præiudicij verum esse hoc videtur per rationem prædictam, sed quia legitima minui possit per legitimationem, verum esse non credo, quicquid Socinus dixerit, & primo, nam quamuis tollendo legitimam diceretur fieri contra ius naturale & diuinum, vt supra, & in capi. ius naturale. prima distinctione. ibi liberorum successio. tamen illam minuẽdo contra ius naturale, & diuinum non diceretur, sed contra ius positiuum, a quo taxata fuit legitima, & sæpe illius quantitas alterata, vt in authentica nouissima. C. de inofficioso testamento. & dixi. in capitulo Raynutius. de testamentis. & idcirco quo ad legitimam filii legimati partem facient, & ad partem admittentur.

¶Secundo in bonis paternis, vel in hæreditate paterna solum vna legitima debetur, atque detrahitur, quæ est debita iure naturæ, vt omnes fatentur. l. Papinianus. §. quarta. ff. de inofficioso testamẽto. dicta authentica nouissima. & in corpore vnde sumitur. sed ita debetur legitima debita iure naturæ filiis legitimatis, sicut legitimis & naturalibus, vt habetur per Alexan. & alios in l. ex facto. ff. de vulgari & pupillari substitutione. ergo ad illum omnes pariter admittentur, alioquin si ex legitimatione nõ posset minui dicta legitima, sequeretur, quòd duæ possent, & deberent detrahi, vna pro filiis legitimis & naturalibus, altera pro legitimatis, quòd esset absurdũ dicere, & ideo priuilegiũ quibusdam comitibus concessum, vt possint legitimare ciuitatis, & non citatis etiam alijs filijs legitimis & naturalibus, & cum illorum præiudicio & cætera, debet intelligi, non quoad tollendam legitimam in totum, sed quoad illam diminuendam. Item quoad alia bona paterna vltra legitimam iure naturæ debitam, quæ bene nota pro declaratione eorum, quæ voluit Socinus in dicto §. & quid si tantum. & ita ego his præteritis diebus seruaui consulendo & arbitrando.

25 ¶† Addo etiam circa id quod Decius hic simpliciter affirmat, dicens Papam posse scienter ex sua mera voluntate priuare clericum & episcopũ suo beneficio & episcopatu, & in alium transferre, vt est glossa in dicto capitulo per principalem. quoniam quoad episcopatum contrarium tenuit Abbas in capitulo finali. in vltima glossa, de confirmatione vtili vel inutili. vbi pulcherrimè loquitur, dicens, quòd sine iusta causa, & publicam vtilitatem principaliter continente Papa non potest episcopum suo episcopatu priuare: nã episcopatus est de iure diuino, cap. in nouo. cum ibi notatis. cum sequen. vigesimaprima distinctione. Facit capitulo accusatus, capitulo quauis, capitulo dudum, & capitulo multũ stupeo, tertia quæstione sexta. Idem tenet & sequitur Felynus reassumens dicta Abbatis in capitulo quæ in ecclesiarum, columna decimaseptima, in fine. de constitutionibus, vbi idem tenet etiam de beneficiato, vt nõ possit absque iusta causa a Papa suo beneficio priuari, quicquid illa glossa dixerit, & ita mouetur: nam beneficium acceptans videtur ex quasi cõtractu se obligare ad illius administrationem. cap. nisi cum pridem. §. verum. cum gloss. de renuntiationibus. ergo talis contractus sine iusta causa a principe dissolui non potest. capitulo primo, vbi Innocentius & alij, de probationibus. Ita dicit & sequitur Cardinalis. consilio 141. sanctissimus dominus noster, habetur latè per Abbatem in disputatione incipiente, episcopus, & quidam rector. & Romanus in consilio 457. & eo casu quo Papa episcopum suo episcopatu, vel clericum suo beneficio ex iusta causa priuaret, sed sine culpa, & dolo vel delicto episcopi, & clerici, teneretur Papa de alio æquè bono illis prouidere, alioquin non debet, nec potest ipsos priuare, vt voluit Innocentius in cap. nisi cum pridem. de præbẽdis, columna secunda. & Felynus in dicto capitulo, quæ in ecclesiarum, columna decimaoctaua, gloss. itaque in dicto capitulo per principalem. simpliciter non est uera, sed debet intelligi, vt dixi, in alijs casibus, quando adesset iusta causa, & publicam vtilitatem continens, & de hoc latè dixi in dicto capitulo, quæ in ecclesiarum. vbi videas.

26 ¶† Circa tertiam partem glossæ dum contra textum opponit; quia in nemo in causa sua iudex esse potest, Abbatis ordinem sequendo, & primo de Papa loquendo, facio hanc conclusionem primam, quòd Papa in causa sui patrimonij, vel in causa ciuili, quæ tantum personam suam tangeret, iudex esse potest de potestate absoluta ex plenitudine suæ potestatis, arguendo de imperatore ad Papam secũdum glossam nostram, quæ vtrunque in hoc parificat, sed Imperator in causa fiscali, & in rebus ad eum spectantibus iudex esse potest. l. proximè. ff. de his, quæ in testamen. delen. l. & hoc Tiberius. ff. de hæredibus instituendis. cum similibus. Ergo idem de Papa dicendum est, qui non modo par & æqualis in iurisdictione esse dicitur, sed etiam maior, vt in capitulo, quoniam. decima distinctione. cum ibi notatis per glossam, & habetur in capitulo, duo sunt, & in capitulo Imperator. 96. distinctione. capitulo, licet ex suscepto. de foro competenti. Præterea, cum Papa superiorem non habeat. vt in capitulo, nemo. capitulo aliorum. capitu. cuncta per mundum. nona quæstione tertia, ex defectu superioris, ad quem recurri non potest, de causa sua ciuili cognoscere poterit, argumento nota. per glossam in capitulo primo. de maled. & in capitulo, qui si larius. vigesimatertia quæstione quarta, & hoc argumento capitis, licet de vitanda. in finalibus verbis. de electionibus. ubi quamuis in aliis actibus collegij sanior & maior pars sufficiat: tamen in electione summi Pontificis duæ partes ex tribus requiruntur, & hoc est speciale; quia non datur superior, ad quem recursus fieri posset, si mala electio fieret. Et ita cum hac conclusione pertransit Antonius.

¶Innocentius vero in capitulo ex parte. de verborum & rerum significationibus. il primo dicit, Papam non debere cognoscere, sed eligẽdos esse arbitros, vel Papã debere in hac causa delegatum facere, & veluti Imperator in causa sua fiscali dat, & cõstituit procuratoris fisci, quibus dat ordinariam potestatem, vt ordinariè de causis fiscalibus, & rebus patrimonialibus Cæsaris cognoscere valeant, ut per totum. C. vbi caus. fisca. l. prima, & secunda. C. si aduer. fisc. & l. ne quicquam. ff. de officio proconsul. ita Papa, & a fortiori in casu isto delegatũ dare debebit, & ideo dicitur a fortiori; quoniã procurator Cæsaris & fisci, qui ordinaria iurisdictione vtitur, ex persona propria dicitur iudicare, sic tanquam superior Imperatoris in hoc, argumento.

mento.l.more. cum l.sequenti.ff. de iurisdictione omnium iudicum.sed Papa dando in causa sua delegatum nõ dicetur ab alio iudicari,nec a superiore,sed a se ipso;quoniam,delegatus non sua, sed delegantis iurisdictione vtitur.capitulo sanè.de officio delega.l.prima.§. qui mandatam. ff. de officio eius, cui mandata est iurisdictio. Illud idem,quod voluit Ioannes Andreas sentit glossa. in capit. cum dilecta. de confirma.vtili.vel inutili.quæ dicit, Papã posse esse iudicem in causa suæ ecclesiæ,ergo innuit quòd non in sua.

¶Sed tenendo prædictam Abb.conclusionem dicas, sententiam Ioannis Andreæ, & allegata ab eo procedere de honestate: nam Papa sic facere deberet, quod glossa etiam nostra voluit, dicens, consultius tamen & honestius esset, & hoc probatur argumento dictæ l.nec quicquã. vbi postquam dixit,quod procurator Cæsaris,& fisci potest cognoscere de causa pecuniaria principis, dicit,quod melius faciet,si abstineat,quasi hoc sit honestius. Vel forte ille text. aliter posset intelligi, quòd velit dicere, quòd quãuis proconsul in prouincia sua habeat maius imperium omnibus post principem, nec quicquam sit,quòd in prouincia non cognoscat: tamen causas fiscales cognoscere non poterit, & melius fecerit,si se abstineat,quoniam per procuratorẽ Cęsaris,& fisci illæ sunt cognoscendæ, & credo hunc esse verum sensum dictæ.l.nec quicquam. Vnde in terminis conclusionis nr̃æ dicendum est, q̃ Papa ex quadam honestate deberet vel arbitros cum consensu aduersarij eligere, vel dare delegatos, qui cognoscant,vt per gloss.in dicto capitulo cum dilecta,cum simili.a Ioanne Andrea allegatis, sed ex plenitudine potestatis propter defectum superioris ad quem non potest dari recursus, Papa per se cognoscere poterit, si velit,vt est de mente glossæ nostræ, & probatur in simili in dicta l.nec quicquam. & pro hoc facit, quod voluit Bartolus in l.vnica. C.ne quis in sua causa iudex di-
27 cens,† quod propter defectum superioris illi domini, qui de facto superiorem non recognoscunt, in causis suis iudices esse possunt, & allegat.l.& hoc Tyberius.ff.de heredibus instituẽdis.& glossam in l.si alius.§.bellissimè.ff.quod vi,aut clam. & in l. est receptum. ff. de iurisdictione omnium iudicum. & Abbas ad idem allegat gloss. in capitulo,quis clarius,vigesimatertia quęstione quarta,in versiculo,anathematizari. tu addas glossam similẽ, & clariorem in dicto capitulo primo, de maled. quæ gloss.quamuis loquantur etiam in causis mixtis, vel causam criminis habentibus, tamen a fortiori hoc erit dicendum in causa merè pecuniaria,& ciuili,in qua de minori præiudicio agitur,argumento.l.in seruorum. in fi.ff.de pęnis.

¶Hoc tamen vltimum, quòd non recognoscens superiorem saltem de facto potest esse iudex in causa sua limitatur non procedere,quando non recognoscens superiorem haberet causam cum non subdito,vt voluit Abbas in capitulo nouit.in nota.& in gloss.in versiculo iudicare,infra eodem & vltra Abba.ego allego textum in clementina,pastoralis. de re iudicata, vbi Imperator contra Robertum regem in causa sua regni sui nõ potuit iudicare: quia Rex Robertus non erat totaliter Imperatori subiectus,sed etiã ecclesiæ, & nota illum textum: quoniam tunc talis causa ordinariè cognoscenda per Papam etiam non agendo per denuntiationem euangelicam.

28 ¶ † Illis tamen casibus, quibus Papa in causa propria iudicat, Abbas dicit, tunc Papam non vt iudicem iudicare: quia nemo sibimet imperare potest,l.penultima.ff. de arbitris,sed ideo iudicat:quia superior,qui possit iudicare,non reperitur,& consequenter Abbas voluit,quòd tunc improprie dicitur iudex,sicut etiam probatur in l.fin.C.de summa trinitate & fide catholica.Accedat, quod voluit Bartolus in dicta l.alius.§.bellissimè,qui dicit,quòd quando copia iudicis & superioris haberi non potest;tunc licitum est sibi propria authoritate ius dicere non tanquam iudici; quia nemo in causa sua iudex esse potest, sed quia iudicis non est copia.Hinc infert,quòd in his ciuitatibus superiorem non recognoscentibus,si vna ciuitas per uim occupet bona alterius ciuitatis superiorem non recognoscentis, ea ciuitas poterit bona illa per vim & propria authoritate recuperare; quia iudicis non est copia. Idem videtur esse de mente Bartoli. in l.hostes.colũ.3.ff.de capt.& postlimi.reuer.& vide Innocentium.in cap.olim.i l 1. de restitutione spoliatorum.

29 ¶†Limita modo prædictam conclusionem supra positam, quòd Papa in causa sua ciuili est iudex, quando agitur solũ de iure suo,vel suæ personæ. Nam hoc fallit, quando duo de Papatu contenderent;vt quia ambo essent electi,& neuter a duabus partibus cardinalium; tũc enim neuter ipsorum iudex esse posset, quoniam in proprio facto iudices essent, & ideo concilium generale erit congregandum, quod de hac causa discernat,vt voluit glossa.in cap.si duo. 79.distinctione.ubi Hugolinus hoc tenet, facit, quod uoluit Baldus in capitu.olim.vbi Barbatia de rescriptis. & in capitu.pastoralis.eodem titulo.vbi aliqua de materia concilii videas.

¶Aliter tamen ego intelligo glossam in dicto capitulo si duo. & melius iudicio meo; loquitur enim quando duo fuerunt electi ad Papatum cõtra fas ex temeritate concertantium; quia nemo a duabus partibus cardinalium electus fuerit, & consequenter nullus dicitur canonicè electus,vt in capitulo licet.de electio.& ipsi de papatu contẽdant,& sibi inuicem opponant,quòd contra fas temeritate eligentium fuerint electio. gloss. ibi prima dubitat, an cardinales,qui ita contra fas elegerunt,pro illa vice dicantur priuati potestate eligendi,sicut in simili habetur in capitulo cum in cunctis. de electio. & respondet,quòd non vt ibi.Deinde quærit,quis erit iudex inter hos contendẽtes de Papatu, quòd contra fas eligentium temeritate fuerint electi,glossa respondet, quòd ipsi cardinales non erũt iudices;quia sequeretur,quòd in proprio facto iudices essent,& dum glossa dicit,non ipsi cardinales,non intelligas de Cardinalibus ad Papatum contra fas electis; quia non semper,neque necessario ad Papatum Cardinales eliguntur,imo merus etiam laicus,& vxoratus,vt habetur in capitulo,si quis pecunia.79.distinctione.per Abbatem in capitulo licet.de electioni.& glo.in capitulo, vbi periculum. in versiculo idoneo. de electionib. in sexto, sed intelligas de Cardinalibus eligentibus, de quibus antea glossa dixerat,qui etiam non poterunt cognoscere an contra fas elegerint ratione prædicta. Et ideo concilium congregabitur,quod hanc causam electionis cognoscat,atque discernat.Et hic est vnus casus,in quo concilium absque authoritate Papæ congregatur, vt habetur per glossam illam, quam ad hoc ponderant Bal. & Modernissimi in dicto capitu.olim.

30 ¶†Ad quem autem in hoc casu & in aliis concilium congregare spectet vltra ea,quæ breuiter tetigi in capitulo primo,supra eodem, aliqui dicunt, quòd ad imperatorem, quia olim ipse concilium congregabat,intererat,& scisma curabat,vt in dicto capitulo,si duo forte.Item quia est defensor & quodammodo patronus ecclesiæ Romanæ ex dotatione,quam illi Constantinus fecit, vt habetur per Modernis.post Baldum in dicto capitulo,pastoralis.& capitulo,Constantinus. nonagesimasexta, distinctione. Hodie vero Imperator fasces amisit; quia reges ei obedientiam subtraxerunt.capitulo nouit,infra eodem,capitulo per venerabilem, qui filij sint legitimi. capitulo ego Ludouicus. cum ibi not.sexagesimatertia,distinctione.duo enim sunt tempora. primum, quando ecclesia parum militabat, & per se sola parum poterat,& tunc multa priuilegia imperatoribus contulit,quæ postea sublata sunt,gloss.in capitulo in synodo.in capitulo verum,& in capitulo ego 63.distinctione. Deinde ecclesia militans maiores vires assumpsit, & plus posse incepit, quàm imperium temporale in temporalibus,& ecclesia in hoc seculo dicta esset triumphans & tunc imperium diminui cœpit, regesque ei obedientiã subtraxerunt,itemque Constantinus fecit illam donationem ecclesiæ,quæ imperium valde diminuit.l.diui.C.de natura.lib.& vide Are.in Rubrica.ff.de verborum obligationibus.Vnde sequitur,quòd Imperator non potest principaliter concilium generale in vrbe conuocare, nec alio; quia non clerum Romanum,qui est caput cleri totius mũdi, capitulo in nomine, vigesimatertia distinctione, nec clerum.Hierusalem & Siciliæ,vt in clementina pastoralis, de re iudicata.nec clerum.Franciæ quia illud regnum nullo iure Imperatori subest,loquendo secundum nouam ecclesiam,vt notatur in capitulo,quod clericus.de foro competenti.capitulo Adrianus.63.distin.& capitulo per venerabilem.qui filij sint legitimi.

¶Quidam dicunt, congregationem ,concilij spectare ad Cardinalium collegium, & maior pars illorum sufficeret, argumẽto.l.quod maior.ff.ad municipa. imo maior pars Cardinalium præsentium, si saltem duæ partes præsentes sunt poterit concilium congregare.l.si nulli.ff. qđ cuiusq; vniuer.nomine,& hæc fuit opinio Hug. in dicto capitulo si duo

si duo forte. ¶Sed videtur, quod principaliter spectet ad Cardinales episcopos, quod sic demonstratur. Nam ad cōcilium generale de necessitate non sunt vocandi nisi episcopi, vt not. Innocentius in capitulo graue. de præbendis, ergo ad episcopos Cardinales tantum huiusmodi congregatio spectabit; quia ipsi in concilio sunt præstantiores, vt colligitur ex tex. in capitulo in nomine. 23. distinctione, & in hac congregatione non requiritur authoritas eius, qui se Papam prætendit: quia de illius causa propria tractatur, argumen. notatorū in dicto capitulo si duo forte. & ita est de mente Bald. in dicto capitulo olim. circa fi. quando vero ecclesiastica potestas deficeret, vel negligens essent in cōgregando concilium, tunc forte potestas congregandi ad Imperatorem & principes seculi deuolueretur, ad quos ecclesiæ defensio spectat. c. principes. 23. quæstione quinta. & notatur ibi per gloss. & prius ad Imperatorem spectaret, data negligentia ecclesiastica: quia ad ipsum tanquā ad maiorem ecclesiæ defensio magis spectat. capitulo ab Imperatoribus. 23. quæstione tertia, & dicitur a Deo immediate potestatem habere. capitu. quoniam. cum ibi nota. decima distinctione. capit. duo sunt. & c. Imperator. 96. distinctione. & in c. solitæ. de maiori. & obedien. Data vero negligentia Imperatoris ad principes seculi cōgregatio deuoluitur, ad quos in subsidium defensio ecclesiæ spectat. dicto capitulo principes. & ad propositum faciunt, quæ habentur per Barba. in capitulo pastoralis. columna decimatertia. cum sequēti. de rescrip. & hæc pronunc quoad hanc materiam sufficiant.

31 ¶†Dicta sæpius per Abb. procedunt in causa ciuili, sed qd in causa proprij delicti, & criminis Papæ, an ipse iudex esse possit? ex verbis Abb. hic in hoc articulo aliquas cōclusiones facio. Prima sit, quòd Papa de cā sui criminis, quamuis saperet hæresim largo sumpto vocabulo, iudex esse potest, & de illa cognoscere, nec vllus alius, etiam si esset conciliū generale. capi. si Papa. 40. distinctione, vbi casus. capitulo nemo, capitu. aliorum. nona quæstione tertia. capitu. nunc autem vigesimaprima, distinctione. capitu. nos si incompetenter. cum gloss. secunda quæstione septima, & hoc procedit etiam si crimen suum esset notorium simpliciter tantummodo, puta per confessionem eius, vt in dicto capitul. nunc autem. iuncto capitu. fina. de cohabi. cleri. & mulie. & in capitu. primo. de ac. in sexto. Idem si illo Papa esset incorrigibilis, vt in dicto capitulo si Papa, vel si esset tale crimen, propter qđ scandalū in ecclesia induceretur, sed esset occultum, vel si notorium, Papa in illo non esset incorrigibilis, vt infertur ex iuribus. supra allegatis, quæ loquuntur etiam, quando crimen esset notorium, vt per cōfessionem factam in iudicio, siue in concilio, dicto capitu. nunc autē. cum simi. vel quando crimen suum saperet hæresim largè, & impropriè, vt per glo. in dicto capitu. si quis pecunia. 79. distinctione, cum similibus hic per Abb. allegatis. Fallit autem, quando Papa causam sui criminis alteri delegaret, se illi subijciēdo, iuxta l. est receptum. ff. de iurisdictione omnium iudicum. cum ibi notatis per glossam & Bartol. qui hoc tenet etiam in Papa: & hoc esset honestius, atque ipsi Papæ laudibilius, vt dicit gloss. nostra, sicut quod voluit gl. in dicto capitulo, nemo. & in dicto capitu. nos si incompetenter. Ita fecit Damasus Romanus, vt in dicto capitu. nos si incompetenter. §. penultimo. & Symmachus ibi in §. fi. Sixtus in c. mandastis. secūda quæstione quinta, aliàs. 4. & ita dicitur factum a Leone in capitul. auditum est secunda quæstione quinta, & a Gregorio in c. si quis super. ead. cau. & q. Idemque facere debent omnes boni Pontifices ad expurgandam infamiam suā, vt se alicuius iudicio subijciāt: hoc enim modo humilitatem ac innocētiam suam ostenderent, qua in summo Pontifice nihil est spendidius, vt in capitu. contra morem. c. distinctio. & argumento, c. si mala fama. 2. q. 5.

32 ¶†An autē in casu, quo Papa Imperator vel alius superiorem non recognoscens se alterius iurisdictioni submittit, possit ab illo iudicari & condemnari. Abb. Moder. & glo. hic, & Innocen. in dicto capitu. ex parte sentiunt, quod sic glossa uero in dicto c. nos si incōpetenter. dicit, quòd non, argumento glossæ dicti capi. nunc autem. Idem est de mēte glossæ fina. in vltima expositione, quàm approbare videtur, argumento not. in l. qui filium. ff. ad Trebellianum, in dicta l. est receptum, quæ innuit, quòd coram illo inferiore possit actio moueri, & de causa cognosci, iudicari autem pertineat ad Papam, vt per gloss. in dicto capitulo nos si incompetenter. & in dicto capit. nunc autem. Ita tenet Vincentius in capitulo ecclesia. de constitu. & sequitur Archidiaconus in dicto capitulo nos si incompetenter. & quamuis vbi cęptum est iudicium, ibi finiri debeat. l. vbi cœptū. ff. eodem. tamen hoc non procedit, quando simplex cognitio commissa foret, diffinitione excepta. capitu. super quæstionum. de officio delegati. cum simi. prout est in casu nostro dicto cap. nunc autem. d. c. nemo. & d. ca. aliorum. cū simili. cum gloss. in d. l. est receptum. facit tex. in argumento l. cū affirmes. & in l. post certi. C. de libe. cau. & hęc opinio forte de iure esset sustentabilis, quoniam Papa a nemine iudicatur, quamuis ipse omnes iudicet. ut in d. ca. Papa. cum sim. neque est in consideratione grauitas atque enormitas delicti, vt in dicto c. nunc autem. & in dicto c. aliorū. vbi Deus causam Papæ suo reseruauit examini. §. hinc etiam. 17. distinctione. dicto capitulo si Papa. hanc opinionem, quicquid dixerint Abba. hic & Moderni, tenent doctores magis communiter, videlicet Vincent. & Archidia. Hugo, gloss. & Domini. in dicto capitu. nos si incompetenter. Idem de mente gloss. in d. c. nemo. & Domini. in loco præallegato, hāc rationem adducit; nam si Papa se iudicio & sententiæ inferioris posset in foro contentioso submittere, sequeretur, quòd Papa haberet potestatem Dei, cuius est solus vicarius. Forte voluit dicere, quòd cum Papa sit vicarius Christi, qui ab eo fuit creatus. capitu. in nouo. 21. distinctione. c. loquitur. 24. quæstione 3. sequitur, quòd nō potest alium creare qui ipsum iudicare possit, ac eandem habeat potestatem, vel melius dicas, Dominicum voluisse dicere, quod cum potestas Dei sit iudicare Papam, qui eius vices gerit. dicto capitulo aliorum. sequitur, quod Papa nō potest se alterius inferioris examini subiicere; quia sic potestatem Dei minueret; & hanc partem teneo, quam sic confirmo,

33 †causa criminis Papæ spectat ad solum Deum dicto capitu. aliorum. §. hic etiam. 14. distinctione. capitu. final. 79. distinctione. & non ad alios inferiores, qui nullo modo de causa Papæ hoc est de eius delicto cognoscere possunt, ergo absque licentia & consensu proprii iudicis, hoc est Dei, Papa iurisdictionem iudicis non sui prorogare nō poterit, vt in capitu. si diligenti. cap. significasti. de foro cōpetenti. capi. non liceat. cum gloss. 3. quæstione 6. cum sim. allega. post Abbatem, supra in capitulo primo, ergo Papa se subiiciendo simpliciter iurisdictioni alterius, nihil faciet; & illius cognitioni, vel arbitrio stare non tenetur per prædicta, cogita quia contrarium hic volunt Abbas & Moderni.

¶Præterea loquendo Papa cognoscit & iudicat de causa sua, vel sui criminis, non dicitur iudicare, nec vt iudex cognoscere, sed vt arbitrator, glo. in c. nunc autem. vigesimaprima distinctione, & ibi Archidia. & in dicto capitu. nos si incompetenter, ergo committendo causam hanc alteri, non poterit ille vt iudex iudicare, sed vt arbitrator discernere, componere; seu arbitramentari; quia plus iuris quis in alium transferre non potest, quam ipse habeat. Itē quia delegatus vtitur eadem potestate delegantis. c. sanè. de officio delega.

34 ¶†Secunda sit conclusio, ex verbis Abbatis, quòd in causa hæresis propriè sumptę, prout capitur, in capitu. primo. de hære. & capiendo hæreticum pro eo, qui nō credit, seu dubitat in articulis, seu in aliquo ex articulis fidei, secundum quòd intelligit glo. in ca. illi qui. 24. quæstione tertia. tunc Papa potest accusari, & a concilio generali deponi, vt in capitu. si Papa. 40. distin. Innocen. in c. ex parte. il 1. de verborum significatio. Domi. Archidiaconus & alij in capit. in fidei fauorem. de hæreti. in sexto. Abbas hic, & in capitul. proposuit. de conces. præben. & in casu isto concilium, vt dixi supra, non congregatur authoritate Papæ per ea, quæ voluit Baldus & Moder. in ca. olim. de rescrip. cum tamen regulariter cōcilium eius authoritate sit congregandum; vt in capitulo primo. c. multis. & per totum. 17. dist. & no. in c. regula. 3. dist.

¶Sed contra hanc conclusionem multum aduersatur dictum c. nunc autem. vbi Papa accusatus coram concilio generali de crimine idololatriæ non fuit a concilio iudicatum, sed illi dictum, tuo ore iudica causam tuam, & reliqua, vt ibi. Huic textui potest responderi, ꝙ loquitur de crimine hæresis, seu idolatriæ, de quo Papa se corrigere paratus erat, & ideo non potuit de illo ad effectum depositionis accusari, vt colligitur ex glo. quam dicit Hugol. sic dixisse, & intellexisse in dicto capitulo, si Papa, per textum in c. ait. c. aperte. 24. quæstione prima, & in capitulo dixit apostolus. 24. q. 3. & ita est de mente Archi. & Do. in d. c. nunc autem.

autem.& ideo de illo crimine iudicatur vt de alio, & non vt de hæresi, propterea ad Papam de eo iudicare spectabit, & hoc modo debet intelligi.d.c.nunc autem.posset etiam responderi, illum tex.loqui de crimine hæresis largè & impropriè: nam Papa ibi compulsus fuit a paganis, vt templũ eorum ingressus grana thuris super prunas imponeret, ꝓpter quod non dicitur factus hæreticus, quamuis peccauerit.c.hæresis.ca.hæretica.24.quæstione 3. & ideo nil mirum, si a concilio iudicari non potuit, sed sibi fuit de se ipso iudicium reseruatum: quoniam secundum Hugo.quẽ etiam refert & sequitur Archi. in d.c.nunc autem. ex quo Marcel. sponte & humiliter errorem suum confessus fuit, non potuit, nec debuit condemnari; nam tunc Papa de hæresi condemnari potest, cum pertinax fuerit, aliàs non; qa
35 †inter hæreticos nõ est connumerandus, qui corrigi paratus est, vt in dicto capitulo dixit Apostolus.cum gl.& ideo apostoli non fuerunt hæretici existimati, quamuis errauerint in multis circa fidem, quia se corrigi parati fuerunt, vt in cap.prima. de consecra. distinctione 2.c.Petrus.2.q.7. cum similibus.

¶Conclusio supra tradita procedit, etiam si crimen hæresis non sit notorium, nec scandalosum, sed occultum, iuxta tex.cum ibi not. in dicto capitulo, dixit. quoniam cum huiusmodi crimen sit valde contagiosum. capi. omnis.24. quæstione prima. & admodum perniciosum sit, quod vera fides in toto populo Christiano requisita in capite non reperiatur, vt dicitur in c. miramur.41.distinct. idcirco Papa hæreticus in eo, quòd hæreticus est, minor est quolibet Christiano, vt dicit gl.in c.Acatius.in ver.hæresim.24.q.j. & hæc est ratio, quare concilium generale, quod aliàs Papam de aliquo crimine iudicare non potest, illum in causa hæresis iudicat, & tu addas rationem quoque huius esse: quoniam in causa hæresis concilium non dicitur Papam iudicare, sed merum, & simplicem hominem peccatorem; tunc enim ipso iure desinit esse Papa, & omni iure ac potestate dicitur priuatus.dicto capitulo primo. 24. quæstione prima.vbi gl.dicit, Papam in causa hæresis posse ligare Papam sua cõstitutione, vel excommunicatione. Nec obstat, quòd par in parem non habet Imperium; quia Papa in eo, qđ est hæreticus, minor est quolibet catholico. c.scimus. 12.q.1.& gl.ibi, per quam not.voluit Archid.in c.in fidei. de hære.in 6.quod mortuo Papa hæretico possit de hæresi accusari, & eius memoria damnari, tanquam quilibet alius hæreticus, iuxta l.manicheos.C.de hæreti.cum similibus, & hoc coram Papa successore, qui quo ad illud crimen dicitur superior, & dicit tex.in c.didicimus.24.q.1.quòd hęretici & scismatici, de quibus habetur in ca.inter hæresim. 24.q.3.nil iuris & potestatis habere dicuntur, & in cap.ait Celestinus.in c.aperte.ead.cau.& q.quòd hæreticus incorrigibilis, & pertinax ipso iure censetur damnatus, & a sua dignitate depositus.Propter ea ex prædictis infertur, quòd Papa, qui iam propter hæresim ipso iure priuatus, ac depositus est; a concilio potius dicitur declarari depositus atq; damnatus, quam ab ipso damnari, & iudicari, in his enim
36 quæ a canone ipso iure fiunt, † ac in quibus canon ipso iure pœnam imponit, non requiritur, nisi sententia declaratoria, vt per Archid.Ioã.And.& alios in c.pro humani. de hæreti.in sexto. Alex. & alij in l.si quis maior.C.de transactio.

¶Tertia fit conclusio ex verbis Abb.quòd quando Papa est
37 constitutus † in aliquo crimine, vel peccato mortali notorio & scandaloso, ac in illo tempore sit incorrigibilis, Papa de illo coram concilio generali accusari, & ab eo deponi potest, vt voluit glos.quæ singularis reputatur in d.c.si Papa.40.distin.ex quo Abb. hic infert, quòd cum Papa peccet mortaliter, bona ecclesiæ dissipãdo, & illa absque iusta causa alienando, vt per Archid.in c.non liceat.12.quæstio.2.si huiusmodi peccatum sit notorium & scandalosum, & Papa sit incorrigibilis, his omnibus qualitatibus simul cõcurrentibus, Papa de eo accusari & a concilio deponi poterit, per gloss.in dicto capitulo si Papa, quæ ab omnibus approbatur, veluti dicit Abb.in capitulo significasti.columna secunda.de electio.& in disputatione sua incipien.episcopus & rector.illamque glos.latè comprobat Roma.in consilio 523. quæstio discutienda. & sequitur Decius hic, & latius in consilio 151.debent ergo omnes hæ qualitates prius ꝓbari, alioquin contra papam procedi non posset.Primo ergo requiritur crimen esse notorium, iuxta id quod habetur in c.manifesta. per glos.secunda quæstione prima.& in capit.vestra.de cohabi.cleri.& mulie. Item requiritur esse scandalosum ecclesiæ, quod intelligas de vniuersali ecclesia: quoniam appellatione ecclesiæ simpliciter, maximà qñ tractatur de capite vniuersalis ecclesiæ, hoc est de Papa, debet intelligi de vniuersali ecclesia, prout est collectio & cõgregatio omnium fidelium, vt in capitulo ecclesia.de consecra.distinctione prima, & hoc modo sumitur in cap.vnico.de voto.in 6.& in multis alijs locis, in quibus.de capite ecclesiæ tractatur, ita est intelligendum, esset ergo istud ꝓbandum, alioquin accusatio, & iudicium contra papam co
38 ram concilio non procederet † nam quando lex, vel dispositio aliquid statuit, certam qualitatem præsupponẽdo non habet locum dispositio, nisi qualitas probetur, atque concurrat, vt in clemen.si de beneficio.de præbendis.clemen. literas.de rescriptis, ca. significauit. & ibi Abbas in vltimo nota.de appella.l.1.§.ait pretor.in princip. & ibi Bartol.ff. ne quid in loco publi.Ioan.And.in capitulo primo, de homici.in sexto. Alexan.in consilio 224.volumine 2.columna prima.l.pretor.§.docere.ff.ne quis eum, qui in ius voc. vi exi. Bartol. in l.j.§.1.ff.ne quid in flum.pub.capitul.cui de non sacerdotali.de prębẽ.in sexto, glo.in cap.quando. 24.distinctio.

39 ¶†Item dum requiritur illa alia qualitas, quod in tali crimine papa sit incorrigibilis, infertur, quòd necessaria erit monitio, saltem bina, iuxta tex. cum ibi not.per gloss.in c. dixit Apostolus. 24. quęstione tertia, vel saltem necessariũ erit, quòd tale crimen papę denũtietur iuxta monitionem euangelicam, quę fit ad effectum, vt quis se corrigat, alioquin sequeretur sententia depositionis, & eiectionis ab ecclesia, vt in c.nouit. infra eodem.in capitu.si peccauerit. 2. quæstione j.& in cap.in omni.de testibus.cum simil. nam per huiusmodi monitionem papæ incorrigibilitas probabitur ad affectum, ut contra eum possit procedi, accusari, atque deponi. Et hoc modo potest intelligi gl. in c.nemo. 9.q.1.qui vult, quod etiam in papa locum habeat illa denũtiatio: nam est intelligendum in criminibus, de quibus papa accusari posset; vt in crimine hæresis vel in crimine notorio, & scandaloso, alioquin papa crimen denuntiari non posset, vt voluit gl.in d.c.si papa.

¶Aliter quoque inducitur incorrigibilitas, vt in casu capi. cum non ab homine.supra eodem. quando ob crimẽ quis fuit accusatus, & depositus ab ordine, atque postea se non emendauerit, sed in crimine perseuerauerit. & hoc modo non sumitur in terminis nostris; quia papa regulariter de crimine accusari non potest, nec propter illud deponi, ut supra.

¶Rursus illatio, quam Abbas hic facit, quòd quando papa alienaret & dissiparet bona ecclesiæ notoriè, & sine causæ expressione, & hoc notoriũ, & ecclesiæ scandolosum esset, & papa esset incorrigibilis, quòd possit accusari, & deponi,
40 non videtur vera tenendo quòd † ecclesia habeat bona nõ a iure diuino, nec naturali, sed a iure positiuo, ut probatur in c.exemplum.12.quæstione 1.& per ea, quæ voluit Bart. in l.j.C.de sacrosan.eccle. & arg.c. Constantinus.96.dist. & in terminis per Bal.in l.fi.col.vlti.C.sine censu, vel reli. Nam cum papa sit supra ius positiuum, & plenitudinẽ potestatis habeat.c.proposuit.de concef.præben.cum ibi no. sequitur, quòd papa illi simpliciter contraueniendo non dicitur peccare, cum sine aliqua causa illi cõtrauenire possit, nec est, qui sibi dicere valeat, cur ita facis, vt ibi, & in c.quãto.per gloss.not.de transla.episcop.& vide gl.no.in c.de illo.32.distin.cum simi.& quod fit lege, & iure permittente pęnam non meretur.l.Graccus.C.de adulte.c.qui peccat. 23. quæstione 4. An autem alienare bona ecclesiæ in papa sit peccatum mortale, sicut est in cæteris prælatis, iuxta c.si quis presbyterorum. de rebus ecclesiæ non alienand. cum simi.infra forte dicetur.

41 ¶†Sed quod papa generaliter non possit accusari de crimine notorio scandaloso, & in quo esset incorrigibilis cõtra gl.in d.c.si papa. quicquid dixerint Abb.& alij, de quibus supra tenent magis communiter sacri doctores theologi, & Canonistæ etiam quam plurimi, idem sequuti fuerunt, vt est gl.in c.si quis pecunia. 79.distinctio. gl.in c.mandastis.2.q.4.quæ allegando.d.c.si papa. solum excipit crimen hæresis. Idem volunt Hostien. Ioan.Andr.in c.proposuit. de concef.præben. Inno.& Ioan.And.in c.ex parte.il 1.de verbo.signifi.Hosti.& Ioan.And.in c.inquisitioni.de sen. excom.in c.ad honorem. de autho. & vsu pal.& Hostiẽ.in hoc nostro.c.& in c.quanto.de transla. epis.And.latissimè in clemen.ne Romani.de electio. Card.Alexan.in princi. 15.distinct.& in dicto cap.si papa.Host.in sum. de dispen.

§.j.ver.

§.j. versi. alicuius. Innocen. in cap. super te. de biga. & dicit Ioan. And. in c. post translationem. post gl. de renuntia. ꝙ anima Papæ est in manica sua, & hæc opinio semper mihi placuit, salua sententia sanctæ matris ecclesiæ, quam in primis confirmo, inducendo sic tex. in d. ca. si Papa. Exceptio
42 † firmat regulam in casibus non exceptuatis, & in illis ius commune facit. l. nam quod liquidæ. in fi. ff. de penu. lega. c. consuluisti. 2. q. v. c. 2. de transla. episco. c. omnes. 32. q. 7. c. cum illorum. in prin. de senten. excommu. l. fi. §. cui dulcia. ff. de vino, oleo, triticoque leg. sed ab illo dicto & regula generali, quòd Papa de crimine aliquo accusari nō possit, iuxta tex. in d. c. nemo. in d. c. aliorum. in d. ca. nunc autem. cum simili. solum excipitur casus hæresis, quando Papa deuiaret a fide, & ex hoc status vniuersalis ecclesiæ periclitari posset, vt in d. ca. si Papa. ergo extra hunc casum Papa non poterit ab alio accusari, neque deponi: tum quia qđ non dixit canon, nec nos debemus dicere. l. si seruum. §. non dixit prætor. ff. de acquiren. hered. & erubescimus, cū sine lege loquimur, tum quia diuersa est ratio, nam ratio, quare de hæresi potest accusari, cessat in alio crimine notorio ac scandaloso, & in quo ipse Papa esset incorrigibilis, est enim ratio, ut sentit hic Decius, quæ colligitur ex c. miramur. 61. dist. vbi dicit tex. ꝙ in electione eius, qui supra omnes gradus constituitur, elaborandum est, ne erretur, quia ordo, ac status totius familiæ domini mutabitur, si quod requiritur in corpore, non inueniatur in capite, ita absurdum esset, quod uera fides, quæ in quolibet catholico requiritur, in capite, hoc est in Papa non reperiretur, quasi velit dicere Decius, quòd sicut quilibet catholicus ob hæresim posset accusari, & damnari, ita etiam ipse Papa. Hæc ratio non satisfacit, quia est nimis generalis, quoniam text. in d. c. miramur. loquitur non solum de crimine hæresis, sed generaliter de quolibet crimine, & tamen attenta hac ratione sequeretur, quòd sicut quilibet catholicus de crimine quolibet generaliter posset accusari, & dānari, argumento. c. j. cum simi. 81. distin. ita & Papa, quod tamen est falsum, vt in iuribus supra allegatis. Vera ergo ratio est illa, de qua supra aliqualiter tetigi, ꝙ ex quo Papa propter hæresim desinit ipso iure esse Papa, ex hoc sequit, ꝙ de illo crimine potest accusari, & deponi a concilio tanquam superiore omnium personarum, ac ipsius Papæ, qui ob id quocunque catholico minor, atque inferior est effectus, ut sæpius dictum est. Quæ ratio cessat, quando Papa esset constitutus in aliquo crimine etiam notorio & scandaloso, atque incorrigibili, quando etsi largè, & impropriè hæresis dici posset, arg. c. si qui presbyteri. 81. distin. c. nullus. 38. distinctio. vbi incorrigibilitas hæresis censetur, & nota. in d. c. si Papa. Tamen Papa non desinit esse Papa, argumento. ca. fina. tertia quæstione septima. vbi Christus mandauit obediendum esse Phariseis & Scribis, ut superioribus, qui tamen erant notoriè criminosi, & ab ipso publice quotidie corrigebantur, & ipse illis honorem præstitit, vt in c. dominus noster. 93. distinctio. & in cap. omnia. cum sequen. 1. q. 1. Facit, quod habetur in c. solitæ. de ma-
43 io. & obed. Propterea † prælati inferiores ob crimen notorium, scandalosum & incorrigibile non sunt ipso iure depositi, sed ueniunt deponendi, & ideo sunt tolerandi, illisque parendum est, donec fuerint depositi, ut in c. clerici, cum sequenti. de cleri. excommunicato ministran. c. fina. 15. q. ultima. c. Deus omnipotens. 2. q. 2. cap. tua nos. cap. vestra. cum similibus. de cohabita. cleri. & mul. c. cum nō ab homine. supra eodem. ergo a fortiori hoc dicendum est in Papa, cuius depositio & priuatio est maioris præiudicij, argumento. c. vbi periculum. de electio, in vj. clemen. ne Romani. eodem titulo. Et hæc consequentia probatur in simili ex his, quæ uoluit glossa in capi. ad apostolicæ. in ver. grauissima. de re iudic. in vj. vbi facilius fit depositio clericorum, & prælatorum, quam Imperatoris, ex quo de maiori periculo & præiudicio agitur, & ita uidentur tenere magis communiter canonistæ, quòd ob crimen notorium, scandalosum & incorrigibile Papa ipso iure non desinat esse Papa, nec ipso iure damnatus sit, quamuis ob crimen hæresis propriè sumptæ aliud sit, ut per omnes doctores in dicto capitulo, si Papa. cum similib. supra allegatis.

¶ Nec obstat textus in cap. prætor. cum cap. nullus. 22. distin. quia non loquitur de depositione ab ordine, & priuatione perpetua, sed de suspensione ab officio & beneficio, ut per omnes ibi, & per Abbatem. in capi. sicut. in capitu. vestra. & in c. fina. de cohabita. cleric. & mulie. & per Modernissi. in c. nullus. & in d. ca. præter. 32. dist. Vel illa iura loquuntur in inferioribus, qui iuribus superiorum ligari possunt. c. j. de constitutioni. c. 2. eodem titulo. in vj. Non autem in Papa, qui nullo iure positiuo ligatur, cum lege, & canone sit solutus. l. digna vox. C. de legibus. d. ca. proposuit. & c. iustum. cum ibi nota. 10. distin. c. nemo. c. aliorum. cum simili. 9. q. 3.

¶ Similiter, ut supra dictum fuit, potest responderi textui. in c. his uero. §. ecce. iuncto ca. domino. cum gloss. 1. dist. & quod in terminis illorum iurium sententia requiratur colligitur ex nota. in c. 1. 81. dist.

¶ Eodem modo respondeas textui in c. quia sanctitas. 1. distinctio. & in c. 1. iuncto. §. qualibet. 81. distinctio. & in c. ipse. 11. quæstio. 3. ut colligitur ex gloss. ibi. Præterea cum
44 † hæresis, quæ causatur ex crimine notorio scandaloso, & incorrigibili dicatur ficta, symbolica & transumptiua hæresis, ut uidetur de mente glossæ in d. c. si Papa. ac omnes fatentur, & præsertim Decius in consil. 151. & colligitur ex his, quæ voluit gl. in c. illi, qui. 24. q. 3. & per gloss. in d. ca. si quis pecunia. sequitur, quòd non procedit argumentum de uera hæresi ad impropriam, cum simus in pœnalibus & odiosis, vt per glos. in clementina. 1. in uersicu. religiosis. & in clementina 2. in versic. missarum. de sententia excommunicationis. l. 3. §. hæc uerba. ff. de negotijs gest. c. in pœnis. de regulis iur. in 6. c. in nostra. de iniur. & dā. dato. Bald. in l. si te. de suis & legiti. Alexan. late in consi. 87. volumi. v. visis codicillis. Imola in l. si uero. §. de uiro. ff. soluto matrimo. & facit. ca. sicut Christus. j. q. 1. ibi, sed hoc de peccatore catholico, non hæretico: & consequenter apparet, quòd alia & diuersa ratio est in hæresi, quæ non militat in casu, quo Papa fictè esset hæreticus, hoc est in crimine notorio, scandaloso & incorrigibili constitutus.

¶ Hanc opinionem etiam confirmo per textum in ca. electionem. 79. dist. vbi dicitur, quòd licet electio pontificū spectet ad sacerdotes, & fideles, depositio tamen, & eiectio non ad eos, sed ad Deum pertinet, quia illam sibi reseruauit, ut etiam habetur in c. aliorum. nona quæstione 3. cū simil. & de depositione a dignitate ecclesiastica tractari non potest, nisi data incorrigibilitate, ut no. in c. 1. 81. dist. c. eiecerunt. c. dixit. c. qui in ecclesia. 24. q. 3. ergo Papa ob crimen incorrigibile a concilio deponi non potest, & ita debet intelligi. d. c. electionem. Posset tamen ille tex. euitari, quod procedat in crimine, in quo quis esset incorrigibilis, non autem in notorio & scandaloso, per nota. per gl. in d. capit. si Papa.

¶ Præterea, pro hac opinione contra gl. in d. ca. si Papa. vltra inductionem factam de. d. c. si Papa. de qua supra. Secundo induco illum textum. ibi, quod magis officit sibi, & omnibus, nihilominus innumerabiles populos caterua tim secum ducit &c. Et sic ex illo tex. infertur, quòd loquitur etiam de criminibus notorijs ex quibus omnes & innumerabiles populi corrumpuntur, & inficiuntur, argumento. ca. præter. 32. distin. Item loquitur de criminibus scandalosis, per quæ scandala inter omnes Christianos oriuntur. Item de criminibus, in quibus Papa esset incorrigibilis, quia loquitur de illis, in quibus Papa vsque ad eius obitum perseuerauit, ut ibi, secum ducit primo mancipio, & ibi in æternum vapulaturus: & tamen ille textus denegat, Papam ob ea crimina posse ab alio damnari.

¶ Nec obstat, ut dicit Decius in d. consilio 151. Quod ille
45 textus loquatur de criminibus, quæ † committuntur in non faciendo & negligendo, non autem in faciendo, quæ dicuntur maiora, & acrius sunt punienda, argumento nota. in l. si mora. ff. solu. matrimonio. faciunt nota. per Bart. in l. licet. in fi. ff. de peculio. bonus tex. in l. argentarius. §. cum autem. & ibi Bald. ff. de edendo. habetur per Alexan. in l. domos. ff. de lega. 1. in l. si quis ex argentarijs. in fi. ff. de eden. vbi maior est culpa in faciendo, quàm in negligēdo: & hæc fuit responsio Decij in d. consi. 151. quia respōdetur, quòd licet ille textus in dicto principali loquatur de delicto Papæ, quod committitur negligendo, & in nō faciendo consistit: tamen attenta ratione illius text. quæ est generalior dicto, prout esse debet, comprehenduntur etiam delicta, quæ in faciendo committuntur, de q̄bus ipse non potest ab aliquo iudicari. d. c. nemo. d. c. aliorū. cū si. & ab eo, qđ dictū fuit, & infertur ex rōne illius text. ibi, fit exceptio, nisi Papa a fide deuiaret: & hæc sufficiant pro

nunc,aliàs plura dixi in quadam disputatione.

¶An autem Papa,sicut alius inferior peccet alienando, &
46 dissipando bona ecclesiæ,adeo † q. si hoc notoriè faciat,& scandalum in ecclesia resultet, & in hoc Papa sit incorrigibilis,possit accusari,& deponi,ueluti Abba.hic voluit, Archidi.& alij in ca.non liceat.per illum textum.12.q.2.dicunt,quòd sic,ueluti Abba.hic refert.Tu autem dicas,de alio inferiore non esse dubium, quin dicatur peccare,& sit puniendus,ut est tex.cum ibi not.in c.si quis presbyterorum.de rebus ecclesiæ non alien.& hoc est ex eo, quia alienando res ecclesiæ sine causa facit contra prohibitionem Papæ,& principis,ut per totum de rebus ecclesiæ,cũ simi.Nil mirum,si peccat,& puniendus est: qui enim principi non obedit,morte morietur.c.2.de maio.& obed.c.solitæ.eodem titu.& argumento no.in c.nulli fas.19.dist. in c.generali.de elect.in 6.in c.nulli fas.c.violatores.& c. generali.25.q.j.Sed in Papa maius est dubium,& (ut dixi supra) ex quo ecclesia habuit bona de iure positiuo, ut in c.exemplum.12.q.1.cum similib.quia non reperio ecclesiæ fuisse concessum habere,& possidere bona immobilia nisi de iure positiuo,ueluti supra latius dixi,& ex quo prohibitio alienationis rei ecclesiæ fuit inducta a iure positiuo,a conciliis & a Papa, sequitur, quòd ex illo iure positiuo Papa non ligatur, & contraueniendo non peccat, ut nota.in dicto capitulo proposuit. in capitulo quanto. de translatio.episcop.cum similib.quia Papa successori,& sibi legem imponere non potest,nisi ratione hæresis ut in d.c.j.24.q.j.ipse enim canone solutus est.c.iustum. 10.distin.cum ibi nota.l.digna vox.C.de legibus.d.c.nemo.d.c.aliorum.c.cuncta per mundum.9.q.3.nota.in c. ubi periculum.de electio.in 6.& in clementina ne Romani.eodem titulo.

¶Superest,vt respondeamus tex.in d.ca.non liceat.12.q. 2.vbi est casus,iunctis nota.per Archidiac.Nam,ut dicit ibi gloss.Papa Symmachus sibi & successori legem imposuit,quòd de iure stare non posse videtur.cap.innotuit.de electio.d.c.si Papa.& argumento.c.inferior.21.distinct. & ca.cum inferior.de maio.& obed.cum simil.Sed dicit gloss.ibi,quòd quamuis Papa non teneatur seruare legem sui prædecessoris.tamen iustum est,ut secundum iura, & leges prædecessorum viuat,illaque seruet.l.digna vox.C. de legibus.l.princeps.ff.eod.& dicto capit.iustum.ex quo infero,quòd de mente illius gl.est,prohibitionem alienationis rerum ecclesiæ esse de iure positiuo, quia si esset de iure naturali,uel diuino,Papa non diceretur solutus, imo vsque ad animam & sanguinem seruare teneretur, ut in c.sunt quidam.25.q.1.Abb.in cap.literas.de restitu.spo. & text.in d.cap.non liceat.debet exponi de honestate per prædicta.

¶Nec obstat,quod voluit Archid.in d.ca.non liceat.quia fateor (vt ipse loquitur) q. alienando, & consumendo res ecclesiæ in turpes & illicitos vsus Papa dicitur peccare nõ ex eo,quòd simpliciter bona ecclesiæ alienet,sed ex eo, q. in malos, & turpes vsus,sicut in simili dicitur in ca. super eo.de vsur.vbi accipere ad usuras per se non est peccatum, quamuis sit causa peccati alterius, quando accipit pro necessitate,sed quando accipit, ut consumat in turpes vsus, peccat etiam ipse accipiens non ex eo, quòd accipiat, sed quia accipit,ut in malos usus consumat: eodem modo Papa consumendo bona ecclesiæ, ut vltra necessitatem propinquos suos ditet,vel palatia superflua,& non necessaria eis construat,peccat, quia non distribuit secundum ordinatam charitatem,iuxta quæ habentur in c.non satis.cap. dominus.& melius in c.est probanda.cum ibi not.86.distinctione.Quæ bene nota.

¶Nec obstat,quòd quamuis modus acquirendi dominiũ ecclesiæ fuerit de iure positiuo,ut supra,tamen dominiũ, quod sic fuit acquisitum,dicitur esse de iure gentium, qd tolli non potest a principe sine iusta & publica causa, ut p Alexandrum in l.cum heredes.in princip.in fi.columna. 2.ff.de acquirenda possessio.& dictum est supra per nota. per Barto.in l.ex hoc iure.ff.de iusti.& iure.cum similib. allegatis per Alexandrum, ibi, & tanto magis hoc uerum est,quando etiam fuisset acquisita possessio,qua mediante acquiritur dominium de iure gentium,ut in l.1.in principio.ff.de acquiren.possessio.& faciunt nota.per Baldum in l.1.ad finem.C.de iure aureo.annulo.quia respõdetur,
47 quòd † ex quo dominiũ & possessio censetur acquiri quodam iure extraordinario,& contra regulas iuris communis:quoniam ecclesia prout capitur,vel pro ambitu murorum,uel pro quodam corpore imaginato,hoc est,pro collectione,& congregatione fidelium,vt in c.ecclesia.de cõsecratio.dist.j.quod corpus caret anima & corpore vero, argum.c.Romana.§.in vniuersitatem.de sententia excõ. in vj.Sequitur,quòd dominium & possessio,quæ ecclesiæ dicuntur acquiri,non dicitur propriè dominium, nec dicitur esse de iure gentium,sed potius de iure positiuo, cũ sine animo & corpore proprie non acquirantur dominiũ & possessio propriè sumpta,ut in l.1.cum materia in prin. ff.de acquiren.possessio.l.quemadmodum.l.3.§.in amittenda.eodem titulo.Hinc dicitur,quòd dominium vtile, quod acquiritur ex iuris dispositione mediante quadam fictione,iuxta.l.1.in fi.cum glossa.ff.si ager vectig.uel emphyteu.& in l.1.§.qui superficiem.ff.de superficiebus.dicitur esse non de iure gentium,sed ciuili & positiuo ab eo inuentum & introductum,ut in dictis iuribus, & dominium directum dicitur facere verum dominium, sed dominium vtile quasi dominium & impropriè, vt per Speculato.in titulo de locato.§.6.in uersicu.45.Vide not.per Bartolum.in l.1.in prin.ff.de acquirenda possessio.in fi.
48 columna 3.Ex cuius verbis colligitur, quòd † dominium vtile non aduersans directo, sed illud recognoscẽs dicitur fictum dominium,& sic de iure positiuo,argumento,ca. tua.de sponsa.cum ibi nota,& per Barto.in l.si is, qui pro emptore.ff.de vsuca.vbi fictio dicitur de iure positiuo introducta,ergo dominium fictum, & vtile dicitur de iure positiuo.Ex quibus infertur, q. princeps poterit dominiũ rerum ecclesiæ tollere ad libitum absque expressione alicuius iustæ causæ,quia in dubio præsumitur,ut supra,nisi cõsumendo,uel dissipando in turpes & inhonestos vsus expenderet,quia tunc peccaret,secundum quod supra dictum fuit ex mente Abbatis in d.ca.non liceat. Cogita tamen,& reliqua in hoc capitulo supple, vt per scribent. hic:quia iam instant feriæ Baccanalium. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Instantia iudicij causæ appellationis tam de iure canonico quã ciuili lapsu vnius anni,& ex causa biennij finitur.*
2 *Instantia prima in causis ciuilibus de iure canonico lapsu triennij non perit.*
3 *Iudex delegatus lapsu triennij iudex esse non desinit.*
4 *Causæ coram principe,vel eius consistorio agitatæ cursu tẽporis non pereunt.*
5 *Instantia iudicij coram delegato Papæ triẽnio non finitur.*
6 *Commissio facta super decisione causæ intelligitur etiam facta super cognitione eiusdem,& quid econtra.nu.7.*
8 *Papa causam inter clericum actorem & laicum reum committere potest personæ ecclesiasticæ,quamuis ea sit merè temporalis.*
9 *Vsurpatio uiolenta & iniuriosa rei ecclesiæ dicitur sacrilegium.*
10 *Stylus & communis vsus attenditur,quando regulæ iuris aduersantur.*
11 *Decisio causæ quandoque per subterfugia, & cauillationes in longum protrahitur.*
Cauillatio,eiusque natura quæ sit,remissiuè.
12 *Instantiæ tempus an currat, quando decisio per aduersarij cauillationes prorogatur,& num.19.*
13 *Instantia certa in causis, de iure canonico non datur, & quare secus sit de iure ciuili.*
14 *Instantia causæ emergentis triennio non finitur.*
15 *Dispositio.l.properandum.C.de iud.quod instantia iudicij triennio finiatur,an in foro ecclesiastico locum habeat. Et an vtroque iure idem sit,an vero sit differentia in hoc inter ius ciuile & canonicum.*
16 *Papa consultationi de iure respondens ius antiquum referre,& non nouum facere dicitur.*
17 *Verbum,mandamus,ius nouum inducit.*
18 *Lex noua ad præterita quoque extenditur, si de mente legislatoris ita volentis appareat.*
20 *L.intra utile.ff.de mino.declaratio.*

Tempus

21 *Tempus datum ad agendum non currit, si facto legitimo aduersarij fuerit impeditus, secus in tempore dato ad prosequendum.*
22 *Causa de iure canonico quandocunque expeditur, at de iure ciuili finis triennij expectatur.*
23 *C. cum olim. il 2. §. iudices; de priuileg. intellectus. C. cum ex literis. de restitu. in integ. intellectus.*
24 *Episcopus terminum instantiæ suo statuto præfigere non potest, ut eo elapso instantia sit perempta.*
25 *Inferior statuere non potest, ut in causis summariè, & sine strepitu procedatur.*
26 *Iurisdictio iudicis delegati lapsu instantiæ causæ principalis non perit. Fallit in instantia causæ appellationis. Item quando ea ad certum tempus esset limitata.*
27 *Instantia dolo & facto tertij, uel partis perēpta, an detur restitutio, uel quō succurratur illi, qui non est in culpa.*
28 *Et quid si facto iudicis instantia sit perempta.*
29 *Instantia non perit, quando absque facto, & impedimento alicuius tempus currit.*
30 *Tempus litis terminādæ propter examinationem testium in lōginquis partibus cōmorantiū vlterius protrahitur.*
31 *Terminus instantiæ a iure, vel statuto præfixus interpretatur, si causa infra illum terminū de iure potest expediri.*
32 *Sententia lata vltra triennium instantiæ præfixum, quòd absque facto & impedimēto alicuius cucurrit, infra terminum iuris lata esse dicitur.*
33 *Pendente quæstione super incidentibus causa principalis interim dormit, & stat in suspenso.*
34 *Instantia triennalis contra ecclesiam an currat.*
35 *Ecclesia Romana fiscum habet, & priuilegio reipub. Romanæ gaudet.*
36 *Clericus priuilegio suæ ecclesiæ gaudeat.*
37 *Causa criminalis laicorum infra biennium a die litis contestatæ est terminanda, siue accusando, siue inquirendo agatur. Et quid de causa criminali laicorum.*
38 *Causa decurionatus infra tres menses terminari debet.*
39 *Iudex, qui sub pęna causam infra certum tempus terminare debet, pœnā tunc incurrit, si petitū fuerit, et nō aliter.*
40 *Causa nuntiationis noui operis infra tres menses terminari dēt, quibus elapsis satisdatione præstita ædificari pōt.*
41 *Causæ breuiores, minimæ, & vilium personarum celeriter & de plano sunt cognoscendæ.*
42 *Causa damni infecti celeriter debet expediri.*
43 *Causa syndicatus infra viginti dies expedienda est, & an alibi, quàm in loco officij, & infra quod tempus officialis de his, quæ in officio suo gessit, conueniri possit.*
44 *Officialis hæredes de his, quæ ipse in officio gessit, conueniri possunt, & infra quantum tempus.*
45 *Causa contra officialem in patria sua quantum tempus ad prosequendum habeat.*
46 *Cā excusationis a tutela infra quatuor menses expeditur.*
47 *Instantia perempta quæ acta pereunt.*
48 *Acta decisoria quando perempta instantia prosint, & in alio iudicio fidem faciant.*
49 *Instantia prima, & instantia causæ appellationis, utrum per compromissum, uel pactum prorogetur, & vtrum suspendatur. nu. 50.*
51 *Contrahenti ex necessitate lex magis fauet, quam contrahenti ex uoluntate.*
52 *Instantia virum pacto partium iurato prorogari valeat.*
53 *Legis dispositio a ratione finali, & non ab impulsiua regulatur.*
54 *Instantia causę principalis, an consensu partium & iudicis simul prorogari possit.*
55 *Instantia finita iudex sententiam ferre non debet, licet a parte fuerit promissum illius peremptionem non allegare, nec opponere.*
56 *Instantia ante lapsum triennij an & quomodo renouetur.*
57 *Sententia an lapso tempore a iure, vel statuto causis præfixo ferri possit, & lata ualeat.*
58 *Lapso tempore parti præfixo, pars amplius non auditur.*
59 *Iurisdictio finitur lapsu temporis, quod iudici, & iurisdictioni præfixum fuit.*
60 *Factum a iudice post tempus illi tantum præfixum valet, sed is punitur.*
61 *Iurisdictio finitur lapsu temporis instantiæ præfixi, & factum postea est nullum, quamuis iudici pęna esset imposita. nume. 63.*
62 *Sententia interlocutoria, qua reus ab obseruatione iudicij absoluitur, post peremptam instantiam ferri potest.*
63 *In summarijs datur instantia iuris communis, & num. 76.*
64 *Iudex, qui tenetur aliquid facere sub certa pęna, non incurrit pęnam, nisi pars institerit.*
65 *Actio extinguitur lapsu temporis illi præfixi.*
66 *Tempus quando dicatur præfixum parti, quando iudici, qñ instantiæ, & quando actioni.*
67 *Sententia ferri potest, instantia perempta, quando reus post litem contestatam, & in processu fuisset confessus, quod declara, vt hic, & quid si non modò instantia, sed etiam causa lapsu temporis perijsset.*
68 *Sententia lata absoluo absoluendum, & condemno condēnandum, ut ex actis constat, an valeat, quando iudex nō potuit acta videre, & tempus sibi currit.*
69 *Sententia quandoque de nocte ferri potest.*
70 *Sententia lata non visis actis, & absque causæ cognitione est ipso iure nulla.*
71 *Iudex videns instantiam perire ex officio ad sententiam venire potest.*
72 *Publicatio processus ante sententiam parte petente fieri debet, parte uero non petente non est de substantia.*
73 *In compromissis an seruanda sit instantia triennalis, sicut in iudicijs: & quid in arbitramentis, & an vltra triennīu a die litis contestatæ instantia durare possit. nu. 75.*
74 *Arbitria a iudicijs in multis differunt.*
76 *Instantiam in causis, in quibus summariè proceditur, triennalem dari, & an elapso triennio instantia pereat.*
77 *In summarijs datur iudicium non ordinarium, sed extraordinarium.*
78 *In exequutiuis an detur instantia præfixa generaliter ipsis causis a statuto, uel a iure communi.*
79 *Instantia an pereat, qñ iudex per inquisitionem procedit.*

Caput venerabilis, &c.

HÆc Decretalis varijs modis secundùm varios intellectus summatur, & secūdum communem sic. Instantia iudicij per lapsum triennij nō perit, hoc dicit secūdum Abbatem, & communiter alios. Quod summarium non placet. Primò, quia nimis generale est, nam cuiuslibet iudicij, tam causæ appellationis, quàm principalis, nec non ciuilis, & criminalis instantiam complectitur, siquidem iudicij nomen, tam ciuile, quàm
1 criminale continet, ut habetur supra in rubrica. Sed † instantia iudicij causæ appellationis, tam de iure canonico, quàm ciuili ex lapsu vnius anni, vel ex causa biennij finit̃, & perit, vt in c. cum sit Romana. infra de appellationibus. & in authentica, ei qui. C. de temp. appell. cum similibus. Item causæ criminales sua tēpora præfixa, & minora triēnio habent. l. 2. C. vt infra certum tempus, & infra proximè dicetur, ergo &c. Præterea hoc summarium inter ius ciuile & canonicum nullam facit differentiam, & tamen de iure ciuili instantia iudicij causæ ciuilis triennio perit, vt in l. properandum. C. de iudiciis. Ideo secundum com
2 munem intellectum ita forte melius summari posset, † in causis ciuilibus prima instantia de iure canonico per lapsum triennii non perit, hoc dicit.

¶An autem de iure canonico idem sit in instantia iudicij criminalis; Henricus Boich tenet, quod non, sed quòd utroque iure biennio finiatur, per dictam.l.2. quæ immutata, & correcta per ius canonicum non reperitur, propterea etiã in foro canonico seruanda est, argumen.c.1. cum ibi notatis.de noui operis nuntiatio.l.præcipimus. C.de appellationibus.& l.sancimus.C.de testamentis. Contrarium, tamen innuit Abba. ut infra statim dicam, dum inquit, quòd Archiepiscopus hic crimen sacrilegij ciuibus opponebat.

¶Vel secundum intellectum,qui Abba. magis placet,hoc
3 modo summari potest. † Lapsu triennij non obstante, iudex delegatus in causa sibi commissa procedere potest.Verum quia hoc est contra textum dictæ l.properandum. quæ de iudice delegato,etiam principis expresse loquitur,& tamen vult instantiam non posse vltra triennium extendi, tu hoc summarium declara,prout de mente Abba. esse videtur,quod aut quærimus,an instantia causæ possit etiam coram delegato vltra triennium extendi, & dicendum est,quòd non,quia in hoc ordinarius & delegatus non differunt,ut in d.l.properandum.ubi casus, Aut quærimus, an perempta instantia per lapsum triẽnij iudex delegatus, cui fuerit commissa causa adhuc iudex remaneat absque alia commissione & delegatione facta,& consequenter coram eo nouum iudicium,nouaque instantia libello de nouo porrecto inchoari possit.Et dicendum est,quòd sic per hunc textum,qui secundum Abba. hunc casum decidere voluit.Et ita verba Abbatis in hoc summario intelligenda sunt.

¶Sed hoc summarium sic declaratum, quamuis in se verum esse,queat vt est de mente Speculator.in titulo de officio iudi.§.sed vt & expresse volunt Ioannes Andreas. & do.Anto.in c.examinata.supra eodem. Tamen non bene huic textui congruere videtur, qui iudicio meo instantiã non peremptam,sed potius prorogatam fuisse præsupponit,ut ibi,per triennium prorogata. At aliud est quid esse peremptum,& aliud quid esse prorogatum:nam per prorogationem res adhuc durare & viuere dicitur, & in longius protrahitur.l.sed & fi.ff.de precario.per Abba.in c. de causis.de officio delega.& in ca.præterea.in princip.de appellation.secus est in peremptione. Præterea ciues Ceruienses excipiebant se non teneri amplius coram iudice delegato respondere, quoniã instantia iudicij per cursum triennii perierat. Papa verò dicit hanc exceptionem non obstare,propterea mandauit iudici, ut in ipso negotio secundum formam in rescripto traditã procederet: ex hoc infertur,instantiam iudicij cursu triennij peremptam nõ fuisse alioquin falso Papa dixisset, exceptionem oppositam non obstare.De hoc intellectu tamen infra post Abb. & alios dicetur,nam mihi valde placet, licet enim perempta instantia dicatur per lapsum triennij, non tamen iurisdictio iudicis extincta dicitur, quin secundum formam literarum procedere possit,neque dicit in eadem instantia, sed simpliciter,quod non obstante exceptione secundum formam literarum procedere debet, & sic Papa solum remouet exceptionem circa processum,nihil super instantia decidendo.

¶Potest & secundum alium nouum intellectum ita summari,si Papa causam vni ex Auditoribus sacri palatij committit,& sic in sacro principis consistorio cognoscendam, instantia iudicii per lapsum triennij non perit,hoc dicit.
4 Et ratio est,† quia causæ, quæ coram principe, uel in eius consistorio agitantur, cursu temporis non pereunt,neque in illis certa præfixa instantia datur. §. ad hæc.2.q.6. & §. ad hæc.in authentico de appellat.authenti.sed lis.& l.fin. §.si tamen.C.de tempo.appellat. Quod si in causis appellationum contingit,multo magis in causis principalibus cum appellationum causæ magis certas & præfixas instantias habere debeat,quam principales, ut colligitur ex tex. c.cum sit Romana.infra de appellatio.& in authentica,ei qui.C.de temp.appellatio.iunctis his quæ hic dicuntur. Quamuis glossa in d.§.ad hæc.in authenti.de appellatio. contrarium sentiat, differentiam esse in hoc inter causas appellationum & causas principales,quia in principalibus locum habeat.l.properandum.C.de iudic.& l.fina.C. ut intra certum temp. Quod non placet, tum attenta ratione, de qua in d.§.ad hæc. tum etiam quia princeps illarũ legum dispositione non ligatur.l.digna vox.C.de legibus cum ibi nota.l.princeps.ff.eodẽ.Hinc videmus, principẽ sententiam non conformem libello ferre posse, quamuis alij non possint.l.Emilius.& ibi Bar.ff.de mino.& per do. Anto.in c.licet Heli.de simo.

¶Sed hic nouus intellectus diuinat,quia malè hic dici potest, Papam commisisse causam vni ex Auditoribus sacri palatij,nisi colligatur ex eo, quòd in inscriptione dicitur magistro Tancredo,quoniam Auditores sacri palatij Papæ magistri appellantur. Quod parum admodum facit, nam quando Papa vult de Auditoribus sacri palatij mentionẽ facere,illos per uerbum Auditores appellat,ut in clem.auditor.cum ibi not.de rescrip. Præterea in suprascriptione dicitur magistro Tancredo canonico Bononiensi,non autem dicitur capellano nostro,seu Auditori sacri palatii.

¶Posset forte etiam hic tex.intelligi in quolibet iudice de
5 legato Papæ,& tunc ita summaretur. † Coram delegato Papæ instantia iudicii triennio non finitur. & ratio esse potest,quia delegatus Papæ in causa sibi commissa uice Papæ fungitur.c.sanè.de officio delega. & quocunque ordinario maior esse dicitur,ut ibi,& in c.2.de officio lega.c. pastoralis.§.præterea. de officio ordin. Vnde sicut coram Papa instantia lapsu triennali non perit,ut in d.§.ad hæc. Ita nec coram suo delegato.

¶Huic tamen intellectui multum aduersatur.d.l.properãdum. quæ loquitur etiam, quando causa esset a principe delegata,ut ibi,uel ex aula nostra dari, nisi diceres illũ tex. loqui de delegatis ab Imperatore, hunc uerò de delegatis a Papa, uel illum ibi de iudicibus datis non immediatè a principe,eiusque persona,sed ab eius aula,hoc est a suo cõsistorio,ut in urbe a referendariis,& officialibus ad hoc a Papa deputatis,ut in d.clemen.auditor. iuncta glos.2.Vel loqui de iudicibus ordinariis specialiter, siue ex priuilegio ab ipso principe creatis & constitutis, non autem de suis delegatis.Nam & princeps iudicem ordinarium facit dando alicui iurisdictionem ordinariam, ut in l. & quia. cum gl.ibi,nec principaliter ei iurisdictio data est.ff.de iurisd.om.iud. Ex quibus inferri posset, instantiam iudicii triennio non finiri,quoties causa coram principe, eiusue delegato cognoscitur,quod ultimum de delegato fuit de nouo per hunc tex.nostrum decisum,cum prius bene determinatum non esset,& hoc Bononiæ seruatur, & practicatur,quamuis,(vt dixi) gl.in d.§.ad hæc. contrarium uelit.Cogita tamen & prædicta intellige,nisi Papa, seu princeps causam alicui infra certum tempus committeret,iuxta.cap.fina.de dolo, & contumac. nam tunc illo termino elapso mandatum finiretur, uel iurisdictio extingueretur ut in capitulo,de causis. de officio delegat. An autem instantia causæ quoque tunc finiri diceretur,forte ex prædictis dici posset,quòd non, sed uideas, ut habetur in dicto capitu.de causis.

¶Neque huic intellectui aduersatur quod Papa semper in dubio causas iuxta iuris ordinem committere censetur. ca. causam.de rescript.Ergo ut triennio solum durent. Nam d.cap.causam.debet intelligi de ordine iudicii, & causæ, ut ibi habetur.

¶In primo no.Abba.pro declaratione eorum,quæ ipse po
6 nit. Quæro,† utrum,si iudici delegato simpliciter decisio causæ commissa fuit,illius quoque cognitio commissa dicatur? Abba.concludit,quod sic per hunc text.ibi, quod cum decisio causæ,quę super iurisdictione,& aliis articulis uertitur,& ibi respondere &c.& ibi procedas &c.

¶Secundo facit illa regula, qui vult consequens, uidetur uelle omne suum antecedens necessarium, c.præterea.ca. prudentiam.§.sexta.in fi.ver.de officio deleg.l.2.ff.de iurisdi.omn.iud.c.ex parte.de sponsa.melius in l. oratio.ff. eod.bonus tex.in l.ad rem mobilem.l. ad legatum.ff. de procurato.Sed necessarium præambulum decisionis causæ est illius cognitio.c.1.cum ibi not. de re iud.in 6.l.prolatam.C.de senten.& ibi Bar.& in l.multum.ff. de cond. & demon.cum simi.ergo &c.

¶Tertiò Areti.hic ad hoc allegat etiam tex.in l.& si cognitio.C.si contra ius,uel util.publ. qui in propriis terminis non loquitur,sed quod ubicunque princeps alicui simpliciter exequutionem causæ committit, censetur etiam eidem non cognitionem causæ principalis commisisse,sed obreptionis, seu subreptionis, ut de ueritate precum inquirere possit.

7 ¶Sed quid econuerso? † An commissa cognitione causæ simpliciter diffinitio quoque, & exequutio commissa dicatur. Articulus est ualde dubius, sunt enim qui affirment,ac econtra,qui negent, vt habetur per Specu. in tit. de officio delegato.in §.sequitur.in uersicu. & not.& ibi Ioan.

Ioan. And. in addi. per glo. & docto. in clemen. auditor. de rescrip. per scriben. in capitulo super quæstionum. de officio delegat. & Bartol. optimè examinat in l. a diuo Pio. in princip. ff. de re iudic. Ex cuius verbis colligitur, quòd aut simpliciter committitur causa nullā de cognitione & diffinitione mentionem faciendo, & tunc tota causa etiā quo ad diffinitionem commissa dicitur, argumento l. si defensor, §. j. ff. de interroga. actio. Ita potest intelligi id, quod voluit Specula. in loco allegato. Facit, quod volunt domini de Rota, decis. 77. & 358. in nouis, quos refert & sequitur Alex. in l. si filius. in apostil. magna. ff. de dona. in l. fin. C. si contra ius, vel vtil. pub. & in consil. 94. in secundo volu. arguendo a speciali. Aut fuit expressè commissa causæ cognitio simpliciter, & túc non dicetur commissa diffinitio, ex quo solùm causæ cognitio expressa est, gloss. in l. si procurator. C. de procurato. dicta l. si defensor. §. j. l. vbi. C. de falsis. & argumen. l. cum prætor. cum simi. ff. de iudi. quod vltimum ex mente Ioan. And. in dicta addi. dupliciter declarari potest. Primò, vt id, quod dictum est, procedat, qñ solum cognitio causæ vni vt iudici delegato, & per modū iurisdictionis delegatæ commissa esset, argumen. capitulo super quæstionum. cum ibi nota. de officio delega. secus si per modum iurisdictionis ordinariæ, puta committendo illam aliàs habenti ordinariam iurisdictionem, quo casu potius eius iurisdictio excitata, quam facta dicitur, vt in capitu. licet. & in capitulo graue. de officio ordina. túc enim committendo cognitionem causæ, diffinitio interdicta nō diceretur. Secundo declaratur, quam delegatio facta esset a principe, qui cognitionem simpliciter commisisset: quia diffinitionem quoq; commisisse dicetur, secus ergo in delegato inferioris, facit capitulo quærenti. cum simi. de offi. delega. vbi delegato principis in dubio exequutio etiā sententiæ commissa censetur, licet de ea mentio non fiat, ergo similiter & diffinitio, quæ facilius translata dicitur, quam exequutio, vt colligit ex not. per Bar. in dicto l. a diuo Pio. in princip. Item quia diffinitio exequutionem præcedit, vt in l. j. C. de exequu. rei iudi. reliqua vide in locis præallegatis. Aliud tamen est in auditoribus Rotæ: quoniam auditores sacri palatii Papæ, & si in cognoscendo, & diffiniendo iurisdictionem ordinariam habere dicuntur: tamen appellantur delegati, & ideo absque speciali mandato diffinire nequeunt, vt no. in d. clem. auditor. & per Spec. in titu. de officio ordina. in §. j. & in titu. de iudi. delega. §. iam nunc. versi. sed nunquid, &c. Itaque simplex delegatus principis hoc plus habere dicitur, quàm auditor: quia in cognoscendo ordinariam habere dicitur, vt supra, & maior est iurisdictio delegata delegati principis, quam quælibet ordinaria in causa commissa. c. sanè. de offi. deleg. c. pastoralis. §. præterea. de offi. ord. cum simi.

8 ¶In secundo notab. Abba. ex eius verbis colligitur, †quòd Papa causam inter clericum & laicum committere & delegare potest, quamuis laicus sit reus, put in terminis text. nostri erat communitas Ceruiæ, & hoc dubium ita nō est, prout verba Abb. inferunt, qui in assignando rationem valde laborauit, cum Papæ concessum sit causas etiam inter duos meros laicos committere & delegare, argu. c. significante. & c. fin. de rescrip. c. causam quæ, c. significātibus. cum ibi nota. de offi. deleg. & c. statutum. de rescript. in 6. Vnde dicas ex hoc tex. vnum aliud pulchrius pbari, quod Papa causam merè temporalem inter laicum reum & clericum actorem personæ ecclesiasticæ cognoscēdam & terminandam committere potest, vt hic clarè probatur; hic enim reus erat laicus, videlicet communitas Ceruiæ, & iurisdictio illius ciuitatis erat quid temporale. c. conquestus. infra titul. proxi. Quare videbatur; quòd causa seculari, & laico delegari deberet, non autem ecclesiastico: tum quia actor sequi debet forum rei. c. si clericus laicū. infra de foro compe. cum simi. tum quia res, quæ erat temporalis, ita suadebat, arg. c. sanè. j. titu. proxi. c. quoniam. 10. dist. & c. duo sunt. 96. dist.

¶Sed quare hoc sit, rationes Abb. satis conuenire dicūtur, quarum prima est; quia per Archiepiscopum Rauennæ cōtra communitatem Ceruiæ allegabatur crimen sacrilegij, quod ex eo resultare dicitur, quod illa iurisdictionem eius ciuitatis ecclesiæ suæ competentem vsurpauerat, vt in d. c. conquestus. quod crimen est ecclesiasticum, & illius cognitio ad ecclesiam pertinet, vt ibi, & in c. cum sit generale. j. titu. proxi. cum ibi nota.

¶Verùm hæc ratio non satisfacit. Primò: quia hic non dicitur communitatem Ceruiæ vsurpasse iurisdictionē archiepiscopi, neque hoc præsupponendum est, ar. l. meritò. ff. pro socio. & c. j. de præscrip. in 6.

9 ¶†Præterea ad hoc, vt vsurpatio iurisdictionis temporalis ecclesiæ dicatur sacrilegium, & cōsequēter eius cognitio ad ecclesiam spectet, requiritur vsurpatio per violētiam, & inuasionem iniuriosam facta, hæc enim qualitas est necessaria, & hoc probatur expressè in c. 1. c. nulli. c. quicunque. c. qui abstulerit. 12. quæst. 2. quæ iura allegat gl. in d. c. cōquestus. & tex. in d. c. cū sit generale expressè de sacrilegis loquitur, & præsupponit sacrilegium esse ad hoc, vt laicus corā ecclesiastico possit conueniri, quod non præsupponit tex. noster. neque iurisdictionem ecclesiæ fuisse per violentiā vsurpatam, nec violenter inuasam, ergo hæc ratio tanq̃ diuinationem sapiens quo ad hunc tex. bona non videtur.

¶Secunda quoque ratio Abb. q; hoc processerit, propterea quia Papa causam de consensu vtriusque partis commiserit, minus placet; quia est diuinatiua, & ideo non attendenda. §. j. in fi. ver. in authen. de testa. imperfect. hoc enim ex verbis tex. nullo modo colligi potest, imo potius contrariū innui; quia dicit, ciues Ceruiēses recusasse se coram illo iudice respondere, quod non fecissent, si de eorum consensu datus fuisset.

¶Tertia ratio datur per Abb. remittendo se ad no. per glo. in c. si clericus. & in c. ex transmissa. infra tit. proxi. q; Papa hoc fecit de stylo & consuetudine curiæ, secundum quam ipse indistinctè clericis contra laicos concedit literas contentiosas super quacunque quæstione, sed non econtra; ut per glo. in d. c. ex transmissa. Et sic innuit Abb. Papam hoc potius facere ex quodam stylo & consuetudine curiæ quā secundum iuris communis regulas, secundum quas illud non posset; quia Papa de temporalibus se intromittere non debet, vt in c. si duobus. de appella. c. nouit. supra eo. c. duo sunt. & c. Imperator. 96. distinctio. & c. quoniam. 10. dist.

10 †Nam cōmunis vsus, seu stylus solùm consideratur, quando regulæ iuris aduersarentur, vt colligitur ex verbis Bar. in l. omnes populi. in 21. col. ff. de iusti. & iure. l. librorum. §. quid ergo. ff. de leg. 3.

¶Hęc ratio posset procedere, si essemus inter laicos, qui essent subiecti iurisdictioni Imperatoris, & non alias iurisdictioni ecclesiasticæ, nec Papę, prout loquitur. d. c. ex transmissa. & glo. ibi, vt quia causa esset feudalis, cuius cognitio etiam contra clericum ad dominum feudi, & non ad ecclesiam pertinet. c. verum. infra titu. proxi. Facit c. cæterum. cum ibi nota. s. eod. Sed in terminis text. nostri. tam actor quam reus temporali iurisdictioni ecclesiæ subiecti erant, ergo Papa regulariter causam inter illos committere poterat, & ideo non habet locum id, quod dicit gloss. in d. c. ex transmissa.

¶Vnde dicendum est, salua meliori deliberatione, q; Papa hic dedit literas contentiosas inter clericum actorem & laicum reum committendo causam iudici ecclesiastico secundum regulas iuris communis; quia de illo Papa potest iurisdictionem ordinariam exercere etiam inter meros laicos subiectos tēporali iurisdictioni ecclesiæ, & inter eos iudices dare, argu. c. si duobus. in fi. de appella. c. nemo. c. aliorum. melius in c. cuncta per mundum. 9. q. 3. & committendo causam etiam inter laicos, melius atque cōuenientius est, vt illam personæ ecclesiasticæ, & in dignitate ecclesiastica constitutæ committat, quam alteri, prout Papa hic fecit, per ea, quę habentur in c. statutum. de rescriptis. in 6. & ibi glo. in ver. sedis Apostolicæ. & in ver. committantur.

11 ¶†In tertio notabili Abba. colligit ex text. q; decisio causæ quandoque per subterfugia & cauillationes aduersarii prorogatur, atque in longum protrahitur. Quid autem sit cauillatio, qualisque sit eius natura, colligitur ex tex. in l. natura. ff. de verbo. signifi.

12 ¶†Iuxta hæc quæro, an interim, dum causę decisio per subterfugia, & aduersarij cauillationes prorogatur, tempus instantiæ & iudicij currere dicatur & hic tex. iuncta l. sed si manente. ff. de preca. videtur probare, q; non, & ista fuit ratio decisionis in terminis nostris, quare instantia iudicij per lapsum triennij perempta non fuerit; quia vltra triennium per subterfugia & cauillationes aduersari prorogata fuit, ita nonnulli dicunt, & tenet gloss. nostra. vt infra dicetur. ¶Contrarium tamen mihi verius esse videtur, per l. arbitrio. §. dolo. ff. de dolo. nam aliter dicendo lex cicunscriberetur, tempus enim iudicij, & instantia causæ currit, neque datur restitutio, sed succurritur actione de dolo ad interesse contra eum, cuius dolo decisio litis prorogata & instantia perempta fuit, vt ibi. ¶Sed

de hoc articulo melius videas per glo. in §. hoc quoque. in authen. vt sponsa. largi. & per Barto. in d. l. arbitrio. §. dolo. qui dicit, quod aut tempus prorogatur facto iudicis, qui audientiam denegauit, & tunc instantia perit, sed datur restitutio, vt in authē. item si. C. de tempo. appel. & in d. §. hoc quoq;. Aut facto tertij, eiusque dolo, & tunc currit, sed cōtra eum datur actio de dolo, d. l. arbitrio. §. dolo. Idem si facto & dolo aduersarij ne lex circunscribatur, vt in d. §. dolo. qui tex. locum habet etiam, quādo facto & dolo aduersarij tempus periret, vt ibi per Barto. & hic per Are. attenta illius ratione.

¶Nec obstat iste tex. quia in fi. non dicitur, quod iudex in eadē instantia procedat, sed simpliciter.

¶Nec obstat. l. ait prætor. in fi. ver. cū l. seq. ff. ex quib. cau. maior. quia loquitur in alio casu, videlicet quando facto, seu dolo aduersarij tempus datum ad agendum, non autē ad prosequendum infra, quod contra eum agi poterat, lapsum esset: quoniam faciendo, vt lis secum contestari, & iudicium inchoari non possit, daretur restitutio, vt ibi.

¶Sed contra vnum, quod voluit Bar. in dicto §. dolo. facit, quod voluit Abb. in ca. ex ratione. de appella. vbi instantia appellationis non currit, neque perit, quando facto iudicis tempus cucurrit, facit §. ad hoc. secunda quæstione 6. & §. ad hæc. in authen. de appel. Verum dici posset, quòd prima instantia currit, sed datur restitutio, vt voluit Bart. in d. §. dolo. At instantia appellationis interim non currit. d. §. ad hoc. & ratio est; quia simul cum instantia appellationis ius partis perit, vt habetur in l. properandum. C. de iudic. Vel dici posset, quod aut dolo iudicis, & currit, sed datur restitutio. Aut sine dolo propter impedimenta iudicis, & non currit. d. §. ad hoc. & d. §. ad hæc. Prima plus placet.

¶Quartò noto id, ad quod hic tex. principaliter allegari solet, videlicet, † quòd quāuis de iure ciuili causæ ciuiles infra certa tempora, hoc est infra trienniū terminari debeāt. l. properandum. C. de iudi. alioquin instantia iudicij, & nō ius partis perire dicitur, vt ibi: tamen de iure canonico secus est, secundum quod in causis certa & determinata instantia non datur, vt hic secundum communem intelligētiam, & hoc tenuit gl. nostra in d. l. properandum. in prin. in ver. triennij. & glo. in c. fi. de dolo & contuma. & sic instantia pepetua esse potest, & tamen secus dicendum esset, cum ius canonicum expeditioni & fini litium magis, quā ciuile studeat. c. finem litibus. & d. c. fin. de dolo & contu. Ratio autem diuersitatis inter ius ciuile & canonicum duplex a docto. redditur. Nam primo secundum Ioan. Andr. hic, Henricum Boich. & communiter alios, ideo instantia de iure canonico triennio non finitur: quia secundum illud regulariter ante sententiam diffinitiuam appellari potest ab interloquutorijs, & a quolibet grauamine, & cum quælibet appellationis causa per annum, vel biennium durare possit. c. cum sit Romana. c. ex ratione. infra de appella. idcirco per diligentiam iudicis ecclesiastici causa sic infra triennium terminari non posset, vnde statutum est, quod vltra triēnium duret, sed de iure ciuili regulariter ante sententiam diffinitiuam ab interlocutoria appellari non pōt. l. ante sententiam. ff. de appella. recip. & nemo inuito iudice, ac etiam volente causam vltra triennium prorogare potest. d. l. properandum, propterea causa iudicis diligētia infra triennium bene finiri potest.

¶Hæc ratio forte non est vera, vt infra dicam, per tex. cum ibi not. in l. intra vtile. ff. de minoribus.

¶Alia & secūda ratio, quæ mihi magis satisfacit, colligitur ex his, quæ dicit Bal. in d. c. fin. de dolo & contu. Nam ius canonicum voluit per lapsum triennij instantiam iudicij non perire, quoniam sic citius lites finientur, quam per prouisionem iuris ciuilis, siquidem per cursum triennij de iure ciuili perit tempus & instantia iudicij, sed non ius ipsius partis; quoniam per lapsum triennij reus ab obseruatione iudicij absoluitur, remanente integro iure iterum contra agendi, & nouam instantiam inchoandi, vt in dicta l. properandum, & sic instantiam reiterando lites longiores per ius ciuile effici dicentur, quam per ius canonicum, quod considerauit dispositionem peremptionis instantiæ per lapsum triennij esse potius instātiam reiterare, quàm finem liti imponere; quia nō dicetur perfectè sopitum, quod reiterari potest, & hoc sequuntur Moder. hic, & satis placet, ac de eo forte infra statim dicetur in gl. super prima lectura Abb. vbi ipse tangit.

14 ¶Vlterius quæro, † vtrum instantia causæ emergentis triēnio finiatur secundum formam. d. l. properandum? Dicas, quòd non: quia illa tempus determinatum nō habet, & vt vtar verbis Roma. in hoc articulo, instantia talis causæ est perpetua, sicut de iure canonico instantia regulariter nunquam perit, vt in text. nostro. Hoc fuit dictū Gul. de Cun. quod refert & sequitur Bald. in l. post edictum. §. primo. ff. de iudic. & Roma. in singula. 279. incipien. nunquid instantia.

¶Glossa vnica hic in effectu solum insistit super contrario. l. properandum. C. de iudi. quæ de directo huic textui aduersari videtur, pro cuius solutione quatuor ex glo. intelligentiæ ad hunc tex. inferuntur, duæ vltra gl. a docto. addūtur, & ego forte alias subiiciam.

15 ¶Primam lecturam relatam per gloss. & Abb. hic, † quæ est communis omnium scribentium, Abb. latissimè disputat, & tandem concludit, quòd in foro ecclesiastico, in quo ius, canonicum seruari debet, instantia iudicij causæ principalis lapsu triennij non pereat; vt hic quia in hoc ius ciuile a canonico non fuit approbatū, neq; moribus vtētium in foro ecclesiastico receptum, ergo in eo seruādum non est, argumen. §. leges. quarta distinctio. Hanc opinionem sequūtur communiter canonistæ, vt dicunt Moder. ac etiam cōmuniter legistæ in d. l. properandum. vbi gl. & Bar. qui dicit legem illam esse correctam per ius canonicum, videlicet per tex. nostrum.

¶Plures autem fuerunt, qui cōtrariā opinio. sequuti sunt, quod in hoc ius ciuile & canonicum non differant, sed vtroq; iure instantia triennio finiatur, & fuerunt omnes illi, qui huic tex. alios intellectus dederūt, de quibus hic per Abb. & infra dicetur. Idem sequitur And. Barba. hic, & in hanc partem aliqualiter etiā inclinat Abb. propter aliquas suas considerationes, quæ satis vrgent, ac Imo. quoque de iure verius hoc esse dicit. Propterea pro hac parte, quòd non sit differentia inter ius ciuile & canonicum, & consequenter, quòd dispositio. dicta l. properandum. adhuc in viridi obseruantia sit etiam in foro ecclesiastico, & in terris ecclesiæ subiectis, multa adducunt, quæ an concludant, videamus.

¶Et in primis Abb. & alij dicunt, hanc differentiā expresse iure non probari, ergo in hoc standum erit dispositioni iuris ciuilis, quod super hoc expressè prouidet, ex quo non sumus in concernētibus animam & peccatum, nec in rebus spiritualibus, argu. c. j. de noui oper. nunt. cum ibi not. per glo. & per Inn. & alios in c. quæ in ecclesiarum. de constit. cum simi. Et ius canonicum super hoc expressè non prouidet, neque contrarium disponit, vt ibi, & per gloss. in c. si in adiutorium. 10. dist. Secundo Abb. satis subtiliter ostendere conatur, de nouo hoc per hunc tex. non fuisse introductum; quia hic nulla verba exprimuntur, quæ ius nouum importent, vt solet importare verbum decernimus. c. decernimus. supra eodem. cum sim. quasi inferat, quod verbum, mandamus, hoc importare nequeat.

16 ¶Tertiò, Papa hic de iure consultationi iudicis super causa sibi commissa respondet, † ergo ius nouum facere nō dicitur, sed antiquum, & regulare referre, glo. in c. consultationi. de tēp. ordi. in auth. vt in medio lit. sacras iussio. &c. c. causam. de testi. cum simi. alleg. per Fel. in c. j. in fi. 5. col. de consti. c. ex multa. de voto.

¶Quartò, si hic ius nouum respectu instantiæ statueretur, sequeretur, quòd illud litem, seu causam, de qua hic fit mentio, non extenderetur; cum instantia lapsu triennij iā perempta diceretur, vt in d. l. properandum. quoniam legis virtus est ad futura se extendere, non ad præterita. c. 2. supra de consti. l. leges. C. de legib. Sed dispositio text. nostri venit ad determinationem eius, quod agebatur inter Archiepiscopum & communitatem Ceruiæ, & super eo, quod iam erat elapsum, & super præparatorijs & ordinatorijs iudicij. Ergo infertur, quòd hic non dicitur de nuouo statutum, instantiam lapsu triennij non perire. Et hæc consideratio, quam sibi Abb. attribuit, fuit Cardi. hic, & Io. de Imo. hic etiam dicit hunc text. non mereri allegari; quia diuersos intellectus habet, arg. eorum, quæ dixit Bar. in l. in ambiguo. ff. de reb. dub.

¶Istis omnibus, vt supra adductis multifariam responderi potest. † Primò; quia non video diuersitatis rationem, quare magis verbum, statuimus, vel decernimus sit nuoui iuris introductiuum, quàm verbum, mandamus cum virtus legis non solum in statuendo & decernendo consistat, sed etiam in mandando, & præcipiendo aliquid, vt in c. priuilegia. cum seq. 3. dist. c. indecorum. de æta. & quali. c. cū creatura. c. pernitiosus. de celebra. miss. Et quòd per verbū mandamus, etiam ius nouum introducatur, colligitur ex c.

ex c.cū ab omni. cū seq.& seq.de vita & hon.cle.& c.si qs dogmata. 25.q.2. cum infinitis iuribus quæ ad hoc ponderari possent,& vltra præallegata est tex. in c.ad nostram. il primo.de iureiuran.qui nouum ius statuit, imo ponit casum singularem alibi non decisum per verbum, mandamus,vt ibi.

¶Secundò dico, quod Papa respondendo consultationi, seu quærelæ partis, quamuis in dubio ius commune facere dicatur,vt supra tamen per hoc non tollitur,quin etiam sic respondendo ius de nouo facere dicatur, vt probatur in d.c.consultationi.l.cum de nouo.C.de legibus. & d.c. ad nostram.

¶Ad id, quod quarto loco allegabatur, responderi potest primo,illud esse verum regulariter, vt in d.c.2. de constitutio.

18 †Sed si expresse, vel tacitè appareat de mente statuentis,aut legum conditoris ipsum casus etiam præteritos,vel pendentes comprehendere voluisse, tunc lex noua etiam ad illos casus extenditur, vt habetur in c.fi. de constit.l.leges.C.de legibus.c.cum tu.& ibi Abb. de vsur.c.penul.in fin.de officio lega.in 6.hic autem Papa hunc casum instantiæ comprehendere voluit,ergo &c.

¶Secundò, ex quo hæc constitutio circa ordinatoria iudicij disponit,hoc est circa instātiam,& eius peremptionem, ad lites quoque pendentes nondum tamen decisas extēdi debet, glo. in capitulo licet canon.in verb. de cætero. in fi. de electio.& in clemen.secunda.de iud. Et ita per illam gl. Moder.post Abb.in d.c.fina.de constitu. in 4. limitatione principali dicunt. Sed in terminis nostris processus causæ nondum erat finitus,neque adhuc in causa cōclusum erat, vt satis colligitur ex verbis huius text. ibi negotio isto procedas iuxta formam,&c. Ergo dispositio hæc quamuis sit noua,& lite huiusmodi pendente superuenerit,ad hanc litem & causam pendētem porrigi debet. Et ex his illa quatuor sublata sunt, quæ supra pro contraria opinione adducta fuere.

19 ¶Quintò † dicit And.Bar.quòd licet instantia causæ lapsu triennij perire dicatur, & in hoc non sit differentia inter ius ciuile & canonicum, vt in d.l.properandum. Tamen hoc fallit,quando per cauillationes & subterfugia aduersarij infra illud tempus triennij causa finita non esset: quoniam tunc instantia perempta nō diceretur, per l.intra vtile.in princi.ff.de mino.& per hunc tex.qui in hoc cum iure ciuili cōcordat.l.1.in fi.C.de anna.excep.l.contra maiores.C. de inoffi.testa. c.quia per diuersitatem. de concess. præben.l.si cum ipse.ff.de excusa. tut.& ibi docto.vbi dilatio legalis,vt est illa quatuor mensium ad allegandas excusationes a tutela,nō currit impedito facto iudicis,ergo nec facto partis.

¶Præmissa suadentur ex his, quæ voluit gl.in l.senatus.ff. de offi.præsid.quæ voluit, ꝙ si iudex multitudine causarū fatigatus causam nō expediuerit, pars aduersus lapsum instantiæ restituitur,& quo ad effectum non currit.Ergo eadem ratione, vel maiori, quando per cauillationes & subterfugia aduersarij. infra triennium lis finiri non potuit, instantia currere & lapsu temporis perire non debet.

¶Sextò,hæc opinio secundum And.confirmatur considerando rationem.d.l.properandum. vbi a iure ciuili terminus triennalis statutus fuit, ne lites immortales fiant,& ne diu litigantes expensis fatigētur,vt ibi in prin. Sed hæc ratio habet locum etiam de iure canonico, & in foro ecclesiastico:quia & ab eo pariter considerata est. c.finē litibus. de dolo & contu.c.nonnulli.de rescript.c. cordi.de appel. c.dispendia.de rescrip.in 6.

¶Septimò,tex.in c.2.de re iudi.dicit, iurgantium controuersias celeri sententia terminare, conuenit æquitati & rigori,& consequenter, tam de iure ciuili, quod quidam rigor esse dicitur,quā etiam de iure canonico,quòd in æquitate fundatū est,vt voluit Bal.in l.j.in prin.C.de iure delibe.causæ celeriter terminandæ sunt. Ergo ex identitate rationis & æquitatis instantia etiā de iure canonico triennio finiri dēt:& hęc sunt,q̄ doctor iste famosissimus hic ponit.

¶Tu autem communem opinionem & intellectum sequēdo. Considera in primis,verū non esse,quòd instantia propter subterfugia & cauillationes aduersarii perire non dicatur,imo perit,non obstante dolo,nec dictis subterfugijs & cauillationibus, quāuis aduersarius ob eius dolum actione de dolo teneatur, vt est text. in d.l.arbitrio.§.dolo.ff.de dolo. & ibi per Bar. & hic per Areti.& tetigi.s̄.post Anto.

20 de But.hic. ¶Non obstat d.l.intra vtile.cum simil.† Quia primo respōderi potest, ꝙ ibi facto aduersarij legitimo, & a iure approbato decisio causæ prorogabat,seu processus in causa impediebatur & suspēdebatur: quia propter appellationem interpositam a sententia interlocutoria in casibus in quibus ante sententiam diffinitiuam de iure ciuili ab ea appellari poterat, processus in causa principali impediebatur,& ideo non currebat tempus quadriennij, seu anni vtilis ad petendam restitutionem in integrum,seu etiam tempus instantiæ principalis, quamuis gratia subterfugiendi appellaretur. Sed in casu nostro facto aduersarij non legitimo & reprobato, videlicet dolo,& subterfugijs illius processus non suspendebatur, neque cursus illius impediebatur,sed solum decisio causæ prorogabatur.

¶Secundò tex.in d.§.dolo.& ibi Bar. loquitur in maiore, cui contra aduersarium dolosum actione de dolo succurritur non autem per restitutionem in integrum aduersus lapsum & peremptionem instantie,ne lex circunscribatur. Tex.vero in d.l.intra vtile.loquitur in minore,cui ratione minoris ætatis aduersus lapsum temporis per restitutionē in integrum succurritur, vt ibi,non autē actione de dolo: quia per aduersarium talis dolus commissus non fuit,propter quē actione de dolo agi possit, nam ibi in casu a iure permisso ab interlocutoria appellauerat, vt cognitionem super causa principali impediret.

21 ¶†Tertiò responderi potest, quòd d.l.intra vtile. loquatur de tempore dato ad agendum, seu petendum,& sic ad inchoandum iudicium,& maximè quādo illud ab initio est vtile, vt est tempus datum ad petendam restitutionem in integrum,quod olim erat annus vtilis, hodie vero est quadriennium, vt in l.fin.C.de tempo.restitu. in integrum,& illud nō currit,si facto aduersarii legitimo quis impeditus fuerit, vt in d.l.intra vtile. Et ita etiam intelligatur. d.l.si cum ipse.ff.de excusa.tuto.vel quando dolo,seu facto iudicis & aduersarij simul, & c.quia diuersitatem. de concess. præben.& l.prima.C.de anna.exceptio. cum simili. Aliud est in tempore dato ad prosequendam causam principalē, vt est tempus instantiæ principalis causæ, & illud currit, etiam si facto & dolo aduersarij quis impediatur,vt in d.l. arbitrio.§.dolo.per rationem ibi positam,& per Bar.ne aliter obseruantibus lex circunscribatur. quod contra publicam vtilitatem esset.dicta l.properandum.quæ ratio cessat in tempore ad agendum: quia in vtilitate priuata, & non in publica fundatum est. Et pro hac differentia inter hæc tempora facit.c.lator.cum ibi not.qui fil.sint legi. iunctis his,quæ voluit Abb.hic,in fi.ver.huius primæ lecturæ. facit etiam l.prætor.in fine. cum sequenti.ff.ex quibus caus. maio. iunctis ibi no.p Bar.& in d.l.arbitrio.§.dolo.& tex. in dicta l.si cum ipse. & ibi Bart. secundum vnum intellectum.

¶Ad id etiam,quod adducebat Barba.per no.per glo.in dicta l.senatus.ff.de officio præsid. respondetur, illam gloss. præsupponere,quòd quando causa propter iudicem nimia causarum multitudine impeditum non expeditur, instantia & tempus ipso iure currat ac pereat,sed postea aduersus huiusmodi lapsum detur restitutio in integrum, vt ibi,sed de illo casu ad nostrum argumentu non procedit, vt in terminis voluit Bar.in d.§.dolo.Nam quādo facto iudicis tēpus currit,datur restitutio, sed quando dolo aduersarii mediante facto non legitimo, currit quidem tempus, & non datur restitutio, sed succurritur actione de dolo. dicto §. dolo.& ibi Bart.si vero facto aduersarij legitimo & approbato,habet tunc locum.d.l.intra vtile. quia instantia interim dormit.

¶Vltimò non obstat, ꝙ attenta ratione.d.l.properandum. idem de iure canonico dicendum esset,quod de iure ciuili,videlicet,vt instantia triennio extingui dicatur: quia respondetur, ꝙ vtraque dispositio super hacmet ratione fundata dicitur,sed diuersis respectibus,vt est de mente Bald. in c.fi.de dolo & cōtuma.nam ꝙ de iure canonico instantia triennio non finiatur, facit,ꝙ lites citius expediātur. Et sic verum erit dicere,quòd dicit tex. in c.2.de re iudica.& ego aliàs tetigi in quodam meo cōsilio facto in causa illorum de Zanettis.Nam de iure ciuili cū lites pęnæ immortales essent,propter bonum publicum, vt finirentur, & ne litigantes diu expensis fatigarentur,lex statuit non posse lites vltra triennium trahi. vt in d.l.properandum. Sed qa nondum plenè indemnitati subditorum litigantium prouisum fuerat, de eodem iure per lapsum triēnij ius partis non perit, sed illud integrum remanet, & quoties instantia perempta est, toties reiterari potest,& sic in infinitum procedi, vt in d.l.properandum.§.j. Ideo ius canonicum

voluit in causa posse procedi, donec expedita esset, absque alia reiteratione, & noua inchoatione iudicij, & instantiæ,
22 vt in hoc textu. ¶†Præterea secundum ius ciuile causæ q̄ncunque infra illud triennium expediri non potest, sed finis triennij est expectandus. d.l.properandum. §.j. cum. §.sequenti. iunctis nota. per Bartolum in extrauagan. ad reprimēdum. in versi. figura. De iure vero canonico, secundum quod certa instantia non datur, causa quandocunque expediri potest, dummodo iudex sit instructus, & sic etiam infra mensem, vel duos, vel aliud longius tempus, vt argumento eorū, quæ voluit Bar. in d. extrauagan. & per doct. in clemen. sæpe post gl. de verb. sig. Nam in causis summarijs non est dare instantiam, vt ibi & per Bartolum in ver. figura. & tamen celeriter expediuntur.

¶Prædicta sic corroborantur. Ius canonicum magis celeritati & expeditioni causarum studet, quam ius ciuile. c. finē litibus. de dolo & contuma. cum aliis supra allegatis. Sed ius ciuile, ne lites immortales fiant instantiam triennij statuit, ergo ius canonicum statuendo, quòd non sit dare certam instantiam, vt in hoc capitulo infert, quòd ex hoc lites citius expediri dicantur, alias falsum esset, quòd præsupponitur.

¶Contrariam opinionem sequuntur communiter docto. vt dictum est, & hanc esse cōmunem præsupponunt Abb. Ioan. de Imola, Anto. & alii, & dicit hic Imo. quod ita in foro ecclesiastico praticatur. Pro qua opinione vltra hūc textum Abb. allegat textum pro casu expresso. in c. cum olim. il secundo. in §. iudices. de priuileg. & in c. cum ex literis. de restitu. in integ.

23 ¶†Sed d.c. cum olim. necessariò non probat: quia non infertur, facta fuit ibi condemnatio expensarum factaiū per triennium in negotio huiusmodi, ergo prima instantia iudicii per quadriennium, & vltra durauit: quia potest intelligi de expensis factis infra quadriennium etiam ante & post litem contestatam, & sic etiam antequam instātia currere inciperet; quoniam victus victori debet condemnari in expensis factis nedum post litem contestatam, & sic durante instantia triennali, sed etiam ante a principio cōprehendendo citationum quoque expensas, vt in d.l. properādum. & habetur per gl. in c. in primis. 2. q. 1. Itaque ibi nō constat, instantiam post litem contestatam per quadriennium durauisse. Et quod hoc sit, verum probat ille textus, ibi negotij occasione iuraueras te fecisse. &c. Et sic omnes expensas factas in ipso negotio, tam ante litem contestatā, quam post comprehendit; quia negotii appellatione vtrūque tempus comprehenditur, argumento. c. forus. in vers. negotium. de verb. signi.

¶Præterea antequam feretur dicta sententia diffinitiua expensarum, & super aliis capitulis, infra dictum quadriennium, fuerat ab interlocutoria ad sedem Apostolicam appellatum.

¶Item d.c. cū ex literis. iudicio meo generaliter non probat, in foro ecclesiastico instantiam causæ vltra triennium durare posse: quia posito, quod in terminis illius tex. causa vltra triennium. & per tempora multorum Pōtificum durauerit, tamē illud ibi contigit: quia causa coram papa fuit agitata, & sic in consistorio principis, vt ibi, contra res bis iudicatas in auditorio suo principes examinari &c. nā prima sententia ab Eugenio Papa primo mense sui pōtificatus lata fuit. Nil mirum si instantia certi temporis obseruata non fuit per ea, quæ supra diximus circa princip. huius capituli, argumento. §. ad hoc 2. q. 6. & §. ad hæc. in authent. de appellatio.

¶Præterea, si tex. ille rectè consideretur, non probat, ꝙ prima instantia causæ principalis, de qua nos loquimur, ibi vltra triennium durauerit, imo longè minori tempore, siquidem causa inchoauit tempore. Eugenii Papæ, nec constat illam alio tempore inchoatam fuisse & tamen textus ibi dicit, Eugenium primo mense pontificatus sui tulisse sententiam. Et quamuis per viam appellationis & restitutionis in integrū negotium ipsum postea per multos, ac multos annos durauerit, vt ibi habetur. Tn̄ huic cōi intellectui non aduersatur. cum regulariter prima instantia per triēnium durare possit, & sæpius in eadem causa a diffinitiua appellari, & quælibet appellationis causa instantiam etiam biennalem, & quandoque maiorem habere possit, iuxta quę habentur in c. cum sit Romana, & in c. ex ratione. de appella. quæ omnia & alia etiam supradicta, in causa esse potuerūt, vt in terminis. d.c. cum ex literis, negotium per multa tempora durauerit.

¶Potest & tertiò responderi, quòd ille textus loquitur in causa ecclesiæ, quæ hoc dicitur priuilegiata, sicut fiscus, in quorum causis certa instantia triēnii non datur, quamuis regulariter in aliis triēnalis instātia seruari debeat. d.l. properandū. vt dicebat Gofredus, & refert hic Abbas in quinta lectura, qui intellectus mihi satis placet, cum fiscus & ecclesia æquiparentur, vt in l. fi. C. de sacrosanctis eccl. & infra dicetur.

¶Posset etiam huic textui nostro vltra respōsiones, quæ ex verbis Abbatis colligi possunt, fere ijsdem modis responderi, videlicet vel quod loquatur, quando causa cognoscit in auditorio sacri palatij, vel coram delegato Papæ, vel in causa ecclesiæ, vt dicebat Gofredus.

¶Non placet etiam mihi id, quod pro hac communi opinione Abbatis dicit, quòd dispositio. d.l. properandum. in foro ecclesiastico & canonico locum non habeat; eo quia dispositio illa legalis moribus veterum per ius canonicum recepta non fuerit; neque ab illo in foro suo approbata reperiatur, argumento. §. leges. 4. distinctione. & hoc per ius canonicum probabili ratione factum est propter aliquas sui ipsius regulas iuris ciuilis regulis obuiantes, ex quibus hæc differentia inter hæc duo iura circa tēpus instantiæ infertur. Nam de iure canonico regulariter permittitur appellatio ante sententiam diffinitiuam a qualibet interlocutoria & a quolibet grauamine. c. super eo. cū simi. de appellatio. & quælibet appellatio annum, & ex causa biennium habet. c. cum sit. de appellatio. Secus vero est de iure ciuili, vt in l. ante sententiæ. C. quorum appellat. non recip. & in l. ante sententiam. & ibi Bar. ff. de appella. recip. Ex qua diuersitate regularum vtriusque iuris inducitur etiam hæc differētia circa instantiam inter ius canonicum & ciuile secundū Abbatem & doctores antiquos ac modernos cōmuniter; quoniam tenendo primam opinionem idem esse de iure ciuili, quod de canonico, his, quæ adducit Abb. optimè responderi potest. Primo, quòd licet in specie & expresse dispositio. l. properandum. nō fuerit approbata, nec recepta. Tamen in genere & tacitè recepta & approbata, dicitur, ex quo expresse contrarium super hoc non prouidet, & non sumus in materia animæ, nec peccati, nec in re spirituali, argumento tex. cum ibi nota. in c. j. de noui. oper. nun. gl. in c. si in auditorium. 10. distinctione. cum aliis supra allegatis. Et quamuis lex ciuilis in hoc moribus vtentium recepta non fuerit, tamen propter hoc sublata non dicitur, ꝗa lex per non vsum non tollitur, sed per contrarium vsum, vt videtur præsupponere textus in dicto §. leges. cum similibus. & est glossa, vbi doctores communiter, maximus Fēlynus, qui ad hoc multa accumulat. in capitul. j. de treuga & pace.

¶Nec placet etiā ratio diuersitatis tradita a doctoribus inter ius canonicum & ciuile, de qua supra. Primo, quia siue fuerit appellatum ante sententiam diffinitiuam, siue a grauamine, siue non, non refert; quoniam etiam si sæpius appellatum foret, hoc non faceret, quod causa uel eius instantia vltra triennium, & longius durare diceretur, quam si appellatum non fuisset, aut appellari non potuerit: quia tēpus primæ instantiæ interim pendente appellatione ab interlocutoria & grauamine dormire, & suspendi dicitur, vt in dicta l. intra vtile. ff. de minoribus, & facit, quod habetur in capitulo vt debitus. infra de appellationibus. & in capitulo non solum. de appellationibus. in 6. Ergo sicut de iure ciuili causa ipsa & lis de facili infra triennium expediri potest. Ita de iure canonico non obstantibus appellationibus, quæ ante sententiam diffinitiuam a grauaminibus interponi possunt.

¶Præterea, ex hac diuersitatis ratione potius videretur inferri posse, ꝙ de iure canonico prima instantia magis restringi debuisset, quam sit factum de iure ciuili; quoniam ex multiplici appellatione, quæ ante sententiam diffinitiuam de iure canonico interponi potest, negotium, vel lis in longissimum tempus protrahi posset, vt in se patet, & probatur in dicto capitulo, cum ex literis. quod de iure ciuili regulariter contingere non potest, ut supra, dictum est. Ergo ad hoc vt lites citius finirentur, & ne litigantes expensis fatigarentur, quam rationem etiam summè, imo plus ius canonicum considerat, vt in capitulo secūdo de re iudicata, capitulo, dispendio. cum similibus de rescriptis. in sexto. Videtur, quod prima instantia iudicij de iure canonico magis restricta dici deberet, quā de iure ciuili, & consequenter, quod de iure canonico instātia triennalis a iure ciuili statuta seruanda nō sit, sed breuior, & sic

alia, &

alia & diuersa contra communem opinionem

¶At ipse dicas, q lites de iure canonico citius expediri dicẽtur, & instantia breuior, si illi certum tempus non sit præfixum per ea, quæ supra dixi, quod constat etiam ex his, quæ in causis summarijs statuta fuerunt, quæ celerius cæteris causis sunt expediendę. clem. dispendiosam. eodem titulo, clem. sæpe. de uerborum significationibus. & in extrauag. ad reprimend. & tamen in illis aliqua certa instantia præfixa non est, vt in locis præallegatis. & per hæc indistinctè sequor communem opinionem, q in foro ecclesiastico inter quascunque personas, & in quacunque causa non sit dare instantiam certi temporis, hoc est triennij, vel alterius temporis; quoniam de iure canonico, & in foro ecclesiastico lites & causæ celerius sunt terminandæ, quam de iure ciuili, quod instantiam triennalem introduxit. nam ius canonicum magis, quàm ius ciuile celeritati causarum studet. ca. secundo. de re iudica. capitulo. finem litibus. de dolo & cõtuma. Sed lites celerius expediuntur stante dispositione iuris canonici, ut colligitur ex his, quæ uoluit Baldus in dicto capitu. fin. de dolo & contumacia. & hic referunt & sequũtur Modernissi. maximè Felyn. Ergo verum est, quod dictum fuit.

¶Colligitur etiam ex ulti. verb. Abbatis in hac prima lectu-
24 ra, q statutum episcopi, † per quod certum tempus præfigeretur, infra qd causa terminari deberet, & eo elapso instãtia perempta diceretur, prout de iure ciuili per lapsum triẽnij contingit, non valet; neque tenet: tamen quia contra publicam vtilitatem esset cuius interest lites cito finiri. dicto capitulo secundo. tum quia ius canonicum certum tẽpus non admittit, infra quod lites sint terminandæ, ut hic cum similibus, ergo nec episcopus, qui est inferior, hoc admittere debet, cũ in causis cognoscẽdis in foro canonico, ius canonicũ seruandũ sit. c. quod clericis. de foro competenti. Item, quia inferior ius superioris tollere non potest, præsertim quod in æquitate & bono publico fundatum est. capit. quod super his. de maio. & obed. glossa in clemen. ne Romani de electionibus. Facit in simili, quod uoluit Ioan. Andreas in c. fina. de appellationibus. in 6. ac etiam id, quod consuluit Feder. de Senis in consilio. 17. & quod voluit gl. notab. in capitu. fina. de hæretic. in 6. & per glossam in clemen. sæpe. in verb. mandamus. de uerborum signifi. Abbas in ca. primo. in nota. supra de rescriptis. Sed requiritur specialis & expressa concessio principis, neque sufficeret tacita & generalis, seu sola mens, vt colligitur ex decisi. Rotæ in nouis. 77. & 358. quas refert & sequitur Alexander in l. si filius. ff. de donation. & in l. fi. C. si contra ius uel utilita. public. & in consilio 94. in secundo uolumi. Quibus stantibus pro veris, infero contra unum, quod ab omnibus in
25 practica, † & maximè in hac ciuitate approbatum esse videtur. Cauetur enim, statutis huius ciuitatis, qd in omnibus, causis procedatur summariè, sine strepito & figura iudicij sola facti veritate inspecta, quæ statuta in genere & in forma communi a sede Apostolica cõfirmata fuerunt, dummodo contra libertatem ecclesiæ non essent, & hæc quoad modum procedendi, ut supra in practica communiter seruantur, tu autem dicas illa non valere, neque seruanda fore: quia inferior statuere non potest, q in causis summariè & sine strepitu procedatur.

¶Non obstat confirmatio Apostolica: quia fuit generalis, & in forma communi. Sed ad hoc, vt summariè procedi possit, requiritur speciale mandatum, ac specialis prouisio principis, vt est textus cum glossa in dicta clement. sepe. cũ similib. Præterea, confirmatio facta fuit, dummodo non sint contra libertatẽ ecclesiæ, sed statuta in hoc essent cõtra illius libertatem; quia solus princeps & sola ecclesia hoc potest, ergo &c.

¶Ad idem textus in c. institutionis. 25. questione. secunda. ubi uidetur casus apertus, qui melius quàm quisque alius text. probat.

¶Et per hæc limitatur id, quod habetur per. cap. 2. cum ibi notat. de constitutionib. in 6. in uerb. statuto. & in capitul. fina. supra de officio leg. & in c. 2. cum glossa de maio. & obedien. & sic debent intelligi, vt inferiores possint præter, non autem contra ius canonicum statuere. Et dicit Abbas in d. c. quod super his. aliud dicendum esse in laicis & secularibus; qnoniam ipsi in suis ciuitatibus cõtra iura Imperatoris statuere possunt, ut legit in l. oẽs populi. ff. de iustitia & iure. & in §. ius autẽ ciuile. Institutionibus eodem. & ratio est: quia princeps ibi hoc illis specialiter permisit, atque concessit, quod a Papa episcopis, & inferioribus concessum non reperitur, quinimo prohibitum, ut supra. Quæ omnia bene nota quæso.

¶Ex uerbis Abbatis in secunda lectura colligitur, q per ip-
26 sum instantiæ causæ principalis iurisdictio † iudicis delegati non perit. Ita tenet glossa nostra per hunc textum, secũdum aliam lecturam, & doctores communiter hic, & in c. examinata. supra eodem, ubi Abbas, & per Innocentium in capitu. consuluit. de officio delega. capitu. causam. de testibus. & habetur per Paulum in clemen. vt calumnijs. de re iudicata. per Speculatorem in titulo de cõtumac. in §. nũc nobis. in fin. domini de Rota decisi. 56. Quod in se uerum est. Limitatur tamen non habere locum in instantia, causæ appellationis, qua perempta etiam iurisdictio iudicis delegati perit, & sentẽtia, a qua fuit appellatum, firma remanet instantia, ac etiam absque alia sententia super desertione, sententia lata exequutioni mandari potest, ut in capi. cum sit Romana. cum ibi notatis per glossam & doctores, & in ca. ex ratione. infra de appellationibus. iuncta clementina sicut. eodem titulo. Ratio est: quoniam perempta instantia causę appellationis perit quoque ius, & ipsa causa, & ideo etiam iurisdictio iudicis; quia iurisdictio iudicis delegati dati in causa appellationis ad instantiã causæ appellationis limitatur, quod secus est in instantia causę principalis; quia illa perempta causa & ius non perit. d. l. properandum. & hic per Antonium & Abbatem.

¶Secundo limitatur, si iurisdictio iudicis ad certum tempus, & sic ad instantiam limitata esset, vt quia causa commissa foret iudici, ut illam infra certum tempus expediret, vt in c. in causis. de officio delegati, vbi casus.

27 ¶In tertia lectura, quæ supra fuit examinata, † vltra prædicta adde his, quę dicit Abbas, q Bartolus in l. arbitrio. §. dolo. ff. de dolo. voluit, q siue dolo tertij, siue dolo aduersarii instantia lapsa esset, currit instantia, nec aliquo modo datur restitutio in integrum. sed succurritur actione de dolo ad interesse, & damna contra, dolum, cuius factum est, per. d. §. dolo. qui textus loquitur in utroque casu secundum Bartolum, & Anton. hic, & ita infertur ex verbis, & ex ratione illius, ibi dolo cuius factum est &c. & in ratione, ne aliter obseruantibus lex circunscribatur, hæc enim ratio est generalis, ac conuenit etiam, quando facto aduersarij hoc contingeret, ut hic per Abbatem, qui hoc restringit intelligens esse verum, quando is, cuius dolo factum fuit, erat soluendo, & ita debet intelligi id, quod habetur in dicto. §. dolo. Sed si non esset soluendo, tunc in subsidium quis ad litem, & ipsam instantiam in integrum restitui deberet, ut nota. in §. hoc quoque. in authen. ut sponsali. largit. & dicit Bartolum in d. §. dolo. hoc voluisse, quod ex verbis eius ibi nũquam coillgere potui.

¶Sed prædicta conclusio, quæ fuit Barto. & communiter Doctorum simpliciter, q non detur restitutio in integrum aduersus lasum instantiæ causæ principalis etiam in subsidium, quando dolo, factove alterius instantia currit, & perit, ratione manifesta, secundùm Aretinum probatur; nam speciale est in minore, qui restituitur in subsidiũ aduersus lapsum instantiæ principalis, vt in d. l. properandũ in fin. Ergo in contrarium est ius commune in alijs, argu. l. ius singulare. ff. de legibus.

¶Sed huic rationi tu respondeas, q d. l. properandum. in fine, loquitur, quando facto, seu culpa & dolo tutoris, vel curatoris, seu actoris perempta fuit instantia: quia in subsidiũ restituitur, nos uero loquimur, quando facto tertij uel aduersarij: & ratio diuersitatis esse potest; quia primo casu magis succurritur, quoniam pupillus dicitur læsus facto legitimi administratoris, de quo confidendum erat, secundo vero casu facto illius, de quo confidendum non erat, & cuius natura est semper fugere, & aduersarium in longum protrahere. l. inter stipulantem. §. primo. ff. de verborum obligationibus.

¶Et hanc communem sententiam approbat Bartol. in authen. item si appellatione. C. de temp. appella. & ibi Bal. ac etiam in d. l. properandum. §. sin autem. circa princip. cum simi. alleg. hic per Are.

¶Contra tamen prędictam conclusionem, q imo instantia ipso iure non pereat, quando tempus dolo & subterfugijs aduersarij lapsum fuit. Ab. adducit. l. si cum ipse. cum l. præcedenti. ff. de excus. tut. iunctis no. per Barto. ibi, qui illum tex. in tempore instantiæ intelligit.

¶Animaduertas tu: quia verius videtur dictum Bar. & gl. in d. §. dolo. & domini Ant. hic, secundum q supra retuli, ac etiam sequitur hic Areti. & falsum videtur, quod in terminis.

minis.dicto §.dolo.aliquo casu detur restitutio: quoniam text. ille simpliciter hoc expresse denegat, ergo nec in subsidium.

¶Non obstat.d.l.si cum ipse.quia secundum veram intelligentiam,quam Barto.quoq; ibi sentit,& s̃. retuli,loquitur de tempore dato ad proponendas excusationes a tutela, & sic de tempore dato ad agendum,text.uero.in d.§.dolo.& nos loquimur de tempore dato ad prosequẽdum, & sic de tempore instantiæ,quod currit,ut supra latius dixi,& dicit Bar.in l.præcedenti,quæ incipit,quinquaginta.in fin. ver. ꝙ in l.properandum.tempus instantię solum prefixum est, & in l.si cum ipse.tempus est propositum iuri partis.

¶Hæc responsio,non placet,nam in l.proxima præcedenti, quæ incipit,quinquaginta.dicitur,ꝙ ad proponendas exceptiones excusationis datur tempus quinquaginta dierum, & illud tempus ab initio est utile, ad prosequendum autẽ eas datur tempus quatuor mensium,quod est continuum. Subsequitur postea.d.l.si cum ipse.ꝙ si is, qui excusationes proposuit,cum vellet illas proferre, mora contradictionis impeditus fuit,nihilominus probare poterit. Ergo loquitur de tempore proposito instantiæ, lex vero præcedens de tempore proposito iuri partis.

¶Sed aliter responderi potest. d.l.si cum ipse. ꝙ habeat locum,quando tempus propter factum iudicis & aduersarij simul lapsum esset.Ita illum tex.intelligit Bal. ibi; quia ꝙ p se solùm factum aduersarij operari non potuit, operantur factum aduersarij & factum iudicis simul,arg.c.1. de treuga,& pace.& auth.itaq;.C.communia.de successioni.Qui intellectus mihi diuinatiuus esse uidetur, nisi dicamus, ꝙ illa uerba generalia, mora contradictionis impeditus est, vtrunq; comprehendere apta sunt.Vel,ꝙ ibi etiam factum iudicis interuenit, ex quo admisit contradictionem & exceptionem contra excusationem aduersarij, iuxta quæ habentur.in c.suborta.de re iudica.Vel dicamus,ꝙ ibi textus loquatur in tempore dato ad prosequendam causam excusationis,vt dixi supra,quod est quatuor mensium, ut in l.p̃cedenti.quod principaliter in commodo & fauore priuato fundatũ esse dicitur, uidelicet vt tutor a tutela excusetur, & ideo si facto aduersarij lapsum fuerit non currit, neque perire dicitur, vt ibi,sed tex.in d.§.dolo. cum ibi nota. per Bar.in tempore instantiæ loquitur,quod in fauore publico fundatum esse dicitur.d.l.properandum.§.1.& ibi Bar.& alii.Vel aliter dici potest,ꝙ d.l.si cum ipse.non loquitur de tempore iuris quatuor mensium, sed de tempore a tutore restricto & coarctato,qui sibi minus tempus quatuor mensium assumpsit,quod quidem ipse per se facere potuit;quia quilibet suo fauori renuntiare potest.l.penult.C.de pactis. nam si illud tempus facto & tergiuersationibus aduersarij lapsum fuerit,nihilominus excusationis causa post cursum illius temporis expediri poterit, infra tamen tempus legis quatuor mensium.d.l.si cum ipse.iunctis his,quæ habent. in d.c.in causis.de officio delega.

¶Non obstat.l.contra minores.C.de inofficio.testam.quia loquitur in tempore quinque annorum dato ad querelandum,quod durante causa nullitatis testamenti ob omissam solennitatem, & sic propter iuris impedimentum non currit,ut ibi habetur.

¶Ex uerbis Abb.hic do aliam conclusionem,ꝙ quando pp
28 iustum impedimentum †puta propter iustam absentiam illius,qui causam prosequi,& expedire debebat, tempus labitur,instantia currit & perit, sed illi datur restitutio, licet sit maior,& hoc ex illa clausula generali, si qua mihi iusta causa videbitur,ut in l.& si fine.in fine.ff.de minoribus. & hic per Abbatem, & Bart.ibi per illum text. qui secundum gl. ibi etiam de tempore primę instantiæ loquitur, non autem de sola instantia causæ appellationis, quicquid dixerit hic Aretinus;nam heremodicium dicitur iudicium desertum,ut ibi per glossam,& habetur in d.l.properandum. in §.sin autem reus.cum glo.Ergo quodcunque iudicium,nã ibi in §.pen.tex. loquitur de tempore dato ad appellandũ, quod si lapsum fuerit,minori datur restitutio,sed in §. fin. loquitur de tempore dato ad prosequendum causam,quoniam minor restituitur,quia in heremodiciis omnis ætatis hominibus restitutio dat̃ ratione iustę absentię ex illa clausula,si qua mihi iusta causa.

¶Tertia conclusio sit ibi, sed ego dubito,&c.ꝙ quando ab-
29 sque facto† & impedimento alicuius personæ,puta iudicis, vel tertij,vel aduersarij, seu illius, qui causam prosequi debebat, tempus currit, & causa expedita non fuit, instantia non perit,exemplificando vt supra,videlicet si propter magnitudinem causæ,& processus, vel propter appellationes ante sententiam diffinitiuam interpositas; nam si ex impedimento iudicis in causa principali hoc contingeret,instãtia perit,sed daretur restitutio,ut per glo.in l.senatus.ff.de officio præsidis.Bar.in l.arbitrio.§.dolo.ff.de dolo.quamuis multę glossæ contrarium tenuerint, ꝙ tunc perire non dicatur,vt refert Antonius hic in fin.2.columnæ.& Aretinus.Sed illæ gl.loquuntur in casu proximè dicendo, videlicet in causa appellationis,in qua non obstante impedimẽto iudicis ipso iure tempus non currit, nec instantia perit.§.hoc quoque.cum ibi nota.in auth.vt cum de appella. cogn.& hic per Aretinum.in 2.columna. & Antonium in principio 3.colum. & Felv.in fin.2.colum. Facit §.ad hoc. 2.quæst.6.& §.ad hæc.in auth.de appella. Si verò impedimento tertii doloso, tunc instantia periret absque restitutionis spe,sed daretur actio de dolo ad interesse. d.l.arbitrio.§.dolo.& ibi Bar.cum simil.supra allegatis.Si uero ex facto non doloso,sed ex iusto impedimento tempus curreret,& instãtia periret,sed daretur restitutio, arg.l.& si fine, in fine.ff. de minor. & arguendo de iudicis impedimento ad impedimentum tertii,vt supra. Si uero ex impedimento aduersarij idem, quod supra proximè, dicendum esset. d.§.dolo.& ibi Bar.& hic Antonius & Aretinus; & hoc attenta ratione illius tex. videlicet ne aliter obseruãtibus lex circunscribatur,quæ est generalis, & locum etiam habet, quando dolo aduersarii, & dictum per rationẽ ampliatur. l.cum pater.§.dulcissimis.ff.de lega.2.Si uero ex facto non doloso,sed a iure approbato,& sic legitimo, tunc instantiæ tempus non curreret, & ita potest intelligi.l. intra vtile. ff. de mino.secundum vnam lecturam,quod intelligatur, ibi tempus non currere,vel secundum aliam tempus instantię hoc casu ipso iure currere, sed ob iustum impedimentum dari restitutionem ut ibi intelligendo,vt ad titulum faciat. Facit d.l.& si fine. in fin.ff.de minori.& l.contra maiores. C.de inofficio.testamẽ.Si autem causa infra fatalia ex iusto impedimento illius,qui causam prosequi debebat,expediri non posset,instantia perit, sed datur restitutio ex illa clausula,si qua mihi iusta causa,dicta l.& si fine.in fine. Si autẽ ex facto iudicis & aduersarii simul; tunc ipso iure tempus instantiæ non currit.dicta l.si cum ipse.secundùm intellectum Baldus.ff.de excusa.tuto. & latius de hoc textus. supra dixi.

¶Posset quoque hæc conclusio Abbatis exemplificari in ca
30 su,quo tempus duorum mensium expeditioni † causæ per statutum præfixum esset,& ab aduersario petita fuisset dilatio trium mensium ad producendos testes,quo habebat vltra mare ita, ꝙ maior dilatio requireretur, quam esset terminus totius instantiæ,argu.§.spatium.3.quęst.3.& l.1.C. de dilationi.hoc enim casu sententia ultra terminum instãtiæ ferri poterit, & valebit,ita expresè voluit Bart.in d.l.si cum ipse.nam ex quo in casu iudici, vel parti tertio imputari non potest,dispositio.d.l.properandum.& d.l.si cum ipse.seu.d.l.arbitrio.§.dolo.locum non habebit.quę iura loquuntur,quando facto,seu negligentia,& impedimento iudicis, uel partis causa infra prefixam instantiam decisa nõ fuit,non autem quando impedimẽto iuris,vnde videmus, ꝙ si propter mortem iudicis causa ultra illud tempus protrahatur,ut in dicta l.properandum.§.sin autem.in medio instantia non perit.

31 ¶Præterea,conclusio prædicta sic confirmatur,† terminus iuris,vel statuti interpretationẽ a iure recipere debet, hoc est si causa,vel actus infra illum terminum expediri de iure potest,ut est bonus tex.in argu.in l.j.& in l.vt gradatim. §.j.ff.de mune.& honor.l.2.C.de noxalibus.capitul. cum dilectus.de consuetu.Facit secundum Abbat.l.fina.in fin. C.de adulte. Sed ille tex.parum, vel nihil facit,quia loquitur,quando dilatio duorum mensium elapsa esset culpa & subterfugijs aduersarij, vt ibi.Nos verò quando ex impedimento iuris, & ideo ibi non currit, quia loquitur non de tempore instantiæ dato ad prosequendum,sed de quodam tempore præfixo ad alium effectum, ne interim libertates seruis dari possint, vt ibi.Facit etiam text.in argumen.cum gloss.in capitu.causam.de electio.nam in generali concessione semper intelligitur excepta prouisio, & exceptio iuris specialis. Allegat etiam Abb.l.ita autem. in princip.ff. de administra.tuto.qui text.allegatur, vt ibi per Bart.quod dictum secundum suam causam determinatur ibi,& cum causa depositionis. &c. Melius ad hoc facit secũdum Abb:

dicta l. si cum ipse. cum l. præcedenti, & ibi Barto. expressè. At ille tex. non facit: quia secundum vnum intellectum loquitur de tempore dato ad petendum & proponendum. Nos in tempore dato ad prosequendum, vel ibi quando tẽpus impedimento iudicis & aduersarii, & sic personæ, non iuris lapsum fuit, secundum Baldum. Vel secundum aliũ intellectum, quando ex impedimento aduersarii, ut uoluit Abbas supra in hacmet lectura. Quod vltimum non placet: quia tunc instantia curreret, & periret absque restitutionis spe. dicto §. dolo. Sed quò ad illum text. dic, vt dixi supra, & sequere opinionem Bartolus. quicquid Abba. dicat.

¶ Animaduertas etiam circa prędicta; quoniam Abba. velle videtur, ꝙ in casu præmisso conclusionis supra traditæ,
32 † sententia ultra triennium pręfixum, & extra rem instantiæ ferri dicatur, & consequenter speciale sit, & contra iuris regulas; ut sententia in hoc casu quamuis extra tempus lata valeat, & consequenter dispositio. dicta l. properandum. hoc modo limitetur, vt hic per eum; nam mihi hoc uerum non uidetur, quia sententia sic lata valet, vt etiã innuit Abbas, sed non tanquam lata extra terminum & tempus instantiæ, imo tanquam intra terminum lata, cuius cõtrarium in hoc ultimo Abbas expresè sentit; quoniam pendente tempore appellationis interpositæ ante sententiam diffinitiuam ad interlocutoria & grauamine, interim tempus in causa principali currere non dicitur, sed in pendenti stare, donec causa appellationis expedita fuerit, vt est tex. & ibi Barto. in l. intra utile. ff. de minorib. capit. vt debitus. cum ibi nota. infra de appella. ca. non solum. in fin. eodem ti[illegible]. in 6. & argumento l. contra maiores. C. de inofficio. testa. & ea expedita, idem tempus instantiæ, seu causæ principalis currere, vel continuare incipit, infra quod sententia ferenda est, alioquin instantia periret.

¶ Ex quibus infertur, ꝙ tunc sententia non extra terminũ ferri dicitur, sed infra terminum iuris.

¶ Prædicta ex bono simili confirmantur; nam & si penden-
33 te quæstione † super causa principali coram iudice seculari ut super exceptione instrumẽti, fuerit exceptum coram iudice, instrumentum esse usurarium, quo casu prius super hoc incidenti coram iudice ecclesiastico cognoscẽdum est, vel si coram seculari de successione & hæreditate ageretur, & contra agentem de defectu natalium, de filiatione opponeretur, vel si ageretur de dote, & opponeretur de inualiditate matrimonij, de quibus incidentibus coram ecclesiastico iudice cognoscendum est, argumento eorum, quæ habẽtur in c. tuam. de ordin. cogni. & in clemen. dispendiosam. de iudic. c. lator. qui fil. sint legiti. cum similibus. Pendente interim quæstione super incidentibus coram ecclesiastico, causa principalis dormit, & stat in suspenso taliter, ꝙ interim tempus super ea currere non dicitur, & expedito incidenti illo, incipit iterum idem tempus super causa principali currere, & sententia infra illud tempus lata infra tempus instantiæ, & nõ extra lata dicitur. Facit quod habetur. in l. siue pars. C. de dilationi. Item non valenti, seu impedito agere tempus non currit, sed dormit, atque suspenditur. l. 1. in fin. C. de anna. excep. capitul. quia diuersitatem. de concess. præben.

¶ Rursus pręmissa sic in simili suadentur, si fuit appellatum puta a sententia diffinitiua, quo casu infra annum, uel biennium expediri debet, & super causa compromissum factũ fuerit, interim tempus instantię currere non dicitur, sed dormire, & in suspenso stare, donec compromissum durauerit, quo finito idem tempus instantiæ causæ appellationis iterum currere incipit, taliter, ꝙ cum primo coniungit, & infra illud sententia ferenda, alioquin causa deseri dicitur, ut in clemen. quandiu. de appellat. Facit clement. sicut appellationem, de tempo. appella. & quod uoluit glossa singularis. in ca. cum dilectus. de religio. domibus. & hoc exẽplificari & probari potest ex his, quę habentur in dicta l. cũtra maiores. C. de inoffi. testa. iunctis his, quæ habentur in l. in his. & in l. nemo. cum ibi nota. per Paulum de Castr. ff. de exceptio. Idem dicit Bald. in pluribus articulis incompatibilibus, & contrarijs: quoniam terminis datus ad producentibus articulos non currit, in altero, ut per eum in l. 1. C. de iuram. calum. cum quibus uidetur pertransire Areti. hic in quarta columna. ibi in uersiculo. & dicit glossa singularis, &c.

¶ Item ea, quæ supra diximus, quòd in aliquibus casibus ꝓpter iustum impedimentum personæ, uel iuris quandoque tempus ipso iure non currit, uel saltem datur restitutio in integrum, debemus intelligere procedere, & vera esse, q̃n pars fecit, quicquid potuit, ut terminus non curreret, & causa expediretur, ut est tex. quem ibi ad hoc ponderat Baldus. in l. fina. C. de adulr. & in dicta l. si cum ipse, & ideo pars videns se impediri per iudicem, uel partem, uel ob impedimentum in persona sua contingens in actis protestari debet per ipsum non stare, & iudicem interpellare, argum. l. fina. §. penulti. cum glossa. C. de temp. appellat. Bald. expresè. in dicta l. properandum. §. sin autem. glo. in capitu. cupientes. §. cæterum. de electio. in 6. & tenent Moderni. & Moderniss. in cap. ex ratione. de appellation. Quod dictum est notandum, sed non bene probatur ex dicta l. fina. quæ solum considerat tempus ob culpam aduersarij non cucurrisse.

¶ Circa quartam lecturam Abbat. quæ fuit glossæ nostræ, non insisto; quia & si in se vera est, per dicta l. properãdum. §. primo. Tamen huic tex. non conuenit, quoniam in terminis illius lis contestata fuit, ut probat glossa nostra, & refert Abb. atque hoc clarè infertur ex tex. nam hic de perẽptione instantiæ ob lapsum triennii oppnebatur. Ergo necessario præsupponendum est, litem fuisse cõtestatam, alioquin allegari non potuisset, instantiam fuisse peremptam, a quo tempore litis contestatæ triennium currere incipit. d. l. properandum. in §. j. ibi, non ultra triennii metas post litem contestatam esse protrahendas.

¶ Circa quintam lecturam Gofredi, quæ satis sustentabilis
34 est, & mihi alias valde placuit. † Abbas dicit veram esse in se, sed huic tex. non conuenire. Quod autem in se uera sit probatur argumento. d. l. properandum. in §. primo. iuncta l. fina. C. de sacrosanc. eccle. & l. rempublicam. cum gl. C. de iure reipubl. libro 11. Nam ecclesia & respubli. seu ciuitas æquiparantur, vt in dictis iuribus, sed in causa ciuitatis & reipubl. instantia triennii, vel alterius certi temporis præfixa non est. dicta l. properandum. Ergo &c. Quod autem huic text. non conueniat, ita probatur: nam Papa hic non intendit ponere ius aliquod speciale, vel singulare: q̃a respondet consultationi, ut supra. Ergo ponit ius commune, argumento. capitulo ex multa. de voto. Forte etiam dici potest, ecclesiam in hoc priuilegiatam non esse, prout est fiscus; nam licet fiscus & ecclesia alias regulariter æquiparẽtur, dicta l. fina. tamen ex hac æquiparatione inferri non debet, ꝙ sicut contra fiscum tempus instantiæ triennii nõ currit, ita nec contra ecclesiam, cum in multis alijs etiam differant, argumento nota. in capitulo placuit. 16. quæstione 3. & in capitulo quicunque. 12. quæstione 2. & æquiparatio solum in casibus expressis procedit.

¶ Pręterea, si in casu nostro hac similitudine de fisco ad ecclesiam argui posset, sequeretur, ꝙ idem in publico & minore dicendum esset; quia fiscus, minor & pupillus æquiparantur. dicta l. rempublicam. Item pupillus & ecclesia, ut in ca. primo. de in integrum restitutione. Propterea sicut fiscus, & ecclesia in hoc priuilegiati essent. Ita & pupillus & minor, quod tamen falsum est: quia contra pupillum & minorem currit instantia triennij. dicta l. properandum. in §. 1. ibi, siue super iure ciuitatis, siue priuatorum. Ergo & contra ecclesiam & minorem; quia ecclesia vtitur iure ciuitatis. dicta l. fina. & minor similiter. dicta l. rempublic. & ibi notatur, necnon iure ecclesiæ. dicto cap. 1. de in integrum restitutione.

¶ Sed tu cogita, si pro concordia dici possit, ꝙ aut loquimur de republica Romanorum, vel de alia superiorem non recognoscente, & habente fiscum, & tunc habet locum. d. l. properandum. dum excipit causas fiscales, & tributorum, & facit, quod voluit glossa ibi in uerbo super iure. Aut uero loquimur de alia republica & ciuitate inferiori, quę fiscum nõ habet; ut per glossam illam in uerbo, super iure, & arg. eorum, quæ habentur in titulo. C. de iure fisci, & ibi glossa nota. super Rubr. iuncto titulo. C. de iure reipublicæ. libro 11. cum glo. & tunc prædicta instantia triennii currit. d. l. properandum. §. primo. ibi, super iure ciuitatis, & ibi gloss. Aut loquimur de ecclesia Romana, quæ fiscum habere,
35 † & priuilegio reipublicæ Romanorum gaudere dicitur, argumen. capitulo ecclesia. 16. quęst. prima. auth. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. c. cum nobis. cum ibi no. de præscript. Bartol. in l. prima. C. de paganis. Facit, quod uoluit Bald. per illum text. in l. penulti. C. de bonis quæ lib. & in authen. quomodo opor. episc. in princip. & in l. fina. in fin. C. de quadrien. præscript. & contra illam instantia triennij non

nisi non currit, sicut aduersus fiscum & rempublicam Romanorum non currit. dicta l.properandum. & ita saluari potest, quod hic Gofre. uoluit. Aut loquimur de ecclesijs inferioribus, quæ nō reipubl. nec fisco Romanorum æquiparatur, sed alijs minoribus ciuitatibus, quæ fiscum nō habent, ut in l.fina.C.de sacrosan.eccle.& contra illas instantia triennii currere dicetur, sicut aduersus alias ciuitates, vt in dicta l.properandum.§.primo.& fin. Aut loquimur de pupillo & minore, & contra illos dicta instantia currit, ut in d.l.properandum.in fin.cum similibus; quia ipsi non æquiparantur reipubl.& fisco Romanorum, sed aliis ciuitatibus inferioribus, ut in d.l.rempubl.item nec ecclesiæ Romanæ, sed inferioribus, ut in d.c.1. de in integrum restitutione. Et ideo infertur, ꝙ sicut contra pupillum & minorē currit huiusmodi instantia, ita & contra ecclesias inferiores, quicquid hic uoluerit Gofred. Cogita tamen, quia hæc uidentur contra Doctor.communiter. Attamen ecclesijs inferioribus, & alijs ciuitatibus minoribus aduersus lapsū instantiæ per restitutionem in integrum succursum erit, sicut pupillo & minori, ut in d.l. properandum.in fin. & in dicta l.& si fine. in fine.ff.de minor. iuncta dicta l.fin. C. de sacrosanct.eccle.& dicta l.rempublic.cum his, quæ habentur in capitulo primo, de in integrum restitutio.& ibi latè dixi.

¶Sed prædictis aduersatur: quia videtur, ꝙ ecclesia etiam Romana reipubl. Romanorum & fisco non æquiparetur, & hoc patet; quia ecclesia Romana fisco, hoc est Cęsari & Imperatori tributum soluere debet, cum & filius Dei solue rit. c.tributū.& c.magnum.11.q.j.c.tributum. & ibi Archi.23.queſt.ult.sicut quælibet alia ecclesia inferior, ut ibi, & capitu.omnis anima.cum ibi nota.infra de cēsibus. Nisi diceres, illa iura esse intelligenda de facto, & non de iure. Christus enim tributum soluit non ex debito, sed ne alios scandalizaret, ut in ca.iam nunc.28.quæstione. 1. glossa in d.capit.magnam.vel ut dicitur in dicto capitul. tributum. ecclesia soluit Imperatori pro mercede suę defensionis. Sed de hoc videas, ut latè dixi in d.capi.primo.de in integrum restitutione.

¶ Cæterum præsupposito pro uero, ꝙ instantia triennalis aduersus ecclesiam saltem Romanam, vel aliam habentem
36 fiscum non currat, iuxta hæc quæro, † utrum clerici dictarum ecclesiarum huiusmodi priuilegio gaudeant: Abbas concludit, ꝙ non: quoniam clericus in rebus suis nūquam priuilegio, quo utitur, sua ecclesia, gaudet, nisi in casibus in iure expressis, vt expressè uoluit Anto.in c.si diligenti. de præscrip.vbi Abbas rationem assignat. Præterea, clericus restitutionem in integrum, respectu suarum rerum petere non potest, sicut potest respectu rerum suæ ecclesiæ, ut uoluit gloss.in cle.in integrum restitutione. Specul. in titulo eod.in §.qualiter.versi.sed nunquid clericus.

¶Vnde si clericus in casu, quo de eius magna læsione tractatur, priuilegio ecclesiæ non gaudet, minus gaudebit in casu nostro, in quo de tanto priuilegio non agitur, cum hic tātum pereat instantia, & ius integrum, totaq; causa maneat, in primo verò casu tota causa pereat ex denegatione restitutionis in integrum. Ad idem gl.in c.quanquam. de censibus libro 6.& in ca.1.16.quæstione.4.ubi dicitur, hoc non esse uniuersaliter verum, ꝙ bona clericorum eodem priuilegio, quo bona ecclesiæ gaudeant, nisi vbi hoc expressum est, ut in casu.d.c.quanquam.& ideo infertur, ꝙ licet quando causa ecclesiæ tractatur in foro seculari, instantia lapsu triennii non euanescat, sicut nec in causa fiscali, argumento nota.in c.1.de restitutione in integrum.tamen secus est si causa propria ipsius clerici coram seculari iudice agitetur: quia instantia lapsu triennij periret.

¶ Contrarium vero, quòd clericus hoc priuilegio circa nō peremptionem instantiæ gaudeat, tenet Anto.hic, quia bona clericorum secundum eum eodem priuilegio, quo bona ecclesiarum gaudent, vt not.in capitulo ex literis. de pignoribus.per glossam, per quam & plura alia iura Roman. in singulari 455.ita affirmat, & sequitur dicens hoc esse verum generaliter, præterquam in materia præscriptionum, vt dixit etiam glossa singularis in capitulo possessiones.21. quæstio.4. Ad hoc etiam facit, quod voluit Calder. in quęstione incip.statuto cauetur, & hanc opinionem in terminis nostris tenuit hic Andr.Barbat.pro qua allegat glossam in l.munerum.§.patrimoniorum. in verb.pontifex.ff.de muneribus, & honoribus, quę glossa parum facit, quoniam non æquiparat clericos & ecclesias quoad casum, de quo nos loquimur, sed quo ad onus, & reale munus subeundū, & hæc sunt penitus diuersa, vt patet, & colligitur ex his, quæ habentur in illo titulo. & in titulo de iure immunitatis.

¶Sed sequendo opinionem Abbatis vt supra. Non obstant adducta per Antonium. Quia verum est, quòd æquiparantur quo ad priuilegium in casibus a iure expressis, vt supra dictum est, non autem regulariter, glos.in dicto capitulo quanquam. Hinc videmus, bona ecclesiæ non posse absque solēnitate alienari, & in casibus a iure permissis, vt in summa, & in capitulo sine exceptione.22.quæstione secunda. cum similibus. tamen bona clericorum simpliciter absque causa & solennitate alienari possunt, quia non reperitur cautum, ꝙ in ijs illud ius seruetur quod in bonis ecclesiæ, ut per totum de rebus ecclesiæ.& 12. quæstione secunda. Item patet in præscriptionibus, ut supra per gloss. in dicto capitulo possessionis. Et hæc opinio Abbat. hic tanto magis in casu nostro verior dicetur, tenendo id, quod supra tenui, quòd ecclesia inferior hoc priuilegio non gaudeat. Ergo posito etiam, quòd clericus quò ad eius bona eodem onere, & iuris rigore, quo ecclesia vtatur, argumento nota.per gloss.in dicta l.munerum.§. patrimoniorum.sequitur, quòd in causa clerici etiam instantia lapsu triennij perire diceretur, & ita sequere.

¶Circa vltimam lecturam insistendum non est; quia per hunc textum non probatur, qui nullam de restitutione in integrum mentionem facit, vt hic per Abbatem & Ioannē de Imola, neque sumus in materia restitutionis in integrū, ut in dubio dicendum sit, hunc textum de illa loqui, argu. l.Imperatores.ff.de in diem addictio.

¶Præterea, si hæc lectura vero esset, textus hic loqueretur de iure speciali, non autem de communi, prout loquitur. Et sic huic literæ non conuenit, quamuis in se sit vera, ꝙ ipsa ecclesia aduersus lapsum instantiæ ad instar minoris & pupilli restitui possit. dicto capitulo primo. de in integrum restitutione. imo multo magis succurritur ecclesiæ quàm minori, argumento nota. per gloss. in clementina prima. de in integrum restitutione.& in capitulo primo .in uerb. contractum. eodem titulo in sexto. & ex his sint expeditæ lecturę hic per Abbatem relatæ. Possem etiam alias ponere, quas aliqualiter tetigi supra in princip. Sed pro nunc sequor communem intellectum, quòd de iure canonico in foro ecclesiæ non sit dare instantiam triennalem, de qua in dicta l.properandum.

¶Venio nunc ad quasdam quæstiones Abbat. & in primis quæro, an in foro seculari & ciuili, in quo instantijs certū tempus præfigitur, quælibet causa, & instantia iudicij triennium semper habeat, & consequenter, an lex properandū. C. de iudic. in qualibet causa locum habeat. Abbas concludit, quòd non; nam quædam sunt causæ, quibus breuius tempus statuitur, & allegat plura iura allegata etiam a glossa in dicta l. properandum. quæ in diuersis casibus breuius tempus statutum esse præsupponunt, & ideo pro declaratione eorum, quæ hic ponit Abbas, aliquas conclusiones facio, prout iura, & per eum allegata, & quæ inferius adducentur, in diuersis casibus loquuntur.

37 ¶Prima conclusio sit, † quòd causa criminalis laicorum infra biennium à die litis contestatæ est terminanda. dicta l. properandum. in princip. & originaliter in l. finali. C. vt intra certum tempus. l. ubi. cum gloss. C. de falsis. qui text. de causis criminalibus generaliter loquitur. Ex quo infertur, quòd istud erit nedum in causa accusationis, sed etiam in causa inquisitionis; tum quia per eam de crimine cognoscitur; tum quia inquisitio in locum accusationis succedit, vt dixi. supra. in Rubrica, & ita expressè tenet Alexander. in dicta l.properandum.in fin.princip.post Baldum ibi, & in dicta l.fina.

¶Contra clericos autem causa de crimine infra duos menses a die litis contestatæ cognosci & terminari debet, vt in auth.ut clerici apud proprios episcopos.collatio.6. in §. si causam.de criminibus, & in hoc simpliciter residet Abbas, qui innuere videtur, illum textum cōtra clericos seruari, prout loquitur, & sic in foro, tam ciuili, quam canonico, quod mihi non placet. In primis; quia de crimine contra clericum nullomodo coram iudice seculari cognosci potest etiam de consensu ipsius ac sui episcopi: nam in causa criminis maximè clerici iurisdictionis prorogatio, nec

nec reconuentio fieri potest, vt supra latè vidimus in capitulo at si clerici. post glossam in principio, eodem titulo. Facit. c. 2. cum glossa, in c. si diligenti. de foro competenti. c. neganda. 3. quæstione. 9. & c. clericum. 11. quæstione. 1. & ibi per totum.

¶Secundo; quia ex quo dispositio. d. auth. vt clerici apud prop. episcopos. expressè de personis clericorum disponit, illas etiam criminaliter constringendo, ea dicitur ipso iure nulla. & in nullo foro seruanda est tanquam existens contra libertatem ecclesiæ, vt in capi. ecclesia sanctæ Mariæ. & ibi omnes supra de constitutionibus. & habetur in ca. 1. de noui operis nuntiatio. cum similibus. & l. fi. de rebus ecclesiæ non alienand. Melius ergo dicendum est, ꝙ inter eos seruāda sit dispositio. d. l. fin. C. vt intra certum tempus. de qua fit mentio in d. l. properandum. in principio, nam lex illa fina. generaliter disponit, prouidēdo super instantia causarum criminalium non specialiter, nec expressè disponendo super personis ecclesiasticis, ad quas etiam illa trahi potest per ea, quæ uolunt, doctor. communiter, & ibi Abbas in c. quæ in ecclesiarum. & in d. ca. ecclesia sanctæ Mariæ. de constitutionibus. c. in adiutorium. 10. distinctione. vt hic uoluit Henricus Boich, qui dixit, ꝙ licet in causis ciuilibus sit per ius canonicum derogatum. l. properandum. nō tamen in causis criminalibus dicitur derogatum. d. l. fina. C. ut intra certum tempus. & præsertim, quia ante. d. l. properandum. etiam de iure ciuili certum tempus instantiæ præfixum nō erat, sed litis quodammodo immortales erāt, ut in d. l. properandum. in principio. & ita tenet Alexander ibi in 4. colum. Ergo cum hoc per. d. l. properandum, mutatum fuerit, & hæc mutatio a iure canonico non recepta, potest dici de iure canonico seruandum esse id, quod ante. d. l. statutum erat, videlicet ut nullo certo tempore prima instantia terminata dicatur. Videtur tamen, ꝙ de iure antiquo instantia litis certo tempore finiretur, sed quanto ignoratur, ut in l. arbitrio. §. dolo. ff. de dolo. & Paulus de Cast. in d. l. properandum. in 1. columna.

¶Secunda cōclusio sit, ꝙ causa decurionatus, in qua cogno-
38 scitur, an quis curiæ † decurio sit, infra tres menses terminari debet, & est speciale in hac causa, contra. l. properandū ut est textus & ibi glossa, in l. generali. C. de decurionibus. libro 10. & hic per Abbatem, itaque vult gloss. in d. l. properandum. Ex quibus infertur, ꝙ si in terminis illuis textus causa infra dictos tres menses terminata non esset, instantia diceretur deserta. Tu autem dicas, ꝙ ex quo in terminis. d. l. generali. verba ad iudicem diriguntur, & sic terminus iudici præfigitur, & illi non terminanti infra illud tempus pœna imponitur, terminis censetur præfixus ipsi iudici, non instantiæ, adeo ꝙ per lapsum illius temporis instantia perempta non diceretur, & sententia lata post illum terminum valeret, dummodo infra tempus instantiæ iuris cōmunis, hoc est infra triennium ferretur; quia appositio pœnæ arguit & inducit validitatem actus, ut in l. ait prætor. §. 1. & ibi Bartolus. ff. de noui operis nuntiat. not. in l. non dubium. C. de legibus. & in l. 1. ff. de liber. & posthum. Ita uoluit Oldradus in disputatione sua, ut refert Bartolus in dicta l. properandum. in princi. & Ioannes Andreas in addit. ad Speculatorem in titulo. de iudice delegat. in §. restat. uersiculo. quid si in statuto, quos sequitur Aretinus hic in 3. columna.

¶Et stantibus præmissis duo notabiles effectus sequuntur. Primus, ꝙ instantia lapsu illius temporis perire non dicitur,
39 ut supra. Secundus, ꝙ iudex, qui sub † pœna causam infra certum tempus terminare debet, ita demum penam incurrit, si petitum fuerit, & non aliter, vt hic notabi. uoluit dominus Antonius in 3. columna. per nota. per glossam, in capitu. fina. de rescriptis. & argumen. l. 4. §. hoc autem. ff. de damno infecto. notat. etiam in d. l. properandum. §. sin autem reus. cum similibus allegatis. per dominum Antoniū. Hoc idem uoluit Alexander in dicta l. properandum. in fi. secunda. colum.

¶Tertia sit conclusio ex his, quæ hic ponit Abbas, allegan-
40 do textum in l. fina. C. de ædifi. priuat. † alias est in l. vnica. C. de noui operis nuntia. & est idem textus in c. fina. de noui operis nuntiatione, quòd causa nuntiationis noui operis infra tres menses terminari debet, quibus elapsis ædificator satisdatione præstita ædificare potest, ut ibi habetur, & quamuis in dicta. l. fina. verba ad iudicem dirigantur, tamē ex quo pena iudici non imponitur, ille terminus instantię, & non iudici præfixus esse dicitur adeo, quòd eo elapso instantia perit. Ita clarè sentit Ioannes Andreas in loco præallegato, & sequitur Aretinus hic in 3. columna. Præterea in dicta l. & cap. fina. verba parti, & non iudici diriguntur, ergo & c. ut colligitur ex his, quæ habentur in c. in causis. supra de officio delega.

41 ¶Quarta sit cōclusio, ꝙ † in causis breuioribus & minimis & in causis uilium personarum instantia vsque ad trienniū se non extendit, sed celeriter & de plano huiusmodi causæ sunt cognoscendæ, & sic certum tempus præfixum non habent, ut in auth. de mandatis principum. §. si tibi. collat. 3. authen. nisi breuiores. C. de sentent. ex breui. recitan. Ita etiam potest intelligi. l. leuia. ff. de accusationibus. cum ibi nota. iunctis nota. per Bartolum in extrauagant. ad reprimen. in uerb. figura.

¶Quinta conclusio sit ex uerbis Abbatis allegādo. l. prima,
42 ff. † de damno infecto, ꝙ causa damni infecti celeritatem desiderat, & celeriter expediri debet, quod fiet, si infra tres menses expediatur, arg. d. c. fina. & l. vnicæ. C. de noui operis nuntiati.

¶Vltima conclusio sit, ꝙ causa syndicatus officialis infra ui-
43 ginti dies expediri debet, † ut in l. vnica. C. ut omnes iudi. tam ciui. quam crimin. in fin. vbi casus, alioquin instantia finietur, & officialis amplius conueniri nō poterit; datur enim a lege tempus quinquaginta dierum ad agendum, seu ad accusandum, & inquirendum contra officiales, in syndicatu, infra quod officiali licitum non est a loco, in quo officium gessit, recedere, & si infra illud contra ipsum agi cœptū fuerit, & infra dictos quinquaginta dies causa finiri non potuerit, tunc ipsi licitum est recedere, dimisso procuratore, si contra eum ciuiliter de crimine agebatur, si uerò criminaliter per uiam accusationis, tunc vsque ad finem litis permanere debebit, si accusator se ad pœnam talionis inscripserit. Causæ tamen motæ in syndicatu contra officialem sunt expediendæ infra viginti dies a tempore, quo infra quinquaginta dies inchoatæ fuerunt, illis autem elapsis amplius in loco officij contra officialem agi non posset, prout hæc omnia probantur in dicta l. vnica. sed in propria patria bene vltra illud tempus conueniri poterit, vt expressè uoluit Barto. in l. 2. ff. ad legem Iuliam repetun. alias in l. j. per illum textum. At hoc dictum Bart. intelligas nisi in loco officij publica proclamata facta fuissent, ꝙ omnes, qui contra officialem agere, vel petere vellent, infra certum tēpus compareant, alioquin vltra illud non audientur, & postea per ipsos syndicos super contumacia pronuntiatum esset, & ipse officialis per dictum tempus in loco permāsisset, neq; illinc vnquam recessisset, ut in d. l. vnica. Nam tūc post lapsum illius temporis etiam in propria patria contra officialē agi non poterit: vt notabiliter voluit hic Cardinalis, quem refert & sequitur hic Abbas & Alexander in d. l. 1. ff. ad legem Iuliam repetunda. in addit. & Bartolus. & ad propositum facit. l. si eo tempore. C. de remiss. pignor. vbi est casus notab. per quem datur cautela ad faciendum, vt res vendita non transeat cum onere suo, hoc est cum obligatione pignoris ad emptorem, vt ibi. Facit. c. fin. infra qui matrimonium accusare possunt, vbi quę publicè fiunt, ad notitiam eorum, qui in loco pręsentes erant, peruenisse pręsumuntur.

¶Non obstat authen. qui semel. C. quomodo & quando iudex. ubi ultra tempus trium mensium in proclamatę publico positum actor, qui per oblationem libelli litem incœpit, per annum etiam expectari debet, quia secundum Cardin. hic, & Alexander. in dicta l. prima. ff. ad legem Iuliam repetund. ille text. loquitur ante litem contestatam, vel in alio casu. Voluit dicere, ꝙ ille textus loquitur ubicunque actor suam actionem contra aliquem coram iudice obtuli, quoniam vsque ad finem causæ litem exercere debet, quòd si causam prosequi, reo postulante, differat, debet publicè per vocem præconis, quæ paucis innotescit, ter citari per interualla triginta dierum, deinde per annum expectari, vt ibi dicitur, & sic loquitur de tempore ad prosequendum. Nos verò loquimur in alio casu, videlicet quando vel ex officio iudicis, vel ad petitionem partis certus terminus ad agendum præfigitur agere volentibus, quoniam illo elapso amplius non sunt audiendi, ut in dicta l. si eo tempore. cum similibus. ¶ Et hæc declaratio domino Cardinali satis placet, quoniam ex quo certus terminus ad agendum statutus est, & subest legitima causa illum statuendi, compellitur causatiuæ quis infra illud tempus agere. hoc est, si uult ius suum sibi saluum esse, alioquin si iudex

eo

eo elapso pronuntiaret, & declararet ipsum, seu neminem amplius de cætero audiendum, nullus agere potest, nec audiri debet, si præfixio termini ad notitiam peruenerit, aut uerisimiliter peruenire potuerit: vt quia personaliter, vel p publicum proclama notificata fuerit. d. authen. qui semel. d.c.fina. & d.l. si eo tempore. & ad propositum facit, quod voluit glossa nota. in l. unica. C. vt nemo inuitus. & in l. Titia. cum ibi nota. per Bartolum. ff. de accusationib. qui allegat Innocentium hoc idem tenere in cap. conquerente. de officio ordina. Facit l. diffamari. C. de ingen. manumiss. & id, quod notat. in d.c.fi. qui matrimon. accus. possunt.

¶Præmissa suadentur; nam si in casu nostro non posset statui certum tempus agere volentibus contra officialem de his, quæ in officio exercuit, ad effectum, vt contra eum etiã in patria sua agi non possit, fraus fieri posset, nam ij, qui vellent agere, expectarent, ꝙ officialis inde discederet, & in patriam iret, vt ibi illum conuenirent, ne forte probationes habere posset, quas in loco officij, de his, quæ in eo gessit, paratas habere poterat, & in hoc est fundata cautela tradita hic per Cardina. & Alexandrum in d.l.1.

¶Nec obstat prædictis textus in l. secunda. ff. ad legem Iuliã repetundarum. ubi de malè gestis in officio infra annum, non autem infra viginti dies, vel quinquaginta, ut in d.l. unica. agi potest. Quia Bartolus ibi, alias in l. prima. tradit duas solutiones, quas ibi per eum uidere potes. Sed iudicio meo ambæ illi textui conuenire non uidentur. Primò; quia sunt diuinatiuæ, & textum in dicta l. secunda. multum restringunt. Præterea. dicta l. 2. loquitur. quando de gestis in officio quis uellet agere non contra ipsum officialem, sed contra eius hæredem, ut ibi.

¶Vnde pro declaratione dicendum est, ꝙ de gestis in officio contra iudicem & officialem in loco officij agi potest infra quinquaginta dies, hoc enim est tempus ad agendum in syndicatu, siue quis agere ciuiliter, uel criminaliter in loco officij velit. d.l. unica. Causa autem inchoata contra ipsum debet ibi infra viginti dies terminari, ut in d.l. unica. in fin. & hic per Abbatem.

¶Et nota illum textum in dicta l. unica. quia in fin. uidetur facere contra vnum, quod supra dixi per l. generali. C. de decurio. & per nota. per Bartolum in dicta l. properandũ, nam in dicta l. unica. verba ad iudicem diriguntur, & pena ipsi non terminanti imponitur, ut ibi in fin. Et tamen doctor. hic, & vbique dicũt, ꝙ per lapsum viginti dierum instantia perit, & finitur contra prædicta. Tu dicas per illum textum limitari id, quod volunt doctor. ibi enim vltra ꝙ pœnam imponeret, lex vlterius processit, etiam præfigẽdo tempus causæ, & instantiæ, actum annullando, ut ibi in fin. Faciunt nota. per docto. post glossam in l. non dubium. C. de legibus. in simili, ut ibi per Bartolum, Baldum, Paulum & Salicetum. Si uerò in loco officij de gestis in officio corã syndicis actũ non esset: vt quia proclamata facta non fuisset, vel officialis ante quinquaginta dies discessisset, si tunc captus fuerit, coram rectore illius prouinciæ deducetur, in qua captus erit, & ibi per sex menses morari debebit, ut super gestis in officio cõueniri possit. dicta l. unica. §. 1. Alioquin in patria sua poterit conueniri infra tempora iuris cõmunis, uidelicet triginta annorũ. l. sicut. C. de præscriptio. triginta annorum. Si verò contra officialem nec in loco
44 officij, nec in patria agi possit; quia morte † præuentus fuerit tunc contra hæredes ipsius agi potest, dummodo infra annum agatur, inchoandum a die mortis ipsius officialis, ut in dicta l. 2. vbi casus, quod tempus datur ad agendum, non autem ad prosequendum, ut ibi. & ratio est, quoniam cum hæc actio sit popularis, vt nota. ibi, ultra annum extendi non potest. l. fin. ff. de popula. actio.

¶Et si diceres, quomodo contra hæredes datur actio popularis, cum contrarium dicat tex. in dicta l. fin. Respondeas, uel esse speciale in casu dicta l. 3. Vel illud debere intelligi post litem contestatam cum defuncto, iuxta nota. in dicta l. finali.

¶Infra autem quantum tempus quis contra hæredes causam prosequi debeat, declaratum non reperio, & forte attentari posset, ꝙ ex quo aliter super hoc prouisum non est, ĩ. tẽpus iuris; nam in causa ciuili. ĩ. triẽnium. d.l. properandũ. in criminali uerò infra biennium.

¶Nec obstat dicta l. unica. quia loquitur, quando quis vellet agere in loco officij contra officialem, non autem cõtra hæredes, contra quos daretur tempus iuris communis, & sic longius, nam sicut ad agendum cõtra hæredes longius tempus datur, quàm ad agendum contra officialem, vt §. Ita ad prosequendam causam inchoatam longius tempus dari debet contra ipsos, quàm contra officialem.

¶Quantum autem tempus daretur ad prosequendum cau-
45 sam contra officialem in † patria sua, declaratum non reperio, sed cogita, si dici possit, ꝙ tunc daretur tempus, quod datur de iure communi, ut supra dixi de herede. Quod ita probo, nam quando agitur contra officialem in patria sua extra locum officij perpetuo agi potest, hoc est tẽpus datũ ad agendum est perpetuum, prout est regulariter, & de iure communi, videlicet triginta annorum. l. sicut. C. de præscript. triginta annorum. & Institu. de perpetu. & tempor. actio. & sic est tempus iuris. Ergo & tempus datum ad prosequendum causam contra eum debet esse tempus iuris communis. Cogita, quia hæc uidetur melior declaratio, quàm illa, quæ ponitur a glossa & Bartolo in dicta l. secunda. & Abb. hic.

46 ¶†Addo prædictis vltra Abb. ꝙ causa excusationis a tutela infra quatuor menses expediri debet. l. quinquaginta. ff. de excusa. tuto. Nisi tutor se ad probandum infra breuius tempus astrinxerit. l. si cum ipse. eod. titu. secundùm vnum intellectum meum.

¶Item adde, quòd in actione de dolo datur biennium ad finiendam litem. lege. finali. & ibi glossa & Bartol. de dolo.

¶Quærò secundò, quæ acta perempta instantia pereant.
47 Glossa sentit, ꝙ omnia, † tam præparatoria, siue ordinatoria, quam decisoria: quoniam secundùm eam perempta instantia lapsu triennij, nouus libellus dari debet, & de nouo omnia iterum sunt facienda, perinde ac si nunquam processum fuisset.

¶Gofredus verò dicebat, ꝙ licet secundùm leges ciuiles instantia lapsu triennij pereat, non tamen pereunt acta iudicij publica, hoc est facta & redacta per manũ notarii in formam publicã, ut in l. gesta. C. de re iud. vbi casus; quia semper probari possunt. De hoc articulo uide latius per Innoc. & alios in capitu. causam quæ. de testibus. & ibi per Abbat. & per Bartolum. in l. secunda. ff. iudica. solui. & Specula. in titu. de officio deleg. in §. restat. uersicu. Sed nunquid acta. Et in effectu concludendum est secundùm Abbatem, ꝙ perempta instantia pereunt acta iudicii, hoc est præparatoria iudicii, non autem acta causæ, uel litis, ut sunt probatoria, & decisoria, & hoc modo restringi, & declarari debet id, quod simpliciter glossa uoluit.

¶Quòd autem acta iudicij dicantur esse acta ordinatoria, & acta causæ illa, quæ causam instruunt, atque decidunt, uoluit & sensit glossa in clementi. sæpe. in uersiculo defensiones. ff. de verborum significationibus.

¶Plenius tamen tangendo articulum plures conclusiones facio. Prima sit, ꝙ perempta instantia, omnia acta litis ordinatoria pereunt, vt sunt libelli oblatio, citatio, datio fideiussorum, litis cõtestatio, dilationũ assignatio & huiusmodi. l. cum lite mota. ff. iudicatum solui. Ita debet intelligi id quod voluit glossa nostra, & in l. si ut proponis. C. quomodo & quando iud. & quoniam ab actis ordinatorijs diuersi effectus proueniunt: aliqui enim solam instantiam, & telã iudicii respiciunt, quorum nonnulli sunt effectus præteriti, vt ꝙ post litem contestatam dilatoriæ & declinatoriæ opponi nequeant, & hi perempta instantia perire dicuntur. l. fina. C. de exceptionibus. c. pastoralis. eodem titu. l. Pomponius. §. rati. ff. de procurator. iuncta l. accusare. §. hoc beneficio. ff. de accusatio. cum glossa. Nonnulli sunt effectus futuri, vt ꝙ post litem contestatam, & non ante probationes fieri possit, vel ad sententiam perueniri, ut in l. prolatam. C. de sentent. & per totum vt lite non contestata. & hi etiam perempta instantia pereunt. d.l. cum lite mota. Et hoc modo intelligatur conclusio, ꝙ perempta instantia pereunt acta ordinatoria quo ad effectus, qui ipsam instantiam respiciunt. Aliqui vero effectus sunt ab actis ordinatoriis producti, qui causam quoq; respiciunt, ut ꝙ actio perpetuetur, ꝙ res litigiosa efficiatur, ꝙ possessor malæ fidei efficiatur, & similia; & hoc casu perempta instantia non pereunt acta ordinatoria quoad prædictos effectus inter easdem personas tantum, vt uoluit gloss. in dicta l. properandum. §. primo. Innocent. in dicto capitulo causam quæ. de testibus. Bartolus in dicta l. cum lite. Secus autem quò ad alias personas. l. cum notissimi. §. sed si quis. C. de præscri. triginta annorum. & ibi nota. l. prima. C. de præscriptione longi tempo. & ibi not. Item huiusmodi effectus etiam se

ad

ad instantiam non extendunt, quæ ex alia causa inter easdē quoque personas fieret. l. fiscus in quæstione. ff. de iure fisci. & ibi per Bar.

¶Secundò prædictam conclusionem declaro, quòd acta omnia etiam ordinatoria perempta instantia pereunt, non tamen quo ad fidem faciendam ipsorum actorum, & quo ad probandum, an acta facta fuerint, quoniam ex quo ipsa in publicam formam redacta fuerunt, in alio quocunque iudicio, & inter quascunque personas sic facta fuisse fidem faciunt, ut in l. gesta. C. de re iudica. l. cum res. C. de proba. capitulo quoniam contra. eodem titulo. & habetur in l. is, qui fidem. C. de eden. & ita intelligatur id, quod Gofred. dicebat.

¶Secunda conclusio sit, q̄ acta decisoria, hoc est pertinentia ad litis decisionem, seu ad veritatis indagationem, ut sunt confessiones, attestationes, & aliæ probationes, perempta instantia non pereunt, sed etiam in secunda, & ulteriori instantia, ac inter easdem personas prosunt. l. iubemus. C. de libera. cau. l. cum antea. §. fin. C. de arbi. l. fi. de testibus.

48 & no. in d. l. properandum. in fi. †quando autem prosint ac fidem faciant in alia instantia, ac in alio iudicio, dicas, q̄ q̄n dicta testiū sunt publicata, si testes coram arbitro recepti & examinati fuerint, in alia instantia, ac in alio iudicio inter easdem personas fidem faciunt, secundum distinctionem. l. fi. C. de testibus. iuncta. d. l. cum antea. in fin. si verò testes coram iudice recepti fuerint, tunc inter easdem personas in causa ciuili fidem faciunt non seruata distinctione. d. l. fi. C. de testibus. & sic indistinctè dūmodo alia causa, & instantia ad eundem effectum, & finem tendat, ad quem prima tendebat. Ita tenet Innocen. in capitu. cum in tua. de testibus.

¶In causa autem criminali an dicta testium publicata fidē in alia instantia, & in alio iudicio inter easdem personas faciant, dic ut per Bar. in l. 2. §. 1. ff. vi bono. rap. & dixi. s̄.

¶ An autem inter alias personas fidem faciant, dic, vt per Bar. in d. l. 2. ff. iudica. solui.

¶Et prædicta distinctio, ac prædictæ conclusiones procedunt de iure ciuili, secundùm quod instantia temporis datur, sed non de iure cano. quoniam cum secundum illud instantia fluxu temporis non pereat, acta iudicij perpetua esse dicuntur, ut hic est tex. & ideo secundum canones distinctio, de qua. s̄. & per Bar. in d. l. 2. esset inutilis.

¶Posset tamen esse vtilis in his casibus, in quibus quis de iure canoni. ab obseruatione iudicij absoluendus esset, puta propter ineptam actionem propositam, & in libello expressam, ut in c. examinata. s̄. eo. & ibi glo. & docto. c. dilecti. cum ibi not. per scrib. post glo. s̄. eod. vel ob aliquam aliam causam, iuxta tex. cum ibi not. per Bart. in l. libellorū. §. q̄ si libelli. ff. de accusa. cum simi. nam his casibus etiam de iure cano. queri, & dubitari posset, an acta perirent, cum instantia non lapsu temporis, sed ex alia causa perire dicantur. ita declarat Henricus Boich hic in fin.

49 ¶† Quæro tertiò, an per compromissum, vel pactum partium prima instantia causæ prorogari possit, sicut prorogatur instantia causæ appellationis, ut in clem. quandiu. de appellatio. & in auth. si tamen. C. de tempo. appella. Abb. super hoc varias opiniones refert & in effectu cum opinione Anto. residet, subiungendo, an tempus primæ instantiæ in aliquibus prorogari possit, & ex verbis Abb. plura inferri & elici possūnt, quæ antequam eliciam, considero, q̄ in iure duo sunt, quæ inter se penitus differunt, ac diuersa sunt, videlicet prorogare & suspendere tempus, vel instantiam. Nā prorogari dicitur, quando tempus tempori additur, quæ prorogatio fit durante primo tempore, non autem finito, & ea facta idem tempus durare, & perseuerare censetur, argumen. l. sed si manente. ff. de precario. facit quod voluit Abb. in c. præterea. in prin. infra de appella. & in capitu. de causis. de officio deleg. suspendi verò tempus dicitur, quando conuenitur, vt interim tempus currere nō dicatur, sed in eo supersederi debeat, adeo q̄ actus interim dormiat, vt in casu clemen. quandiu. de appel. & l. intra vtile. vbi Bart. ff. de mino. Hæc differentia expressè colligitur ex his, quæ ponit Alex. in d. l. properandum. in prin. in fin. 4. colum. & Abb. in ca. ex ratione. in 2. col. post Ioannem Andream & Antonium de But. de app. & Alex. in consil. 24. in 4. volu. in vltima colum.

¶Inter hæc duo tamen Abb. hic & aliqui scriben. in dicta l. properandum, differentiam facere non videtur, sed illa confundere ac vnum pro alio ponere.

¶An autem tempus primæ instantiæ prorogari possit: Abb. post Antonium dicit, q̄ non, & in hoc prima instantia causæ differt ab instantia causæ appellationis, quæ pacto, aut compromisso prorogari potest, per. d. clemen. quandiu. & d. authen. si tamen. Idem tenet Bart. in d. l. properandum, in princip.

¶Tu contrarium verius esse dicas, q̄ nō sit differentia, imo in utroque tempore idem ius sit quod notorium prorogari possit illud prolongando, ut interim tempus currere dicatur, quo casu propriè prorogatio dicitur, & ad hoc facit primo: nam si tempus instantiæ primæ, vel causæ appellationis prorogari posset, absurdum sequeretur, q̄ pars illud in mille annos prorogare possent, & hoc modo diceretur iudex inquietari, utilitas publica lædi, & partes litibus & expēsis vexarentur, contra. c. finem litibus. de dolo & contuma. c. 2. de re iudicata. cum similib. & sic contra intentionem fieret legislatoris in d. l. properādum. ut ubi Bar. dicit, q̄ cū tempus primæ instantiæ ratione publicæ vtilitatis præfixū fuerit, illi renuntiari non posset, & sic neque prorogari de consensu partium etiam cum iuramento. capi. si diligenti. infra titu. proximo.

¶Secundo hoc etiam expresè probatur in l. nemo. in vers. sub prætextu quodam altero &c. de tempor. appellat. vbi est tex. q̄ nec per rescriptum, nec aliquo alio modo tempus datum ad prosequendum causam appellationis ultra annū uel biennium protrahi potest, ut interim illud vltra annū, uel biennium currere dicatur. Et hanc opinionem in terminis & expresè uoluit Ioan. And. in addi. ad Specula. in titu. de appellat. in §. nunc breuiter. in uer. licet autem. Idē tenet do. Anto. & ibi Abb. in c. ex ratione. de appella. Ioan. de Imola, in l. dies, in princi. ff. de dam. infec. Alexand. in dicta l. properandum. in fin. 3. columna, & in dicto consil. 24. in 4. volum.

¶Non obstat. d. clem. quandiu. & d. auth. si tamen. quoniā illa iura loquuntur non de prorogatione temporis, sed de suspensione, vt clarè ex illis iuribus colligitur, & statim dicetur, & hoc sequor.

¶An autem tempus instantiæ causæ principalis suspendi

50 †possit, ut interim in causa supersedeatur, & tempus instantiæ dormiat, sicut fit in instantia temporis causæ appellationis, tunc maius dubium est, nam de secundo, q̄ possit est tex. in d. cle. quandiu. qui de suspensione tēporis loquitur, & in d. auth. si tamen. & ita expresse dicunt & tenent doct. in locis præallegatis, sed de primo non apparet, neq; probatur in aliquo loco posse suspendi, & tenendo hoc potest cōsiderari ratio diuersitatis inter prorogationem tēporis, & suspensionem ex his quę ponit Abb. in d. c. ex ratione. in 2. colum. Non ideo prorogari nequit: quia in mille annos tēpus instantiæ prolongari posset, & semper causa agitari, ac in illa procedi diceretur, quod contra publicam vtilitatem esset, ut supra dictum est, sed per suspensionem temporis causa protrahi non diceretur, nec instantia ultra tempus instantiæ prolongari; nam stante & durante suspensione, interim instantia eiusque tempus dormire, ac in suspenso stare diceretur, nec interim partes litibus & expensis fatigarentur; quia non dicerentur litigare, nec iudex in cognoscendo inquietaretur, & cōsequenter contra publicam vtilitatem non fieret: nam suspensione durante tempus instātiæ non curreret adeo q̄ causa vltra tempus a iure præfixū protrahi non diceretur, vt habetur in d. clem. quandiu. Vnde posito, q̄ tempus causæ appellationis per compromissum, sicut per pactum suspendi possit, non tamen prima instantia etiam mediante compromisso suspendi poterit, vt docto. communiter tenere videntur. Et ad hoc tendūt rationes & argumēta Abbatis hic & Antonij, ac etiam Alexandri in d. l. properandum. in 5. colum. & ita tenet Ioannes Andreas in addit. ad Specula. in titu. de officio delega. in §. restat. versi. quid si statutum. Nam quod tempus instātiæ suspendi possit, hoc solum reperitur expresè decisum in tempore instantiæ causæ appellationis. Ergo aliud erit in tempore instantiæ causæ principalis; quoniam quod non dixit lex, nec nos dicere debemus. l. si seruum. §. non dixit prætor. ff. de acquiren. hæred. & sicut de illo a iure expressum fuit, ita de hoc quoque exprimi potuisset, quod cum non sit factum, dicendum est hoc fieri non posse, argum. c. ad audientiam. de decimis. l. vnica. §. vbi autem. C. de caducis tollend. Item diuersa ratio est inter causam appellationis & causam principalem; nam in appellatione maius præiudicium vertitur, quæ in causa principali: si enim instantia

stantia causæ appellationis pereat, causa quoque & totale ius appellantis perit. vt in clemen.sicut appellationem . cũ ibi not.de appel. Sed perempta instantia in causa principali, non perit causa, neque ius partis, sed solum acta ordinatoria & preparatoria causę, & ius partis integrum remanet. dicta l.properandum.§.& si quidem.& per totum, & ideo tempus illud prorogari non potest, quia hoc non est necessarium ratione præiudicij ipsius causæ, cum iterum perempta instantia agi possit, & ideo cum inter has causas sit diuersa ratio, ut patet, nil mirum si aliud in prima instantia statuitur, & aliud in instantia causæ appellationis, & cum hac opinione etiam pertransit Salice. in dicta l. properandum.

¶Bal.autem ibi in prin.contrarium tenet, & Bart.similiter in d.authē.si tamen, ꝙ in hoc non sit differentia inter causam appellationis & causam principalem, sed in vtraq; possit instantia per compromissum suspendi; quoniam cum pēdente compromisso coram iudice agi non possit, & non stet per ipsum actorem, qui saltem coram arbitro agere nō cessat, ipsi tempus currere non dicitur, argumen. l. contra maiores. C. de inoffic.testamen. & l.intra utile.ff.de minoribus.

¶Primam tamen opinionem ultra Abb.sequuntur Salicet. & Alexan.in d.l.properandum.hac ratione: quia compromissum est noluntarium.l.si dictum.§. si compromisero. ff.de euicti.& ideo per illud ius publicum tolli, seu lædi nō debet; quia per factum uoluntarium partium iuri publico non preiudicatur.l.ius publicum.ff.de pactis. Item quia si per compromissum instantia causæ principalis suspēdi, seu prorogari posset, fieret contra rationes, super quibus. d.l. properandum. fundata est, duplex enim ratio ibi assignatur.prima, ne lites immortales fiant: secunda; quia per litis pendentiam sæpe materiæ, & occasiones criminum de delictorum inter partes oriuntur, vnde si causa principalis per compromissum suspendi, vel prorogari posset, propter hoc prædictæ rationes non cessarent.

¶Mihi tamen plus placet opinio Bal. & Barto.in locis allegatis, & de iure est verior; nam eadem ratio videtur, quādo fieret compromissum in causa principali, quæ militat in casu, quando fieret pendente causa appellationis; sicut enim quando fit compromissum pendente causa appellationis interim instantia non currit, sed stat in suspēso, ac dormit, & litigantes interim fatigari expensis non dicuntur, neque iudex inquietari, ita quando fieret compromissum pendēte causa principali: ut argumen.tex.cum ibi no.arguendo a speciali per rationem positam ibi per gl.in c.si compromissarius.de electio.lib.6.

¶Non obstant in contrarium allegata, & in primis, ꝙ iure cautum non est, per compromissum dici suspendi instantiā causæ principalis, sicut dicitur cautum de instantia causæ appellationis; quia respondetur, satis dici cautum arguendo a speciali de.dicto cap.si compromissarius. ubi in causa electionis tempus datum ad eligendum prælatum currit, non obstante, ꝙ super electione facienda cōpromissum factum fuerit; tamē quia speciale est fauore electionis propter multa alia specialiter iure tradita & inuenta, argum. c.ne pro defectu.de electio.& in c.quoniam frequenter.vt lite non contesta.iunctis no.per Bar. & alios in l.j. ff. solu. matrimo. tamen a cessante ratione illius tex. ratio enim, quare in terminis.d.c.si compromissarius. pendente compromisso currit tempus electionis, & nō dormit, neq; stat in suspenso, est, quia ibi factum fuit compromissum per illos tantum, quibus tempus electionis currit, secus vero si p eum factum esset, contra quem tempus curreret, & per illum, ad cuius fauorem curreret, ut ibi per gl. in verb.transtulerunt.prout in casu nostro contingit.

¶Præterea, satis dicitur expressum, ex quo eadem ratio concurrit, argumē.l.nominis & rei.§. verbum.ex legibus.ff.de uerbo.signi. Nam sicut in causa appellationis interim tempus currere non dicitur, sed dormit, neque fit contra publicam vtilitatem, ut supra. Ita nec in prima instantia. Ergo cum non sit diuersa ratio, idem in utroque casu dicendum est, argumen.l.a Titio.ff.de uerbor.obligatio. & l.illud.ff. ad l.Aquil.

¶Secundò non obstat, ꝙ per pactum expressum etiam iuratum tempus instantię causæ principalis prorogari non potest. dicta l.properādum.§.primo. Ergo nec per compromissum tacitè prorogari poterit: quia respondetur, argumētum procedere in prorogatione, si per cōpromissum tempus prorogari diceretur, sed dico, quòd non prorogari, sed suspendi dicitur.dicta clem.quandiu.& argu.d.ca.si compromissarius.Vnde posito, ꝙ pacto partium prorogari non possit, non tamen sequitur, quin suspendi ualeat, & hoc in instantia appellationis patet, quę prorogari non potest.d.l. nemo.C.de tempo.appella.& tamen suspendi potest, nedū per compromissum, sed etiam per pactum expressum. d. auth.si tamen.& d.clem.quandiu. Ergo idem dicendum est de instantia causæ principalis.

¶Non obstat tertium fundamentum, ꝙ nō sit eadem ratio in instantia causæ principalis, quæ est in instantia causæ appellationis, ut s.dictum est; quia respondetur, ꝙ illa ratio maioris, uel minoris præiudicij concludit in prorogatione, non autem in suspensione, vt ex prædictis colligitur.

¶Præterea, durante compromisso tempus currere non dicitur, sed in suspēso manet. Propterea sicut utile esse pōt fieri compromissum pendente causa appellationis, ita pendente causa principali, argum.dicto cap.si compromissarius.cum similib.supra allegat. Et sic eadem in utroque casu ratio esse videtur. Nec debet esse in consideratione peremptio instantiæ durante compromisso; quia eo tempore instantia non currit, sed dormit, & stat in suspenso.dicta clem.quandiu.cum ibi not.

¶Non obstat, ꝙ per factum voluntarium partium: & sic p compromissum ius publicum lædi non potest. dicta l.ius publicum. quia respondetur, pendente causa principali per compromissum ius publicum non lędi, sicut nec lædi dicitur, quando fieret pendente causa appellationis; nam ex quo per illud tempus instantię non prorogatur, nō dicitur fieri præiudicium iuri publico, quod in hoc consistit, ne lites immortales fiant, & ne detur occasio delinquendi.

¶Non obstat ultimum, ꝙ si per compromissum instantia causæ principalis prorogari posset, fieret cōtra rationes. d. l.properandum.neque propter hoc rationes illæ cessarent, vt supra, quia respondetur, hanc considerationē procedere, si instantia per cōpromissum prorogari diceretur: quoniam tunc lites fieri immortales, & occasiones mali & criminis inter partes oriri possent, sed cum non prorogari, sed suspendi dicatur, sequitur ꝙ per hoc lites immortales non fiunt: quia tantum per triennium durent, quod durāte compromisso non currit, & illo finito, causa in trienniū est terminanda, computato primo tempore, & cum tempore compromissi lis agitari nō dicatur, & in causa non procedatur, atque non obstante compromisso causa infra triennum sit expedienda, sequitur, ꝙ non datur maior materia delinquendi, quàm daretur, si nullum compromissum factum esset. Et sic ex prædictis saluari potest opinio Bal.quę Barto.quoque in locis præallegatis fuisse videtur, non obstantibus rationibus & argumentis in contrarium adductis, quę (ut ex prædictis colligitur) solum in prorogatione non autem in suspensione procedunt.

¶Sequendo tamen opinionem communem, ꝙ in hoc sit differentia inter causam appellationis & causam principalem, hoc est, ꝙ per compromissum instantia causæ appellationis suspendi & prorogari possit, nō autem instantia principalis per rationes Abbatis hic, intelligerem hoc uerū esse in compromisso voluntario, & ita expresse intelligūt Doc. hic Anto.& Abbas & scrib.in d.l.properandum.cum similibus.s.allegatis. secus in compromisso necessario facta ex necessitate iuris, puta dispositione statuti disponētis de causis inter coniunctos compromittendis, & in similibus casibus; nam tunc per tale compromissum absque dubio instātia causæ principalis suspendi diceretur; quia nō a facto voluntario, sed necessario procederet, argumen.l.intra utile. ff.de minoribus.& ibi Bar.& l.contra maiores. C.de inoffic.testam.vbi propter impedimentum iuris instantia causæ principalis non currit.

¶Secūdò facit; nam regula est, ꝙ lex magis fauet & succur-
51 rit contrahenti † ex necessitate, quàm contrahenti ex voluntate.l.si pignori rei. & ibi Bart. ff.fami.ercis.l.qui erat. l.qui postulassent.ff.de dam.infe.l.fideiussor.§.necessaria. & ibi Alex.ff.qui satisda.cogan.cum simili.Ergo lex fauere debet, ut tempus instantiæ causæ principalis non currat, quando compromissum factum fuit ex necessitate iuris, & vide tex.cum ibi no. in c.ab arbitris, de offi.deleg.in 6.
52 ¶†Colligitur etiam ex uerbis Abba. quòd per pactum partium iuratum tempus instantiæ prorogari non potest, quoniam fauore publico introductum fuit, instantiam triennij etiam de consensu partium prorogari non posse: quoniam

fauore publico introductum fuit instantiam triennij etiã de consensu partium prorogari non posse. vt in d.l.properandum.in §.1.in fi.verß.ibi, nullus tam audax inuenitur, qui litem protelare possit,& ibi,si voluerint &c. Ergo hoc per pactum etiam iuratum tolli nõ poterit.l. ius publicũ, ff.de pac.iuncto.c.si diligenti.§.titu.proxi.cum sim.Hoc etiam sequitur Ant.& Abb.hic,& Bar.in d.l.properandũ. in prin.& Alex.in d.consi.24.

¶Sed Bar.in l.Seius & Augerius.ff.ad leg.Falc.hoc tangit et non determinat,distinguit enim, quòd aut quid principaliter fauore publico inductum est, & illud per pactum etiam iuramento firmatum tolli non potest,vt in d.c.si diligenti.& in l.iurisgentium.§. si paciscar.cum §. generaliter.ff.de pac.Aut secundario in fauorem publicum inductum fuit,& id per pactum iuratum tolli potest,vt in cap. cũ contingat.de iureiur.An autem hoc, ꝙ instantia prorogari nequeas,& triennium non excedere,principaliter, an vero secundario in fauorem publicum introductum fuerit.Bar.ibi dubitat,& relinquit indiscussum. ¶Contrarium uoluit hic Ioã.de Imo.& sequuntur Moder.quoniã ex quo hoc iuramentum sine interitu salutis ęternæ seruari potest,est seruandum.d.c.cum contingat.cum sim.c.licet.eo.titu.in 6.¶Nec obstat,ꝙ lex huiusmodi pactum ꝓhibeat,vt in d.l.properandum. Ergo iuramento firmari posse non debet,vt in l.non dubium.C. de legi. Item huiusmodi pactum contra ius publicum esse dicitur d.l.properandum.Ergo iuramento non firmatur.d.c.si diligenti & in terminis.l.iurisgẽtium.§.si paciscar.& §.generaliter. ff.de pac. Quia respondetur,ꝙ quoties aliquid a lege ciuili prohibitum est,& per ius canonicum non est prohibitũ tunc illud mediante iuramento fieri potest, & ualet.d.cã. cum contingat.& dicto capitulo, licet. Non obstat dicta l.non dubium,quia illa est dispositio iuris ciuilis,ad quod non pertinet de iuramento disponere,quia causa iuramenti est causa ecclesiastica, & ad forum ecclesiasticum pertinet,ut in c.fi.de foro compet.in 6. ergo secundum canones,non secundum leges diffiniri debet,arg.c.quod clericis.de foro compe.no.in c.si in adiutorium.10.dist. & ca. 2.de constitu.in 6. ¶Secundo respondetur,ꝙ aut pactum est principaliter propter fauorem publicum reprobatum, quamuis secundariò propter priuatum,& tunc illud iuramento firmari non potest.d.c.si diligenti.d.l. iurisgen.§. si paciscar.cum.§.generaliter. Aut pactum principaliter propter priuatam utilitatem reprobatum est, secundario vero propter publicam, ut quòd res dotalis non alienetur iux.l.lex Iulia.ff.de fun.dota.iuncta.l.1.ff.solu. matrimo. & tale pactum de iure cano.iuramento firmatur.d.ca.cũ contingat.& d.capi.licet quamuis de iure ciuili secus dici posset,arg.d.l.non dubium, & ad prædicta videas Bart.in l.si quis pro eo.ff.de fideius.& in d.l. Seius & Augerius.

¶An autem pactum de prorogando instantiam sit prohibitum principaliter ob fauorem publicum,an uerò secundario,Bar.in d.l.properandum.& alij communiter, Ant. & Abb.hic,& Ale.in d.consi.24.sentiunt, quod reprobatum sit principaliter propter fauorem publicum, quia uolunt iuramento non posse confirmari, alioquin secus esset,vt per Bar.in d.l.si quis pro eo.& in d.l. Seius & Augerius.Ioan.uero de Imo.ut dixi,in d.l.Seius & Augerius expresse uoluit,huiusmodi pactum dici reprobatum a iure non principaliter propter fauorem publicum,sed secundario,& sic principaliter propter priuatam vtilitatem, uidelicet ne partes litibus & expensis diu fatigentur, iux.d.c.finem litibus.& c.fi.de dolo & contuma.& c.2. de re iudi. Itaque debeat intelligi.d.l.properandum.

¶Sed pro concordia ipse ibi dicit, tale pactum iuratum non valere,quo ad iudicem, sed bene quò ad partem,quę iuramentum seruare debet, ex quo sine interitu salutis æternæ seruari potest,& hoc sequitur Alexand.in d.l.Seius & Augerius.

Et ideo sententia,quæ vltra tempus instantiæ ferretur, nõ obstante prorogatione partium,nulla esset, quamuis prorogatio iurata fuisset,nam iudex, ad cuius officiũ spectat causam infra instantiam finire.d.l.properandum.§.1. illã obseruare non tenetur,non obstante iuramento partium, quæ facere nequeunt, quin leges in suis actibus locum habeant.l.nemo potest.ff.de leg.1.& hoc modo sunt intelligenda,& possunt concordari ea,quæ volunt Bar. & alij in d.l.properandũ.in prin.& Ant.hic & Alex.in d. consil. Attamen Io.de Imo.in d.c.cum contingat.in 9.10.& 11. colũ. latè examinat,an contractus, qui propter vtilitatem publicam secundario prohibetur, iuramento firmetur adeo,ꝙ ratione illius valeat,& ex eo obligatio,& actio oriatur, & relatis pluribus opinionibus in effectu concludit, quòd sic,per.c.2.de pactis in 6.& per glo.& ibi Bar.in authẽ.sacramenta puberum.C.si aduer. vendi.& hanc opinionem veriorem, & forte magis communem esse dicit, ex quo poterit inferri indistinctè contra id, quod voluit Bar.Abb.& Ant.hic ac etiam Alex.in d.consil.quòd imo pactum instantiæ prorogatiuum iuramento confirmari possit, quia principaliter propter publicum commodum est prohibitum, & hæc opinio forte saltem in foro cano. seruanda esset per prædicta.

¶Contraria autem opinio Bar.& Ant.hic magis communis esse videtur,& mihi placet.Pro qua facit, quia videtur pactum instantiæ prorogatiuum principaliter propter vtilitatem publicam esse prohibitum, ponderando.d.l.properandum.vbi ratio & causa finalis illius dispositionis vtilitatem publicam concernit: nam ideo lis & instantia triẽnio finiri debet,ne lites immortales fiant, ex quo crimina oriri possent ergo prouidere,ne crimina oriantur,statuendo vt certo tempore causæ terminentur, vtilitatem publicam continere dicetur,hoc enim reipub.interest,ne delicta committantur.c.vt famæ.de senten. excommunic.cũ si.& hæc est ratio finalis illius dispositionis.

¶Aliæ,vero quæ sunt duæ tanquam impulsiuæ consideratur,ut ibi per gl.in verb.immortales.

¶Ex quibus inferro,quòd prohibitio prorogationis ibi facta principaliter in ratione illa fundata esse dicitur, quæ vtilitatem publicam principaliter concernit, ex quo ea est finalis,quæ sola attendenda est,& non impulsiua, arg.tex. in l.j.§.sexum.ff.de postulan.iuncta l.adigere.§.quamuis ff.de iure patrona.cum simil.Præterea,legis dispositio regulatur,& † iudicatur a ratione finali non ab impulsiua,
53 arg.l.qui exceptionem. in prin.ff.de condictio.indebi.& tex.cum ibi not. in d.l.adigere.§ quamuis, iuncta.l.cum pater.§.dulcissimis cum ibi no.ff.de lega.2.

¶Et ideo ex prædictis inferri potest,ꝙ dispositioni.d.l. ꝓperandum.cum iuramento renuntiari non poterit, & generaliter pactum instantię prorogatiuum iuramento non firmabitur, neque tale iuramentum etiam de iure canon. seruandum est, ex quo principaliter est contra publicam vtilitatem per ea,quæ voluit Bar.in d.l.siquis pro eo,& in d.l.Seius & Augerius,& per doct.communiter in d.c. cũ contingat.in d.c.2.& in d.c. licet mulieres. & hoc modo indistinctè saluari potest id,quod voluit ibi Bar.Ant.hic, & Alex.in d.consi.24.Cogita tamen.

¶ Quæro vlterius, an instantia causæ maxime principalis consensu partium †,& iudicis simul prorogari possit.Et vi
54 detur,ꝙ non,quia per d.l.properandum. hoc indebitum esse videtur,nedum ipsis partibus prorogare volentibus, sed etiam ipsis iudicibus, vt ibi, non esse eis cõcedendum vlterius litem,quàm triennij spatio extendere, & est bonus tex.in l.fi.C.vt intra certum tempus,& hæc communis opinio videtur.

¶Contrarium tamen mihi videtur verius per text.in d.l. properandum.in §.1.in fi.versi.ibi, nam si ipsi voluerint, nullus tam audax inuenitur, qui inuito iudice litem protelare possit,ergo volente iudice poterit,& ita videtur seq. Bal.in d.l.in prin.& facit ille tex.etiam ibi, hoc etenim iudicialis magis esse potestatis nemo est, qui ignoret,quasi innuat,non iudicis solius,sed etiam alterius,hoc est partium,quãuis magis iudicis esse dicatur, vel aliter ille text. intelligi debet,ut dicunt ibi doct.

¶Non obstat.d.l.fi.in fi.quia expresse probare videtur,iudicem posse parte consentiente,dicit enim, ꝙ iudices scire debent, si litigantibus admonentibus lites terminare denegauerint,ꝙ ipsi puniendi erunt,& sic loquitur,quando solus iudex hoc facere vellet,ergo vtrisque consentientibus secus erit.

¶Nec obstat.d.l.properandum.dum inhibet, nedum partibus sed etiam iudici litem prorogare, quia illud est verũ quando partes per se absque consensu iudicis, & iudex ꝑ se hoc facere uellent,sed simul posse videntur,& ratio esse potest.Nam extendere causas vltra triennium ad damnũ nedum partium,sed etiam iudicis tendit, ne diu inquietetur,vt s.dixi,ergo hoc ad vtrumque simul spectabit.

¶Sed doct.communiter contrarium sequuntur, & ita in practica seruatur,pro hoc facit id,quod s. dictũ est, quòd prorogare instantiam principaliter est contra publicã vtilitatem,& ideo de consensu partium & iudicis prorogari non

non potest dicto c.si diligenti.

55 ¶†Et stãte hac communi opinione inferri potest, quod si vna pars alteri sub pęna promiserit peremptionem instantiæ non allegare, talis promissio non valebit, neque proderit, quin iudex sententiam super desertione ferre debeat, & possit, imo videns instantiæ peremptionem sententiam diffinitiuam ferre non debebit, alioquin erit nulla, vt not. per glos. in d.l. properandum. in §.1. nam si talis promissio fieri posset, & valeret ad præiudicium iudicis, de facili fieret fraus d.l. properandum. quæ prorogationem prohibet. Ita dicit Abb. hic post Bart. in d.l. properandum. in 2. col. ũ. & idem sentit in d.l. Seius & Augerius vbi Alexan. hoc examinat.

56 ¶†Datur tamen vnus modus, quo mediante lapsus triennii nõ perit, & in practica quotidie in palatijs obseruatur, vt dicit Mar. Soci. hic & fuit de mente Bart. in d.l. properandum. in prin. hoc est quando in fine instantiæ antequã illa pereat, partes cum consensu iudicis vno ictu, seu vno actu, & contextu omnia acta causæ renouant, reproducendo & reiterando gesta iudicij, dicendo, reproduco libellũ litem contestor, exceptiones, & responsiones factas, & oppositas facio & oppono, & sic de singulis.

¶Nam ab illa die reproductionis noua instãtia iterum inchoaretur, & nouum tempus instantiæ iterum currere inciperet, & hoc argumento eorum quæ habentur in l. mutari. per glo. ff. de procurato. vbi fit translatio instantiæ de persona in personam renouando omnia acta in alterius persona vt ibi, & habetur per Bar. in l.1. in prin. in fi. versi. ff. ad trebell. & Bart. in d.l. mutari. inquit, quemlibet processum inualidum reconualidari posse renouando instantiam, & vno ictu omnia acta de nouo reproducendo, & hoc sequitur etiam Ioan. de Imo. in c. in causis. de officio deleg. Fulgo. in d.l. properandum. & ibi Ale. in v. colum. & sic in effectu hæc est communis opinio, itaque tenent etiam Bar. in l. si ante. in 3. colum. ff. iudic. solui. Ang. in d. authen. si tamen. C. de tempo. appella. Abb. in c.1. in vlti. ver. de proba.

¶De hac tamen cautela, quòd non sit multum tuta, dubitant hic Anto. de But. & Abb. in primis quia gl. in d.l. mutari. nihil allegat, ergo ei credendum non est, vt dicit Bar. in l. nemo. C. de sent. Item quia hæc practica non est generalis, quia in causis, in quibus perempta instantia periret causa, & totum ius, siue actio, frustra fieret, quia sine actione nemo experitur, ut est in actione de dolo, & similibus, iuxta l. fi. C. de dolo.

¶Ex quibus infertur, quòd instantia in causa appellationis renouari non potest, quia perempta instantia totum ius perit, cle. sicut. clem. si appellationem. de appella. Renouatio autem instantiæ præsupponit primam renouatam esse finitam, & quodammodo quem ab obseruatione iudicij absolutum fuisse, cùm renouatio instantiæ dicatur alia, & noua instantia a prima præcedenti, ut præsupponunt glo. Bar. & alij in d.l. mutari. & ibi Bal. Imo. in d. ca. de causis. Fulg. in d.l. properandum. & ibi Alex. & alii, & ideo cum iam esset extinctum ius agendi, sine actione nemo experitur. l. si pupilli. §. videamus. ff. de neg. gestis. cum simi.

¶Præterea & secundò, cum in quibusdam actis iudicialibus quædam formalis solennitas requiratur, veluti in contestando litem, vt in l.j. C. de lit. contest. cum ibi no. & in c.1. eod. tit. Item in citatione, vt s. dictum fuit in c.1. eod. per illam renouationem instantiæ reiterãdo vno ictu omnia acta, non diceretur talis formalis solennitas obseruari, nec verè & specificè adimpleri, sed per æquipollens, quod non sufficit. l. Meuius. l. qui hæredi. ff. de conditio. & demon. habetur in l.1. ff. de libe. & posthu. & per Barto. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. eod. & facit text. in ar. in ca. clericus. de iureiuran. vbi iuramentum non censetur reiteratum, ex quo actum, & formalitatem quandam requirit, ita etiam in casu nostro.

¶Rursus & tertio, si instantia hoc modo prorogari posset, de facili fictionibus locus esset, sed fingere non est hominis sed legis, per Bar. in l. si is, qui pro emptore. ff. de usuc. Præterea, sic posset fieri fraus dispositioni d.l. properandum, & frustratoria reddi posset, quod non est dicendum argumen. no. in c. quanquam. de vsu. in 6. lex enim imposita rebus, & non verbis, neque ludibrio dici debet. l. 2. in fi. C. communia de leg. c. commissa. de elec. in 6. & ex his secundum Abb. hic verba Bar. s. relata in puncto iuris nõ subsistunt, quamuis in practica multum notanda sint.

¶Sed sustinendo opinionem Bar. etiam in puncto iuris per ea, quæ habentur per gl. in d.l. mutari. cum simil. satis erit adductis in contrarium rñdere. Nam a lege solum reperitur prohibitum, quod tempus triennij, & sic instantia. d.l. properandum. prorogari possit, ergo non dicetur prohibita renouatio, quæ diuersa est, iuribus vulgaribus.

¶Et dum dicebatur in contrarium, hanc cautelam nõ esse generalem, neque tutam in quibuscunque causis, ut s. Responderi potest ex mente Bart. in d.l. properandum. quod hæc cautela regulariter & generaliter vera est, fallit tamẽ in his causis, in quibus perempta instantia in totum ius agẽdi periret, & actio extingueretur, veluti in causa, in qua actio de dolo intentata esset, vt in d.l. fi. Addo etiam hoc dici posse in causa appellationis, ut s. dixi.

¶Non obstat secunda ratio Ant. de qua supra per ca. clericus. de iureiuran. cum simil. quia in casu illius text. is, qui iurauerat, ut ibi in secundo actu promissionis de seruando etiam statuta de nouo edenda, iterum actualiter non iurauerat, sed volebat primum iuramentum extendere vires suas ad promissionem secundo loco factam, & non iuratam. At in casu nostro quando instantia renouatur, fit renouatio expresse omnia acta præterita vno ictu & eodẽ tempore repetendo, ut docet Ale. in d.l. properandum. & est de mente glo. in d.l. mutari. vel secundo renouatur instantia reiterando expresse uno ictu omnia acta prius facta, generaliter, & prout constat in actis, ad quæ habita relatione dicitur expresse reiteratio fieri, & idem est, ac si de nouo de verbo ad verbum expresse facta fuisset, arg. l. vbi autem non apparet. §. 2. ff. de verborum obliga. melius in l. hæc sententia. C. de sentent. quæ sine cert. quanti. l. hæc venditio. §. huiusmodi. ff. de contrahen. emp. & l. ait prætor. §. ait prætor. ff. de re iudica. & consequenter apparet, formalitatem actorum specificè & expresse seruatam fuisse, & non per æquipollens. Hanc responsionem non tamẽ sic declaratam attribuit sibi Fely. hic sed fuit Alex. in d.l. properandum. in 6. col.

¶Attamen ea profecto non est generalis, neque in totum argumentum do. Ant. tollit, & eneruat, nam illa sanè procederet quoad formalitatem illorum actorum, quæ a mero facto partium, & iudicis admissione, & consensu dependẽt, vt sunt acta, de quibus supra statim dixi, quoniam partes illa prædicto modo reiterando iudice consentiente, eam formalitatem seruare dicerent, sed secus esset quoad formalitatem actorum, quæ a facto alterius personę & tertij dependent, vt est citatio, quæ de forma iudicij requiritur, & a facto nuntij dependet, iuxta ca. cum parati. & ibi gl. & doct. de appell. & per totum. C. quo. & quando iud. cum simil. l. de vnoquoque. de re iudic. & c. quoniam contra. de probat. vbi citatio dicitur de necessarijs, & formalitatem quandam exigentibus.

¶Vnde non video, quomodo huiusmodi acta vno ictu hoc modo reiterari dicerẽtur, cum a facto alterius tertij, & non partium dependeant, & factum vnius alterius factum dici non potest, imo factum eiusdem diuersis temporibus, diuersum dicitur a facto eiusdem alio tempore, & die, arg. l. 1. ff. de oper. seruo. iuncta. l. 1. 3. & l. quia operæ. ff. de oper. libert. & l. inter artifices. ff. de solutio. & sic licet quoad alia acta renouatio facta diceretur, non tamẽ quo ad hæc, & consequenter iudicium sine citatione partium procedere diceretur, quod stare non potest, argu. ca. quoniam contra. de proba. & hoc modo ratio Ant. contra Bart. in d.l. properandum, saluari posset, & eius obiectio adhuc militare videtur.

¶Nisi saluando & defendendo practicam Barto. diceres, quòd quando fit renouatio instantiæ, partes præsentes esse debent, gl. in d.l. mutari. item iudex eam admittere debet, vt dicunt Fulg. & Alex. in d.l. properandum. & quamuis non dicatur reiterata citatio, tamen renouatio instantiæ tenet, & iudicium legitimè factum esse dicitur, cum ea partibus præsentibus facta fuerit, quo casu non fuit necessaria citatio, cum præsens citandus non sit, ut uoluit Bald. in auth. sed omnes. C. si minor se ab hæredit. abstin. etiam in casibus, in quibus citatio pro forma requiritur, ea enim solum fit ad finem comparitionis, ut per Ioannes Andreas in c. filio. de elect. in vj. Bal. in l.1. ff. de in ius vocan. Roma. in l.j. in princip. in 4. columm. ff. de arbi. quod bene no.

¶Non obst. rõ Abbatis, quod esset aperta via figmentis, & de facili dispositio d.l. properandum. deludi posset, & lites immortales fierent. Præterea augendo difficultatem vr, quod non possit instantia renouari, sicut nec prorogari, quia illæ met ra-

met rationes, quæ prorogationem prohibent, renouatio-
nem quoque prohibere debent, videlicet ne lites fiant im
mortales, propter, quod sæpe crimina, & iniurię oriuntur
item ne litigantes diu in expensis fatigentur, & iudex in
cognitione eiusdem causæ diu inquietetur, ergo &c. quia
respondetur, ꝙ verè, & non fictè dicitur factus processus,
& acta iudicij verè seruata per relationem ad aliud, vt su-
pra. Præterea d.l. properandum. voluit tollere immortali-
tatem litium durante vna & eadem instantia: nam contra
vtilitatem publicam essent, ꝙ hoc modo lites immortales
& perpetuæ essent, & ita propriè loquitur ille text. Propte-
rea non potest tempus triennij prorogari, quoniam dicit
esse idem tempus, & semper eadem instantia currere dice
retur, sed noluit impedire, quin per plures & diuersas in-
stantias vna, eademque causa tractari & cognosci possit,
non enim lex prohibet, quin finita una instantia vel cursu
temporis, ut in dicta lege, properandum, uel pacto, & re-
nuntiatione partis, seu partium, aut actoris, refectis tamē
prius expensis, denuo & sæpius instantia iudicij inter eas-
dem personas, & ex eadem causa renouetur, vt in l. postq̄
liti. C. de pactis. cum ibi notatis per Bart. & alios & in d.l.
properandum. Et his modis lites immortales fieri non vi
dentur, ex quo earum instantia triennium, seu tempus a
iure instantiæ præfixum non excedit, quod clare patet, nā
ius non admittit lites fieri immortales. d.l. properandum
in principio. & ibi doctores omnes, & tamen permittit, ꝙ
finita vna instantia, & absoluto reo ab obseruatione iudi-
cij, alia instantia inchoari & renouari possit, dicta. l. prope
randum. & ibi omnes per totam legem. Et sic habes defen
satam opinionem & practicam Bartol. quicquid dixerint
hic Anto. & Abbas.

¶ Quærit etiam hic Abb. quando per statutum, uel de iu-
57 re communi † causis certum tempus præfixum fuit, vtrū
finito illo tempore instantia ita perempta dicatur, vt sentē
tia ferri non possit, & lata non teneat. Glos. in dicta l. pro-
perandum. tenet, sententiam non ualere, & esse ipso iure
nullam. Sed Bart. ibi post Cynum & Oldrad. in quadam
sua disputatione, & doctor. alii communiter hic, & in d.l.
properādum. distinguunt, quòd aut tempus statuitur par-
ti, aut iudici, aut instantiæ, aut actioni, & super quolibet
membro Abb. hic notabiliter declarat ponendo plura di-
cta notabilia & vtilia, quæ per te videas, quia satis clarè lo-
quitur. Et cum distinctione Bar. pertransit Alexan. in d.l.
properandum. inquiens cum Barto. doctores omnes per-
transire.

¶ Tu autem pro declaratione aliquorum dictorum Barto
li ibi, & Abbatis hic facias aliquas breues conclusiones.
58 † Prima sit, quòd si tempus parti solum statuitur, post illud
elapsum pars amplius non auditur. l. peremptorias. C. sen
tentiam rescindi non posse. ca. pastoralis. de exceptio. Ad-
uertas primo, quòd hæc iura non loquuntur, quando tem
pus parti præfixum fuerit, sed simpliciter & impersonali-
ter, vel ibi verba remedijs diriguntur, vt ibi, peremptorias
exceptiones omissas. Præterea ex causa iusta quis etiam
post tempus auditur. d.c. pastoralis. cum ibi notatis. unde
melius probat l. fi. C. de exceptio. ibi. in principio litis a li
tigatatoribus esse opponendas &c. Rursus illa iura allega-
ri non merentur, nam loquuntur de tempore dato ad pe-
tendum, vel proponendum, quo elapso ius perit, & de cæ-
tero quis non auditur, vt sæpe supra dictum fuit. & habe-
tur per glo. in l. vnica. C. ut nemo inuitus. l. Titia. cum ibi
notat. per Bartol. ff. de accusatio. per Innocentium in cap.
conquerente. de officio ordin. l. diffamari. C. de ingenuis.
& ī. dicam. Nos vero loquimur de tempore dato ad pro-
sequendum & finiendum, an si eo elapso sententia feratur
seu actus fiat, nihil valeat, & hæc inter se differunt, ut sæ-
pius dixi.

¶ Sed tu pro hac conclusione allega. primò text. in l. quin-
quaginta. iuncta. l. si cum ipse. ff. de excusa. tutor. not. per
glo. in §. qui autem excusare. insti. eod. vbi tutori ad prose
quendum, seu probandum causam excusationis tempus
quatuor mensium statutum est, & si facto iudicis, vel ad-
uersarij impeditus fuerit, vltra illud tempus ad probandū
& prosequendum admittitur, ergo si non fuerit impedi-
tus, ulterius non admittetur, & hoc argumentum a con-
trario cōfirmatur, quia tempus quinquaginta dierum da-
tum ad proponendum, & tempus quatuor mensium da-
tum ad prosequendum parificantur, vt in d.l. quinquagin
ta. cum similibus supra allegatis.

¶ Sed illud, quod ad proponendum datur, dicitur parti p̄fi
xum & eo elapso quis non auditur, ut in l. scire. §. multa.
ff. de excusationi. tutorum. ergo idem dicendum est de
tempore dato ad prosequendum & finiendum, argumen-
to. c. translato. de constitutionibus. & est tex. in d.l. scire.
§. consequens.

¶ Secundo allega tex. in auth. qui semel. C. quomo. & qñ
iud. qui loquitur de tempore dato ad prosequendum, &
sic de præfixo parti, quo elapso amplius non auditur. ibi,
ab omni cadat actione.

¶ Tertiò facit, quod dicitur de tempore dato ad prosequē-
dam appellationis causam, quod a iure præfixum est parti
& ideo illo elapso sententia rata manet, & in rem iudicatā
transit, auth. ei, qui. C. de tempor. appellationum. c. cū sit.
de appellat. vbi casus, clem. si appellationem. eodem titu.
& hæc forte ratio esse potest, quare elapso appellationis tē
pore sententia ipso iure firma remanet, & in rem iudica-
tam transit, & consequenter causa absque alia sententia pe
rit, nam hoc tempus a iure parti appellanti præfixum est,
vt in dictis iuribus.

¶ Dicit tamen Aret. hic, ꝙ quando tempus simpliciter par
ti præfixum est, non semper est verum, actum factum post
triennium esse ipso iure nullum, vt patet ex his, quæ not.
doct. in c. in causis. & in ca. fraternitatis. de testibus. & in
clem. 2. eodem titu. vbi productio testium post lapsum tē
pus datum ad producendum testes valet, si pars non op-
ponat, facit secundum Innocentium. ca. quia plerique. de
immuni. ecclesiæ. vbi si post sententiam pars confiteatur
peremptoriam exceptionem aduersario competere, exe-
quutionem sententiæ petere non poterit, vnde secundùm
Aretin. dicendum est, quòd si tempus parti præfixum ela-
psum fuerit pars amplius non audietur, & ipso iure actus,
qui fieret post terminum nullus esset, si pars contradicat,
vel hoc petat, seu iudex ex officio suo repellat, ex quo ip-
se scit, & sibi per acta constat, partem propter lapsum tem
poris admittendam non fore, & ad prędicta vide id, quod
no. voluit gl. in c. 1. de electio. in 6. in verb. absentia quam
quis Areti. ad hoc nihil alleget.

¶ Tu autem dicas, allegata per Are. parum facere nam ꝓ-
cedunt in tempore præfixo non ad prosequendum & ter-
minandum, de quo nos loquimur, sed ad proponendum
siue opponendum, siue aliquid faciendum. Item iura lo-
quentia de examinandis, seu producendis testibus ante
publicationem verba ad partes non dirigunt, sed indistin
ctè & impersonaliter loquuntur, vt in clem. 2. de testibus.
c. in causis. c. fraternitatis. c. causam. cum simi. eod. titulo,
similiter iura disponentia exceptiones dilatorias, vel per-
emptorias ante litem contestatam opponi debere, & per-
emptorias ante conclusum in causa, loquuntur imperso-
naliter. d.l. peremptorias. d.c. pastoralis. de exceptio. ca. cū
dilectus. de fid. instrum. excepto text. in l. fi. C. de except.
Nos verò loquimur, quando tempora partibus præfixa
fuissent, verba expresse ad ipsas dirigendo. Nisi saluando
diceres, iura prædicta loqui de his, quæ sui natura a parti-
bus, & non a iudice fieri debent, iuxta no. in l. vnica. C. ut
quę desunt aduoca. & cum simpliciter certum tempus ad
illa facienda statuant, tempus illud censetur pręfixum his
ad quos ea fieri spectat, arg. l. stipulatio ista. cum gl. §. sicut
autem. ff. de verborum obligationibus. l. 1. §. si quis ita. cū
simil. eodem titulo. & hoc modo verba Aretin. hic quoad
istud vltimum declarari debent, licet per ea alia supra di-
cta non euitentur.

59 ¶ † Secunda sit conclusio ex verbis Abbatis, ꝙ quando in-
stantia, seu terminus iudici, & iurisdictioni præfigitur, fi-
nito tempore finitur iurisdictio, neq; de cætero iudex ali-
quid facere potest, quia tunc non vt iudex, & habens iuris
dictionem, sed vt priuatus faceret, & ideo quicquid ab eo
factum esset, nullum ipso iure foret, itanquam factum a iu
dice incompetenti, & iurisdictione carente, arg. l. fi. C. si
a non compet. iud. c. atsi clerici. in prin. supra eod.

¶ Hæc conclusio secundum Abb. hic, & Bar. in d.l. prope-
randum. in prin. probatur in l. 2. §. sed si iudex. ff. de iudi.
ibi, sed si iudex ad tempus datus est &c. sed ille tex. loquit̄
de prorogatione illius temporis facta a partibus, non au-
tem dicit, iudicem non posse aliquid post tempus facere,
& posito, quòd probet, a contrario probat, vel dici potest,
quòd ex quo conceditur iudici ad tempus cognoscere, di
citur sibi prohibitum post illud tempus, argumento. l. si
ita. ff. de vulga. & pupilla. cum ibi nota. ¶ Allegant etiam

tex.in l.si vt proponis.la 2.C.quomo.& quando iudi.verum ille tex.loquitur de prorogatione loci,videlicet,q habens iurisdictionem iudicandi & cognoscendi in vno loco, vt quia ordinarius sic delegatum fecerit, in alio loco non poterit,ut ibi,& sic in proprijs terminis nõ loquitur. Nisi arguendo de loco ad tempus, qđ sicut iudex iurisdictionem suam respectu loci alterare non potest,ita nec respectu temporis.

¶Tu autem ad hoc allega.tex.in c.in causis.de officio delega.vbi casus clarus.

60 ¶†Tertia conclusio sit,q quando tempus est iudici tãtum præfixum,id,quod iudex post illud tempus facit, valet & tenet,sed ipse punietur,vel pœna a iure imposita,vel litem suam faciet.l.2.in fi.G.vt omnes iudi.tam ciui.quam cri.& ideo secundum Abb.hic multum bene sunt ponderanda verba legis,vel statuti præfigentis & statuentis certum tempus ad aliquid faciendum,& ita dicit Bar. in d.l.properandum.cuius verba refert hic Abb.

¶Quomodo autem cognoscatur an tempus sit præfixum iudici,& iurisdictioni,an tantum iudici, dicere potes, q quando iudex fuit datus ad certum tempus simpliciter, tunc dicetur statutum iudici & iurisdictioni. ita colligit ex verbis Bar.& Abb.dum allegant d.l.2.& d.l. si vt proponis.ergo in d.c.in causis tempus dicitur præfixum iudici & iurisdictioni, quando verò datur iudex, & sibi mandatur,ut causam infra certum tempus sub pena terminet, tunc tempus dicetur statutum iudici,& non iurisdictioni dicta l.vnica.

¶Istud tamen,quod dicitur de iudice,hoc est factum ab ipso post tempus sibi præfixum valere, quamuis puniatur, verum est,dummodo illud fecerit infra tempus triennij a die litis contestatæ:quoniam non est in potestate iudicis tempus iuris vltra triennium prorogare,& ideo lapso triennio factum ab eo nullum esset, argumento d.l. properandum. iunctis his, quæ dixi supra circa intellectum.l.2.ff. ad l.Iu.repetun.similiter intelligo ea, quæ habentur in d.l.2.§.sed si iudex,ff.de iudi.& in d.c.in causis.& ad propositum optimè faciunt ea,quæ voluit Ale.in d.l. properandum.in prin.in 4.colum.& no.per Spec.in titu.de officio deleg.in §.restat.in versi. quid si statuto,vbi dixit, quòd si statutum præfigat tempus duorum mensium ad terminandam causam, si post illos duos menses ante tamen triennium sententia feratur, ea valebit, quia non censetur per statutum instantiæ iuris communis derogatum,arg.l.1.§. dixerit.ff.de publica.facit.l.quoties.ff.de actionibus & obligat.& hoc dictum Specul.intelligit Ioan.Andr.in addi. ibi uerum esse,& procedere, quando tempus duorum mensium iudici statutum esset,& ita refert Alex.in d.l.properandum.in prin.in vltima columna.

61 ¶ † Quarta conclusio sit, quòd quando tempus instantiæ statuitur,illo elapso instantia finitur, & ideo quicquid iudex post id tempus facit,non valet,& sententia postea lata est ipso iure nulla tanquam lata absque ordine iudicii, & absque actis ordinatorijs,argu.l. prolatam .cum ibi notatis.C.de senten.c.vnici.de lit.contestat.& ita intelligatur gl.cum tex.in d.l.properandum.in princ.vel in §.1.ibi enim tempus statutum fuit liti,hoc est instantiæ, arg.c.forus.de verbor.significa. & l. postquam liti.C.de pactis.& hoc confirmatur. Nam qñ tempus instantię statutum est, perempta instãtia, omnia acta ordinatoria iudicij pereũt. l.cum lite.& ibi Bar.& alij.& dixi.s.ff.iudic.solui.

62 ¶†Prædicta intelligas de sententia diffinitiua, quæ ordinẽ iudicii requirit, non autem de interlocutoria, per quam reus absoluitur ab obseruatione iudicii, quia illa etiã post peremptam instantiam fertur.d.l.fin.C.vt intra cer.tempus.quæ lex in hoc est singularis secundùm Angel. in d.l. properandum.in prin.& facit,quod voluit Bar. ibi in §.illo,qui sentit,iudicem perempta instantia debere absoluere reum ab obseruatione iudicij, neque censeri absolutũ, nisi expresse per sententiam iudicis absolutus fuerit,ut ibi & in d.l.fi.& hæc sunt vera in causa principali,sed in causa appellationis perempta instantia non debet ferri absolutoria ab obseruatione,quia perempta instantia etiam causa ipso iure perit,& omne ius appellantis adeo,quod sentẽtia,a qua fuit appellatum,ipso iure firma remanet, & in rẽ iudicatam transit.authen.ei qui.C.de tempo.appel.& est text.in d.clemẽ.si appellationem. non enim est necessaria sententia super desertione,vt habetur per doct.in ca.cum sit Romana.& in c.ex ratione.de appella.

¶Ex quibus infero idem in casu, quo perempta instantia causa & omne ius,siue actio periret,vt in actione de dolo. l.fi.C.de dolo.& similibus.

¶Item non requiritur sententia absolutoria ab obseruatione iudicij perempta instantia, imo reus ipso iure absolutus censetur,in casu singulari.l.penul.C. de naufrag.libr. 11.secundum Ale.in d.l.properandum.in princ.in vltima columna,& gl.in d.l.penul.Ratio huius esse potest,quia illa causa,non ordinariè,sed ex officio iudicis expeditur,secundum Roma.in l.1.in 7.columna.ff.de arbitr.vel illud contingit, quia sumus in his, in quibus ordo iudicij non requiritur,sed summariè proceditur,ut ibi.

¶Quod nota,quia in his, in quibus summariè proceditur lapsa & perempta instantia reus ipso iure absque sententia absolutoria ab obseruatione iudicij absolutus esse censet.

63 ¶†Item nota illum tex.ad aliud, quod.j.tangetur, quòd in causis summaris,in quibus etiam leuato velo procedit, est dare instantiam iuris communis,quia si sit criminalis, dabitur instantia biennij,ut ibi est tex.clarus cum gl.ergo hoc idem etiam in causa ciuili summaria dicendum erit, vt instantia triennij seruari debeat, nam si hoc in criminalibus dicimus, a fortiori dicendum est in ciuilibus: quia sunt frequentiores,& ita arguit Imperator. in d.l.properãdum.in prin.

¶Hanc quartam conclusionem,quòd quando tempus instantiæ præfixum est, perempta instantia iudex ad sententiam diffinitiuam,nec in causa procedere potest, nisi vt supra,dictum est, amplia veram esse etiam in casu, quo lex pœnam ipsi iudici imponeret,quando infra tempus instãtiæ causam non expediret, nam ex quo tempus instantiæ præfixum fuit,perempta instantia in causa procedi nõ poterit,& reus ab obseruatione iudicij absoluẽdus ac iudex puniendus erit,vt probat tex.in terminis.in d.l.properandum.§.sin autem vtraque.

64 † Hoc tamen vltimum de puniendo iudicem,debet intelligi,si a iudice petitum fuerit vel sibi a partibus, aut ab altera parte protestatum, quod causam infra tempus expediret, alioquin iudex puniẽdus non esset,vt uoluit Bar.in l.Seius & Augerius.ff.ad l.falc. & supra dixi, iudex enim officium ad vtilitatem priuatã impartiri non debet,nisi imploranti, argumen.l.4.§. hoc autem iudicium.ff.de dam.infec.& ibi Barto.facit,quod voluit gl.in c.fi.de rescriptis.& hoc multum commendat Abb.hic post Anto.& hic per Areti.

65 ¶†Quinta & vltima conclusio sit,q quando tempus actioni præfixum est, tunc eo elapso actio finitur.l.fin.C.de dolo.l.superuacuam.C.de temporibus appellationum.facit l.quinquaginta.iuncta l.scire.§.1. & §. consequens.ff. de excusat.tutor.l.sciendum. in fin. & l.cum sex.ff. de ędil. edic.cum simi.

¶Addo,quòd d.l.quinquaginta.non probat,quia ibi tempus(vt dixi) parti præfixum fuit, sed hanc conclusionem melius probat.l.prætor.in fi.ff.de noui ope.nuntia.

¶Addo sextam conclusionem,quod quando tempus causæ præfixum est, finito tempore amplius de causa cognosci non debet.c.in causis, de officio delegati. quia plus est causa,quam lis.vel melius dicas idem esse,q tempus sit pfixum causæ,uel liti,vel liti & causæ,nam his casibus instãtiæ præfixum dicetur,argumẽto.l.postquam liti. cum ibi notatis.C.de pact.& l.causas.C.de transact. vel dicamus, illum tex.probare id,quod dicit Bal. vt statim dicã, q qñ lex,vel statutum in rem loquitur, instantiæ præfixum dr.

66 ¶†Modò pro declaratione præmissorum breuiter videndum est,quando tempus dicatur præfixum parti, quando iudici, quando instantiæ, & quando actioni. & ex uerbis Bartoli, in d.l.properandum.in fi.prin.& Abbatis hic infertur,quòd ex uerbis expressis hoc colligetur, & ideo bene verba legis,vel statuti aduertenda sunt,nam in incertis non certis locus est coniecturis,argu.l.continuus.§.cum ita.ff.de verb.obli.volunt inferre Bar.& Abb.quod si verba ad partem relata sunt,tempus parti præfixum esse dicetur,si ad iudicem,iudici,si ad causam,instantiæ,si ad actionem,ipsi actioni,sed tu dicas,q hoc est nihil dicere, vt ex infra dicendis apparebit.

¶Baldus verò in l. fina. C. vt intra certum tempus. idem sentiens dicit aduertendum esse, quòd aut lex, seu statutum loquitur in rem, & tempus censetur instantię præfixum per ea,quæ proximè dixi, quæ bene faciunt, inducendo text.in d.capi.in causis. aut loquitur in personam iudicis, & censetur præfixum iudici, & hoc est de

mente

mente Iacob.Butri.Salicet.Fulgo.ac Alexand. in dicta lege properandum.in prin.in fi.vj.colum. Subdit tamen Salic.ibi,quod quando statutum loquitur in personam iudicis,& vlterius disponit, quòd tempus incipiat currere a die citationis,& sic ab alio tempore,quàm incipiat instantia de iure communi,tunc tempus censetur instantiæ præfixum per rationes Salice.quibus respondens Ale. ibi hoc eius dictum impugnat,inquiens, quod imo tempus iudici præfixum esse dicetur,ex quo verba ad iudicem directa sunt,& instantia a die litis contestatæ inchoabit, ut in d. l.fi.& in dicta l.properandum,sed propter statuti dispositionem iudex punietur, si.ĵ. tempus sibi præfixũ causam non terminauerit,quia litem suam faciet,& ad interesse tenebitur secundum Alex.ibi.

¶Reperio etiam in hac materia Io.And.in addit.ad spec. in §.restat.in ver.quid si statuto,quem doct.communiter sequuntur,& dicunt optimè loqui in titulo.de iud.deleg. ex cuius verbis infra dicenda colliguntur.Primum est, ꝙ quando verba ad iudicem referuntur, pœnam ipsi subiungendo,tunc tempus iudici tantum præfixum esse censet̃. Ita probatur in d.l.vnica,in fi.C.ut omnes iudi. tam ciui. quam crimi.& cum hoc dicto videntur pertransire Bar. in d.l.properandum.& Abb. hic illum text. allegando,ex quo enim statutum seu lex iudici infra tempus præfixum non expedienti pœnam adiecit, sola pena contentari videtur, & processus valebit:quoniam pœnæ appositio actus validitatem arguit.l.ait prætor.§.1.& ibi Barto.ff.de noui oper.nuntia.l.non dubium.cum ibi not.per doct.post gl. C.de legibus.habetur per scriben. in l.j.ff.de liberis & posthumis.Ita etiam intelligo.l.generali.C.de decurio.libr. 10.secundum quod in alio articulo supra declaraui,& intelligit Ioannes Andreas in d.addi. vltra quem, & alios docto.addo,ꝙ quando datur iudex delegatus,& sic datur iurisdictio non habenti,& ipsi certum tempus præfigatur ad terminandam causam simpliciter, isto casu tempus nõ solum iudici,sed etiam iurisdictioni prefixum esse dicitur vt est tex.in l.2.§.sed si iudex.ff.de iudi.adeo,quòd finito illo tempore iudex delegatus amplius in causa procedere nequit,sicuti si instantiæ præfixum esset,ut ibi, iuncta. d. l.properandum.vel dicas,quòd in d.l.2.& in d.c.in causis tempus est præfixum iudici & iurisdictioni,quia pœna adiecta non fuit.

¶Adde tamen,quòd tempus præfixum instantiæ prorogari non potest,d.l.properandum. sed tempus præfixum iudici & iurisdictioni sic,vt in d.l.2.§.sed si iudex.& in d.c. in causis. Item quando tempus præfixum est instantiæ illo finito,instantia dicitur perempta.d.l. properandum.& d.l.fin.C.ut intra certum tempus. sed quando iudici tantum est præfixum,illo finito instantia non perit, sed vsque ad triennium durat, & sic secundum ius commune regulatur,vt habetur in d.c.in causis,& supra tetigi, & ordinarius,qui causam delegauit, ad quem illa reuertitur, infra instantiam coram delegato inchoatam eam terminabit, vt no.voluit Paul.de Cast.in d.l.properandum. in princ. in fin.2.columnæ.

¶Secundum est, quod ex verbis Ioan.Andr. colligitur,qđ quando verba ad iudicem simpliciter directa sunt, vt qa statutum dicat,quòd iudex causam infra duos menses terminare debeat,pęnam aliter non subiiciendo, tunc tẽpus non iudici,sed instantiæ præfixum esse censetur, adeo, ꝙ post tempus iudex in causa ex iisdem, actis procedere nõ poterit,neque causa de consensu partium prorogari, alioquin statutum parum,uel nihil vltra ius commune operaretur,secundum Aret.hic contra.l.si quando.ff. de legat. j.nam non operaretur appositionem pœnæ.Item iudex vltra illud tempus cognoscere posset.Infertur ergo,quod in hoc est differentia inter casum, quando verba simpliciter directa sunt ad iudicem & casum, quando ad iudicem directa sunt,& vlterius ipsi iudici contrafacienti pœna adiecta est.Ratio diuersitatis est, quoniam appositio pœnæ actus validitatem inducit,& ea pęna lex contenta fuisse videtur,ergo quando verba ad iudicem simpliciter directa sunt absque adiectione pœnæ,aliter dicendum est.

¶In hoc vltimo casu tamen doct.variant, ut colligitur ex prædictis nam aliqui uolunt,dici præfixum instantiæ, aliqui iudici,aliqui iudici & iurisdictioni.

¶Sed quòd instantiæ,probatur in l.unica.C.de noui ope. nuntia. ubi uerba ad iudicem simpliciter diriguntur,& tamen tempus instantiæ, & non iudici præfixum esse dicit' adeo, quòd illud tempus iudex nisi data satisdatione, de qua ibi,in causa procedere nequit, vt ibi not. & ita intelligit gl.in d.l.properandum.in ver. triennii,allegando illũ tex.ac etiam Abb.supra.

¶Sed tu animaduertas,quod d.l.vnica. probare non videtur,quoniam tempus,de quo ibi, fuit subrogatum in locũ anni,quod tempus aliàs seruabatur,vt in d.l.vnica,iuncta l.prætor.in fi.ff.de noui ope.nuntia.ergo secundum illud intelligi,& regulari debet,sicut in simili dicunt doc.communiter hic,& in d.l.properandum. de tempore statuti, sed dictum tempus anni remedio præfixum erat.d.l.prætor.in fi.ideo ipso finito vlterius remedium non extendebatur.Ita de tpe trium mensium, de quo ibi, dicẽdum est.

¶Contrarium eius,quod s̃.dictum est,voluit Bald.in d.l. fi.ac sentiunt Ale.Bar. & cõiter alii in d.l.properandum. in prin.in vlti.col.& Abb.hic.

¶Mihi uero plus placet,quod quando lex,uel statutum tẽpus præfigit,dirigendo verba ad iudicem absque adiectione pęnæ,indistinctè tempus dicatur præfixum iudici & iurisdictioni,ut fuit de mente Bar.& Abb.hic, dum allegãt d.l.2.§.sed si iudex, ubi dicitur, quòd si iudex ad tempus datus fuerit,post tempus cognoscere non poterit,quia ibi tempus iudici & iurisdictioni prefixum fuit,& tamen verba simpliciter ad iudicem referuntur.Nisi diceres, illum tex.loqui,quando præfigitur iudici delegato,& sic alias iurisdictionẽ non habenti. Nam ex quo ipsi iudici simpliciter præfixum fuit,iurisdictioni quoque præfixum esse cẽsetur,sed quando esset præfixum alias habenti iurisdictionem ordinariã absque pœna, tunc instantiæ præfixum diceretur,& hoc maxime per d.l. vnicam.iunctis no.per gl. in d.l.properandum.in princ.in ver.triennij, quæ allegat illum tex.& hoc sensit,si rectè consideratur, & per alia.s̃. allegata,facit c.pe.& fi.ĵ.de noui ope.nuntia.sed, ut dixi. d.l.vnica.aliter induci posset,vt s̃.

¶Et ideo opinio Bal.Iac.Butrig.Salic. Fulg. & Ale.in d.l. properandum. forte verior est,ꝙ quando verba ad iudicẽ simpliciter directa sunt,tẽpus dicatur præfixum iudici, & non instantiæ,ex quo sunt verba in personam iudicis prolata,arg.eorum,quæ dixit Bar.in l.vnica.ff. de condictio. ex lege.in 3.col.ꝙ si verba legis ad partes referuntur, orit' actio,si vero ad iudicem affirmatiuè, & positiuè officium iudicis oriri dicitur,quod tamẽ intelligas, vt dixi,quoniã si verba ad iudicem sine pęna diriguntur,tunc tempus iudici & iurisdictioni prefixũ dr̃,secus si cũ pęna per pdicta.

¶Tertium est,quod colligitur ex verbis Abb.hic, & Ioan. Andr.in d.addi. ꝙ semper in dubio, quando aliter vel ex verbis,vel ex mente colligi nõ potest,tempus datum a statuto ad cognitionem causæ censeri debet prefixum instãtiæ adeo,ꝙ finito tempore sententia ferri non potest, & si feratur,est ipso iure nulla:quoniam hoc tempus in dubio censetur subrogatum in locum temporis iuris cõis, ergo illius naturam sapere debet,arg.l.si eum.§. qui iniuriarũ. ff.si quis cautio.cum simi.& ideo finito illo tempore sententia & processus non valebit,ut voluit glo.in d.l.properandum.in verb.triennij, & aliter dicere esset concludere,statutum parum,uel nihil operari,contra.l. si quando. in prin.ff.de leg.1.& arg.eorum,quæ voluit Bar. in l.4.§. prætor.ver.quid si statutum.ff.de damn.in fe. & cum hac opinione pertransit Imola in d.c.in causis.& Paul.de Ca. in d.l.properandum.in prin.& ad hoc dicendum & concludendum suadet ratio publicè vtilitatis,ne lites diutius protrahantur,& ita etiam est de mente Spec. in tit.de appella.in §.nunc breuiter.& ibi Ioã.And.super verb.illud. cum seq.ubi refert Mart. Sylim. & Rychardum Malumbræ ita tenere.itaque sequitur Ale. in d.l. properandum. in fi.3.col.& melius in vlt.vbi Bal. dicit Cynum & magis communiter doc.ita tenere. ¶ Præterea ex quo hoc tẽpus a statuto præfixum instantiæ censetur,illo finito, instantia perempta dici debet,& consequenter iudex in causa procedere non poterit,vt in d.l.properandum cũ gl.in princ. & hoc maxime verum erit,qñ statutum breuius tps, puta duorum mensium præfigeret, ut ĵ. illud omnino causa expediri debeat,vt voluit Iacob.Butrig.& refert hic & sequitur Abb.

¶Hoc dictum & hanc conclusionem communem, ꝙ in dubio tempus instantiæ præfixum censeri debet, amplia secundum Abba.maximè in casu, quo statutum diceret causam debere.ĵ.duos menses a die citationis terminari. Nã cum statutum in hoc a dispositione iuris cõi recedat, quia secundum illud tempus a die litis contestatę incipit d.l.properandum.ex hoc apparet voluisse venire ad iuris

communis correctionem respectu temporis, ut tempus duorum mensium in locum temporis iuris cōmunis subrogatum esse dicatur,& illo finito instantia finita sit,& iudex amplius ex iisdē actis per pdicta procedere nequeat. Ita dicit Abb. tenere Bald.in d.l.properandum.cum quo pertransit, & formando casum, prout hic format Abba. hoc vltimum dictum absque dubio procedit, & uerum est: apparet enim a statuto præfixum fuisse tempus instantiæ, cum verba ad causam, seu instantiam relata fuerint, & sic in rem, vt dicebat Bal.in d.l.fi.C.ut intra cer. temp. quo casu finito tempore instantia perire dicitur, ut s. conclusum fuit,& in fortioribus terminis hoc voluit Salic.in d.l.properandum. quamuis Ale.ibi in vlt.col.illum reprobet, vt s.dixi,& mihi eius opinio magis, quam illa Salice. placet, ponendo casum, ut Sali.ponit, quando verba ad iudicem directa essent per prædicta, secus verò si ad causam vel instantiam, ut uoluit Bal.ibi secundum quod exemplificat hic Abb.Potest ergo hæc conclusio exemplificari, qn̄ verba statuti essent relata pariter ad rem, & ad personam iudicis,& sic res esset dubia: nam tunc diceretur præfixū instantiæ.d.l.properandum.vel aliter, quando verba ad vtrumque referri possent.

¶Hæc tamen communis conclusio secundum Ab. limitatur, non habere locum, qn̄ statutum vlterius procedendo imponeret pœnam iudici causam.j.illud tempus non terminanti, non tempus iudici potius, quàm instantiæ præfixum censebitur, adeo, ꝙ eo finito iudex adhuc procedere poterit,& sententiam ferre, quæ valebit, quamuis ipse iudex puniendus esset, ut voluit Ioā.Andr.in d.addi.d.§.restat.in ver.quid si statuto.& hoc placet Abba.hic per ea, q̄ habentur in c.ex ratione.de appel.& in terminis sequitur Alex.in d.l.properādum.in princ.in vlt.col.allegando Ioan. Andr. in loco proximè allegato. & pro hoc facit, nam ex quo statutum pœnam iudici non terminanti imponit, uidetur se de pęna contentasse,& processus factus, seu sententia post tempus illud lata valebit, per s.dicta.

¶Sed contra hanc limitationem communiter approbatā ego induco.d.l.properandum.in princ.iuncto §. sin autē vtraque.vbi vltra ꝙ verba ad causam, uel instantiam directa sint, ipsi iudici etiam iniungitur pęna, & tamen tēpus instantiæ præfixum censetur adeo, ꝙ finito tempore finit instantia,& omnia acta ordinatoria iudicij pereūt, & post lapsum tempus in causa iudex procedere nō potest,& sententia lata non tenet, ut ibi per gl.& doct.quinimo tex.ille probat vnum, quod est fortius, uidelicet, ꝙ qn̄ lex certū tempus statuit,& dirigit uerba non solum ad instantiam, & litem, sed etiam ad ipsum iudicem, & sic verba in rem, & in personam prolata sint,& vlterius certam pœnam statuat, si iudex causam.j. illud tempus non terminauerit, tunc tempus instantiæ, & non iudici præfixum censetur adeo, ꝙ post illud tempus ex hisdem actis iudex procedere non poterit, ut ibi in princ. ubi verba directa dicuntur non solum liti & instantiæ, ut ibi in ver.censemus.&c. sed etiam ipsis iudicibus, ut ibi in ver.sed omnes iudices,&c. iuncto.§.sin autem vtraque, ex quo tex.infertur, ꝙ magis operatur, & præponderat illud, quod arguit tempus esse præfixum instantię, quam id, quod demonstrat tempus dici præfixum ipsi iudici, ibi enim vnum tātum ostendebat tempus esse præfixum instantiæ, hoc est quia verba ad causam, vel litem directa erant, duo verò arguebant tempus fuisse prefixum ipsi iudici, hoc est, verba ad ipsum directa, & pœna illi imposita quæ ambo inferunt tempus dici præfixum iudici, ut in d.l.vnica.C.vt omnes iudi. tam ciui.q̄ crim.ergo si vnum inferret tempus debere dici præfixum instantiæ, arg.d.l.properandum, a fortiori.

¶Præterea, tu etiam considera, ꝙ Ioan.Andr.in d. addi.illud, quod voluit Abb.hic, nō dicit, neque tenet, videlicet, ꝙ qn̄ verba statuti præfigentia certum tempus sunt præfixa liti, causæ, vel instantiæ, aut simpliciter, si iudici pœna adiiciatur, iudex in causa procedere possit, quamuis puniatur,& sic tempus in effectu ipsi iudici & non instantiæ statutum dicatur. Nam Ioā.Andr.in hoc casu non loquitur, sed in alio hoc est, quando statutum præfigendo certum tempus verba ad iudicem dirigeret. & vlterius ipsi pœnā iniungeret, nam tunc tempus iudici, & non instantiæ præfixum dicitur,& ita in terminis Areti.hic in fin.3.col.intelligit verba Ioan. And.super quibus cogita, quia hoc verius videtur, quam id, quod volunt communiter doctor. quos.s.retuli.¶Limita etiam conclusionem supra positā,

67 † quæ est communis, videlicet, ꝙ quando tempus instantiæ præfixum est, uel sumus in dubio, ut s. finito tempore finitur instantia adeo, ꝙ iudex ex ijsdem actis ordinatorijs amplius procedere nequit, nec sententiā ferre, per prædicta. Nā hoc fallit qn̄ pars, hoc est reus se debitorem esse post litem contestatam, & in processu confessus fuisset, quo casu sententia necessaria, vt dixi.s.in c. at si clerici.in prin.eo.tit.& postea instantia lapsu temporis perempta esset, nam tunc iudex etiam post peremptam instantiam sententia ferri posset,& ualeret, quoniam cum per confessionem res notoria effecta esset.c.vestra.c.fi.de cohabi.cleri. & mulie.& in notoriis ordo iuris non requiratur,& consequenter nec iudicium, seu processus ordinarius, vt argu. c.ad nostram.il 3.de iureiuran.& facit.c.quoniam.de fil. presby.sequitur, ꝙ etiam perempta instantia, & sic sine actis ordinatoriis sententia ferri poterit.Ita voluit Bald.in l.properandum.facit, quod voluit Inno.in cap.qualiter & qn̄.il 2.de accusa.optimus tex.est in c.1.eo.tit.in 6.iuncta gl.& habetur per Bar.in l.si confessus.ff.de cust.reo. & late dixi s.post Abb.in d.c.at si clerici.in princi. ubi addas hoc dictum Bal.& Abb.¶Istud tamen declaro verum esse, quando per lapsum temporis sola instantia periret, sed si non solum instantia, sed etiam causa periret, ut quia tempus esset præfixum instātiæ,& causæ, ueluti in causa appellationis, per cle.si appellationem. de appellat. & dixi.s. & vt est in actione de dolo.l.fin.C.de dolo.uel quando essemus in casu, quo actor repelli posset ab agendo per exceptionem declinatoriam. Aut tunc perempta instantia per lapsum temporis, si de iure actoris per confessionem partis constaret, posset sequi condemnatio, pulchrum dubiū est, uide Bald.in l. prius. C.qui accusa.non possunt.& hic Aret.se remittit, ꝙ autem sententia per peremptionem instantiæ in causa appellationis in rē iudicatam transire nequeat, ut sententia exequi possit, facit, quia & si appellatum fuisset & appellatio esset deserta, uel per duas sententias conformes confirmata, propter confessionem illius, qui sententiam habuit,& obtinuit, quique cōfessus fuisset sententiam iniustam, vel indebitum esse, quod ab eo petitum fuit, talis sententia in effectu non valet, neque in rem iudicatam transit propter confessionem factam contra illam, vt uoluit Inn.quem cōmuniter doct.sequuntur.in c.quia plerique.de immuni.ecclesſ.sequitur Abb.hic, & Moder. in c.qm̄ contra.de probatio.¶Præterea, licet videretur, ꝙ sententia non valeret, neq; ferri posset, quia qn̄ perempta instantia totum ius perit, tunc pereunt omnia acta etiam decisoria.d.cle.si appellationem, auth.si tamen.C.de tēp. appel.tamen contrarium videtur verius, quia per confessionem factam in iudicio post sentētiam, quæ etiam in rē iudicatam transiuit, tollitur ius quæsitum ex re iudicata. Inn.in d.c.quia plerique.ergo per confessionem aduersarii facilius ius suum conseruari debet, arg.l.patre furioso. ff.de his, qui sunt sui, vel alie.iur.¶

68 † Item ex verbis Abba. ibi, item nota aliud singulare dictum,&c.colligitur, ꝙ qn̄ partes intantum se arctauerint, ꝙ iudex amplius sententiam causa cognita ferre non possit, quia ob breuitatem tēporis se de actis, uel meritis causæ informari nequeat, omnia tamen, ex quibus iudex instrui poterat, in iudicium ꝓducta sint, si iudex sentētiam hoc modo ferat, absoluo absoluendum,& condemno condemnādum, prout ex actis apparet, sententia valebit. Hanc practicam posuit, & docuit Iacob.Butrig.in l.iudices. C.de senten.sequitur Ant. hic,& multum commendat Abb.dicens hoc dictum esse singulare,& cum eo doct.cōmuniter pertranseunt, quod ita confirmatur. Nam quamuis sentētia certa esse debeat ad hoc, ut valeat.§.curare.insti.de actio.& C.de sentent. quæ sine cert.quanti.profer.per totum, tamen satis est, ꝙ ex actis certificari possit.l.terminato.C.de fructi. & lit.ex pen. per.Inn.in c.2.de libel.obla.l.pen.C. de sentent.quæ sine cer.quanti.profer.& certum dicitur, quod in iudicio certificationem recipit,& in rerum natura certum est, ut per gl.Bart.& alios in l.certi condictio.aliàs in l.certum. ff.si cer.pet.facit l.hæc uenditio.§.hmōi.ff.de contrahen. emp.& Bar.in d.l.certi condictio.in illa.q. An certi condictione pro interesse agi possit, facit l.ubi autē.ff. de ver. oblig.l.cum quidam.§.quod si vnum.ff.de acq.hære. Ita Abb.hic.¶Sed tu addas, ꝙ ad hoc vt sententia habita relatione ad aliud certa dicatur,& sic valeat, requiritur, ꝙ possit certificari per relationem ad aliam scripturam, quæ sit in actis,& de actis causæ, quoniam ad hoc, ut sententia valeat, requiritur, quod in se certa sit, uel saltem ex aliqua parte actorum certificari possit, nec sufficeret posse

certificari

certificari per relationem ad aliam scripturam, & hoc uerum est, ut uoluit gloss. in c. illa propositorum. & ibi Abb. in vlti. ver. de accusa. per Innocen. in c. 2. de libelli obla. & ita debet intelligi dicto §. curare. insti. de actio. & in dicta l. penulti. C. de senten. quæ sine cert. quanti. profer.

69 ¶ † Secundo hæc cautela & practica confirmatur ex his, quod in simili voluit Bal. in proœmio digestorum. in §. itaque. qui dixit, quod licet sententia ferenda sit de die & non de nocte, ut notatur in auth. de iudi. §. sedebunt. tamen quando instantia illa die peritura esset. Vel quando iudex maxima causarum copia & multitudine impeditus esset. Tunc sententia de nocte ferri posset. ¶ Sed hæc cautela, & practica aliqualiter dubia redditur, & videtur, quod sententia sic lata non ualeat, & sit ipso iure nulla stantibus præsuppositis Abbatis hic, nam præsupponendo iudicem non fuisse informatum de actis, & meritis causæ propter breuitatem temporis, ad quam partes se arctauerunt, & tulisse sententiam modo prædicto absque causæ cognitione, sententia

70 nulla erit † quoniam sententia lata non visis actis & absq; cognitione facta per iudicem est ipso iure nulla, ut uolunt Barto. & doctores in l. multum. uersic. item pone facit. ff. de condi. & demon. & dicit Bart. in d. l. properandum. in §. & si quidem. in 1. col. per illũ tex. ibi; acta negotii apud se confecta conspicere censemus, &c. quod iudex sit cautus vt in sententijs, seu pronũtiationibus dicat visis actis, & agitatis in causa &c. non enim sufficeret in actis fuisse productum & agitatum, si iudex illa ignoraret, & non cognouisset. l. hoc autem. §. 1. ex quibus cau. in possess. eatur. & remittit se Bar. ibi ad no. per enim in d. l. multum. & faciunt, quæ habentur per ipsum in l. 1. C. de eden. in j. col. ¶ Hinc dicitur, quod sententia absque causæ cognitione lata est nulla. Bar. in l. prolatam. circa fi. & in l. ex stipulatione. C. de senten. & iudici ferenti sententiam hocmodo parendum non est, secundum Innocen. in ca. ad aures. in uerb. tutius. C. de temp. ordinan.

¶ Nec obstat, quod hoc in casu isto permitti debet, ex quo iudex se informare non potuit, ut s. Quia respondetur, imputandum esse iudici & partibus, quæ ita se arctauerint in hac enim necessitate & difficultate se constituere nõ debebat, & ideo ipsi succurrendum non est. arg. l. 2. §. quod diximus. & ibi gl. cum simi. ibi allega. ff. si quis cautio. Est etiam imputandum ipsi iudici, qui in tantum se arctauerit, cum potuerit etiam partibus non instantibus sententiã

71 ex suo officio non implorato ferre † nam quando iudex videt partes non instare, & periculum esse, quod instantia pereat, potest ex suo officio etiam non implorato citationem ad sententiam committere, & illam ferre, ut hic inquit Abb. per not. per Bar. in l. Seius & Augerius. ff. ad l. falcid. non tamen debet sententiam ferre, si sibi de causa non liqueat, sed potius pati instantiam perire, arg. tex. not. in l. si de meis. in fin. ff. de arbit. & d. l. properandum. §. & si quidem. nec est inconueniens, iudicem officiũ suum non imploratum impartiri: nam hoc ad publicam vtilitatem facere diceretur, quod est permissum, vt in lege quos prohibet, ff. de postulando, lege filius. §. ueterani. ff. de procuratori. Bar. in l. 4. §. hoc autem. ff. de damno infecto. & dicit singulariter Bar. in l. j. C. de dilat. quod iudex ex suo officio potest terminum assignare, vt lites expediantur, facit gl. in c. j. in verb. absentia. de electio. in vj.

¶ Non obstant ea, quæ hic adducit Abb. & vltra eum, quæ s. addidi, hoc est satis esse, sententiã esse certam habita relatione ad contenta in actis & quod de nocte ferri possit, vt supra quoniam licet præmissa vera sint, & procedant, tamen propter hoc non inferunt, quòd sententia ferri possit non consideratis actis, & absque causæ cognitione, & sic non seruata forma a iure tradita, vt in locis præallegatis, & ita præsupponunt iura, & doct. in locis alleg. cogita.

¶ Contra vnum aliud etiam, quod s. dictum fuit, & concludit Abba. hoc est quando iudex uidet instantiam propter lapsum temporis perire, potest ipse ex officio suo non implorato partes citare, & sententiam ferre. Areti. in contrarium adducit tex. in d. l. properandum. §. & si quidem. C. de iudi. vbi sententia quæ fertur prope finem termini instantiæ, non debet ferri nisi parte postulante, vt ibi etiã docto. hoc volunt.

¶ Sed tu saluando dictum illud doctorum communiter illi tex. facillime respondere potes.

¶ Primo, eũ loqui, quando prope finem triennij eramus, sed non tam prope, vt periculum esset in mora breui instãtiam perituram, prout in casu nostro doct. loquuntur; nã propter periculum, quod est in breui mora temporis, multa contra regulas iuris conceduntur, quæ aliàs non concederentur, argumento text. cum ibi notatis. in c. fin. infra de ferijs. in l. j. 2. & 3. ff. eod. & in l. si de meis. in fin. cum glo. ff. de arbit. Nam. d. §. & si quidem. loquitur, quando adhuc tempus semestre superesset.

Præterea, quamuis ille tex. videatur velle, sententiam posse ferri ad petitionem & instantiam partis, non tamen negat, quin etiam iudex ex officio suo illam ferre valeat, quã do videretur imminere periculum peremptionis instantiæ de proximo, facit, quod in simili dicit ibi glo. in verb. licentia, & ad propositum etiam facit ille tex. ibi, licentia erit ipsi iudici per exequutores negotij actorẽ requirere, &c. per quem text. colligitur, iudicem posse ex suo officio implorato facere actorem citari in casu, quo lis esset prope finem triennij ad effectum, vt causa & lis propter publicam vtilitatem expediatur, vt ibi, ergo eadem ratione ex suo mero officio propter publicam vtilitatem sententiam ferre poterit.

¶ Tertiò respondeo illi tex. in d. §. & si quidem. quod loquitur in casu, quando una pars esset absens & comparere nollet. facit l. ad peremptorium. ff. de iud. & auth. qui semel. C. quomodo & quando iudex. Ita in terminis intelligunt & declarant Bar. & alij. d. §. & si quidem. Nos verò loquimur, quando vtraque pars præsens esset & causa instructa & processus publicatus, ac essemus in fine instãtiæ nec non posset periculum peremptionis illius: nam tunc iudex posset ex suo officio sententiam ferre, vt hic per do-

72 ctores. Dixi † publicato processu, videlicet vtrique parti: quoniam sententia ferenda est publicato processu, quãdo pars publicationem petijt, aliàs sententia non valet. ut voluit gloss. quam sic intelligo, in l. prolatam. C. de senten. & ibi Bal. & Bar. in extrauagan. ad reprim. in ver. figura, iuncta glossa. in ver. figura. in c. fin. de hæreti. in 6. parte vero non petente publicationem, ea non est necessaria, neque dicitur de substantia. c. cum I. & A. & ibi Innoc. & docto. de re iud. Bart. in l. prolatam. C. de senten. in 1. q. & per gl. in d. c. fin. & in c. qualiter. il 2. de accusa. in ver. debet. c. 2. eod. titulo in vj. Bal. in c. 1. si de inuesti. inter dom. & vasalis oriatur. cum simil.

73 ¶ † Quæro etiam, an in compromissis quę in arbitros fiũt, seruanda sit instantia triennalis sicut in iudiciis, & sic vtrum. l. properandum. C. de iudi. in arbitris quoque locũ habeat, communis conclusio doctorum est, quod sic, quia arbitria ad instar iudiciorum redacta sunt. l. 1. ff. de arbit. l. rem non nouã. C. de iud. & in c. ab arbitris. de offic. delega. in 6. facit quod not. Innoc. in c. quintauallis. de iureiurand. & l. omnes. C. de ferijs. Ac ad propositum videas bonam gl. in l. si de meis. §. fi. aliàs est. l. sed si compromissum. ff. de arbitris. & in l. item si vnus. §. 1. vbi gl. in verbo, si multo. hoc expresse voluit. Idem voluit Spec. in titu. de arbitr. §. differt. versicu. item ut infra triennium.

¶ Sed in arbitramentis secus est, vt voluit hic Abb. quoniã coram arbitratoribus nõn est dare iudicium, ergo in illis instantia præfixa non est, quæ est præfixa in iudiciis. per d. l. properandum. vt per Innoc. in d. c. quintauallis. Quãdiu autem potestas arbitratorum duret, Abba. se remittit ad no. ibi. Vide Bar. & doct. in l. si quis arbitratu. ff. de verborum obligatio.

¶ Nota verba Abbatis, dum dicit, non esse dare instãtiam, & illam coram arbitratore non perire, quoniam coram eo non est iudicium. Nam attenta hac ratione sequeretur idem dicendum esse etiam de arbitro, coram quo etiam non est iudicium, ut in c. cum dilectus. cum ibi plene notatis. de arbi. Vnde arbiter iurisdictionem prout iudex habere non dicitur, sed notionem quandam, vt in l. ait prætor. ff. de re iudicata. Quod tamen est falsum secundum Abbatem, quia coram arbitro datur instantia triennij.

¶ Verum ego semper dubitaui de hac communi conclusione doctorum, quod coram arbitro instantia triennalis ad instar iudicis seruari debeat, & in hoc differunt arbiter & arbitrator. Nam videtur potius sustineri posse, quòd compromissum perpetuò durare queat, donec laudatum fuerit ex infra dicendis, & primo, quoniam. d. l. properandũ. loquitur de iudicibus habentibus iurisdictionem, & administrationem siue ordinariam, siue delegatam, vt ibi, sed arbiter nullam iurisdictionem habet, sed simplicem notionem. d. l. ait prætor, ergo &c. facit, quod voluit gl. in c. 1. in prin. in verb. iudices, de foro compe. in 6. inquiens illũ tex. bene dicere iudices, quia tãquã arbitri hoc possent.

¶Secundo.d.l.properandum.sciuisset de arbitris quoque
exprimere sicut de iudicibus expressit, si illos comprehen
dere voluisset,iuribus vulgaribus.
¶Tertio,aut a partibus certum tempus statutum est, & il-
lud seruari debet, aut non fuit a partibus præfixum tẽpus
& tũc ipse arbiter omnino necesse habet diem, & tempus
statuere consentientibus partibus.& si hoc prætermiserit,
omni tempore & sic etiam vltra triennium cogendus est
sententiam dicere,ut in d.l.si de meis.in fine. cum l.seq.
Ergo infertur,quòd a iure per d.l. properandum, arbitro
tempus triennij statutum non dicitur, & ita sentit glossa
in terminis per illum text.in d.l. sed si compromissum, q̃
lex sequitur d.l.si de meis. & vltimo loco hanc opinionẽ
allegat,& quam sequi censetur,argu.l.si filium.ff.ad treb.
¶Quarto,si partes,seu arbiter tempus arbitrio suo statue-
re possunt,ut in dictis iuribus, & sic longius quoque tem-
pus triennio,ut omnes fatentur, ergo non dicitur de iure
præfixum triennium, quia illud a partibus, & ab arbitro
prorogari ac vlterius extendi non posset.d.l. properandũ.
cuius contrarium in dictis iuribus probatur.
74 ¶†Nec obstat, ꝙ arbitria sint ad instar iudiciorum. d.l.j.
quia primo in multis differunt,ut in d.c.cum dilectus.cũ
gl.& maximè in his,in quibus aliter a iure prouisum repe
ritur,quàm sit in iudice,vt colligitur ex d.c.cum dilectus.
cum gloss. latè habetur in c.quintauallis.de arbitri.sed in
casu nostro aliter prouisum reperitur,ut in d.l.sed si com
promissum,ergo &c.
¶Secundo,non omnia arbitria iudicij naturam imitãtur,
sed solùm illa,quæ ex compromisso cum pœna facto inita
sunt,ut est tex.in l.rẽ non nouã.C.de iud. vbi casus cũ gl.
¶Tertiò,hanc opinionem tenent Specu.& Io.And.in ad-
di.ibi in titulo de arbit.in §.differt.versi.Item vt.j. trien-
nium.& plures alii,ut refert Bar. in d.l.si de meis.in fi. &
idẽ etiam Io.de Imola in l.multa ff.de condi. & demonst,
¶Quartò sic confirmatur.Arbitri iuris,qui de necessitate
assumendi sunt secundùm formam iuris cognoscere de-
bent,& hi iudicibus delegatis æquiparantur,sed non arbi
tri voluntarii.c.ab arbitris,& ibi gl.de offi.deleg. in 6.l.si,
& ibi Batto.C.de iud.ergo ex prædictis infertur, quòd li-
cet coram arbitris iuris instantia triennii seruari debeat,si
cut coram iudice deleg.d.l.properandum.tamen non co
ram arbitris voluntariis.
¶Quinto principaliter hæc opinio quasi ad literam proba
tur in auth.si tamen,& in corpore vnde sumitur. C.de tẽ
por.appellat.vbi potestas arbitrandi vltra biennium,qua-
driennium & perpetuo durare potest.
¶Sexto hoc inferri videtur ex clem.quandiu. de appellat.
dum ibi hæc duo æquiparat, uel quod per pactum causa,
& instantia appellationis suspendatur, uel per compromis
sum,sed per pactum etiam vltra triennium, & quadrien-
nium suspendi potest,ut ibi,ergo & per compromissum,
nisi his iuribus responderes,ut fuit de mente Io.de Imo-
la in d.l.multa,quod ea possunt intelligi,quando ex pacto
compromittentium hoc actum esset, quia statutum esset
tempus ẽt ultra triennium ipsis arbitris, quod tempus ser
uandum est,argumento,dicta l.sed si compromissum.At
quando certum tempus statutum non esset,infra quod ar
biter laudare possit,secus est.
¶†Verum dubium superest,an ultra triennium a die litis
75 contestatæ instantia durare possit,ex responsione.s. dicta
& ex his,quæ in ea præsupponuntur,infertur,quod nõ est
dare instantiam triennalem,ut dixi,alioquin de consensu
partium & arbitri longius tempus statui non posset,d.l.ꝓ
perandum.Alex.in l.si quis arbitratu,ff. de uerbo. obli.in
vltima col.infinitos doct.allegat, qui de hoc articulo lo-
quuti fuerunt,deinde dicit illos magis cõmuniter in hoc
persistere,quòd aut q̃rimus de instantia causæ, quæ a die
litis contestatæ incipere dicitur. d.l. properandum, Aut
de potestate cognoscendi,quæ incipit a die facti compro-
missi, vel melius a die compromissi recepti, hoc est a die
quo arbiter compromissum acceptauit,iuxta.l.2.§.1.ff.de
arbit.& in Rubrica illius tituli.Primo casu instantia trien
nio solùm durat,nam ex quo coram arbitro lis est conte-
standa,vt in d.l.rem non nouam.& in l.penul. ad fi. C.de
arbit.hæc instantia triennii ab illo tempore currere inci-
piet,quia arbitria ad instar iudiciorum redacta sunt d.l.j.
de arbitr. & d.l.rem non nouam cum simi. secundo casu
potestas cognoscendi,quam arbiter ex compromisso, ha-
bet,perpetuo durat,& ita intelligatur. dicta auth. si tamẽ,
& d.l.sed si compromissum.cum simi.

¶Nec obstat.l.item si vnus.§.1.cum ibi no.ff.de arbitr.q̃a
ibi non negatur,quin arbiter, si post longum tempus co-
gnoscere velit,possit,sed solum ibi probatur,ꝙ non cogit̃.
Hæc sunt dicta Alex.in d.l.si quis arbitratu. quæ refert &
sequitur Soci.ibi,ex quibus in effectu habemus, potestatẽ
arbit.esse perpetuam.hoc est donec laudatum fuerit. In-
stantiã uero arbitri coram arbitro durare triennio,nam a
tempore,quo lis coram eo contestata fuit, instantia trien-
nii currere incipit,sicuti dicimus in iudice, & hoc etiam
suadet ratio publicæ vtilitatis,quæ facit, ꝙ coram iudice
instantia a die litis contestatæ trienniũ excedere nequeat
d.l.properandum,quæ ratio pariter coram arbitris consi-
deratur,& milita sicut coram iudicibus.l.2.§.1.ff.de arb.
ibi,non tantum ꝙ studeret lites finiri,verũ &c. Præterea,
vt dixi,coram arbitro lis contestatur, & instantia incipit a
die litis contestatę.d.l.properandum.in prin.ergo coram
arbitro instantia triennium excedere non poterit.
¶Hæc ratio necessario non concludit,nam bene cõcludit,
ꝙ si esset dare coram arbitro certam instantiam triennii,
vel alterius temporis,illa a die litis contestatæ per prædi-
cta incipere diceretur,sed non concludit, quòd instantia
coram arbitro sit triennij,& non vltra, quia hoc iure cau-
tum non reperitur.
¶Præterea ex hac ratione inferri posset,ꝙ in his,in quibus
lis non contestatur,ut in causis summariis,in compromis
sis,& aliis,iuxta clem.sæpe.de uerbo.signi.non esset seruã-
da instantia iuris communis biennii,uel triennii, quod ta
men est falsum per ea,quæ statim dicuntur in sequenti q̃-
stione maxime per l.penul.C.de naufrag.lib.11.
¶Communis tamen opinio est,ꝙ coram arbitro instantia
triennii a die litis contestatæ seruari debeat, sed potestas
arbitrandi sit perpetua,& sic in effectu idẽ sit in arbitriis.
seu compromissis,quod est in iudiciis,in quibus idem esse
dicitur d.l.properandũ.& ita in practica seruari deberet,
& ideo in quibusdam locis per statuta dispositum est, ut
potestas arbitrandi duret tantum ad certum tempus,hoc
est per duos menses,ut hic Bononiæ,quo tempore elapso
arbiter amplius cognoscere nõ poterit, & compromissum
deseri dicetur,arg.d.l.sed si compromissum.iuncta d.au-
then.si tamen.In puncto tamen iuris oppositum attenta-
ri posset,ut ex præmissis colligitur.
76 ¶†Quærit etiam Abb.hic,an in causis summariis, in qui-
bus summariè proceditur,juxta cle,sæpe.de verb.sig.& in
cle.dispendiosam.de iud.& in extrauag.ad reprim.sit da-
re instantiam triennalem adeo, ꝙ lapso triennio instantia
perire dicatur.Abb. dicit se aliàs vidisse de hoc dubitari,
neque usquam se uidisse,aut legisse meminit, & cum hoc
in facto haberet,pro parte negatiua sic primo argumenta-
batur,in causis summariis non est iudicium, quia in illis
deficiunt substantialia iudicii,& sic forma,solum enim so
solennitas iuris naturalis seruatur,ut per Bar.in extrauag.
ad reprim.in uer.figura,& gl.in d.clem.sæpe,ergo deficiẽ
te forma iudicii deficit iudicium,quia forma est,quæ dat
esse rei.l.Iulianus.§.si quis rem.ff.ad exhib.no.in ca.in ci-
uitate.de vsuris,ergo in causis summariis non erit dare in
stantiam,cum qualitas sine subiecto esse nequeat.l.2.ff.de
vsufr.& arg.c.ad dissoluendum.de desponsa.impube.
¶Secundo, cum instantia triennalis, & iudicii sit de iure
positiuo.d.l.properandũ, & in causis summariis non ser-
uentur ea quæ sunt de iure positiuo, sed solum quæ sunt
de iure naturali: Bar.in d.extrauag.& gl. in d. clem.sæpe.
ergo in summariis instantia iuris cõis,uel statuti seruanda
non erit. ¶Tertiò,in summariis lis non contestatur.d.cle.
sæpe.ergo in illis non erit dare instantiam, q̃ a contestatio
ne litis incipit.d.l.properandum. ¶Sed prædictis non ob-
stantibus Abb.dicit,se tunc contrarium dixisse,& hoc idẽ
77 nunc quoque audacius tenere.Primo,† nam licet in sum-
mariis non sit dare iudicium ordinariũ, est tñ dare extra-
ordinariũ,ut uoluit Bart.in d.extrauag. ad repri, & ꝓbat̃
in c.forus.de uerb.sig.cum ibi no.vbi dum cã discutitur,
iudicium dicitur,ergo cum in summariis causa discutiat̃,
iudiciũ dicetur & consequenter etiam instantia. Hæc rõ
non concludit,per hunc tex.secundum cõem intellectũ,
quia de iure can.est dare iudicium,& tamen instantia triẽ
nii non seruatur. ¶Secundo in summariis lis verti dicit̃,
vt ꝓbatur in d.cle.sæpe.ubi hoc ter repetit̃, ergo in sum-
mariis instantia triennio perire dicetur,quia tex.in d.l. ꝓ
perandum.inquit,ꝙ ne lites immortales fiant, non debet
vltra triennii metam protelari.
¶Hæc inductio quoque necessaria non infert,ut supra ꝓ-
xime,

xime. ¶Tertio attenta ratione. dicta l. properandum. instantia triennalis potius, & a fortiori in causis summariis, quam in ordinariis finiri debet, ratio enim qua statutum fuit, instantiam triennio finiri debere, est, ne lites immortales fiant, & vt cito expediantur, d. l. properandum, quæ ratio magis in summarijs vt pote fauorabilioribus, quam in ordinarijs militat, & hoc probatur in d. cle. sæpe. vbi tex. dicit, iudex quanto poterit litem breuio rem faciat.

¶Sed tu dic illũ tex. intelligi dando dilationes breues, non autem certam instantiam obseruando. Præterea si in illis esset dare certam instantiam (loquor de iure ciuili, nam de iure canonico clarum est etiam in ordinarijs instantiam non dari, vt hic, & dixi supra) profecto a potestate iudicis non dependeret, licet breuiores facere, vt dicit text. d. clemen. sed a lege, & eius dispositione, quæ prefixit instantiã triennalem d. l. properandum. Rursus tex. in d. clemen. loquitur de iure canonico, ergo ex verbis illius inferri non potest, quòd in summarijs sit dare certam instantiam: quia de iure canonico regulariter etiam in ordinarijs non datur.

¶Non obstat secundùm Abba. quòd in his summarijs non requiritur, neq; fit litis contestatio, a qua instantia triennalis incipit. Quia respondetur, quòd licet propriè lis in illis non contestetur, tamen quasi, & impropriè contestatur; quia fit actus talis, qui pro litis contestatione habetur, ideo ab eo, seu illius tempore triennium currere incipiet, veluti est primus actus, qui post litem contestatam fieri solet, & sic statim quo causa discuti incipit, vt voluit gloss. in capit. 1. de electio. in vj. in ver. absentia, quæ tamen hoc clarè nõ dicit, sed quòd contumacia illius, qui se absentauit, facit, vt in casu illius glo. lis pro contestata habeatur. Posset tamen dici illam glo. hoc voluisse quoniam in casu eius capitul. propter contumaciam absentis litis contestatio non requiritur, sed per primum actum, qui post litem contestatã fieri solet, lis pro contestata habetur, vt per receptionem testium, ut ibi per gloss. Hoc etiam voluit Inno. in capitul. 2. de dilatio. in c. si duobus. de appellatio. & Paul. in dicta clemen. sæpe. Bald. in d. l. properandum. & dicit Bart. ibi in. §. & si quidem, quod in his, in quibus litis contestatio non requiritur, & sic in summarijs, tempus instantię seu triennij incipit currere ab ea die, qua de meritis causæ tractari cęptum est, vt not. doct. in l. nihil. C. de procurat. & in l. nulla. C. eodem titulo. & sic in effectu Barto. in d. §. & si q; dem. circa princ. hoc idem expressè tenere, & sentire videtur, quamuis Abb. hic se nunquam hoc legisse dicat.

¶Bald. tamen in l. consentaneum. in vlt. verb. C. quomodo & quando iud. dicit, quod quando petitur exequutio sententiæ, siue instrumenti exequutiui, instantia triennio non perit, neque tunc habet locum d. l. properãdum. quæ duo requiritur, quòd lis sit contestata & quod nondum sit sententiatum. idem dicit Areti. hic in vlti. verb. quod in causis, in quibus sententia diffinitiua sequi nõ debet, vt in exequutiuis, vt ibi per Bald. ac etiam in his, quæ incidenter in iudicio proponuntur, in quibus litis contestatio, & sententia diffinitiua non requiritur, instantiam triennio non perit, neque habet locum d. l. properandũ. vt per Bald. in d. l. consentaneum. vt habetur per Bar. in l. litibus C. de agri. & censi. lib. xi. Bal. in l. tale pactum. §. qui prouocauit, in. x. q. ff. de pactis. In causis uerò, in quibus sententia diffinitiua requiritur licet sint summariæ, quamuis in illis lis non cõtestetur, iuxta tex. d. clem. sæpe. instantia triẽnio perit, si est causa ciuilis, vel biennio, si est criminalis, & sic in illis locum habet d. l. properandum, vt hic per Abb. & Bart. in d. §. si quidem, & quãuis pro hac opinione, quæ habet, quòd in summariis seruanda sit instantia a iure prefixa, ego supra induxerim l. penul. C. de naufrag. lib. xi. modò tamen melius cogitando dico, illum tex. hoc non probare, quia vult, quod duobus modis de causis naufragii cognosci possit, videlicet summariæ & de plano, item ordinariè, & tunc infra biennium, infertur ergo quòd quando summariè, non infra biẽnium, facit, quod voluit glo. in d. clem. sæpe, in fi: de verbo. significa. vbi si in causis summariis partes seruare iuris ordinem cęperint, amplius ab illo recedere non potest.

78 ¶†An autem in exequutiuis sit dare instantiam præfixã generaliter ipsis causis a statuto, vel de iure communi. Dicas, quòd si petatur exequutio officio iudicis, non est seruanda instantia, Bar. in l. litibus. C. de agrico. & censi. lib. 11. si verò per viam actionis tunc seruari debebit instantia iuris cõmunis, vel statuti, Ratio esse potest: quia tunc litis contestatio & sententia diffinitiua requiritur, vt est de mente Bald. in l. 2. C. de exequutio. rei iud. & in l. 1. ff. si quis ius dicen. non obtemp. secus si per officium iudicis, vt per Bald. in consentaneum.

¶Alex. autem, quẽ omnino videas, in consi. l. in 2. volum. in 2. colum. expressè tenet, quòd etiam in causis exequutiuis, in quibus per officium iudicis etiam exequutio petitur iuris communis, vel statuti instantia seruari debeat, quicquid dixerit Bart. in d. l. litibus. cum simi. s. allegatis.

¶Tu verò prædicta concordando no. considera, quod quãdo sententia non est liquida, seu instrumentum exequutiuum nõ est liquidum, tunc exequutio non per officium iudicis peti debet, sed per uiam actionis, in factum. & tunc in causa exequutionis instantia triennalis, vel statuti seruabitur per prædicta, & per Bal. in d. l. 2. expectatur enim alia sententia diffinitiua.

¶Si verò sententia liquida sit, tunc exequutio per officium iudicis peti potest, & si per nouam petitionem petatur, & sic principaliter, vt quia primum vel secundum decretum interponi petatur, tunc illud officium iudicis dicitur nobile, vt per Bart. in l. a diuo Pio. §. sententiam. ff. de re iudi. & eo casu, quia sententia diffinitiua, seu habens vim diffinitiuæ expectatur, ac etiam litis contestatio fieri potest, argu. cap. fi. de offic. iudi. instantia triennalis, vel statuti seruabitur, ita intelligantur ea, quæ voluit Alexan. in d. consi. l. Si verò exequutio simpliciter petatur, implorando simpliciter officium iudicis absq; petitione & libello, tũc quia hoc est officium iudicis mercenarium, quod primæ iurisdictioni cohęrere dicitur, talis causa exequutiua certam instantiam iuris communis & statuti habere non dicetur, ita procedunt ea, quæ voluit Bal. in d. l. consentaneum. in fin. verbor. & Bar. in d. l. litibus, & hæc distinctio colligitur ex his quæ voluit Bald. in l. 2. C. de exequu. rei iudica. & ideo cum inter hos modos petendi exequutionem sit differentia, vt ibi per Bald. poterit etiam colligi concordia in casu nostro inter dicta doctorum, de quibus supra Cogita.

¶Et ex prædictis etiã secundum Abb. hic in fin. verb. potest inferri ad quæstionem.

79 †An quando proceditur de crimine per viam inquisitionis instantia pereat. & in ea causa biennij instantia seruari debeat, iuxta d. l. fin. C. vt intra cert. temp. & in d. l. properandum. & ex prædictis infert. quòd sic; quia cum per officium iudicis nobile de crimine inquiratur, & sententia diffinitiua expectetur capitu. qualiter & quando. il 2. de accusatio. & dixi supra in rub. huius tituli, sequitur, quòd in causa inquisitionis instantia iuris communis, vel statuti seruari debebit, quoniam d. l. properandum. habet etiam locum, quando officium iudicis nobile principaliter imploratur, vt ibi not. & infertur ex tex. in d. c. fin. de officio iudic. & ita tenet Bald. ibi in princip. & Alex. in fin. princip.

¶Sed Paul. de Cast. ibi in prin. contrarium tenet; quoniam d. l. properandum & d. l. fin. C. vt intra cer. temp. locum habent, quando per accusationem procederetur, secus si per inquisitionem, vt uoluit Guliel. de cugno, quem ipse refert & sequitur. Mouetur; quia in causis fiscalibus, & in quibus de vtilitate fisci agitur d. l. properandum. locum non habet, sed quando proceditur per viam inquisitionis, iudex tendit ad vtilitatem fiscalẽ vel publicã, ergo &c. remittit tamen se Pau. de Cast. ibi ad not. per Cyn. in d. l. final. & Bald. in d. l. properandum.

¶Sed sequẽdo opinionem Baldi & Alex. quam aliàs sequutus fui, facilis est responsio rationi Castrẽ. quia sequeretur, quòd idem etiam dici deberet in causa accusationis, cum in ea principaliter ad vindictam, & vtilitatem publicam, & fisci agatur, vt per doctores in rubrica de accusatio. & ibi dixi, & in rubrica supra eodem, de iudi. insti. de pub. iudic. in prin. Bar. in extrauagan. ad reprimen. in ver. accusationem, & magis quàm quando per viam inquisitionis proceditur, vt in locis allegatis dixi, & tamen hoc est falsum secũdùm Paulũ de Castro & omnes, qui volũt dictam. l. properandum. etiam in causa accusationis locum habere, ergo & in causa inquisitionis. ¶Non obstat, quòd dicta l. properandum, excipiat causas fiscales. Quia respondetur, quòd excipit causas fiscales ciuiles, & non criminales, vt ibi, & in dicta. l. fina. Nam in dic. l. properandum. quando textus fiscales causas excipit, eas excipit a regula, & ab eo, quod regulariter de causis ciuilibus dixerat, in quibus triẽnium seruandum esse statuit, fallit in causis fiscalibus, vt ibi. ergo debet hæc exceptio de causis fiscalibus ciuilibus

intel-

intelligi, alioquin exceptio bona non fuisset: quia debet esse de regula, & loqui in terminis dicti a quo fit exceptio. l. nam quod liquidæ. ff. de penu. lega. gl. in rubr. de reg. iur. in 6. & hæc sufficiant pro complemento huius capituli ad laudem indiuiduæ trinitatis. Amen.

Rubri. de restitu. spolia.

SVMMARIVM.

1 *Ordo causarum est duplex.*

2 *Causa possessionis restituendæ ratione spolij, vel eiectionis intentata est magis priuilegiata cæteris causis possessoriis.*

De restitu. spolia.

CONTINuatur hæc rubrica tripliciter, vt hic per Abba. Prima continuatio, quæ fuit Gofredi, satis non placet, quia supra titulo proximo non solùm de causa possessionis visum fuit, sed etiam pariter & simul de causa proprietatis quare auctor, si vera esset prædicta continuatio, simul & pariter de causa restitutionis petitoria, sicut de possessoria supponere debuisset & præsertim cum in libro fforum & Codicis prius de causa restitutionis petitoria tractetur sub titulo de rei vendicatione cum sequentibus, quam de causa restitutionis possessoria, & prius de causa possessionis adipiscendæ, quam restituendæ, vt colligitur ex tractatu interdictorum, qui titulo de rei vẽdicatione, & aliis postponitur, & in quo de interdictis possessoriis adipiscẽdæ prius ponitur, quàm de interdictis recuperandæ, vt ff. C. & institu. de interdic. Præterea in. ffis titulus de acquirendo rerum dominio, præponitur titulo de acquirenda possessio. ergo hæc continuatio dubitabilis redditur.

¶ Secunda quoque continuatio, quæ fuit Hostien. omnino non satisfacit; quia non video, sub quo titulo præcedenti, pront ipse præsupponit, tractatum fuerit, qualiter possessio perdatur. Nam de hoc in titulo de ordine cognitio. principaliter non tractatur, sed generaliter quo ordine in causis procedatur, & non solùm in possessoriis, sed etiam in aliis.
1 †Cum enim duplex sit ordo causarum, videlicet ordo causæ ad seipsam & ordo causæ, ad causam, vt in l. prolatam cum glossa. & ibi Bar. C. de sententiis. & in l. 1. C. de appellationibus, qui inter se differunt, vt ibi in titulis præcedentibus titulum de ordine cognitionum uisum fuit de ordine causæ ad se ipsam, in titulo verò de ordine cognitionũ dictum fuit de ordine causæ ac causam, non autem qualiter possessio perdatur, de quo nec etiam agitur in titulo de causa poss. & proprieta. sed vtrum simul & semel, & quo ordine super possessorio & petitorio sit agendum, procedẽdum & pronuntiandum.

¶ Cõtinuatio etiam Abb. vltimo loco posita necessariò cõcludẽs non est, quoniam in consequentiam ordinis causarũ possessionis & proprietatis non magis dubitari poterat, an spoliatus esset restituendus, quàm an ille, qui est in possessione, in ea tuendus esset, argumen. cap. licet causam. infra de probationibus. iũcta. l. vnica. C. vti possidetis: ubi quod ad possessorium retinendæ seruatur ordo cognitionis, & magis quam quoad possessorium restituẽdæ, & recuperandæ, vt colligitur ex his, quæ voluit Bart. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquirẽda possessio. & habetur in l. incerti. C. de interdic. iuncta l. ordinarij. C. de rei vendicatio. cum similibus.

¶ Tu ergo sic cõtinuare potes, supra titulo proximo visum fuit simpliciter, & ĩ genere de causa possessionis & proprietatis: & nõ magis de vna specie, quàm de alia, sed cum plures sint species, quoniam alia est causa possessorij retinẽdæ; alia adipiscendæ, alia restituẽdæ & spolij, vt per totum. in-
2 stitu. de interdic. l. secũda. §. penultimo. ff. de interdic. & causa possessionis restituẽdæ, quæ ratione spolij & eiectionis intẽtatur, magis piuilegiata est, quàm sint cæteræ causæ possessoriæ: quia sui natura est priuilegiata, ut hic, & in l. si quis a se fundum. C. ad l. Iuliam. de vi publica. capitul. reintegranda. cum ibi nota. tertia, quæstione secunda. & infra dicetur. ideo post titulum præcedẽtem posita fuit hæc rubrica de restitutione spoliatorum.

¶ Et quamuis in libro fforum & Codicis prius ponatur de possessorijs adipiscendæ quàm restituendæ, & recuperandæ, vt ibi habetur in tractatu interdictorum, tamen ideo illud factum fuit.

¶ Quia legisslator volens specialiter de omnibus possessorijs tractare, a possessorijs adipiscendæ incepit, quoniam possessio prius adipiscitur, quàm perdatur.

¶ At in hoc libro Papæ intentio nõ fuit tractare de omnibus possessorijs de per se & specialiter, & idcirco post titulum generalem de causa possessionis & proprietatis, hunc de restitutione spoliatorum posuit, tanquam magis priuilegiatum, magisque fauorabilem, quæ enim speciali fauore & notatu digna sunt, si omittantur, neglecta esse videntur.

SVMMARIVM.

1 *Spoliatus ante omnia restituendus est, nisi exceptionem, & probationem aduersarij super proprietate admittat, & num. 18. & 20. & quomodo hæc regula intelligatur. numero 62.*

2 *Spoliatio rationabilis & irrationabilis esse potest.*

3 *Spoliatus in pluribus casibus ante omnia non restituitur, remissiuè.*

4 *Dominus tenetur de violentia illata a suis hominibus, & ecclesia a suis clericis, & qua actione conueniantur.*

5 *Factum quid presumitur de mandato illius, qui principale commodum ex eo immediate capit.*

6 *Ius tertij opponitur, quando iuris agentis est exclusiuum.*

7 *Intellectus triplex ad hunc tex.*

8 *Spoliationi simpliciter consentiens super restitutione conueniri potest.*

9 *Consentire quis multipliciter dicitur.*

10 *Possessorium recuperandæ an pro qualibet irrationabili occupatione etiam contra tertium possessorem de iure communi detur, vel solùm pro violenta contra spoliatorem.*

11 *Possessorium recuperandæ aduersus spoliationem violentã rationabilem competit.*

12 *Quale possessorium recuperandæ in terminis huius tex. fuerit intentatum.*

13 *Remedium c. reintegranda. iij. q. ij. est generale possessorium recuperandæ, & cum quolibet remedio restituendæ concurrit.*

14 *Possessoria recuperandæ alia sunt a iure canonico inuenta, & iuri ciuili incognita, & alia a iure ciuili ante ius canonicum introducta.*

15 *Interdictum recuperandæ directum est vnicum, cõtra glossam, in capitulo pastoralis. de causa possessionis & proprietatis.*

16 *Possessoria recuperandæ plura sunt de iure ciuili, licet vnũ tantùm interdictum sit, & quæ sint a iure canonico inuenta. nu. 18.*

17 *Possessoria recuperandæ dicũtur etiam esse restituendæ, sed non econtra, & quæ dicantur simpliciter restitutoria, quæ adipiscendæ etiam dici possunt.*

19 *Possessorium recuperandæ id fauorem spoliati principaliter est introductum, & an extensio in eo locum habet.*

20 *Spoliatus priuilegio, quod habet ex possessorio recuperandæ tacitè, vel expressè renuntiare potest.*

21 *Præsens tacens in iudicialibus etiam ad sui præiudicium consentire dicitur.*

22 *Iudex ex suo officio per confessionem iudicialem de dominio aduersarij restitutionem denegare potest, & nume. 27. & 34.*

23 *Restitutio non est facienda, vbicunque de non dominio spoliati notoriè constat, & num. 34.*

24 *Iudex officio suo ob peccatum euitandum parte non petente restitutionem facere potest.*

25 *Restitutio est spoliato deneganda, quando constat de dominio spoliatoris per testes a spoliato admissos.*

26 *Testis extra capitula examinatus non probat.*

28 *Spoliatus ante omnia restituitur etiam contra ecclesiam.*

29 *Possessorium recuperandæ non admittit aduersarium volentem incontinẽti probare dominium, nec exceptionem dolo facis, & nu. 31. secus in alijs possessoriis. nu. 30. & 36. & quare ita differant. numero 39.*

32 *Verba de futuro interuallum denotant, nisi adijciatur dictio mox, & incontinenti.*

33 *Exceptio dominij vt in possessorijs admittatur, quid requiritur.*

34 *Et quando admittatur, & ibi de exceptione dolo facies, quia petis, quod statim restituturus es.*

35 *Exceptio dominij alterius tertij etiam notorij in possessorijs non admittitur.*

37 *Possessorium retinendæ an admittat exceptionem dominij, quæ incontinenti probari posset.*

38 *Exceptio dominij in possessoriis opposita quomodo incontinenti probari dicatur.*

40 *Causæ cognitio multiplex est.*

41 *Dominus vel paterfamilias an & quibus casibus de facto suæ familiæ teneatur, vsque ad nu. 44.*

43 *Potestas, Capitaneus, vel officialis alicuius loci de delicto suorum officialium tenetur, & an illos exhibendo liberetur.*

44 *Exercentes officium siue publicum siue priuatum, an officiales & familiares suos exhibere teneantur, & exhibẽdo liberentur.*

45 *Exhibitio personæ dupliciter fit ad diuersos effectus.*

46 *Delictum in officio publico siue priuato commisum, an præsumatur factum ab his, quorum opera dominus vtitur, an verò ab alijs.*

47 *Furto probato, an de rebus amissis stetur iuramento damnum passi.*

48 *Robariæ appellatione in statutis quis contineatur remissiuè.*

49 *Scholares in domo ad cameram seu duodenam retinens tan quam caupo tenetur de facto omnium etiam non familiarium, si quid scholari fuerit ablatum.*

50 *Furtum fuisse commissum qualiter & quomodo probari possit.*

51 *Dominus quãdo teneatur de robaria facta in suo territorio vel agro, & quid de villa & castro, & an differentia sit inter dominum vniuersalem & particularem.*

52 *Dominus castri ratione suæ iurisdictionis habet a lege potestatem prohibendi, ne delictum in eo committatur.*

53 *Scientia sola regulariter non facit quem de delicto ab alio commisso teneri, nisi iussus, vel mandatum præcedat, aut ratihabitio sequatur.*

54 *Collecta si sit imponenda villæ, vel castro pro robaria in ipsius territorio commissa, qualiter sit imponenda.*

55 *Conscius criminis vtrum teneatur, si delictum commitendum non reuelauit, neque prohibuit, cum sine periculo posset, & quid de iure canonico, nu. 60. & 61. & quid in crimine læsæ maiestatis. numero 58.*

56 *L. metum. §. sed licet. ff. quod met. cau. intellectus.*

57 *Vasallus & feudatarius ex sola scientia delicti in dominũ committendi tenentur, si illud non reuelauerint, ac prohibuerint.*

59 *Particeps doli minus puniendus est, quàm particeps facti.*

60 *Interpretatio in foro animæ locum non habet.*

61 *Peccatum mortale quoad forum contentiosum plures effectus operatur.*

62 *Exceptio possessionis & non facti spolij in possessorio recuperandæ est admittenda, quamuis spoliatus agens ius commune pro se haberet.*

63 *Agens super restitutione possessionis ratione spolij si iuris communis præsumptionem contra se habeat, quid probare debet.*

64 *Et quid si ageret super restitutione quasi possessionis seruitutis realis.*

65 *Spoliatus habens pro se ius commune, an melius agat possessorio, an petitorio.*

66 *Præsumptio iuris communis agenti petitorio prodest.*

67 *Agens spolio quando super alia spoliatione possit reconueniri.*

68 *Clericus volens defendere ecclesiam sine mandato admittitur, & an cautio rati requiratur, & quid si nomine ecclesiæ agere velit.*

Caput, licet &c.

SVMMATVR dupliciter, vt hic
per Abbatẽ post alios. Vel clarius,
ac magis iuxta mentem literæ ita
1 summari potest.† Spoliatus ab ho
minibus ecclesiæ, si contra eccle-
siam super restitutione agat, ante
omnia restituendus est, nisi exce-
ptionem, & probationem aduersa
rij super proprietate admittat.
hoc dicit. itaque semper ad hoc allegatur, vt per Innocen-
tium. in c. cũ Bertholdus. de re iudicat. ¶ In tex. ibi: irratio
2 nabiliter occupatum, ideo dicit irrationabiliter† quia etiã
rationabilis, & iusta occupatio, seu spoliatio datur, pro-
pter quam restitutio non daretur, & spoliatus priuilegium
non haberet quod ante omnia restituendus esset, & sic in
bonam, & malam partem spoliatio capi potest, vt hic & in
c. conquerente. infra eodem. ibi, sine manifesta causa, & ra
tionabili suis beneficijs spoliati, regulariter tamen & sim-
pliciter in malam capitur, vt in c. reintegranda. & per to-
tum, & ibi per glo. summæ. tertia, quæstione secunda. Plu-
3 res† autem casus sunt, in quibus spoliatus ante omnia non
restituitur, de quibus per gloss. in dicta summa. & Specula.
in tilulo de peti. & possess. in §. final. qui vltra. 28. casus enu
merat, quos referre longum esset. Vide etiam per Alex. in
l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquiren. possess.
4 ¶† In primo notabili ex verbis Abbatis colligitur, quod ec
clesia, seu dominus de violentia, seu spoliatione a suis ho-
minibus & subditis illata tenetur & conueniri potest.
¶ Quod tamen intelligendum est, quando res ablata, seu
vtilitas spoliationis ad ecclesiam, seu dominum perue-
nisset, & si ignoranter, contra eum, vel eam agi posset reme
dio generali restitutorio. capi. reintegranda. 3. quæstio. 2.
quod contra omnes possessores etiam bonæfidei compe-
tit, vt ibi per doctores, & in capitu. secundo. eadem causa.
& quæstio. ibi, atque res ab æmulis, aut quibuscunque de-
tinentur. Si verò res ablata scienter ad dominum, siue ec-
clesiam, aut ad aliam personam peruenisset, tunc quamuis
secundùm rigores iuris ciuilis super spolio agi non posset,
seu possessorio vnde vi, quod solum contra deiectorem &
spoliatorem datur, tamen secundùm æquitatem iuris ca-
nonici, ne spoliatus difficultate probandi dominium gra
uetur, & ita suam proprietatem amittat contra tertium
possessorem, ad quem scienter res ablata peruenit, reme-
dio capituli, sæpe. infra eodem. cogi potest, quod hac de
causa in subsidium a iure canonico inuentum fuit, vt ibi
etiam absque eo, quòd tertius possessor ratificauerit, seu
mandauerit tacitè, vel expresè, quia istis casibus si quis ir-
rationabiliter spoliatus fuisset, etiam si ad tertium res vio-
lenta & ablata non peruenisset, nihilominus contra eum
remedio possessorio restitutorio vnde vi agi posset, vt est
textus in capitulo cum ad sedem. in fine infra eodem titu-
lo. l. prima. §. deiecisse, & §. sed & si. cum sequentibus, & l.
tertia. §. cum procurator. ff. de vi & vi armata.
¶ Tacitè autem quis mandasse diceretur, quãdo immedia-
te res spoliata, seu vtilitas spoliationis ad eum peruenisset,
5 † quoniam factum iniustum, seu maleficium de mandato
illius factum præsumitur, qui immediate ex illo principa-
le commodum capit, & consequitur, vt ar. c. constitutus.
de testi. & per Bar. & Alex. in l. de pupillo. §. quòd si præto
ri. ff.

ri.ff.de noui ope.nun. ¶ Et hoc modo tex.iste intelligi potest intelligendo,quòd hic contra ecclesiam interdicto vnde vi ageretur,vt hic per Hostien.& Imolam in quarto notabili: quoniam de mandato ecclesiæ præsumpto spolium ab hominibus ecclesię factum pręsumebatur,ad quam cāpus ablatus immediate peruenerat.

¶Sed quando ad eam vel ad alium tertium res ablata mediata & non principaliter nec immediate peruenisset, tūc distinguendum esset, an ignoranter.& habebit locū dictū capitulum, reintegranda.an verò scienter,& habebit locū dictum capitulum sæpe.vt dictum fuit: quæ omnia sunt summè notanda: quia sic ab alijs non declarantur & vera sunt,tamen sunt de mente docto.hic & maximè Bald. in prima oppositione,qui dicit, ecclesiam ideo ex facto suorum hominum conueniri: quia per tale delictum a suis hominibus commissum possessionem rei inuasæ quæsieiat,& hic immediate ex hoc locupletior facta fuerat.

¶Videtur tamen,quòd intelligentia huis tex. non sit vera, vel diuinatiua,& ideo non tenenda,vt dicit Imperator in autentico de testa.imperfe.in fine prin.dum doctores volunt, spoliatum contra ecclesiam possessorio restitutorio unde ui egisse.

¶Quia primò hic non apparet, quòd homines ecclesiæ illius nomine hoc fecerint,nec illa mandante, seu quòd ex postfacto ratificauerit,nec etiam quòd mediate vel immediate possessio rei vel vtilitas spoliationis ad eam peruenenerit.

¶Item hic non præsupponitur,quòd spoliatio facta ab hominibus ecclesiæ ab illis,vt a familia ecclesiæ facta dicatur quoniam si huiusmodi homines,de quibus hic tex.loquitur serui,vel mercenarij ecclesiæ fuissent, nunc ea interdicto vnde vi conueniri potuisset, etiam si non voluntate sua & sic illa ignorante ipse Philasius cecus spoliatus fuisset,vt in l.prima in principio.cum gloss.& in.§.parui.§. quod ergo.& in.§.si quis tamen.ff. de vi & vi armata. Sed istud hic non præsupponitur, ergo &c.¶ Præterea nec constat, quòd in terminis huius tex. Philasius cecus contra ecclesiam super spolio egerit,sed solum dicitur, quòd Euentus diaconus ecclesiæ consentiente actore constituit se legitimè probaturum, campum esse iuris ecclesiæ. Non tamen ex hoc necessario sequitur,contra ecclesiam actum fuisse, sed potius intelligi debet ipsum Euentum fuisse tanquam vnum de hominibus ecclesiæ super spolio conuentum.

¶Nec ex eo,quòd hic tex.dicat ab hominibus ecclesiæ, sequitur,quòd fuerint serui seu mercenarij ecclesiæ,nec etiā quòd illi hoc fecerint nomine ecclesiæ ad effectum, vt ea ratam spoliationem habere posset,ut habetur in capitulo, ratum.& ibi glos.de regulis iuris in 6.reiecta dicta gloss.in dicto capitulo cum ad sedem.quæ quoad facultatem habēdi ratum facit differentiam inter ius ciuile & canonicum. fit ergo hic mentio de hominibus ecclesiæ demonstrationis gratia,vt ostendat,qui homines fuerint,qui occupauerint, non autem vt inferre velit eos nomine ecclesiæ vel eius mandato fecisse,nec vt ostendat vtilitatem immediate ad ecclesiam peruenisse, & consequenter contra illam agi potuisse.

¶Et si diceretur,quòd imo ex verbis literæ infertur,contra ecclesiam actum fuisse, & pro ea Euentum diaconum vt ecclesiæ diaconum comparuisse. Quod patet,quia ipse de proprietate ecclesiæ excepit,ergo datur intelligi,quòd contra ecclesiam agebatur,alioquin non potuisset excipi & op
6 poni de iure ecclesiæ,& sic de iure tertij † de quo opponere solùm permissum est, quando illud iuris agentis est exclusiuum, iuxta quæ habentur per Bart.in l.j. in fin.& ibi Alex. in apostil.ff. vti posside.& per eundem in l.si alienā. ff.soluto matrimonio. At in casu nostro non esset exclusiuum iuris agentis, quamuis verum fuisset, rem ecclesiæ fuisse, cum prædo etiam in sua possessione tuendus sit, vt in c.in literis infra eodem,ergo,&c.

¶ Respondetur, quòd ex hoc non sequitur, ecclesiam super spolio conuentam fuisse. Nec obstat contrarium proximè formatum: quia sicut conuentus super spolio admittitur ad opponendum de iure & dominio suo consentiente spoliato & actore, & sic spoliatus suum priuilegium ita amittere dicatur,vt per Innocen. in dicto.ca.cum Bertoldus.de re iudic.ita si de iure,& proprietate suæ ecclesiæ cōsentiente spoliato opposuerit,restitutio impediri poterit, & hoc modo tex.iste intelligatur.& speciale erit fauore ecclesiæ, vt de iure suo per alium super spolio conuentum opponit posit,ut de iure ecclesiæ constet,argumen.cap.si quis.& eorum,quæ habentur in c.si quis presbyterorum. de rebus ecclesiæ non alienan.& c.si non liceat 12.q.2.Vel si diaconus ecclesiæ super spolio conuentus de iure ecclesiæ consentiente aduersario opposuit,impeditur restitutio veluti si de iure suo opposuisset, vt hic dicitur, quia rector seu clericus ecclesiæ censetur dominus bonorum ecclesię, cum non malè, sed bene bonis ecclesiæ & eius iuribus vtitur, vt habetur in capitulo finali. cum glossa duodecima, quæstione prima.

¶Quid ergo dicendum est, cum ex prædictis communis intellectus doctorum huic textui traditus confundatur, maximè intelligendo hic contra ecclesiam agi, cumque multipliciter sit diuinatiuus,vt dictum fuit.

7 ¶†Cogita,si vno ex his modis dici posset. Primò, quòd intelligamus hunc textum, vt communiter doctores dicūt, quòd contra ecclesiam actum fuerit ex spoliatione suorū hominum,hoc est suorum seruorum,vel eorum,quos pro seruis possidebat vel mercenariorum,vt dixi supra iuribus ibi allegatis. Nam cum tex.dicat, ab ecclesiæ hominibus, infertur eos vel fuisse in dominio vel in possessione ecclesiæ: quia de natura genitiui est importare dominium vel possessionem: aut quandam detentationem, vt habetur per Barto.& alios in rubrica de noui operis nuntiatione. iuncta.l.prima.§.familiæ.cum sequentibus.ff.de vi & vi armata.

¶Secundò intelligi potest,quòd ideo ex facto hominum, hoc est parochianorum ecclesiæ subditorum ecclesia conueniri possit interdicto vnde vi, etiam non interueniente voluntate sua: quia vtilitas spoliationis ad eam peruenit tanquam ex facto filiorum suorum,iuxta dictam l.primā. §.si filiusfamilias.ff. de vi & vi armata. Nam parochiani subditi ecclesiæ filij ecclesiæ dicuntur, vt in c.qui abstulerit.duodecima,quæstione secunda.

¶Vel tertiò intelligi potest,Philasium cecum spoliatū contra ecclesiam egisse,quoniam illa spoliationi factæ consen
8 sit† quia nedum ipse spoliator super restitutione conueniri potest, & is, ad quem res ablata scienter vel ignoranter peruenit, seu cuius mandato spolium factum fuit, vel qui ratificauit,vt in dicto.c.cum ad sedem.dicto.c.sæpe.& dicto.c.reintegranda. Verùm etiam ille,qui simpliciter spoliationi consensit, vt est tex.not.in c.notum. vbi gloss.se
9 cunda quæstio. 1.¶†Et consentire quis multipliciter dicitur, videlicet cooperando non corrigendo quos poterat corrigere,tenetur item defendendo,authorizando,consulendo & negligendo,vt habetur per glossam in dicto capitulo,notum.& argumen.eorum,quæ habentur in capitu.primo de officio delegati.Sed in casu nostro ecclesia cōsensisse dicitur,propterea quia homines ecclesiæ fuerunt, qui spoliauerunt quos ecclesia corrigere & prohibere potuit,& non correxit,neque prohibuit, argu. capituli consentire.dist.83.cum ibi nota.& in capitulo,nihil.eadem distinctione.ergo &c.Cogita.

10 ¶In secundo notabili Abba.dubitatur. † An pro qualibet irrationabili occupatione rei de iure communi detur possessorium recuperandæ, & consequenter contra quemlibet illicitum possessorem,& occupantem rem irrationabiliter,& sic contra tertium. An verò solùm pro violenta occupatione,& pro vi expulsiua contra spoliatorem.¶Dominus Antonius hic dicit,quòd pro qualibet illicita & irrationabili occupatione rei de iure canonico competit possessorium recuperandæ per hunc textum,& remittit se ad ea quæ dicuntur in capitulo sæpe.infra eodem.

¶Abbas verò hic inquit, hunc textum istud non probare, quia loquitur, quando violenter quis rem alienam inuasit & occupauit,vt ibi,violenter ablata restitui, & consequenter potius contrarium probare videtur, quòd solum contra uiolentum deiectorem competat.

¶ Sed in primis aduertendum est, Abbatem non referre dominum Antonium,vt ipse loquitur non enim dicit, quòd de iure communi pro qualibet illicita & irrationabili occupatione rei detur possessorium recuperandæ, sed quod de iure canonico,quasi inferre voluerit, aliquam esse irrationabilem occupationem, pro qua de iure ciuili remedium seu possessorium recuperandæ non competat. Sed de iure canonico sic.& hoc in eo exemplificari potest, qui scienter rem ab alio inuasam teneret & occuparet: quoniam cōtra illum de iure ciuili non daretur possessorium recuperandæ vnde vi, sed de iure canonico competeret possessorium recuperandæ, quod appellatur condictio ex canone capituli, sæpe.infra eodem titulo.vbi de hoc est casus,

sus,& hoc modo,& in casu isto potest hic textus intelligi.
¶Posses etiam dicere, hunc textum probare id quod dicit Antonius ita inducendo; nam primò narrando factum dicit,quod homines ecclesiæ campum irrationabiliter occupauerunt,postea decidendo ait, quod si ita est, videlicet quod res irrationabiliter occupata fuerit, quamquam ante omnem contentionem possessio ei debuerat violenter ablata restitui,&c.& sic tex.clarè innuit, tantum esse irrationabiliter rem occupare,quantum violenter quò ad remedium possessorium recuperandæ,de quo hic tex.loquitur.¶ Sed quando violenter fuisset res occupata,datur illud interdictum recuperandæ,ergo & quando irrationabiliter.¶Vel ideo dicit irrationabiliter,quia non satis est rem violenter
11 esse occupatam,nisi etiam irrationabiliter.†nam si rationabiliter,licet violenter occupata esset,non cōpeteret possessorium recuperandæ,vt colligitur ex plenè deductis per glo.summæ.3.q.1.& est tex.in c. conquerente. infra eod. spoliatio enim quandoque in bonam partem capitur c.cū bonæ.de æta.& qualita.capit.quod in dubijs.de renuntia. & facit text. cum ibi not. in l.iuste possidet.ff. de acquiren.poss.
12 ¶†Quale autem possessorium recuperandæ in terminis huius tex.intentatum fuerit, iustè dubitari posset.
¶Nam si diceres,fuisse possessorium recuperandæ vnde vi directum,quod est priuilegiatum,iuxta c.fin.de ordi. cogni. & l.si quis fundum. C.ad l.iul.de vi publ. cum simi. hoc verum esse non videtur;quia contra tertium possessorem etiam malæ fidei non datur, nisi spolium de eius mādato factum fuerit, vel eius nomine & postea ratum habuerit d.c.cum ad sedem sed non constat,ecclesiam hic spoliauisse,nec mādauisse, nec ratum tacitè, vel expressè habuisse,ergo &c.
¶Nec etiam dici potest vtile interdictum vnde vi intentatum fuisse,quod datur pro facto familiæ seruorum,vel eorum,qui loco seruorum habentur,vel ex facto filiorum familias,vt dixi.s.per d.l.1.§.familiæ.& in §.si filiusfamilias vbi etiam pro facto mercenariorum ad hoc conductorū contra dominum intentari potest.
¶Non enim constat hos homines fuisse seruos,seu loco seruorum,vel filios ecclesiæ,capiendo filiosfamilias propriè, vt in d.§.si filiusfamilias, nec etiam fuisse mercenarios, ergo &c.
¶Et si diceretur, hic fuisse intentatum remedium canonis. d.c.sæpe. vt videtur fuisse de mente do. Anto.hic in 1.nota.quia dum dicit,de iure canoni.pro qualibet irrationabili occupatione possessorium recuperandæ competere,& remittit se ad not.in d.c.sæpe.videtur innuere, non loqui de interdicto vnde vi,quod est inuentum a iure ciuili, & non a canoni.vt in d.c.sæpe.sed de illo remedio & possessorio,quod per ius canonicum in subsidium,& vltra ius ciuile inuentum fuit,quod est possessorium recuperandæ ex canone.d.c.sæpe.vt ibi.Hoc multiplici respectu stare non posse videtur.Primò:quia ex hoc tex.non apparet,quòd ecclesia rem inuasam & occupatam tenuerit & habuerit,nec etiam quòd illam scienter,hoc est cum mala fide tenuerit, ergo illud remedium ex canone.d.c.sæpe.hic intentatum dici non potuit per illum tex.
¶Posset tamen huic vltimo replicari,quòd ex hoc textu satis innui videtur,ecclesiam tenuisse campum inuasum, ex quo eius nomine de iure & proprietate sua opponebatur.
¶Item sciuisse campum fuisse occupatum,& sic eam in mala fide fuisse;quia cum saltem respectu possessionis sciuerit campum non esse suum,scire debuit esse alienam,argum. l.fina. C.vnde vi.
¶Secundò,& fortius dicendum videtur,hic non fuisse intentatum remedium.d.c.sæpe.quia illud,vt omnes glo.& docto.attestantur ac volunt,post hoc inuentum fuit.antequam erat incognitum, & cum tempore huius tex.nōdū fuisset introductum vt ex ordine patet,de eo tex. iste diuinare non potuit iuribus vulga.
¶Dicendum est ergo,quod in terminis huius literæ fuit intētatum remedium c.reintegranda.3.q.2.quod a iure canonico etiam ante huius decretalis dispositionem inuentum
13 fuit,vt ibi,& est remedium valde antiquum,†& datur pro recuperanda possessione amissa quomodocunque absque facto & culpa possessoris,& contra quemlibet possessorem etiam tertium,& bonæ fidei, vt ibi plenè dicitur, & nota. per docto.& per do.Anto.in d.c.sæpe.Et ideo dicitur esse remedium,seu possessorium generale recuperandæ possessionis,& concurrit cum quolibet alio speciali remedio,seu possessorio restituendæ seu reintegrandæ,& recuperandæ, vt dicit dominus Antonius in d. c. sæpe. in septima colūna.in versi.Aliud est remedium.
¶Posset etiam dici in casu huius literæ fuisse intentatum possessorium recuperandæ directum & speciale, quod appellatur interdictum vnde vi,de quo in d.c.cum ad sedē. & per totum.ff.de vi & vi arma. & C. unde ui.secundùm quòd dixi & declaraui.supra in primo notabili.
14 ¶†Item ex verbis Anto. hic male per Abbatem relatis colligitur, quòd aliqua sunt possessoria recuperandæ de iure canonico, seu ab eo inuenta, quæ de iure ciuili incognita sunt.Item quòd aliqua ante ius canonicum a iure ciuili inuenta fuerunt,& hoc clarius ponit dominus Antonius, & ibi per alios habetur in d.c.sæpe.
15 ¶†Et dicit glo.magna.in c.pastoralis.s.titulo proximo. quod pro recuperanda possessione duplex remediū datur, videlicet interdictum vnde vi,& interdictum quod vi aut clam, quæ glo. inquantum de interdicto vnde vi exemplificat, bene loquitur, quia illud est recuperandæ, & restituendæ possessionis, vt insti.de interdic. §. recuperandæ, & in l.1.§.recuperandæ.ff.eod.sed in quantum exemplificat de interdicto quod vi,aut clam,nō rectè sentit;quia illud nō est recuperandæ possessionis,sed est restitutorium,hoc est destructorum operis præteriti,& iam facti,vt in l.1.§.1 ff. de noui ope.nuntia.& in l. prima.& per totum.ff.quod vi, aut clam.& dicit Barto.in l.prima.ff.quod vi,aut clam.interdictum quod vi aut clam competere pro vi compulsiua, interdictum verò vnde vi pro vi expulsiua, vt notatur in l.metum.§.primo.ff.quod metus cau. Vtrunque tamē noxale dicitur, quoniam vtrumque ob delictum & factū eorum datur, quos in potestate habemus, veluti cum ipsi deiecerunt,uel ui,aut clam opus fecerunt,nobis enim tūc licitum est dare seruos pro noxa.ut in l.fin.ff.de interdic.
¶Itaque in iure unum tantùm directum interdictum recuperandæ inuenio,quod est unde ui,interdictum autem de precario non est propriè recuperandæ,sed restituendæ possessionis, ut in l.secunda.§.hoc interdictum. & in l. quæsitum.§.ex hoc.ff.de precario. quia uis expulsiua propriè non interuenit,ut in dicto.§.recuperandæ.
16 ¶Et quamuis vnicum tantum†sit propriè interdictum recuperandæ, tamen plura alia sunt possessoria, seu remedia possessionis recuperandæ de iure ciuili,vt est condictio ex l.si quis in tantam.C.vnde vi. Item condictio ex l.non ab re.C.vnde vi.& ex l.penul.C.locati.vbi si is,qui conducit. seu precario, vel aliter alteri possidet, finita locatione vel reuocato precario, denegat rem restituere vsq; ad sententiam,tenetur tanquam inuasor,& conueniri potest condictione ex illa lege ad instar interdicti vnde vi, vt in dictis iuribus, si verò sententia contra eum lata non esset, & sic tem simpliciter restituere denegares,tunc contra eum agi potest condictione ex l.si quis conductionis.C.locati.contra rogantem verò precario interdicto de precario,vt.ff. de precario. Quod dicitur esse remedium simpliciter restitutorium, ex quo ius nec verè, nec fictè interuenire dicitur, vt supra.¶Præterea, aliud est remedium possessorium recuperandæ de iure ciuili, videlicet quando quis scienter & mala fide possessionem vacantem ad se non pertinentē inuasit,& occupauit,quia contra eum competit condictio ex l.fina. C. vnde vi.& non interdictum vnde vi, vt in dicta.l.finali. ¶ Item aliud est remedium recuperandæ possessionis,quod datur contra eum, qui prætextu rescripti, vel sententiæ,non seruato iuris ordine,nec citato possessore alienam possessionem ingreditur & occupat, quia contra illum datur condictio ex l.meminerint. C.vnde vi.
¶Aliud est remedium l.si coloni.C.de agricolis & censitis libro undecimo,ut ibi habetur,& secundùm quod declarat dominus Antonius in dicto capitulo sæpe in septima columna.
¶Hæc omnia remedia sunt a iure ciuili introducta,& ea quæ dixi esse restituendæ possessionis simpliciter, ut in casu dictæ.l.si quis conductionis. & quando precarium fuit reuocatum,seu alius,qui possidet alteri,denegat restituere ante sententiam dicas,largè loquendo,posse dici esse remedia quoque recuperandæ possessionis, dicta l.nō ab re.
17 ibi,recuperare,& ibi eam recuperantibus,†quoniā omnia possessoria recuperandæ dicuntur esse restituendæ,sed nō econtra,omnia illa quæ sunt restituendæ,dicuntur esse recuperandæ,appellantur enim recuperandæ possessionis, a persona agentis, & petentis restitutionem possessionis, quam ipse prius habebat,& vi,aut clam eam admiserat, ut in d.

in d.§.recuperandæ. cum similibus. Appellari etiam possunt restitutoria ex persona rei, qui rem, seu possessionem restituere tenetur,& cogitur, vt ibi. Restitutoria verò simpliciter, seu restituendæ possessionis sunt illa, quæ ei etiam dantur, qui nunquam possessionem habuit, & illa nunquã fuit priuatus, contra eum, qui possidet, vt illam restituat,& sic appellantur ex persona rei conuenti, contra quem agitur, vt restituat, sed respectu agentis non dicuntur esse recuperandæ, nec restituendæ, sed adipiscendæ, vt probatur in §.adipiscendæ.insti.de interdic.in l.2.§.adipiscendæ.ff.eod.denominantur autem semper a persona agentis, non autem ab effectu, vt in dictis iuribus.

¶Aliqua tamen sunt possessoria, seu remedia simpliciter, & duntaxat adipiscendæ,& nullo respectu restituendæ, vt est remedium l.fi.C.de edic.diui.adria.tol.

18 ¶†Sunt etiam aliqua alia remedia possessoria recuperandę possessionis a iure canonico inuenta, & a iure ciuili incognita, vt est remedium, seu condictio ex canone d.c.redintegranda. cum simi. Item vt est remedium seu condictio ex canone d.c.sæpe.

¶Est etiam aliud remedium possessorium recuperandæ, quod dicitur esse officium iudicis nobile & competit imploranti restitutionem in integrum, quando quis per absentiam rem & possessionem suam perdidit, ad illam recuperandã, vt per gloss.in summa. 3.quæstione.2.in fi.verbis, & optimè per Anto.& alios in d.c.sæpe.in fin.penul.col.per Abbatem in d.c.cum ad sedem.& per domi.meum Soci.in l.rem, quæ nobis.ff.de acqui.posses.

19 ¶†In tertio notabili, ex verbis Abbatis colligitur, quod interdictum vnde vi,& sic possessorium recuperandæ competẽs spoliato dicitur esse introductum in fauorem & priuilegium spoliati principaliter.vt in c.fin.de ordi.cogni.c.penulti.2.quæstione.2.ibi, quia non habet priuilegium.c.prius.3.quæstione.2.l.si quis.& ibi Bar. C.ad legem Iuliam de vi publi.qui declarat, quid sit dicere. Ante omnia spoliatus est restituendus, hoc est ante omnem aliam quæstionem conuentionis, seu reconuentionis, siue principaliter, siue incidenter, vt hic. Facit ca.j.de restitutio. spolia. in sexto.ibi, habet enim priuilegium spoliatus, vt non possit exui iam nudatus, clementina pastoralis. de causa possessio.& propriet.& l.momentaneæ.cum ibi notatis.C.vnde vi. Et consequenter infertur, quod istud possessorium, quamuis odium spoliatoris continere dicatur, clementi.1.de causa possessio.& proprieta. & per totum.2. quæstione.2.& in l.inuasor.C.vnde vi.cum similib. Tamen dicitur & iudicatur esse fauorabile, ex quo principaliter in fauorem spoliati introductum fuit, argumento.l.qui exceptionem, in principio.ff.de condictio.indebi. Et ideo in tali remedio habebit locum extensio ex identitate rationis. ca.odia.de regulis iuris in sexto.cum similibus. Quod tamẽ videtur contra l.fina.C.vnde vi.& cap.sæpe.infra eodem titulo. vbi de eo non fit extensio de casu ad casum, nec de persona ad personam etiã ex similitudine rationis. Et ideo dicas: quòd respectu personæ agentis, in cuius fauorem fuit introductum, dicitur esse fauorabile, vt supra. & ideo extendendum.

¶Sed respectu personæ inuasoris, ac rei conuenti, in cuius odium fuit introductum, dicetur odiosum,& ideo non extenditur, vt in dicta.l.fin. & in dicto cap. sæpe.vbi casus.

¶Et ad propositum facit, quod voluit glossa in l.3.C. de in ius vocan.in verbo, libertis.in finalibus verbis, quæ semper ad hoc allegatur, quòd materia, quæ est partim fauorabilis, & partim odiosa respectu diuersarum personarum, extenditur, quatenus est fauorabilis,& restringitur, quatenus est odiosa.

20 ¶†Secundò colligitur, quòd spoliatus huic suo priuilegio renuntiare potest, & expresse, vel tacitè consentire, quod omissa causa restitutionis, & spolij cognoscatur etiam per viam exceptionis,& incidenter super dominio & proprietate, vt hic est textus, qui semper ad hoc allegatur, vt per Innocen.in cap. cum Bertoldus. de re iudicata. & Bartol. in d.l.si quis.& Innocen.hic inquit, ideo omissa causa spolij processum,& cognitum fuisse super iure & proprietate ecclesiæ, quia partes ita conuenerunt.

¶Idem voluit Bald.in l. ordinarij.C. de rei vendi.& facit quod voluit Innocentius in capitul. super hoc in secunda colum. de renuntiationibus. ibi, si autem aliàs &c. per textum in l.si vnus.§.pacta, ff. de pactis. Nam cuilibet fauori suo renuntiare licitum est l.si quis in conscribendo. C. de pactis. ¶Nec obstat tex.in capitu.sequenti, vbi si iam spoliatus renuntiauerit, propter hoc suum priuilegium nõ amittit: quia debet intelligi, quando renuntiasset dominio, & causæ proprietatis suæ, vt loquitur ille tex. vbi spoliatus ecclesiæ,& beneficio renuntiauerat, ita etiam uidetur velle gloss.summæ.tertia quæstione prima.ibi, vel pacti,& sequitur Abb.j.in capi.sequen.nam possessorium & petitorium inter se diuersa sunt, nihilque commune habent l.naturaliter.§.nihil cõmune.ff.de acquirẽda possessione.ergo &c.

¶Item spoliatus tacitè priuilegio suo renuntiare dicitur, quando pars aduersa de dominio opposuit,& admissa fuit ad illud probandum,& super proprietate procedendum, sciente, & non contradicente ipso spoliato, sed tacente & permittente,& hoc modo etiam tex. iste intelligi potest ibi tamen quia Euentus diaconus ipsius ecclesiæ consentiente illo constituit se probaturum &c.

¶Nam consentire quis etiam tacitè dicitur. quando est pręsens, tacet & admittit: quia non contradicit aliquid ad suũ
21 præiudicium in iudicio fieri.† Nam in iudicialibus ille q est præsens, & tacet, consentire dicitur etiam ad sui præiudicium, vt voluit Barto.in l.quæ dotis.ff.soluto matrimonio, facit lege, cum ostendimus.ff. de fideiusso.tuto.Barto. in lege prima.C.de relatio. in l.ne in arbitris.C.de arbit. Alexand.in l.prima, in principio.ff.de verborum obligationibus.& ita in terminis voluit Barto.in d.l.si quis ad se fundum.qui etiam ubi dicit, quòd licet hoc iure ciuili non sit cautum tamẽ ita probari potest, quia sicut se habet exceptio quoad actionem, ita replicatio quoad exceptionem, vt in l.2.ff.de exceptionibus. sed si exceptio actioni non opponatur actio non impeditur,& procedit, ergo idẽ si ipsi exceptioni replicatio non opponatur, facit quod voluit Innocen.in capitulo constitutus.de filijs presby.vbi si spoliatus in iudicio spolij interrogatus super dominio cõfiteatur se non esse dominum, sed aduersarium, & sic admittat exceptionem dominij, illique adhereat, per suam confessionem priuilegio suo renuntiare censetur, & ante
22 omnia non est restituendus, † imo per ea quæ statim dicam iudex forte in hoc casu ex suo mero officio restitutionem denegare posset, cum per confessionem factam in iudicio notorie constare dicatur & de dominio aduersarij, & de illicita vsurpatione,& retentione rei, si illi fieret restitutio, & ideo ratione peccati iudex ex suo officio restitutionem denegare posset argumen. capitul. primi, de conuer.coniuga.& in capitulo primo.de diuortiis.secundùm domi. Antonium.& hic per Abba.

23 ¶† Ac etiam quia vbicunque notorie constat de non dominio spoliati, sibi non est facienda restitutio, gloss.in capitulo secundo, eodem titulo in 6.in versi.præsumatur.in fi.verb.& hic per Imolam in glossa, per textum in capitulo, significasti.vbi Innocentius de diuortiis.& in capitu.pastoralis.supra titulo proximo.glossa in summa, tertia quæstione prima.

¶Sed per confessionem factam in iudicio res fit notoria, capitulo vestra.capitulo finali.de cohabitatione clericorũ & mulierum.ergo &c.faciunt ad hoc illa quæ statim infra in sequenti notabili dicentur.

¶Et huiusmodi renuntiatio tacita vel expressa intantum agenti spolio nocet, quòd stante ea, iudex ex suo officio nõ posset supplere,& facere, vt spoliatus, nõ obstante illa renũtiatione restitui deberet, quoniam spoliatus restituitur, si hoc petierit,& non ex mero officio iudicis non implorato, vt hic per glossam primam & dominum Antonium. Quod vltimum verum est, nisi immineret periculum ani
24 marum, si restitutio non fieret, † quoniam ob euitandum huiusmodi periculum iudex ex suo officio, etiam parte nõ petente, restitutionem facere posset, capitulo primo, de cõuersione coniugatorum. & not.in capitulo primo, de diuortijs.facit quod voluit glossa prima in fina.verbis, infra eodem titulo.per textum in capitulo literas, infra eodem titulo.

¶Et secundùm prædicta debent intelligi notata per glossam in capitulo, quia præsulatus, prima quæstione quarta, quæ voluit, iudicem ex suo officio non implorato, neque facta petitione per spoliatum posse restitutionem facere, quando videlicet periculum animarum immineret, nisi restitutio fieret.

¶Facit, quod voluit Archidiaconus in capitulo, notum.secunda, quæstione 1.

¶In quarto notabili ex verbis Abba. facio duas conclusiones.
25 †Prima sit, quod quando de dominio spoliatoris conuenti super spolio constat per testes, qui ad hoc probandũ a spo-

a spoliato admissi fuerunt, restitutio ipsi spoliato denegari potest, est enim ei imputandum, qui aduersarium ad dominium suum probandum admisit, vt hic est text. cum glossa 1.

¶Istud forte posset intelligi, quando per testes pro parte spoliatoris rei conuenti productos ad probãdum exceptionem dominij oppositam, patiente, seu consentiente spoliato, vt hic habetur, de dominio constaret, secus si pro parte spoliati gentis testes producti fuissent ad probandum intẽtionem suam super spolio, nulla facta exceptione dominij, & illi de dominio rei conuenti probassent, vel etiam per testes productos ex parte rei, & spoliatoris incidenter de dominio probatum fuisset: vt quia ad alium finem, quàm ad probandam exceptionem dominij non oppositam producti essent: quia tunc licet de proprietate spoliatoris per eos constaret, tamen ob hoc restitutio non denegaretur, per hunc textum a contrario, tunc etiam quia ad hoc vt probatio dominii restitutioni obstet, requiritur quòd fuerit facta super exceptione dominii per spoliatorem reum opposita, & per spoliatum admissa, vt est text. & per Barto. in d. l. si quis ad se fecundum. ergo si aliter probatio per testes facta fuerit, restitutio impediri non poterit, quia ante omnẽ aliam quæstionem, & causam, seu cognitionem spoliatus est restituendus, nisi sibimet præiudicauerit cap. super spoliatione. de ordi. cogni. cum similib.

26 ¶†Præterea, testis extra capitula examinatus, & interrogatus non probat, vt colligitur ex capitu. per tuas. & ibi Innocen. de testibus. & est glo. in ver. admittat. in l. si quis. §. fina. ff. de petitione hæreditatis. Barto. in l. si quis legatum. in vltima colum. ff. de falsis. in l. 1. §. diuus. Iulti. ff. de quæstion. & in l. si duo. §. idem Iulianus. ad finem post gl. Alex. alios. ff. de iureiurand. & ibi Modernis. & per Bart. in l. ij. in fin. C. qui legitimam perso.

27 ¶†Secunda conclusio, quòd si de dominio constat per confessionem rei conuenti, & sic spoliatoris, restitutio similiter ipsi spoliato agenti deneganda est. Si Abb. ita intelligere voluit, vt verba eius sonant, & in libris impressis cõmuniter habentur, quæ sunt hæc, idem si constat per confessionem ipsius rei, vt per Innocen. &c. Profecto malè, & perperam loquitur; quoniã falsum mihi esse videtur, quòd quando per spoliatorem de dominio oppositum fuit, & de eo ꝑ confessionem ipsius spoliatoris constet, spoliatus non sit restituendus.

¶Primò: quia hoc modo restitutio ferè semper impediri posset. Nam semper per confessionem spoliatoris de dominio constare posset. Præterea, non sufficit spoliatorem dicere, vel allegare, seu confiteri se dominum, nisi talis exceptio fuerit admissa & probata, vt hic est text. Vnde opinor verba Abbatis esse corrupta, & mendosa, & hoc modo stare debere, idem si constat per confessionem de dominio ipsius rei, vt per Innocen. in ca. constitutus. de fil. presby. & tunc sensus erit, quod si de dominio ipsius rei constat ꝑ confessionem ipsius spoliati agentis, restitutio impediri potest, & hoc in se est verissimum, quia, si quando per testes constat, impeditur, ergo a fortiori per confessionem partis & spoliari. Ita loquitur Innocen. in d. c. constitutus, & facit quod habetur per domi. de Rota in decis 408. & 40021. in antiquis. qui loquuntur, quando per confessionem spoliati de iure & proprietate spoliatoris constaret.

¶Debet ergo intelligi, id quod dicit Abb. de confessione, quando spoliatus agens super spolio quoquo modo confiteretur, se non esse dominum, sed aduersarium; quoniam per suam confessionem factam in iudicio, siue extra, parte præsente, & acceptante coram testibus, quæ plenam probationem facit, vt per Abb. & alios in cap. at si cleri. de iud. in princi. constaret, quod ipse spoliatus rem absque periculo animæ tenere non posset, argumen. ca. cum tu. de vsu. c. si res. 14. q. vltima. & c. fina. de præscrip. Item ex quo per cõfessionem factam in iudicio notoriè constaret de dominio aduersarij, vt. s. restitutio ipsi spoliato denegari posset per

28 prædicta. ¶†In vltimo nota. Abb. ex suis verbis colligitur, quod priuilegia, quæ spoliatus violenter sua possessione habet iuxta clem. 1. de cau. pos. & proprie. sibi competunt, siue spoliatus agat cõtra priuatum, & laicum, siue laicus spoliatus contra ecclesiam super spolio, vt hic est text. per quẽ ergo hoc dictum sequor, tum quia ecclesiis ita fauorabiles esse non debemus, vt contra iustitiam alii ius suum denegetur, argumen. capitu. nuper. de don. inter virum & vxo. & c. ex tenore. de foro competen. tũ quia ecclesia, quæ auctrix & cultrix iustitiæ esse debet, aliquid contra iustitiã ad alterius præiudicium fieri pati non debet, capitulo primo. §. sed diuersum. de alie. feud. tum quia in delictis minoribus non subuenitur, & consequenter nec ecclesiis. l. si ex causa. §. primo. ff. de minoribus. l. sed & si. §. ait prætor. ff. ex quibus causis maiores. iuncto capitu. primo. de restitutione in integrum.

¶Ad prædicta facit, quod voluit glo. in capitu. secundo, eodem titulo. in 6.

¶In glossa prima, quæ in se est satis clara, sed multùm notabilis, & pulchra, Abb. notat, maximam differentiam inter interdictum vnde vi, & alia interdicta adipiscendæ possessionis, siue exhibitoria, de quibus in §. adipiscendæ. & in §. exhibitoria. institu. de interdic. & in l. prima, & secunda. cum ibi nota. ff. de interdic. & rationem differentiæ ponit & examinat, vt latius hic per eum. Ex cuius verbis post hãc gloss. facio duas conclusiones.

29 ¶†Prima sit, quòd contra agentem interdicto recuperãdæ possessionis exceptio dominii opponi non potest, quam opponens offerret, & vellet incontinenti probare, & consequenter agenti huiusmodi possessorio non dicitur obstare exceptio dolo facis, quia petis, quod statim restiturus es, de qua in l. dolo. ff. de excep. doli. Nec illa exceptio, hodie cõstat de dominio, hodie agatur, iuxta. l. si is a quo. in princip. cum ibi notat. ff. vt in pos. leg.

30 ¶†Secunda conclusio sit, quòd in interdictis adipiscendæ possessionis & in aliis exhibitorijs de iure exceptio dominij opponitur, & admittitur, quam opponens incontinenti probare offerret, & vellet, secus si incontinenti non probaretur, vt hic per gloss. quæ plura iura allegat, & habetur per glo. & doctores in l. secunda. C. de edic. diui Adria. tollen. cum similibus. l. tertia. §. summatim. ff. de carbo. edicto. & ex his duabus conclusionibus maximam differentiam habes inter interdicta recuperandæ, & interdicta adipiscendæ, & exhibitoria.

¶Primam conclusionem voluit gloss. quæ sic debet intelligi, in cap. super causa. 2. quæstione 3. sequitur glossa nostra, & in c. literas. ȷ. eodem titul. & hoc tenet dominus Antonius, Ioannes de Imola & aliis hic, & est communis opinio, quæ probatur per textum in dicto capitulo, literas, in. §. præterea, vbi si inter virum & vxorẽ super spolio matrimonii agatur, & mulier conuenta exceptionem consanguinitatis opponatur, quam offerat incontinenti se velle ꝑbare, non auditur, quin fiat restitutio quò ad alia, & non quo ad totum, & hoc vltimum propter periculum animarum, ergo in fauore animæ, & propter eius periculum contra agentem spolio admittitur exceptio dominii, seu consanguinitatis ad impediendam restitutionem, quando talis exceptio incontinenti probari posset.

¶Regulariter secus erit, quando periculum animarum nõ extaret, argu. l. ius singulare. ff. de legibus. cum similibus. & hæc consequentia probatur in dicto capitulo, literas. vbi non obstante huiusmodi exceptione quò ad alia, quæ periculum animarum non continent, restitutio non impeditur.

¶Hoc idem sequitur Bartolus in l. fina. C. quorum bonorum. & in l. prima. C. quorum legatorum.

¶Glossa tamen in l. si de vi. quasi circa finem. ff. de iudic. contrarium velle videtur, hoc esse commune omnibus interdictis possessoriis, vt si exceptio dominii incontinenti ꝑbari offeratur, admittitur, & opponi possit, vt effectũ possessorij impediat.

¶At Dynus in capitulo, qui ad agendum. de regul. iuris. in 6. dictam glossam tenet, & declarat solùm in possessorijs adipiscendæ, & non recuperandæ, & ita sentit Egidius collector decisionum Rotæ conclusione trigesimasexta, alias decimasexta.

¶Sed in contrarium adhuc facit glossa in l. prima. ff. quorum legatorum. in principio, quæ innuit, etiam in possessoriis adipiscendæ non admitti exceptionem dominii, quæ incontinenti probari posset nec illam, dolo facis, quia petis, ꝙ statim restiturus es, de qua supra.

¶Cæterũ hoc non est verum, & contrarium tenuit glossa in l. dolo. ff. de exceptione doli. & Bar. in d. l. fin. C. quorũ bonorũ. & in d. l. 1. C. quorũ legatorum. ꝙ in interdicto quorũ bonorũ, & quorum legatorum, & sic in possessorijs adipiscẽdę exceptio dominij opponi non possit, nec exceptio dolo facis, quãdo altiorem indaginẽ requireret, secus si incontinenti quis se probare velle offerret. ¶Et sic cõis opinio remanet, contra quã tamen si tenere velles, ita vltra prædicta fortiter arguere posses. Nam ratio quare in interdicto

dicto vnde vi non admittatur exceptio dominij, quam incõtinenti quis probare vellet, est quia nemini licet ius sibi propria authoritate dicere, vt hic per Abb. & ideo in odiũ spoliatoris, qui ius sibi propria authoritate dixit occupata re, non potest vllo modo de proprietate sua opponere.

¶At hæc ratio militat etiam in possessoriis restitutoriis adipiscendæ, vt est tex. in terminis in l. 1. ff. quorum legato. ergo in illis quoque idem dicendum est, & hoc probari videtur in l. cum quærebatur. C. unde vi. vbi in possessorio adipiscendæ restitutorio proceditur, vt in interdicto vnde vi, quicquid dixerit ibi Bar. Alioquin necesse erit dicere, vel quod ratio Abbatis hic assignata sit falsa, vel ꝙ idem sit in possessoriis adipiscendæ restitutoriis, quod est in possessorio, vel interdicto vnde vi. In aliis verò possessoriis adipiscendæ non restitutoriis, & in exhibitoriis, id quod, s. per Abb. dictum fuit procedit.

31 †Verùm sequendo communem opinionem, amplio prædictam conclusionem procedere non solum in interdicto vnde vi recuperandæ possessionis. de quo in d. c. cum ad sedem, & per totum. ff. de vi & vi arma. Sed etiam in aliis possessoriis recuperandæ, vt probat. d. c. literas. qui tex. nõ loquitur, quando restitutio peteretur per interdictum vnde vi, de quo loquitur gl. nostra, & Abb. & alii hic, sed de alio possessorio recuperandæ, quia cum ibi ad restitutionẽ vxoris, seu contra vxorem ad restitutionem onerum matrimonii agatur, non potest dici intentatum interdictum vnde vi, quod solum datur pro deiectione facta de re, quæ solo coheret, vt in l. 1. §. ad solam. cum sequen. ff. de vi & vi armata.

¶ Hanc ampliationem sequuntur doctores communiter, do. Anto. Imola Abb. hic, & alij in d. ca. sæpe. j. eod. & legistæ communiter, Alexand. & Moder. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. pos. & in remedio. l. si coloni. C. de agrico. & censi. lib. 11. probat ibi tex. & Bart. Idẽ tenent Inn. Ioan. And. & alii in c. post electionem. de concess. præben. Egidius in sua decisio. 16. & do. meus Soci. in l. rem quæ nobis. in 9. q. in 3. col. ff. de acquir. poss. vbi plenè per eum. & in remedio possessorio recuperandæ. l. si quis conductionis. C. locati. probat ille tex. & ibi gloss. hoc voluit. & idem tenuit gloss. in remedio l. non ab re. C. vnde vi. & l. conductores. C. locati. ¶Sed Bart. in l. si de vi. in vlt. ver. ff. de iud. & in l. eum quærebatur. vnde vi. aliud voluisse videtur, nam dicit exceptionem dominii, quæ etiam incontinenti probari posset, non posse opponi, quando possessorio recuperandæ ageretur pro vera violentia, & pro vi ꝓpriè sumpta, veluti quando violentia personę inferretur, vt in l. j. §. j. & §. interdictum. ff. de vi & vi arm. cum simil. secus si pro ficta, & impropria violentia, puta quæ personæ non esset illata, vt in casu d. l. cum quærebatur & d. l. non ab re. & consequenter etiam in casu. l. penul. & l. si quis cõductionis. C. loca. cum simi. Quod dictum Bart. est pulchrum, si verum esset. ¶At contrarium doctores communiter velle videntur, quòd indistinctè in possessorio recuperandæ exceptio dominii opponi non possit, etiam si incõtinenti probari posset, & consequenter etiam in casu, quo pro violentia impropria, ficta & pręsumpta daretur, & hoc probare videtur tex. iste illum intelligendo, prout iacet, in simplici occupatione irrationabili, & tamen tex. præsupponit, exceptionem dominii regulariter non esse admittendam. ¶Posset tamen illi responderi, quod loquatur in casu veræ violentiæ, quæ personæ infertur, vt ibi, ablata violẽter restitui debuerat. Præterea non loquitur, quando reus vellet, seu offeret se velle incontinenti probare campum esse de iure ecclesiæ, quia reus offerebat se legitimè probaturum, & sic in futurum, non autem incontinenti, sed ex in-
32 teruallo, & ex postfacto, †quia talis est significatio, & natura verborum de futuro, vt interuallum denotent, nisi adijciatur dictio mox, & incontinenti, vt per gl. & ibi Ang. in ver. sed nũquid. in prin. aut. de incest. nup. & Ang. in aut. de nup. in §. si verò excipiet. cum gl. in l. decerminus. C. de sacrosan. eccle. & in l. 1. §. si pecunia. ff. deposi. & in l. iubemus. §. œconomus. vbi doct. C. de sacrosan. ecclesiæ cum simi.

33 ¶†Rursus ad hoc, vt in possessoriis exceptio dominii admittatur, requiritur, quòd excipiens offerat se incontinenti velle probare, argumen. l. si is a quo. ff. vt in pos. lega. & l. 3. §. ibidem. ff. ad exhibend.

¶Non autem sufficeret simpliciter illam exceptionem opponere, & offerre se velle probare, vt in capit. literas. circa finem. j. eodem. cum simi. in glo. allegatis.

¶Sed in terminis huius literæ diaconus excepit de dominio ecclesiæ, & simpliciter obtulit se exceptionem illã probaturum, non autem incontinenti, ideo non fuisset admissa, nisi agens consensisset, ex quibus infertur, hunc textum ad hoc non mereri allegari.

¶Item contra Bart. facit text. cum gl. & ibi Barto. in l. si quis conductionis. C. locati. ubi agenti condictione ex illa lege exceptio dominii opponi non potest, etiam si incontinẽti probanda esset, quoniam secundùm gloss. illam post Ioã. quando lex ordinat, vt prius de possessione conoscatur, & vt ea prius restituatur, tunc exceptio dominii opponi non potest, etiam si opponens eam probare vellet.

¶Sed in veritate ille text. non probat, nisi id quod & hic ꝓbatur; nam potest intelligi, quando quis simpliciter vellet opponere, non autem offerendo se incontinenti probare, vt in terminis dicit glossa ibi & ita, sequendo Barto. in d. l. si de vi. sustineri posset.

¶Verùm alia ratione eius distinctio non placet, sed indistinctè concludendum esse videtur, vt voluit glo. nostra, quoniam par ratio militat in omnibus. Nam ideo in interdicto vnde vi opponi non potest. vt. j. dicetur. ne nudi, & priuati sua possessione habeant contendere, & ne inermes suis inimicis & aduersariis opponere se habeant, quoniã sumptus & expensas in iudicio petitorio, & dominio sufferre non possent, vt per gloss. in ca. oportet per illum textum 3. quæstione 2. in c. 1. eodem titulo. in 6. c. penul. & ꝑ totum. 2. quæstione 2. Item aliæ rationes, quas hic assignat Abb. in interdicto vnde vi, pariter in aliis possessoriis recuperandæ militant, vt ex. j. dicendis apparebit, ergo non est facienda differentia inter possessorium recuperandæ, ꝙ datur pro vera uiolentia, & aliud, quod datur pro ficta, impropria & præsumpta, quicquid dicat Bart. in d. l. si de vi. & ideo hoc habebit locum etiam in remedio l. si colo. C. de agrico. & censi. lib. 11. vt text. ille probare videtur, ibi, oportet celeri reformatione succurri, & tunc causam originis & proprietatis agitari.

¶Item habebit locum in remedio c. sæpe. j. eodem tit. & c. reintegranda, 3. quæstione 1. & generaliter in omnibus aliis possessoriis recuperandæ, præterquam in possessorio. l. fina. C. vnde vi. secundùm opinionem gloss. ibi, & ratio est, quia illud non est simpliciter recuperandæ, sed quodãmodo mixtum, vt per Barto. ibi in vltima colum.

34 ¶†Limitatur prædicta conclusio vno modo, videlicet quando notorium esset de dominio opponentis, & sic notoriè cõstaret, agentem super restitutione non posse rem, quam sibi restitui petit, absq; peccato habere, & retinere, quia tũc admittitur illa exceptio dominii, & illa dolo facis, quia petis rem, quam statim restituturus es l. dolo. ff. de exceptio. doli. iuncta glo. quæ hoc vult, & ita tex. illum intelligit.

¶Ita est de mente Innocen. in c. significasti. de diuor. Imo. hic & in c. pastoralis. s. de cau. possessio. & proprieta. Alexand. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquirenda possessione in 10. limitatione, & gl. in summa tertia, quæst. prima. ibi, & criminis euidentia faciunt not. per Inn. in d. c. constitutus. de fil. presby. & ea quæ supra post Abbatem dixi in quarto nota.

¶Sed videtur, quòd hæc limitatio simpliciter vera nõ sit, vt quando reus conuentus simpliciter de dominio suo notorio opponeret, vel de quo per confessionem agentis in iudicio factam vel aliter constaret, quoniam stant simul, ꝙ conuentus super restitutione possessionis notoriè sit dominus, & tamen agens ante omnia, & ilico sit restituendus, non obstante dominio rei, vt quando spoliatus ius aliquod in re haberet, propter quod sibi licitum esset de iure retinere, & possidere rem, inuito domino, & non obstante eius dominio etiam notorio, vt quando spoliatus esset vsurarius, usufructuarius, feudatarius, seu superficiarius qui naturaliter possideret, cuiusque possessio ciuilem ipsius domini possessionem recognosceret, quia in illa tuendus est ratione iuris, quòd in re habet, vt probatur in l. finali. ff. vti posidetis. iunctis his quæ habentur in l. tertia. §. ex contrario. ff. de acquirenda possessione. & in l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. ff. commodati. & ista probantur in l. prima. §. deijcitur. ff. de vi & vi armata. l. tertia. §. vnde vi. cum sequentibus. eodem titulo. vbi ratione naturalis possessionis vsufructuario & vsuario datur interdictum vnde vi etiam aduersus dominum spoliantem, cuius dominium per confessionem quoque agentis est notorium. ¶Ad hoc ergo, vt exceptio dominij notorij restitutionem impediat, ut supra, requiritur, ꝙ opponatur

ponatur per reum conuentum taliter, ꝙ inferatur nullum ius in re ipsi agenti competere, ut quia dicat, tu non potes agere, seu rem tibi restituere non teneor; quia ego sum dominus, & nullum ius tibi in re competit, per quod rem tenere, & possidere licitum sit; nam si de huiusmodi exceptione & dominio notoriè constaret, tunc limitatio prædicta locum habebit, secus si simpliciter reus de dominio suo opponeret. l. si de ui. ff. de iudic. & hic. l. qui cetu. §. si de ui. ff. ad legem Iuliam, de ui public. iunctis prædictis. Idem si
35 simpliciter de non iure, † & de non dominio agentis, & sic de dominio alterius tertij, quod esset notorium; quoniam tunc restitutio impediri non posset, nam spoliatus dicere potest, quo ad te liberas ædes habeo, & tu de iure alterius opponere non potes, quia tua non interest. l. loci. §. penulti. ff. si serui. vendice. l. fina. C. de rei vendica. & faciunt, quæ habentur per Bart. Paul. de Castro. Alexand. & alios in l. si de eo. in fin. ff. de acquir. possess. & bene inseruiunt ea, quæ ponit domi. meus Soci. in l. rem, quæ nobis. in antepe. colum. ff. de acqui. possess. ad ostendendum, contra agentẽ remedio. c. reintegranda. non posse de dominio opponi, & similiter, ꝙ ipse agens non sit dominus, etiam si offerat se incontinenti uelle probare; quoniam talis exceptio non cõcludit, quia potest intelligi alium tertium esse dominum; nam dicendo, tu non es dominus, per hoc non infertur, ipsum opponentem esse dominum, cum alius tertius dominus esse possit: Ergo propter hãc exceptionem etiam notoriam restitutio impediri non potest; quoniam exceptio dominii, seu illa dolo facit, quia petis, quod statim restituturus es, de qua in d. l. dolo. quę quo ad possessorium recuperandæ æquiparantur, ut hic per Docto. etiam si notoria est, opponi non potest, neque restitutionem impedit in petitorio, quando agens statim alij, tertio & non aduersario restituturus esset vt est glos. in d. l. dolo. iuncta. l. si socer. §. Lucius. ff. solu. matrimo. Ergo nec etiam in possessorio recuperandę impedire debet; quia ea exceptio etiam in causa petitorii opponi potest, ut in d. l. dolo.

¶ Circa secundam conclusionem quæ ex glos. & ex uerbis
36 Abbatis † hic colligitur, ꝙ in possessoriis adipiscendæ, & exhibitorijs exceptio dominii, quæ incontinenti probari posset, opponi potest, vt hic per omnes, & Bart. in l. j. C. quorum lega. & in l. fina. C. quorum bono. & per Dynum in c. qui ad agendum. de regul. iuris in sexto. & secundùm eum, & Aegidium collectorem decisionum conclusione 36. alias. 16. ita debet intelligi gl. in d. l. si de ui.

¶ Contra tamen hanc conclusionem si velles opponere, ita veluti. s. contra primam, arguere posses, considerando rationem, quare in interdicto vnde ui ista exceptio dominii non admittatur, nec illa, dolo facis &c. Nam ratio est, quoniam ex quo quis violentiam intulit, & ius sibi sua authoritate dixit, nullo modo super proprietate auditur, nisi facta prius restitutione, vt hic per Abb. & infra dicetur, sed hæc ratio militat etiam in possessoriis adipiscendę, quę ex parte conuenti sunt restitutoria, vt est interdictum, quorum bonorum, & quorum legatorum, in quibus ille, qui rem hereditariam, seu legatam occupauit, tenetur hæredi, uel legatario restituere; quoniam non potuit ius sibi propria authoritate dicere, occupando rem hæreditariam, seu legatam, ut in l. 1. in princip. ff. quorum lega. & in §. adipiscendæ. insti. de interdic. & illa interdicta sunt adipiscendæ, ut in dictis iuribus, ergo ex identitate rationis dicere debemus in illis non posse admitti exceptionem dominii, quæ etiam incontinenti ꝓbari posset; & hoc probari põt ex tex. iũctis his, quæ uoluit Barto. in d. l. fi. C. unde ui. in ultima colũ. in uers. vel possemus dicere, tenendo, ꝙ in possessorio, & remedio illius legis huiusmodi exceptio dominii nõ admittatur, ex quo in eo ad instar interdicti, unde ui proceditur, & tamen illud remedium quo ad agentem est adipiscendæ & quo ad reum est restitutorium: & hoc ideo erit; quia in eo habet locum ratio illa, de qua supra.

¶ Et ex prædictis inferri potest, conclusionem prædictam procedere in possessorijs merè adipiscendis, seu exhibitoriis, ut in l. 3. §. ibidem. ff. ad exhiben. in l. si is, a quo. ff. ut in poss. lega. & in l. 3. §. causæ. ff. de Carbo. edicto. Ita procedant no. in l. 2. C. de edic. diui Adria. tollen.

¶ Et prædicta sustineri possent, si uera est ratio differentiæ; quam hic Abbas assignat, de cuius veritate tamen statim infra dicam.

¶ Quæro etiam, an in possessorio retinendæ admittatur
37 exceptio dominii, quę incontinenti † probari posset: Dicas, ꝙ in hoc interdicto licitum est articulare de dominio etiã ad effectum uictoriæ, quando probationes super possessione hincinde pares essent, ut per Barto. in d. l. si de ui. ff. de iudic. & in l. si duo. in princip. ff. uti possíde. capit. licet causam. cum ibi not. de probatio. Sed quando probationes nõ sunt pares, tunc allegatio dominii non prodest, sed is obtinere debebit, qui melius de possessione probauerit, vt in dictis iuribus, stant enim simul, ꝙ unus sit dominus, & alius possessor, cum proprietas cum possessione nihil commune habeat. d. §. nihil commune. iuncta l. prima. §. huius autem. ff. uti possíde. Ergo in hoc interdicto quamuis de dominio alterius constaret, nihil obesset aduersario, qui melius de possessione probasset, & ideo frustra de eo opponeretur ad effectum obtinendi; quia frustra fit, quod factum non releuat, seu frustra expectatur casus, cuius nihil operatur euentus, vt in l. hæc stipulatio §. diuus. ff. ut leg. nomine caue. cum simili. ibi no. l. aliquando. §. sub conditione. ff. ad Velleia.

¶ Item quero pro declaratione omnium prædictorum, qua-
38 liter assumatur istud incontinenti, † & ad hoc, ut in possessoriis adipiscendæ, seu in exhibitoriis admittatur exceptio dominij, quam incontinẽti opponens vellet probare, infra quantum tempus probatio fieri debeat.

¶ Quidam, ut glo. in l. si is, a quo. & Bald. in l. 2. C. de edic. diui Adria. tollen. & in l. 3. §. ibidem. ff. ad exhiben. ac plures alii dicunt, hoc relinqui arbitrio iudicis, infra quantum tempus huiusmodi exceptio probanda sit, per tex. in l. 1. ff. de iure deliberan.

¶ Hæc opinio non placet: quia tunc in arbitrio iudicis esse dicitur quando lex uult aliquid infra tempus fieri debere, quod non determinat: nam eius determinatio in arbitrio iudicis erit, & ita loquitur. d. l. j. non autem quando incontinenti & hodie faciendum esset, prout in casu nostro. d. l. si is a quo. Facit quod nota. & ibi tex. in l. quod dicimus. ff. de solutio. & per Bar. in l. ita stipulatus. la grande. ff. de verbo. obliga. cum similib.

¶ Alii, vt Bar. in præallegata. l. si is a quo. & in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudica. & in extrauag. ad reprimen. in uers. summariè. dicit, ꝙ incontinẽti probari diceretur, & ita ad probandum admitti posset, quando infra illud tempus fieret probatio, infra quod processus principalis causæ expediri posset, si talis exceptio opposita non fuisset, per dicta l. si is a quo. Hanc opinionem sequitur Salice. in dicta l. 2. C. de edic. diui Adria. toll. & Alex. in d. §. condemnatum.

¶ Sed mihi nunquam placuit: quia sequeretur, ꝙ in illis iudicijs, & possessoriis. in quibus instantia iuris cõmunis daretur, & illa exceptio dominii admitteretur, ea ꝓbari posset, & opponens ad probandum illam infra triennium, & illud tempus instantiæ admitteretur, quod falsum & absurdum esse videretur: quia sic non diceretur incontinenti probari, nec hodie cõstare, prout videtur velle. dicta l. si is. a quo. & hic per Doctor. communiter iuncta l. 1. §. primo. l. continuus. in princi. ff. de uerb. obliga. & l. duos. §. duo. ff. de duobus reis.

¶ Nec obstat. d. l. si is a quo. quę dicit, hodie cõstat de fideicommisso, hodie agamus, cum antea possit de fideicommisso. hoc est de eius validitate, vel inualiditate, quàm de satisdatione, hoc est de causa principali constare, quia respõdetur, ꝙ cum hodie & incontinenti de fideicommisso cõstare debeat, si statim ab initio causæ principalis constet verum erit dicere, ꝙ de illo ante, constare diceretur, non autẽ infra totum tempus, infra quod de causa principali constare potest, ut supra.

¶ Et ideo credo dicendum esse, istud intelligi debere, vt incontinẽti constare, & probari debeat, prout verba importare videntur, hoc est hodie, & sic statim, quo exceptio fuit proposita, & antequam opponens ad extraneos actus diuerteret, nam sic quid incontinenti fieri dicitur, ut quia ibi, & illico probationes & instrumenta parata habeat, iuxta d. l. continuus. in prin. & d. l. duos. §. duo. & l. 1. §. 1. ff. de uerb. oblig. cum similib. & hoc est, quod vult dicere text. dũ dicit, hodie constat &c. & ita est de mente. Archidia. in summa. 3. q. 1. in uer. incontinenti. c. preterea. cum gl. de testi. cogen. ¶ Et ex prædictis non uidetur verum, quod dicebat Bal. in d. l. 3. §. ibidem. quod incontinenti intelligatur infra triennium per. l. penul. aliàs. l. fi. C. de iudi. ibi illico, id est ĩ. triduum proximum arbitros &c. & refert Arch. in d. summa. 3. q. 1. Nec obstat. d. l. finali. quia lex in casu illius tex. ulterius procedendo ita exposuit, & statuit, unde ad ca-

sum nostrum trahi non debet, in quo propter priuilegium spoliati,seu iudicii summarii possessorii intelligitur eodem die,& sic ante,quam quis ad extraneos actus diuertat,ut su pra,& nota.in d.c.præterea.

¶Et tenendo hanc differentiam,quam ponunt glo. Abb.&
39 Doct. communiter inter possessoriũ recuperandæ,† & possessorium adipiscendæ, quæro de ratione illius Gof. Host. Ioan. Andr.dom. Antonius,Imola,& sic communiter Doctor.dicunt,hoc esse in interdicto & possessorio recuperandæ,quia illud requirit plenam causæ cognitionem, & tam facile non expeditur, vt in capitul. consultationibus.de officio delega.& ideo etiam facile per exceptionem dominii oppositam non expeditur. At alia possessoria adipiscendæ summatim,& de facili expediuntur,& ideo etiam de facili per exceptionem dominii, quæ incontinenti probaretur, impediri possunt.l.3.§. summatim. ff.de Carbon. edicto. d.l.si is a quo.& in d.l.3.§.ibidem.ff.ad exhiben.

¶Abbas hic dicit, hanc rationem sibi non placere, quia nimis generalis est,& necessariò nõ concludit, nec aliter declarat,sed forte uoluit dicere, ꝙ cum interdictum unde vi, & alia possessoria recuperandæ summaria & ipsa sint, & sic de facili expediantur,ut in l.momentaneæ. cum ibi nota. C.unde ui.& in l.unica.C.si de momenta. possess.fuer.appella.& forsitan magis,quam sint possessoria adipiscendæ; tum quia magis priuilegiata sunt,vt dictum est, & patet ex differentia posita hic per gl. & docto. tum quia possessoria recuperandæ expediunt ante omnem quæstionem siue motam,siue mouendam per uiam reconuentionis,aut conuẽtionis,siue principaliter,siue incidenter,ut per Barto.in d. l.si quis ad se fundum.C.ad legem Iuliam de ui pub. & per totum.2.quæst.2.Sequitur,quòd hæc ratio non est generalis;quoniam in possessoriis recuperandæ, & maximè in interdicto unde ui idem esset dicendum,quod in possessoriis adipiscendæ.Et quamuis causa restitutionis,& spolii causę cognitionem exposcat,ut supra. Tamen propter hoc non tollitur, quin sit summaria & de facili sit expedienda,sicut causa possessorii adipiscendæ : quoniam & in summariis causæ cognitio requiritur,clemen.sæpe.de uerbo. signific. ea uidelicet, quam summaria exposcunt. Multiplex enim
40 est causæ cognitio,ut declarat Bar.in l.prima.C.† quorum bonorum. & habetur per Speculato. in titulo de iurisdict. omn.iudic.in §.expedito.uersic.cum uero, & in titulo de summaria cogn.Nam alia est causæ cognitio leuis,seu debilis,& simplex,quæ fit parte non citata,& absente, & non in figura iudicii,ut in casu.l.fina.C.qui admitti.in l.fin.C.de edict. diui.Adria.toll.& in l.seruus. ff.de bonor. possess. & hæc cognitio in aliquo possessorio non adhibetur,nisi ut s. Alia est causæ cognitio summaria,quæ dicitur plena; quia requirit citationem,& litis contestationem, sed omnes exceptiones nõ admittit,quæ regulariter admitti solent,neq; probationes exquisitas plenas & liquidas exposcit, sed solũ ad informandum iudicem, & hæc cognitio in causis possessorijs requiritur,ut in d.l. momentaneæ. in dicta l.unica.& in l.prima. C. quorum bono. & ibi Bartolus.de qua intelligi potest. dicto capitu.consultationis. Alia est causæ cognitio plenior, quæ citationem requirit, & in illa exceptiones etiam altiorem indaginem requirentes opponi possunt,& probationes plenæ,& liquidæ fieri debent,in cuius cognitione ordo causæ ad se ipsam seruandus est,vt per Bar.in d.l.1.cum iuribus per eum allegatis.

¶Præterea hæc ratio communis generalis non uidetur: ꝗa licet uerum sit in interdicto unde vi summariè non procedi,neque sufficere summariam cognitionem, sed plenam. d.capitu.consultationibus.tamen in alijs possessoriis recuperandæ secus erit,in quibus summariè proceditur, sicut in possessoriis adipiscendę,ut est textus.in l.si coloni. C. de agric.& censib.libro 11. ibi bonæ fidei possessori primum oportet celeri reformatione succurri,ergo in aliis possessoriis recuperandę idem,quod in adipiscendæ esset,cuius cõtrarium tamen volunt Doctores communiter,ut supra dictum fuit.

¶Quare Abbas aliam diuersitatis rationem assignabat, ꝙ in interdicto vnde vi,& in aliis possessoriis recuperandæ, ideo reus conuentus super restitutione exceptionem dominii,de qua supra,opponere non potest in odium ipsius, qui ius sibi propria authoritate dicere ausus fuit, propter quod in hoc sicut & in pluribus alijs punitur, ut in l. si quis in tantam.C.unde vi.capitulo cum quis. de præben. in 6. & c.placuit.16.quæstione 6. Nemini etenim licitum est absque uia iuris sibi ius propria authoritate dicere, ut per totum.C.ut nemo in cau.sua iud. & per totum ut nemi.lic. sine authoritat.iudic.& si aliter diceretur, daretur materia occupandi res alienas, & alios propria authoritate sua possessione spoliandi,quod esset absurdum & minimè dicendum.l.non est singulis.ff.de regulis iuris.ca.quanto.de diuor.cum similib.& hę rationes in possessoriis adipiscendę & exhibitorijs cessant,ergo &c.

¶Hæc ratio Abb.non satisfacit; quia non cessat imo habet locum etiam in possessoriis adipiscendæ,quæ ex parte conuenti sunt restitutorii;quoniam in illis agitur contra eum, qui sibi ius propria authoritate dixit,neq; regulariter,exceptio dominii opponi potest,ut in l.prima. in princip.in fin. uer.cum glo.ff.quorum legato.Et tamen Docto.volunt,in illis posse opponi exceptionem dominii, quę incontinenti probari potest.Ergo hæc ratio Abb.nec uera, nec generalis esse uidetur.

¶Præterea,non in omnibus possessoriis recuperandæ,in ꝗbus huiusmodi exceptio dominii opponi non potest, hæc ratio locum habet;nam remedium.d.c.sæpe.& d.c.reintegranda.in quibus talis exceptio opponi non potest,non dãtur propter odium ipsorum, seu in illis odium non consideratur,nec ꝙ quis sibi ius propria authoritate dixerit, vt patet in d.cap.sæpe.ubi non agitur contra uiolentum possessorem,sed contra eum,qui scienter rem a uiolento possessore habuit. Item in d.c.reintegranda. agitur contra illum etiam,qui uim non intulit, nec rem iniustè occupauit,sed qui iusto titulo,& bona fide possedit,& habuit rem ab alio bonæ fidei possessore,ut ibi,& habetur per glossam, & Docto.in d.c.sæpe.& in d.l.rem quæ nobis.ff.de acqui. possess.vbi Bar.& Socin.

¶Vnde sequendo hanc differentiam, de qua per glossam nostram pro illius ratione dici posset,prout dicunt glo. in c.nullus.2.quæstione 2.& in cap.oportet.3.quæst. secũda. quæ per illa iura dicunt spoliatum & eiectum a sua possessione non teneri super alia re,seu quęstione respondere,sed prius restituendum & reintegrandum esse,quia iniustũ, & iniquum foret,quòd is qui spoliatus,& priuatus sua possessione,& bonis esset inermis,& nondum facta restitutione deberet,& cogeretur contendere & litigare, cum nõ haberet,unde sumptus & expensas in litigando super proprietate facere posset.Item dum in hoc statu esset, non haberet hoĩes adeo fauorabilis,& inermis aduersarijs resistere non posset,quia priuilegium non haberet, quo iã ipse nudatus exui posset.d.c.nullus.& facit c.j.de restitu. spoliat.in vj. Et hæ rationes cessant in possessorijs adipiscendæ, in quibus agens non fuit denudatus,sed de nouo possessio acquiritur,& habent locum in omnibus possessorijs recuperandæ,ergo &c.

¶Extra Glossas super solutione.c.cum ad sedem.infra eodem.& eorum quæ habentur per glossam in c.ij. in versi. contra spoliatorem.Abbas hic tria dubia mouet,super quibus plura tangit & examinat.Et super primo,vtrum dominus, seu paterfamilias de facto suæ familiæ, & suorum fa-
41 miliarium, † seu mercenariorum teneatur, ex verbis Abba.plures conclusiones elicio. ¶Prima sit, quòd dominus regulariter de facto familiæ, seu familiarium suorum non tenetur, nisi quando hi in illo officio seu ministerio deliquissent,in quo dominus esset præpositus,& familiæ opera vteretur, quia tunc suo nomine, & insolidum teneretur, vt est tex.in l.j.§.familiæ. cum sequen.ff.de publica.l.vnica.in fi.ff.fur.aduer.nau. & ibi Barto.l. debet. in princip. ff. nau.caupo.stabula.§.si institut.de obligationibus, quæ ex quasi delict.l. ex maleficijs.in fi.ff.de actionibus & obligationibus,& ita sequuntur Antonius, Ioannes de Lignano hic,& fuit dictum Barto. in l.ne quid.ff.de incen.rui. naufra.Ratio est: quia dominus in culpa esse censetur, huiusmodi malos homines eligendo, & illorum opera in tali officio vtendo, & ideo suo nomine, & insolidum ex quasi maleficio tenetur, d.§. fina.l.videamus. in princip. cum ibi not.ff.locati.& in l.cum exhibuissent. in principio.ff.de publica.& ibi glo.& glos.in l.& ita in princip.ff. nautæ,caupon.stabula. Ita intelligatur.d.l.debet. dicta l. ex maleficijs .ubi optimus tex.in d.l.vnica.ff.de furti aduers.nau.

¶Sed contra hanc conclusionem facit l.j.§. si filiusfamilias.ff.de vi & ui ar.vbi quis ex facto, & violentia filij, & mercenarij sui indistinctè tenetur.

¶Verũ dicas,illud procedere,quãdo res, seu vtilitas ad patrem,vel

trem, uel dominum peruenisset, arg. c. cum ad sedem. infra eodem, & hic per Hostien. & Abbat. Ratio est; quia tunc illius mandato factum esse censetur, & præsumitur. c. constitutus. de testi. Bar. & alii in l. de pupillo. §. sed si prætori. ff. de noui oper. nuntiatio.

¶Item contra hanc cóclusionem facit, q; imo dominus suo nomine, & in solidum non teneatur de facto suæ familiæ, cuius opera in ministerio vtitur. Nam quando ipso ignorãte aliud a seruis suis factum fuit, dando seruos pro noxa liberatur, vt probare videtur. l. quoties. §. eos. ff. si ex noxa. causa aga. bonus text. in l. unica. §. serui. ff. fur. aduer. nau. l. prima. in princip. ff. si fami. fort. fecisse dicatur, quæ iura loquuntur etiam de seruis per dominum ad aliquod officiũ deputatis, & tamen dominus dando seruos pro noxa liberatur. l. fi. ff. de interdict. cum similib.

¶Quare pro declaratione dicas, q; aut familiares erant liberi seu alieni serui, & tũc dominus propter malam suam electionem de facto & delicto ipsorum suo nomine, & in solidum tenetur, ut supra in iuribus pro conclusione allegatis. Aut sunt serui proprij, quorũ opera dominus in aliquo ministerio utebatur, & tunc si illi aliquid in eo officio sciente domino commiserint, vel deliquerint, dominus suo nomine, & insolidum tenetur. l. 1. in princip. cum simili. ff. si famil. furt. fecis. dicatur. l. miles. §. decem. ff. de re iudica. & per totum. ff. de noxa. & hoc modo potest intelligi. d. l. videamus. Si uero illo ignorante, & tunc si is, qui damnum passus fuit, petat illos per dominum exhibendos esse prout ex edicto de publicanis tenetur, si non exhibeantur, dominus suo nomine, & in solidum conueniri potest, si autem exhibeantur, vel nõ fuit petita; exhibitio suo nomine, & in solidum non tenebitur, sed noxali nomine, quia soluendo seu dando seruum pro noxa liberabitur, ut in l. prima. in princip. & in §. finali. cum l. sequen. iunctis ibi no. ff. de publica. dicta l. vnica. §. serui. ff. furti aduer. nau. vbi tex. rationem assignat; quia dominus in hoc casu dando seruos pro noxa liberatur. l. fi. §. hoc autem. ff. nautæ, caupo. stabul.

¶Limita prædictam conclusionem quod dominus, ut supra ex facto suę familiæ tenetur, ciuiliter, scilicet ad emendationem damni, & ad pœnam parti applicandam per uiã actionis, & sic ciuiliter, non autem criminaliter per uiam accusationis, vt pœna fisco applicanda esset, iuxta quæ habẽtur per Bar. in l. agraria. ff. de termino amoto. in l. fin. ff. de furtis. & ff. de priua. delict.

¶Hæc limitatio probatur per l. ne quid. iuncta gl. ff. de incẽ. rui. naufra. & ibi Barto. & Abbas, & Antoni. hic, & ad propositum induco. §. fin. Insti. obliga. quæ ex qua. delict. & l. ex maleficijs. in fin. ff. de actionibus & obligatio. vbi dicit, q; nautæ, caupones & similes pro facto suæ familię ex maleficio non tenentur; quoniam ipsi nullum maleficium commiserunt, sed ratione culpæ eorum, de qua supra, ex quasi maleficio, & sic ciuiliter tenentur, ut ibi, & argumen. l. fin. ff. de furtis. & ff. de priuat. delictis. & c. fina. de iniurijs, & damno datis.

¶Secunda conclusio sit, q; si quis sit præpositus ad custodiã

42 alicuius loci, puta domus, † arcis, seu territorii, & eius familia, vel mercenarii, quorum opera in custodiendo vtebatur, robariam, furtum vel aliud maleficium in illo ministerio, & officio commiserint, tunc dominus ciuiliter suo nomine insolidum pro illa robaria & delicto tenetur. d. l. prima. §. familię. & Barto. ibi. l. quantæ. §. familiæ. ff. de publica. l. unica. ff. furti aduer. nau. cum similibus supra allegatis, & hic per Abbatem & per Bartolum in d. l. nequid. ff. de incen. rui. naufra.

¶Sed circa hanc conclusionem dubito, vtrum in hoc casu dominus de facto omnium suorum familiarium teneatur ad vero solum de facto illorum, quos ad officium custodię adhibuit, & quorum opera in eo vtebatur, & de mente Abbatis hic inferendo ex prædictis, ubi voluit, dominum solũ teneri ex facto illorum, quorum opera vtebatur in officio, ad quod propositus erat, idem videtur esse in terminis huius conclusionis; quia illatio ex diuersis non fit, iuribus vulgar. Item quia ipse allegat. dicta l. 1. §. familię. qui textus in terminis ita loquitur, & dictum Doctor. secundum iura, quæ allegat, intelligi debet Bartolus in l. non solum. §. liberationis. ff. de libera. legat.

¶Si Abbas ita dicere voluit (iudicio meo) male intelligere videtur: quoniam videtur esse concludendum, q; quando quis recepit custodiam expresse, uel tacitè, tenetur ad custodiam ex natura officij, quod habet, seu ex legis dispositione, quod ipse teneatur de facto nedum eorum, quorum opera in illo officio vtitur, sed etiam aliorum suorum familiarium, quin imo etiam extraneorum ratione custodiæ, quam aduersus omnes præstare tenetur. Ita est de mente Bar. in d. l. vnica. §. serui. & in d. l. ne quid. per illum textũ, qui optimè probat, dominum teneri de ablatis in suo fundo a quocunque tempore naufragii, quo tempore lex custodiam locorum in dominos transtulit. Hoc etiam probatur per d. l. vnicam. §. q; si receperit. Nam custodiam recipiendo periculum custodiæ subiit, & consequenter indistinctè de omni periculo, & sic de facto omnium tenetur. Melius probat. l. prima. in fi. cum sequen. & ibi per totum. ff. nautæ, caupones, stabula. ubi pro eo, quod tales receperint custodiendum expresse, vel ex legis dispositione, & sic tacitè ex eo, quod in stabulum, vel hospitium immissum fuit, de facto omnium etiam ad illud ministerium non deputatorum, & sic extraneorum quoque tenentur, non distinguendo, an sint serui sui, an liberi homines, & an ibi sint perpetuò, an verò ad tempus, ut ibi, & nota. in §. nautum. cum §. sequenti. & ex quo dominus ratione suæ custodiæ tenetur, dando seruos suos pro noxa non liberaretur, quando ipsi fuissent delinquẽtes, sed suo nomine, & insolidum teneretur, vt in l. tertia. §. item si seruus. ff. naut. caupo. stabula. iũcta d. l. vnica. §. quod si receperit. cum ubique nota. & hoc modo saluari potest id, quod voluit glossa per illum text. in d. l. ne quid. & intelligi. d. l. videamus. in principio, cum ibi nota. ff. locati. & l. 2. §. domini etiam prædiorum. C. de his, qui latr. &c.

¶Non obstant no. per Bartolum in d. §. familiæ. per illum textum, qui uult officialem & dominum solum teneri pro facto illorum, quorum opera in illo officio vtitur, & etiã. dicta l. unica. & l. prima. ff. si famil. furtum feciss. dicatur. cum similibus, vbi idem probatur. Quia respondetur, hæc procedere, quando quis non tenebatur saluum facere, nec custodire, ex pacto, vel ex legis dispositione, prout lex in aliquem custodiam transferre potest, sicuti & pactum, argumẽto eorum, quæ in simili uoluit Bartolus in d. §. familiæ. & probatur in l. prima. in principio. ff. ad Syllanianum. & est textus clarus in d. l. 1. in fin. cum sequent. ff. nautæ, caupones stabul.

¶Nec prædictis aduersatur. l. qui mercedem. cum sequent. ff. locati. ubi qui pro certa mercede ad custodiam recepit, de facto suo teneretur, non autem de damno ab alio dato; quia respondetur, illum textum debere intelligi de damno ab alio dato casu fortuito, ut ibi per glossam. Paul. de Cast. & alios, & sic prædicta potius, quam contrarium probat.

¶Tertia conclusio sit, quod potestas capitaneus, seu officia-

43 lis alicuius loci, † vel ciuitatis de delicto & facto suorum officialium tenentur, quorum opera in illo officio utebat̃. Ita est de mente Abbatis hic qui ex prędictis infert, & uoluit Barto. expresse in dicta l. prima. §. familię. per illum textum. & in dicta l. debet. in principio. ff. nautę, caupones, stabula.

¶Et pro hanc conclusione Abbas adducit. l. si post. C. de assessor. qui textus secundum vnam lecturam glossæ (iudicio meo) non probat; quia uult; iudicem finito officio teneri exhibere ad querimoniam prouincialium familiares, & domesticos suos ad effectum, ut examinentur, & de gestis per ipsum iudicem in officio contra eum fidem faciant, & ita intelligi ibi gloss. allegando in contrarium. l. nimis graue. C. de testi. vbi probationes ex domo aduersarii assumi non debent, ergo intelligit textum in d. l. si post, quando petitur exhibitio familiæ officialis, seu iudicis ad effectum probandi contra iudicem.

¶Sed prædictam conclusionem nota probat textus. in l. 1. C. ad legem Iuliam repetunda. ubi iudex tenetur de commissis in officio nedum per se, sed etiam de eo, quod malè & indebitè per suos officiales & ministros exactum fuit, & sic ibi est casus, & probatur etiam in l. 3. C. de assesso. cum glossa, quæ allegat. d. l. 1. Liberatur tamen capitaneus, seu potestas, qui de facto suorum officialium & familiæ tenetur, illos coram syndicis exhibendo, secundum Bartolum in d. §. familiæ. & est textus. in l. cum exhibuissent. ff. de publica. Ita etiam posset intelligi. dicta l. si post. secundum aliam lecturam, & istud loquitur Abbas hic post Bartolum.

¶At contrarium probatur per dicta l. unicam. §. serui. ff. furti aduer. nau. vbi dominus deputatos ad aliquod exercitium exhibendo non liberatur, si sint liberi; quia mala electio est in culpa.

¶Et tenendo istud, posset responderi text.in dicta l.prima, in fin. cum sequen. ff. de publica. quòd ideo publicani exhibere tenentur, quia hoc specialiter fuit introductum per edictum de publicanis in odiũ publicanorum qui sunt valde odiosi.d.l.1.in fi.iuncta l.quantæ.eo.tit.

¶Tamen saluando Abb.hic & Bar.in locis præallegatis, & maximè in d.l.1.§.familiæ. Dicas, ꝙ sicut specialiter istud per edictum de publicanis fuit introductum, vt teneantur exhibere suos ministros & familiares, quorum opera in officio vsi fuerunt, vt in d.l.1.in fin.& in d.§.familiæ. Ita specialiter in iudicibus & magistratibus introductum fuit, vt ipsi pariter teneantur, veluti est tex.in l.3.C.de assesso.ergo idem in ipsis dicendum est, sicut dicit text. & ibi Barto.in d.l.prima.in fin.de publica.& ibi Paul. Cast.de quo statim dicetur.

44 ¶†Quarta sit conclusio ex verbis Abb.ꝙ exercenter officiũ publicum, qui de facto suorum officialium & familiarium tenentur, sunt illi, qui ad exhibitionem personarum & officialium suorum tenentur. Secus est in exercentibus priuatum, ut sunt nautæ, stabularii, caupones & huiusmodi, qui exhibendo non liberantur. Et de exercentibus officium publicum probatur in d.l.1. in fin. cum sequen. & sequen. ff. de publica. & ita declarat & intelligit Bartolus per illum textum in dicta l. 1. §. familiæ. & per Paul.Castren.in d.l. cum exhibuissent. De exercentibus vero officium priuatũ probatur in l.vnica.§.ita vt in potestate.ff.furti aduers.nautas.

¶Et hæc conclusio, & distinctio est de mente Bartoli in d.§.familiæ.& Docto.communiter ibi, & Abbatis post dominum Antonium.

¶Sed aduertendum est; quia videtur non esse in hoc differentiam inter officium publicum exercentes, & eos, qui priuatum exercent, quinimo hęc conclusio non ita simpliciter procedit; quia aut loquimur de seruis propriis, quorũ opera officialis in illo officio vtebatur, aut liberis hominibus, quorum opera similiter utebatur.

¶Primo casu videtur non esse differentiam, quia siue sit officium publicum, siue priuatum, quis exhibendo seruos
45 nō liberatur. † Nā duplex est exhibitio, quę ad diuersos effectus fit, quãdoq; enim fit exhibitio seruorum a domino qui ignorauit damnum, seu maleficium a seruo suo fuisse commissum non ad effectum, ut cõtra seruum agatur, nec ut certi hominis factũ arguatur, sed vt dominus, qui noĩe serui conuenitur, liberetur dando seruum pro noxa, prout est in electione sua facere, aut æstimationem damni soluere. ut in l.j.in principio.& in §.1.ff.si fami.fur.fecisse dicatur. l.miles.§.decem.ff.de re iudica. & per totum. ff. de noxa. actio.& instit.& C.eodem titulo, & de hac exhibitione nõ loquimur.

¶Præterea, siue simus in officio publico, seu priuato, dominus, qui pro facto sui serui teneretur; si ignoraret illud factum, dando seruum pro noxa liberaretur, vt de officio publico probatur in l.cum exhibuissent.ff.de publica.in principio.& de priuato probatur in l.vnica.§.serui.furti aduer.nau.qui text.rationem assignat, quare dominus dando seruum pro noxa liberatur, quæ est communis, & in officio siue publico, siue priuato locum sibi vendicat, ut ibi patet.

¶Quandoq; fit exhibitio non noxali nomine, nec ut certi hominis factum arguatur, quæ in seruis locum habere potest, ut supra sed ad effectum, ut ille, qui damnũ passus est, agat, vel contra dominum, uel contra exhibitum, iuxta d.l. tertia.& dicta l.si post.cum ibi no.C.de assesso.& l.prima. C.ad l.iul.repetun. & d.l.prima. in principio.& in fin. de publica.

¶Et de hac exhibitione nos loquimur post Abbatẽ hic, & Bartolum in d.l.1.§.familiæ. quæ in seruis locum habere non potest; quia pro damno, furto, vel alio delicto contra seruum ciuiliter non agitur, sed contra dominum.iuxta dictam l.primam.ff.si fami.fur.fecisse dicatur, & per totum. C.ff.& insti.de noxalibus.& ideo sequitur, ꝙ quo ad hunc effectum respectu huius exhibitionis, non est facienda differentia inter officium publicum & priuatum.

¶Secundò uero casu, quando de liberis hominibus loquimur, quorum opera quis in officio siue publico, siue priuato vsus fuit, tunc si dominus noxali nomine exhibitionem facere uellet, ut ipse liberaretur, non potest quia actio noxalis seu facultas dandi pro noxa in liberis hominibus passiuè locum non habet, hoc enim solum conuenit seruis, ut in iuribus.s̃.allegatis, & uidetur probare tex.in dicta l.vnica.§. serui.si vero.§.si plures.ff.de his qui deic.uel effu.nota. in rubri.ff.si ex noxa.causa agatur.& in c.fin.de iniur. & dãno dato. Sed loquendo de exhibitione, quæ fit ad alium effectum, de quo.j. quæ in liberis personis passiuè locum habet, videlicet ad effectum, vt sit in potestate ipsius damnum passi agere, vel contra dominum, vel contra exhibitũ, vel vt possit fieri probatio, iuxta tex.cum glossa in dicta l. si post.C.de assesso.tunc ipse dominus, qui illorũ opera vsus fuit tenetur præcisè suo nomine, & insolidum pro sua mala electione, & sic ratione suæ culpæ, per dictam l.vnicam. §.serui.& est textus.in terminis in d.l.1.C.ad l.Iul.repetũdarum, ibi, in quadruplum inuitus exoluat, ergo malefactorem & familiarem exhibendo liberari non diceretur, alioquin verum non esset, quod inuitus exolueret, si in sua electione esset exhibere, & exhibẽdo liberari diceretur. Et sic iungendo text.in dicta l.vnica.§.serui.qui loquitur in exercentibus officium priuatum, cum dicta l.1.C.ad l.Iul.repetundarum; quæ loquitur de exercentibus officium publicum, probari videtur, ꝙ siue simus in officio publico, siue priuato, quis liberum hominem exhibendo, cuius opera in officio vsus fuit, non dicitur liberari propter rationem generalem, quam ponit text. in dicto §.serui. Item quia huiusmodi exhibitio non dependet a libera voluntate domini seu officialis, ut ipse illam facere possit gratia se liberandi, sed fit ad petitionem, & querimoniam damnũ passi, ad effectum, vt in electione sua sit agere contra quem velit, suo nomine, & insolidum, uel probandi contra officialẽ, vt in dicta l.si post.non autem noxali nomine, vt est textus clarus in dicta l.3.C.de assesso.ibi, pro confesso autem tenebitur, qui accusatus huiusmodi personam subtraxerit, & in dicta l.si post.ibi, iudicum præsentiam, vel exhibitionẽ domesticorum querimonia prouincialium postulauerit. At illa exhibitio, quæ noxali tantùm nomine fit, & per quã exhibens liberatur, non fit ad petitionem patientis damnum, sed motu, & ex optione domini, qui pro facto alieno tenetur, vt inst.de noxali.& in dicta l.prima.in principio, ff.si fami.fur.fecisse dicatur. dicta l. cum exhibuissent.§. actorem. cum similibus. ad effectum, de quo supra. ergo dominus exhibendo motu suo, & voluntate sua liberari non diceretur, siue essemus in officio publico, siue priuato.

¶Non obstat tex.in dicta l.1.§.familiæ.seu in principio.& in §.fin.& in d.l.cum exhibuissent.cum simi.super quibus Bart.& Abbas se fundant; quia illa iura loquũtur de illa exhibitione, quæ fit noxali nomine, & non de ea, quæ fit per patientẽ damnũ ab officiali de sua familia, & per exhibitionem noxali nomine factam, & vt factũ certi serui arguatur, vt cõtra dominum de facto illius agi possit, dominus dando pro noxa liberatur vt in dictis iuribus, quæ in hoc casu loquuntur, sed per exhibitionem factam, de qua in d.l.1.C.ad l.Iul.repetunda.in d.l.3.& in d.l.si post.non liberatur quis, vt s̃.dictum fuit, ergo &c.

¶Præterea d.l.si post.loquitur de exhibitione, quæ a damnum passo contra officialem petitur, vt familiam suam exhibeat ad fundandam intentionem suam contra officialem quod ibi est speciale contra regulam.l.nimis graue. vbi per glossam, & dixi s̃.

¶Et ex prædictis videtur id, quod hic voluit Ab.post Bar. & alios non esse verum, vel saltem eo modo, quo ipsi dñt. Cogita tamen, quia hæc aliter intelligere nescio.

46 ¶†Quęro etiam ex mente Abbatis hic, quando aliquid in officio publico, seu priuato factum fuit, & ignoretur a quo, vtrum ab his factum præsumatur, quorum opera dominus vsus fuit, an vero ab aliis in his casibus, in quibus quis non tenetur, nisi de eorum facto, quorum opera in illo ministerio & officio vsus fuit? Bart. expresse in d.l.vnica. §.serui.in duobus locis, quærendo, an stetur iuramento hospitis de rebus amissis in valisia reddita resignata, & aperta, & in hospitio, concludit, quòd cum ipse caupo teneatur solum de facto eorum, quorum opera in illo exercitio vtitur, & nulla sit præsumptio, illos magis commisisse furtum, seu maleficium, quam cæteros, de rebus amissis non statur iuramento damnum passi, & sic Bartolus ibi omnino velle videtur, non præsumi factum ab illis.

¶Pro qua facit regula, qua dicitur, facta non præsumi, nisi probentur.l.in bello.§.factę.ff.de capti.& postli.reuers. & præsertim quando est fundamentum intentionis eius, qui factum dicit & allegat, argumento.l.ei, qui.ff.de probationibus.l. qui accusare. C.de edendo.& capitu.vni.vt ecclesia.bene.

¶Item quæro, vtrum probato furto, seu delicto, & violentia,

47 lentia, † de rebus amissis & derobatis stetur iuramento damnum passi.

¶ In hoc articulo distingue, aut agitur contra dominum, seu contra illum, qui per se damnum, seu uiolentiam intulit, aut robariam fecit ex dolo suo, & tunc probato delicto, & robaria, ut statim dicetur, de rebus amissis illius iuramẽto stabitur, facta prius taxatione a iudice de rebus, & de æstimatione, vt est textus in l. si quando. C. unde ui. c. finali. quod metus causa. Nam ratione doli illius, cõtra quem agitur, in litem iuratur. vt in dictis iuribus.

¶ Aut agitur contra aliquem ex facto alterius, ut in casibus prædictis. l. 1. §. familiæ. l. unicæ. ff. furti aduersus nautas. l. 1. ff. si familia furtum fecisse dicatur. & per totum. ff. nautæ caupones, stabularij. & in casu d. l. 1. C. ad legem Iuliam repetund. d. l. 3. d. l. si post. & in casu tex. nostri. & cap. cum ad sedem. infra eodem. & l. 1. ff. de vi & vi arma. cum similib. & tunc aut agitur etiam ratione doli illius, qui de facto alieno tenetur, ut quia consensit, & sciuit, & nõ prohibuit, iuxta. l. 1. §. scientiam. & §. 1. ff. si familia furtum fecisse dicatur. & hoc casu, quia non solum ratione culpe, sed etiam doli, & sic ex suo maleficio conueniretur, contra ipsum staretur iuramento de rebus amissis ex identitate rationis, de qua supra. Ita est de mente Bartoli in dicta l. ne quid. in d. l. unica. & in d. l. si quando. Nam uult, ꝙ contra tertium, ꝙ de facto & dolo alterius tenetur, iurari non possit; quia ex maleficio suo non conuenitur, sed solum ex quasi maleficio ratione suæ culpæ, argumento. §. fina. Institutio. de obligationibus, quę ex quasi delic. iuncta l. ex maleficijs. in fin. ff. de actionibus & obligationibus. Ergo infertur, ꝙ si non cõueniretur simpliciter ratione suæ culpæ, sed doli, & fraudis, tunc taliter teneretur, ꝙ contra eum de rebus amissis in litem iurari posset. d. l. si quando. & dicto cap. finali. Aut conuenitur ratione suę culpæ tantum, & sic non ex maleficio, sed ex quasi, & consequenter ratione doli, seu culpæ alterius, & tunc iuramento de rebus amissis non statur, sed probari debent; quoniam solum ita in litem iuratur contra illum, qui est in dolo, vt in d. l. si qñ, & in d. c. fi. & ibi Bart. & oẽs, per dominũ Antonium, Ioannem de Imola, Abbatẽ & alios, in d. c. fina. & per Bartolum in d. l. ne quid. & in d. l. unica. ff. furti aduer. nautas. Et hæc est uerior & communior opinio, ut attestantur Imola & alii, in d. c. fina. Nisi aliter per statuta locorum cautum esset, quibus caueretur, villam, seu castrum teneri de robaria, seu furto commisso in sua guardia, vel comitatu, ut inquit Imola in d. cap. fi. & est de mente Barto. in d. l. ne quid.

48 ¶ Quid autem appellatione † robarię contineatur, quando statutum vult, villam de robaria commissa teneri, vide Baldum in authen. sed nouo. C. de seruis fugitiuis. & in l. si te. C. ex quibus cau. infa. irrog. & per Bartolum in l. famosos. §. capitalium. ff. de pœnis.

¶ Et ex prædictis posset inferri ad quęstionem de valisia data hospitanti, seu cauponi, ut per Bartolum in d. l. vnica. & per doctores. in d. c. fi. Item etiam ad quæstionem de scholari, qui stabat ad cameram, seu duodenam in domo alicuius, & ei pecuniæ, seu uestes de camera & domo subtractæ fuerunt. An probato in genere furto, seu probata robaria stetur iuramento ipsius scholaris de rebus amissis, & de earum æstimatione. Item an ipse scholaris probare teneatur furtum ab his fuisse commissum, quorum opera dominus domus vtebatur, & sic a familiaribus, an verò indistinctè dominus ad emendationem teneatur. Nam quò ad primum ex prædictis concludendum videtur, quòd iuramento scholaris non stetur, ex quo dominus pro dolo, seu culpa alterius, & non ipsiusmet conuenitur per prædicta, & ita teneo.

49 ¶ † Sed quò ad secundum ex uerbis Bartoli in d. l. unica. uidetur dicendum, quòd non præsumatur factũ a familiaribus, quorum opera dominus vtebatur. Tu autẽ dicas, scholarem hoc onere probandi non debere grauari; quia dominus indistinctè tenebitur, siue furtum a familiaribus, siue ab alijs commissum esset; quoniam cum talis caupo, seu ad instar illius censeatur, & in utroque eadem ratio militet, de qua in l. 3. §. 1. ff. nautæ, caupones, stabularij. sequitur, ꝙ ex similitudine rationis idem dicẽdum erit, sed caupones de facto omnium etiam non familiarium tenẽtur propter custodiam, quam lex in eos transtulit, vt in dicta l. prima. §. primo. & fi. Ergo & huiusmodi homines hospitantes scholares teneri debent.

¶ Qualiter autem scholaris res amissas, earumque æstimationem probare possit, vide in simili per Bartolum in d. l. vnica. §. serui. circa fin. ff. furti aduers. nau.

¶ Item qualiter furtum commissum fuisse, & quomodo
50 † probari possit, uide per Bartolum in l. si quis ex argentarijs. §. an verò. ff. de eden. melius per eum & Bald. in l. si quando. C. unde vi. per Speculatorem in titu. de teste. §. 2. in fin. & per Alexandrum in consilio 54. in 2. volum. vbi dicunt, probari per testes domesticos, per socios & familiares, qui dixerint se audiuisse strepitũ de nocte & clamorẽ. Item se vidisse res antea esse in domo, & modò non reperiri. Item si appareat fractura domus, hostij, muri, seu capsulę. Quæ bene nota.

¶ Circa secũdum principale tactum hic per Abb. An domi-
51 nus agri, seu territorij de robaria ibi † facta teneatur, ex verbis Abb. non faciendo differẽtiam inter particularem dominum fundi, & inter dominum vniuersalem alicuius territorij, seu villæ, & castri, vt est de mente Bartolus. in dicta l. ne quid. quem Abbas hic sequitur, facio duas conclusiones.

¶ Prima sit, ꝙ dominus fundi, seu territorii. aut castri ciuiliter, & non criminaliter conueniri potest de robaria, seu furto commisso in fundo, castro villa, seu territorio, sciẽte domino & valente prohibere & nõ prohibuit. Secus, si prohibere non potuisset, vel ignorauisset; quia tũc nec ciuiliter, nec criminaliter teneretur. l. 1. C. de falsa moneta. l. 1. ff. si familia furtum fecisse dicatur. & l. 1. §. dominus prediorũ. C. de his. qui latrones occultauę. & hæc conclusio est de mente Bar. in d. l. ne quid. per illum textum. iuncta glossa, & secundum Abbatem est communis opinio.

¶ Secunda conclusio sit, ꝙ quando uilla non haberet, dominum, ad quem custodia spectaret, tunc homines de uilla & castro ad emendationem robariæ & damni tenentur, quãdo similiter sciuissent, & prohibere potuissent, & non prohibuissent, vt per Bart. in d. l. ne quid. & per iura prædicta, quamuis glossa in authen. ut nulli iudi. §. quoniam vero. collat. 9. contrarium senserit. Sed primum dictum Doctores communiter sequuntur, & intelligo vniuersitatem hoc scire, quando maleficium ita palam factum fuisset, ꝙ maior pars scire potuisset, argumento. l. quod maior. ff. ad munici pa. l. aliud. §. refertur. ff. de re iudica. Ita dicit Bartolus in d. l. ne quid. in 2. colum.

¶ Cæterùm aduertendum est, dum Abbas & alii post Bartolum non videntur facere differentiam inter dominum particularem vnius rei & prædii, & dominum vniuersalem alicuius territorii, seu castri, iuxta l. pupillus. §. territorium. ff. de uerborum significationibus. quia uolunt, hos teneri ꝑpter eorum scientiam, & ex eo, ꝙ prohibere potuerunt, & non prohibuerunt; nam maior ratio in dominis castrorum, & villarum militat, vt ipsi teneantur, quàm in dominis particularibus prædiorum, quia illi iurisdictionem, seu imperiũ habere dicuntur, iuxta dicta l. pupillus. §. territorium. & ꝑ Alexandrum in l. 1. in fin. verb. ff. de iurisdictione omniũ iudicum. Bartolum & Angelum in l. 2. in fin. C. de bonis vacan. libro 10. & in l. 2. ff. de verborum significationi. Et ratione suę potestatis, ac iurisdictionis si sciuerunt, prohibere potuerunt, & non prohibendo consentire videntur, & ideo teneri debent, ut per glossam in capit. in inferenda. 23. quæstione. 3. per Innocentium gl. & alios in ca. quantæ. de sentent. excommunica. & l. in delictis. ff. de noxa. At alii priuati, qui iurisdictionem, & potestatem non habent, si sciunt delictum committi in re, seu in prædio suo, ita prohibere non possunt sicut domini terrarum, ergo a pari in hoc procedere non videntur, cum teneri dicantur, ut fatentur Doctores ex eo, quod sciuerunt, & prohibere potuerũt & non prohibuerunt, ut in d. l. 1. §. 1. cum sequen. ff. si familia furtum fecisse dicatur.

¶ Et sequendo hanc differentiam inter dominum vniuersalem alicuius castri, vel uillæ, & dominum particularem alicuius domus, vel prædij. Non obstat d. l. 1. §. 1. vbi dominus suo nomine, & insolidum de eo tenetur, quod seruus suus ipso sciente & ualente prohibere, & non prohibente fecit, secundum quòd Bartolus ibi declarat; quia primò loquitur in casu diuerso, a casu nostro, cum non loquatur, quando aliquid in prædio, seu in loco suo perpetratum esset, secundò loquitur de eo, quod factum fuit a seruo, sciente, patiente, & non prohibente domino suo, qui ratione potestatis, quam in eum habebat, illum prohibere potuit, iuxta textum in §. serui. cum similibus. institu. de iure persona.

¶Nec obstat.dicta l.ne quid.Quia ex infra dicendis respõsio colligi potest.

¶Posses tamen dicere,prædictam similitudinem, & æquiparationem defensando,ꝙ eo; casu, quo de facto possibile esset domino prædii maleficium in suo prædio committi prohibere,si ipse nõ prohibeat,de delicto commisso in suo
52 teneatur;quia sicut dominus † castri potestatem prohibendi habere dicitur ex legis dispositione ratione suæ iurisdictionis,& potestatis,iuxta tex.cum ibi nota.in l.& quia. ff. de iurisdi.omnium iudicum.l.congruit.ff. de officio præsid.in authen.ut nulli iudicum. in principio.collat. 9. in l. furti.§.mandati.ff.de his,qui notan.infam.& l.nam salutẽ. & per totum.ff.de officio præfect. Ita vnusquisq; dominus prædiorum ius & potestatem habet a lege arcendi & prohibendi singulos priuatos,ne prædia sua ingrediantur,& illos authoritate propria expellendi. §.plane.instit.de rerum diuisione. ca.1.1.distinctione.l.tertia.§.plane. ff.de acquirẽ. rerum domi.l.quemadmodum.circa principium.ff.ad legem Aquil.l.iniuriarũ.§.si quis.ff.de iniurijs.l. prima. C. unde ui.cum alijs,quæ habentur per glossam in d.§.planè. & sic dominus per indirectum,& in consequentiam prohibere potest,ne in suo malum fiet, & committatur,sicuti dominus uniuersalis potest.

¶Item in quantum.Bartolus in dicta l.ne quid.uult dominos terrarum & prędiorum teneri ex eo, quod sciuerunt, & prohibere potuerunt,& non prohibuerunt,secus si essẽt ita debiles & impotentes,ut prohibere nequirent, etiam si uellent,ut hic etiam per Abbatem.& argumento.dicta l.j. §.primo.& l.in delictis.ff.de noxa.Videtur posse dici,quod hæc conclusio reddatur dubitabilis:quia ualde durum, & graue est, quem † ex simplici sua scientia de delicto ab alio
53 commisso teneri,nisi iussus,seu mandatum præcedat, aut ratihabitio sequatur, ut in dicto capitu. cum ad sedem.l.j. §.deiecisse. iuncta l.tertia.§.cum procurator. ff. de ui & ui arma.& habetur in l.fina. C.ad Macedo. Nam regulariter sola scientia non facit quẽ de alterius maleficio teneri, nisi præcedat fauor,uel iussus, aut mandatum, siue ratificatio non sequatur,aut sit talis,qui noxali nomine teneatur. d.l. in delictis.l.j.§.primo.cum sequentib. ff.si familia furtum feci.dicatur, vbi dominus sciens pro facto suorum seruorum suo nomine & insolidum tenetur, & dando seruum pro noxa non liberaretur,secundum quod Bartolus ibi in princip.declarat.Nam in his personis,quæ ratione potestatis prohibere possunt;& non prohibent, voluntate sua dilecta committi dicuntur,ut in dicta l.prima.§.scientiam.Facit.l.si sciente.& l.utrum,cum glossa.ff.de parrici.ubi conscii illa pęna non tenentur,nisi participes etiam fuerint.

¶Præterea, in casu nostro ex simplici scientia criminis, qđ prohiberi potest,quis consentire non dicitur,nec uoluntate sua crimen commissum dici potest,quando extra illas personas sumus, quibus parere non tenemur, nec possumus, argumento.dicta l.prima.§.primo.quia cum simus in præiudicialibus & grauibus,sola scientia non præiudicat,ut argumento eorum quæ habentur per Bartolum in l.quæ dotis.ff.solu.matrimon.& per glossam in cap. qui tacet. cum sequen.de regulis iuris.in 6.& hæc uidetur communis opinio Doctorum,ut infra in sequenti articulo dicetur.

¶Non obstat.d.l.j.§.1.& d.l.in delictis.& l.2.eodem titul. Quia responderi potest,illa iura loqui in dominis respectu seruorum suorum,qui in potestate sua esse dicuntur, & ratione dominicæ potestatis domini illos prohibere potuerunt,alioquin delicto seruorum consensisse dicentur,vt in d.l.1.§.1.ff.si familia furtum fecisse dicatur.& ratio esse potest:quia cum per seruos dominis acquiratur,si domini sciunt,& non prohibent, velle consentire & mandare uidentur.capitulo constitutus.de testibus.per Bartolum in dicta l.de pupillo.§.quod si prætori.ff.de noui operis nuntiatione.& hæc forte ratio esse potest,quare filiusfamilias & mercenarins patrem,seu dominum ex facto suo obligant, ut in l.1.§.si filius.ff.de ui & ui arma. & bene facit, quod uoluit Barto.in l.1.in prin.ff.si familia furtum fecisse dicatur.qui dicit,illud edictum, de quo in d.l.1,in liberis hominibus locum non habere,qui dominum non habent; quia in illis ratio edicti cessat.

¶Præterea.d.l.in delictis.§.si extraneus. dicit, ꝙ si seruus extraneus, me sciẽte,aliquid commiserit, eumq; postea redemero,non insolidum,sed noxaliter teneor; quia non uidetur me sciente fecisse,cum eo tempore dominus nõ fuerim:& ille tex.loquitur de sciente,prout in eo titulo capitur,videlicet quando quis sciuit,& prohibere potuit,& nõ prohibuit,alioquin lex illa dubium non haberet, & consequenter ex eo infertur,ꝙ in casu.d.l.j.§.1.cum similibus.illud contingit;quia sumus in dominis,qui ratione suæ potestatis prohibere potuerunt, & non prohibuerunt, & ideo serui sua voluntate deliquisse dicuntur, ergo in liberis hominibus aliud dicendum erit.

¶Non obstat.l.j.C.de falsa moneta.ubi dominus, in cuius domo falsa moneta fabricata est,tenetur. Quia respondetur,illud introductum fuisse ob enormitatem criminis, ꝙ est simile crimini læsæ maiestatis, ut in l.2. eodem titulo. Ergo ex illo tex.argui non potest: quia multa specialia in illo genere delicti induxit, ut ibi habetur, & nota.per glossam iuncta l.quisquis.C.ad legem iuliam maiesta.Vel secũdò id contingit; quia lex respectu huius criminis in dominos domorum custodiam transtulit, sicut respectu criminis,quod in naufragio committitur, in dominos prædiorum.d.l.ne quid.vt uidetur velle glossa ibi: & ideo nil mirum,si dominus de facto etiam liberorum hominum tenetur.l.j.in fin. cum sequen.ff.nautæ, caupones, stabularij. Tertio respondeo,ꝙ id quod habetur in d.l.j. ad casum nostrum allegari non meretur: quoniam ibi non solum dominus sciens,qui prohibere potuit, & non prohibuit,sed etiã si ignorauit,pariter tenetur: quia domus publicatur,& hoc non ex alio;nisi quia lex custodiam transtulit, vt s.

¶Similiter responderi potest tex.in d.l.ne quid. ꝙ ibi enormitas criminis illud operetur, & ne ex naufragio aliquid diripiatur,multifariam enim prospectum est, dicit ille tex. & ideo possessores locorum simpliciter & indistinctè tenẽtur,ut ibi per eum textum,qui simpliciter & indistinctè loquitur, quamuis glossa aliter sentiat in ignorante, & forte male;quia cum ipsi teneãtur ex sua custodia in eos per legẽ translata, vt est de mente glossæ ibi,debent simpliciter, & indistinctè de facto omnium teneri, vt sæpe dictum fuit.

¶Et ex prædictis posset sustineri & defendi glossa in authẽ. ut nulli iudi.§.quoniam verò.colla.9.in uersicu. uicis. per illũ textũ,qui melius facere nõ posset,ꝙ uilla, vicus, seu vniuersitas loci etiam ciuiliter ex delicto alterius grauari non possit,& hoc videtur verum; quia de iure communi ex sola scientia criminis alterius quis teneri non debet,etiam si prohiberi & euitari potest, manifestando & reuelando, vt infra in sequenti dubio dicetur,ac etiam quia de iure communi villa,castrum seu eius dominus ad custodiam non tenetur, nisi aliter per statuta locorum prouisum sit arguendo a speciali in casu. d.l.1.C.de falsa moneta. & d.l.ne qd. nam regulariter rectores locorum & ciuitatum delinquentes inquirere & punire tenentur,non autem loca eis subiecta custodire.d.l.congruit.ff.de officio præsid. & in d. authen.ut nulli iudi. & si de iure aliquæ personæ loca custodire tenerentur,ut sunt custodes carceris, & alii deputati ad custodiam alicuius loci,vt per totum.ff.de custo.reo.& in l.1.ff.de effracto.& in casu.l.nam salutem.§.effracturæ. ff.de officio præfec.uigi.& tunc hi ratione suæ custodiæ tenentur,licet non sciuerint,ut per totum maximè in d.l.milites.ff.de custodia reorum.& in d.l.prima.Sed iure cautũ non reperitur,quod uilla,castrum,aut eius dominus custodire,aut de delicto alterius teneatur,imo contrarium probatur in d.auth.vt nulli iud.§.quoniam vero. quamuis de delictis & delinquentibus inquirere teneantur, vt ibi per glossam,& argumentum.d.l.congruit.

¶Sequendo tamen ea,quæ hic Abbas post Barto.voluit, ꝙ
54 † villa teneatur de robaria, & maleficio commisso in loco ciuiliter,si sciuerit,& nõ prohibuerit, ꝙ prohibere potuisset.Dubiũ est,qualiter pro satisfactione hmõi dãni sit inter homines uillæ imponenda collecta: Barto.in d.l.ne quid. & Innocentius in c.grauem. de senten.excommunica. uolunt, quòd per ęs & libram, & consequenter hoc dicatur esse onus patrimoniale,& non personale, & consequenter omnes de uniuersitate contribuere tenebuntur,argumento eorum, quæ uoluit Barto. in l.rescripto.§.sciendum. ff. de mune. & hono. & in l.munerum. §. patrimoniorum. eodem titulo.

¶Posset tamen forte attentari, hoc onus collectæ per capita esse imponendum,& consequenter dici onus personale, nam regulariter collecta dicitur esse onus, quod personæ pro rebus imponitur.d.§.sciendum.& ibi Bar.& in l.libertus.§.sola.ff.ad municipa.

¶Præ-

¶Praeterea, huiusmodi collecta, quae in casu nostro imponitur, dicitur imponi ex causa, quae respicit personam, seu factum personae, hoc est ob delictum factum a persona in villa & ad cognoscendum, qualiter collecta sit imponenda, semper est inspicieda causa, propter quā imponitur; quia si causa respicit, principaliter bona seu onus patrimonij, tunc imponitur per aes & libram, si verò personam, seu factum & onus personae, tunc per capita. Bartolus in lege quarta. §. actor. ff. de re iudic. Sed in casu nostro causa, propter quam collecta esset imponenda, principaliter personae factum respicit, ergo &c. argumen. l. si quemquam. in fin. verb. C. de episcopis & cleri.

¶Et ideo ad solutionem huius oneris teneri non deberent pupilli infantes, furiosi & aliae personę, quę huiusmodi delictum committere non potuissent; quia cum propter delictum commissum contributio fieri debeat, hi grauandi nō sunt, qui delictum illud committere non potuerunt, argu. d. l. 1. C. de falsa moneta. & ideo in hac ciuitate pupilli, viduae, & aliae similes personae ad contributionem non tenentur, quia sic cautum est per statutum, & statuentes forte ad hoc considerationem habuerunt. Praeterea, homines de uilla tenentur ratione malae custodiae, quam lex in illos transtulit. d. l. nequid. & ibi per Bart. iuncta dicta l. 1. C. de falsa mon. Sed pupilli & similes custodire, & subire hoc munus non tenentur. d. l. 1. C. de fal. moneta. ergo hoc onere grauari non debent, quod personis pro reus imponitur, a quo plures excusantur; quia semper debet attendi causa propter quam illud imponitur, ut per Barto. in d. l. 4. §. actor. Secus esse in munere, quod rebus pro rebus imponitur, a quo nō excusantur. dicta l. rescripto. §. finali. & dicta l. libertus. §. sola.

¶Contrarium tamen voluit Barto. ut dixi, in l. ne quid. & Doctor. magis communiter sequuntur. Sed aliter ipse sentire videtur in l. aut facta. in fi. uer. remittendo se ad ea, quae posuit in d. l. 4. §. actor. & opinio praecedens aequior, & forte in puncto iuris verior esse videtur, cum collecta imponatur propter delictum a persona commissum, quod pariter personas respicit, & vniuscuiusque par est. l. si quemquam. in fin. C. de episcopis & cle.

¶Non obstat. l. 1. C. de mune. patrimo. lib. 10. & l. fin. C. de naufra. lib. 11. per Barto. allega. quia. d. l. 1. loquitur de onere, vel munere patrimoniali, quod ex causa patrimonii principaliter imponitur, vt patet ex subiecta materia tituli, & not. ibi in Rubrica. Nos uero de onere, quod personis pro rebus imponitur, vel econtra. Item dicta l. fina. non declarat, an onus, quod imponitur pro naufragio pro uno nauiculario omnibus, dicatur imponi rebus, an personis imo dici, ꝙ totali collegio illorum pro tata imponitur, quód intelligo cuiuslibet, & sic in capita. Cogita.

55 ¶†In tertio dubio, an ex sola scientia delicti committendi quis teneatur, si illud non reuelauerit, cum sine periculo posset. ex verbis Abbatis duas conclusiones facio. Prima sit ꝙ tam de iure ciuili, quàm canonico in foro contentioso quis ex sola scientia delicti in alium committendi non teneatur, etiam si absque suo periculo facere posset, vt euitaretur, illud reuelando & manifestando. Secunda sit, ꝙ in foro conscientiae sub periculo animae tenetur.

¶Primam conclusionem respectu iuris ciuilis sequitur gl. in l. culpa caret. ff. de regu. iuris. Sed respectu iuris canonici contrarium tenet, quando quis sine periculo, & honesto modo iuuare posset, idem voluit gl. in l. vtrum. ff. de parrici. Abb. verò hic indistinctè illam tenuit, non faciendo in hoc differentiam inter ius ciuile & canonicum, & fuit dictum Inn. in c. Petrus. de homici. per c. quantae. de sent. excommunica. vbi in casu illius tex. speciale est, ut sciens non manifestādo vnà cum faciente teneatur, ergo in contrariū est ius commune. l. ius singulare. l. quod verò. ff. de legi. cū similib.

¶Et quod de iure ciuili hoc verum sit, affirmant Doctores communiter. Barto, in d. l. utrum. in l. 1. §. sed in eo. ff. ad Sylla. in l. ut vim. ff. de iusti. & iure. & in l. metum. §. sed licet. ff. quod met. causa. per illum tex. quem ita subtiliter inducit. Licitum est accipere pecuniam, uel aliquem sibi obligare pro illius corporali defensione, & sic pro euitando delictum, ut ibi, ergo infertur, quod de iure non tenebatur, alioquin turpiter, & iniustè accipere diceretur. l. penulti. ff. de condictio. ob turp. caus. & restituere teneretur, quod tamen est falsum, vt in d. l. metum. Ita etiam ante Bart. inducit gl. in c. non in inferenda. 23. q. 4.

¶Decius in c. 1. de officio deleg. respondet, licitum esse aliquid accipere pro defensione successiua, ut a vi populi, & latronum pro certo tempore, vt in d. l. metum. sed non pro defensione momentanea; quia de iure ad hoc vnusquisque tenetur, alioquin dicitur in culpa, argumento. dicta l. culpa. a contrario.

¶Haec responsio non placet. Primò: quia praesupponit, quē teneri defendere alium, & delicto in alium committendo, si potest, obuiare, quod videtur contra. d. l. ut uim. ubi solum propriae personę, & rerum suarum defensio permittitur. l. 1. C. vnde vi. cum ibi notat. Praeterea. d. l. metum. loquitur generaliter, & simpliciter, nec magis pro defensione successiua, quàm de momentanea.

¶Secundo Decius illi textui respondet, ꝙ loquitur, quādo quis commodè, & absque periculo defendere posset: quia ut se periculo supponat, licitum est sibi aliquid pro defensione praestanda recipere, cum quis se gratis periculo subijcere non teneatur. c. ex parte. il 1. de appellat. l. 2. ff. si quis cautionibus. d. ca. non in inferenda. cum ibi nota. & capi. accedens, il 2. vt lit. non contesta. Haec solutio quo ad d. l. metum. de diuinatiua.

56 ¶†Tu autem cogita, si dici posset, ꝙ in terminis. d. l. metū. licitū sit pro defensione alterius recipere, quando ille posset se ipsum per se defendere, ut ibi Pomponius ait, si quo magis te de ui hostiū tueret, aliquid a te accepero &c. Nota illa verba, si quo magis, innuūt enim te ipsum per te posse defendendi; sunt enim cōparatiui verba, quae positiuum in alio casu praesupponunt. l. ubi autem. in prin. ff. de verb. obligat. & consequenter ibi non probatur, ꝙ quis de iure defendere non teneatur.

¶Praeterea, gl. in dicto cap. quantae. dicit, hanc consequentiam non procedere, quis licite pecuniam pro aliquo actu faciendo recipere potest, ergo ad id de iure non tenetur, & dat instantiam, ut ibi quia officiali pecunia dari potest, & tamen officium suum gratis impendere tenetur. c. non sanè. 14. quęstione quinta. Innocen. in dicto capitulo, quantae. & facit, quod uult glossa in summa. 83. distinctione. tex. autem in dicta l. penultima. ff. de conditione ob turpem causam. loquitur, quando quis pro eo, quod facere tenebatur, pecuniam reciperet, taliter, quod non faciendo turpiter & inhonestè faciebat, vt ibi habetur.

¶Praedictae tamē opinioni multùm aduersatur. l. lege Cornelia. in fine princi. ff. de falsis. ibi, eadem pęna afficitur et is, qui cum prohibere tale quid posset, non prohibuit.

¶Sed posset primò responderi, ꝙ loquitur, de eo, qui scit, & ratione suae potestatis posset delictum impedire, & de iure prohibere, vt dixi s. Sed haec conclusio procedit, qn̄ nō ratione suae ptātis, sed reuelādo & manifestādo impedire posset, & ex his colligitur ratio differentię inter id, quod Abb. supra. in secundo dubio concludit, & id quod in hoc tertio in quibus quodammodo sibi ipsi cōtrarius esse videbatur; & haec responsio & declaratio colligitur ex his quae voluit glossa in dicto capitulo, non in inferenda. quae indistinctè, & sic etiam de iure canonico tenet, quod qui ius potestatis non habet, alium defendere non tenetur. & hoc ostendit p rationem & inductionem. d. l. metum. in §. sed licet. Idem est de mente glossae in dicto capitu. finali. eadem causa, & quaestione. ꝙ ille qui potestatem habet, peccat, seu tenetur, si delictum in alium committendum non prohibeat, neq; impediat, & hoc est verum in foro contentioso, sed in foro conscientiae indistinctè tenetur. Ita illam glossam intelligas.

¶Posset dici etiam, illud contingere propter enormitatem criminis falsantis aurum & nummos adulterinos conflantis, sicut diximus supra in terminis. l. j. C. de falsa moneta. itaque Bar. illum textum ibi & in d. l. vtrum. intelligit.

¶Glossa etiam in dicta l. lege, se remittendo ad dictam l. utrum. & l. si sciēte. ff. de parricidijs. innuere videtur, ꝙ ille tex. loquatur non de simpliciter sciente, sed etiam participante, & sic de sciente per modum participationis, puta cōsilij, qui plus peccat, quàm simpliciter sciens, & non reuelans, vt per Innocentium & Abbatem in capitulo primo. de officio delega.

¶Item responderi posset, quòd cum per conflationem monetae princeps, seu respu. offendatur, ut in l. secunda. C. de fal. mone. quis ex sola scientia tenetur, si non reuelauit, ex quo delictum in suum superiorem committendum erat, per ea quae hic voluit Abbas, & infra statim dicetur. Et ita intelligatur. l. 2. l. si sciente. & l. vtrum. ff. de parricidijs.

§.alia.insti. de publi. iudi. iuncta l.prima. ff. de obseq.a li-ber.&c.& l.prima.§.si seruus.ff.ad Sylla.qui text. loquitur de seruo respectu domini sui.Ita quoque potest intelligi d. l.1.C.de falsa moneta, & facit, quod dixit gloss. in dicta l. culpa caret.

57 ¶†Ex prædictis inferri posset, idem esse in vasallo & feudatario respectu domini feudi, vt hic per Abb.l.per quisquis. C.ad l.iul.maiest.qui text.nō probat:quia loquitur de his, qui sunt subditi ratione iurisdictionis & imperii, arg.ca.2. & capitu.solitæ.de maiori.& obedien.Sed alia ratione defendi potest,idem esse in vasallo;quia ratione feudi iurisdictioni domini subest.capitu.cæterum.de iudi.'ca.ex transmissa. de foro compet. & ad hunc casum. dicta l.quisquis. adaptari potest.

¶Præterea,vasallus ratione fidelitatis, quam domino iurauit,crimen,quod sciuit in dominum committendum, reuelare tenebitur,hoc enim sub iuramento fidelitatis comprehendi videtur,alioquin feudo priuari posset,iuxta ca.1. de noua forma fidelita.& ex his omnes, qui fidelitatem iurant,seu ad fidelitatem præstandam tenentur, ex simplici scientia tenebuntur:& ideo episcopi,archiepiscopi, & alij prælati ex sola scientia tenentur; tum quia Papæ fidelitatē iurant.c.ego.de iureiurand. tum ratione subiectionis, iurisdictionis & imperij;quoniā omnis anima vicario Christi subiecta est.c.secundo.ca.solitæ.de maiori. & obedien. & capitulo omnis anima.de censibus. & propterea cum in spiritualibus omnes episcopis suis subsint.capi.quod super his.c.omnes principes.de maioritate & obedientia. cap.2. de constitu.in 6.& episcopi patres spirituales sint, clemen. prima.de pęnis.c.quis dubitet.96.distin. & patribus spiritualibus maior reuerentia,quam carnalibus præstanda sit, argu.c.Pitatium.30.q.3.& plus peccet,qui in patrem spirituale,quam carnalem delinquit,& ideo æquè.uel magis puniēdus est c.qualis.2.q.7.Sequitur ꝙ subditi episcopi de sola scientia criminis in illum cōmittendi, tenentur per prædicta.Ita uoluit Abbas hic,& sequitur in dicto cap.1.de officio delegati.

58 ¶†Similiter de delicto committendo in principem, seu in eos qui sunt quodammodo pars corporis ipsius principis quis ex simplici scientia tenetur,si non reuelauit, vt est tex. in dicta l.quisquis.& §.si quis.6.quæstio.2.Nam speciale est in crimine læsæ maiestatis,ut quis de sola scientia teneatur si non manifestauerit,ut ibi. Et ideo q̃s de offensione personali & homicidio in Cardinalem commisso tenebitur, qñ sciuit illud committendum esse,& non manifestauit; quia tale crimen censetur esse crimen læsæ maiestatis,ut in c.fęlicis.de pœnis.in 6.

¶Sed contra prædicta induco clem.1.de pęnis.& dicto ca. fęlicis.ubi quis ex sola scientia criminis in episcopum, vel Cardinalem committendi non tenetur, nisi doli particeps fuerit,quāuis non fuerit particeps facti,sed is,qui scit,& nō prohibet,seu non manifestat, in dolo esse non dicitur, nec illius particeps,sed culpæ tantum,ut in dicto cap.culpa. de regu.iur.in 6.ergo ex maleficio teneri non debet, nec puniri ut malefactor, sed ex quasi maleficio, ad quod solum q̃s ratione culpæ tenetur,ut in l.ex maleficijs.in fi.ff.de actio. & obliga.& institu.de obliga.quæ ex quasi delic.

59 †Et his casibus,quibus quis tenetur ex eo, ꝙ est solum particeps doli,& non facti,minus puniendus est arbitrio iudicis, & boni viri,quam ille,qui est particeps facti, vt habetur in dicta clementina j.de penis.iuncto.d.cap. fœlicis. in §. illud. & argumento.l.secundæ.ff.de parricidijs.& argumento cap. sicut dignum. de homici.& ratio est;quia qui scit participādo de dolo,minus peccat,quam particeps facti,vt per Innocentium,Ioannem Andream, glossam & alios in d.ca.j.de officio deleg. & in d.ca.fęlicis.§. illud autem. & ideo cum d.l.vtrum.velit, scientem eadem pœna cum faciente puniri,sequitur,ꝙ non loquitur de sciēte simpliciter,sed de participante non solum doli,sed facti,alioquin eadem pęna nō puniretur,sed minori.d.l.2. Et ita intelligit glos.& Bart.in dicta l.utrum. quod verissimum esse puto;quia ille textus, quos prius vocat conscios,postea appellat consocios; vel intelligendo illum de his,qui solius doli,& non facti participes sunt,ut uerbum conscius importare videtur,quod plus importare debet, quam simplex verbum sciens; quoniam sicut sciēs dicitur is, qui per se notitiam habet, ita cōscius, qui simul cum delinquente,& cum aliis,& sic communicato consilio,argumento l.prima.ff.de pactis. & capitulo cationes.§.hæc sunt,decimaquinta distinctione.tunc cōscius eadem pœna in genere,ut in §.alia. institutionibus. de publicis iudicijs.& non in specie puniri dicetur:quia hoc esset contra dictam.l.2.eodem titulo de parricidijs.Facit,qđ habetur in c.1.§.omnem.cum gl.de scisma.in 6.ubi deliberata scientia punitur;quia doli participationem habet.

¶Et ex prædictis infertur,verum non videri esse id, quod uoluit Abbas hic, & in d.cap. 1. & Doctores communiter sequi videntur, Barto.in dicta l.utrum.per dictam l.quisquis.C.ad l.Iuliam maiestatis.dum dicunt, speciale esse in crimine lęsæ maiestatis; vt quis ex sola scientia teneatur, quando non manifestauit;quoniam in crimine & homicidio in episcopum,seu Cardinalem committendo, sequuto effectu,quis de simplici scientia non tenetur, nisi doli saltē particeps fuerit eo modo,quo declaraui, & tamen tale crimen dicitur esse crimen læsæ maiestatis, & ad instar illius punitur,ut in dictis iuribus.

¶Præterea,ob solam scientiam criminis,quando prohiberi potuit, quis in culpa, seu culpæ particeps esse dicitur, non autem doli.dicta l.culpa. ergo solum ex quasi maleficio teneri debet,vt supra.

¶Rursus crimen læsæ maiestatis, & crimen hæresis a pari procedunt,ut in capitulo vergentis.de hęreti.Sed in crimine hæresis simpliciter sciens non tenetur, sed solum doli particeps,ut in capitu.2.& per totum de hæreti. in 6. capi. excommunicamus. infra eodem. Ergo idem in crimine læsæ maiestatis dicendum videtur, in quo hoc erit speciale ad hoc ut quis de tali crimine puniri possit,ꝙ fuerit particeps doli,quamuis effectus non fuerit sequutus,ut quia eū pœnituerit;quoniam de liberata cogitatio, etiam sequuta pœnitentia, est punienda nisi reuelauerit.dicta l.quisquis. sicut hoc etiam in crimine assassinatus contingit, de quo habetur in c.primo.de homici.in 6.vbi est bona glossa. Ac etiam in crimine scismatis,ut in dicto c.1.in §.omnem.cū gl.de scisma.eodem libro.

¶Et hanc opinionem, ꝙ in crimine læsæ maiestatis quis ex simplici scientia non teneatur,uoluit glossa, in §.si quis. 6. quæstione 1.in uer. voluntatem,quæ dicit, in hoc crimine uoluntatem & animum, & sic cogitationem puniri, quando ad aliquem actum processit.

¶Non obstat.dicta l.quisquis. & dicit.§. si quis.6.quæstione prima.quia illa iura,dum volunt,quem ex sola scientia, & cogitatione teneri,loquuntur de his,qui militant sub stipendio principis,vt ibi, vel cuiuslibet postremo, qui nobis militat,cogitauerit,eadem enim seueritate &c.non autem de alijs personis,ergo cum contra regulas iuris,quæ volūt, quem ex sola cogitatione non teneri,nisi sit deliberata, & ad aliquem actū peruenerint.c.cogitationis. cum ibi not. distin.1.l.cogitationis.ff.de pœnis.velint respectu certarū personarum cogitationem criminis posse puniri, hoc ad alias personas generaliter trahi non debet. capitulo, odia. capitulo.in pęnis.cum ibi notatis.de regulis iu.in 6.l.cum quidam.ff.de liberis & posthumis.

¶Secundo potest responderi illa iura, in quantum volunt quem ex sola cogitatione teneri,loqui de his,qui participādo,ut supra,cogitauerunt. Vel melius dicendum est,aliud esse, quem teneri ex cogitatione & deliberatione quadam proprij animi,seu facti.Et ita loquitur dicta lex, quisquis. & dictum capitulum.si quis.aliud esse,quem teneri de sciētia criminis non a se, sed ab alio committendi,quod est minus:quia hoc culpam tantum in se continet,primum verò dolum.lege prima,§.dolum.ff.de dolo.& tunc si talis sciēs doli particeps fuerit,quamuis non facti punitur, & non aliter,vt dictum fuit,& probatur in d.c.fęlicis.

¶Posset etiam forte dici, ꝙ aut loquimur de subditis & subiectis,& tales ex simplici scientia tenentur, si manifestando delictum euitari potuit;per ea,quæ Abbas uult hic, & in dicto capitulo primo. & Bartolus in dicta l. utrum. & hoc tanto magis in crimine læsæ maiestatis locum habebit dicta lege quisquis.& dicto capitulo si quis.Aut loquimur de alijs non subditis, qui ratione alicuius potestatis & subiectionis reuelare & defendere non tenētur.Et tunc non ex simplici scientia,sed si doli, vel facti quomodocunque participes fuerint,de crimine læsæ maiestatis,vel sibi simili tenentur, vt in dicta clementina prima. de pœnis. in d. capitu. fœlicis.dicta lege,quisquis.d. capitu. si quis. dicta lege, vtrum. & dicta lege, si sciente. Cogita tamen, mihi plus placet,quod prius dixi.

¶Considera

¶Considera etiam,dum Innocentius & Abb. hic, & in dicto capitu.quantæ.allegant illum textum ad probandum, quòd de iure canonico indistinctè & regulariter quis non tenetur de sola scientia; quia contrarium voluit Abbas in c.1.de offic.delega.qui sequitur gl.in d.l.culpa.& dicit doct̃o.ita communiter tenere per d.c.quantæ.

¶Quidam,quos refert Decius in d.c.primo, tenentes opinionem Abbatis hic,& Innocen.in dicto capitulo Petrus. de homici.respondebant, illum textum loqui in foro animæ,vt ibi per gl.do.Anto.& alios plures,qui sic intelligũt. Sed Decius inquit hanc responsionẽ quo ad illum textum veram non esse.Primo;quia iura,quando loquuntur de foro conscientiæ, hoc exprimunt. Sed ibi hoc non exprimitur,ergo &c.Hoc dictum verum non videtur, vt colligitur ex tex.in c.tua nos.cum gl.& ibi docto.de sponsa.cum pluribus alijs,quæ ad hoc allegari possent.

¶Secundò Decius probat, illum textum loqui de foro contentioso;quoniam loquitur de manifesto facinore, vt ibi, manifestè facinoribus &c.Sed hæc differentia manifesti & non manifesti solùm foro contentioso conuenit,non autẽ foro animæ,vt in capitulo vestra, capitulo fina. de cohabita.clerico.& mulier.cap.manifesta. secunda quæstione prima.Nam in foro animæ omnia manifesta dicuntur; cum sit forus Dei,cui omnia aperta & manifesta sunt c. cũ vos. de officio ordi.iunctis not.per Innocentium in c.quia plerique.de immunita.ecclesiæ. c.a nobis. de senten. excommu.ergo &c.

¶Hæc responsio vera non est: quia ille tex.non loquitur de manifesto facinore, cum ibi dictio maximè,non referatur ad verbum facinoribus,sed ad illa verba, possint obuiare,& est sensus, q̃ cũ possint manifestè obuiare facinoribus &c. Concludendum tamen est, non esse verum, quod in foro animæ loquatur. Quod etiam suadetur; quia interpretando & præsumendo procedit, vt ibi fauere interpretamur.

60 Ergo in foro animæ non loquitur,† in quo præsumptioni, & interpretationi locus non est, sed veritati. d.c.tua nos. cum ibi not.quia interpretatio rem dubiam præsupponit. l.continuus.§.cum ita.ff.de verbo. obligatio.l. si de interpretatione.cum sequenti. ff. de legibus. Multæ aliæ responsiones illi textui dantur,quas tanquam non iuridicas, nec veras omitto.

¶Quare cogita si nouiter dici posset,quòd ibi illud contingit ratione subiectionis,propter quam quis de sola sciẽtia tenetur,vt dicunt Abbas hic,& Barto.in d.l.vtrum.loquitur enim de eo,qui sciebat rectorem suæ ecclesiæ parochialis percuti debere,& cum posset,non obuiauit,vt ibi,in rectores ecclesiæ &c. Et consequenter loquitur de parẽtibus spiritualibus.de quibus etiã ipse Abbas vnde facit pro eo, quod ipsi voluit.Cogitabam etiam posse dici pro cócordia eorum,quæ Abb.hic, & in dicto capitulo primo,dicit, qui in hoc est sibi contrarius;nam hic inquit,de iure canonico in foro contentioso scientem non teneri. Contrarium vero dixit in dicto capitulo primo. Quod vtrunque dictum sustineri potest etiam in foro contentioso,quoniam,vt omnes fatentur,ille,qui scit delictum in aliquem committendum esse,& illud manifestando;facere potest,quod non cómittatur,si reuelare negligat,mortaliter peccat.Et ideo doctores dicunt,quòd qui scit, & non reuelat, tenetur in foro conscientiæ ratione peccati, vt hic per Abbatem & doctores communiter in d.c.j.de officio delega.In casibus ergo,quibus peccatum in foro canonico & contentioso effectum operatur,sciens,& non obuiãs crimini tenebitur, & de eo,vt de faciente iudicabitur.quoniam sicut in foro cóscientiæ is,qui scit,ratione peccati tenetur,ita in foro contentioso tenebitur quo ad effectus, quos peccatum mortale in illo operatur.

61 †Plures enim effectus peccatum mortale quo ad forum contentiosum producit:nam repellit quẽ a testificando saltem in criminalibus,vt in capitulo,forus. de verborum significatio.& secundum quòd dicũt doctores Abb.antiquus & Modernus in capitulo, testimonium. post glossam,de testibus.& habetur in ca.ipsi apostoli.cum glossa.secunda quæstione 7.Item reiicit & excludit promouendum ab ordine,vt no.in dicto capit.ipsi apostoli. & est tex.in c.primum.cum ibi no.25.distinctione iuncto capi. Christiana.31. quæstione prima. Item repellit ab accusando,vt in d.c.ipsi apostoli.Et istud forte est,quod considerauit textus in d. c.quantæ.ibi, manifestæ desinunt obuiare, facit.c. testes.2.quæstione 7. Et hoc modo intelligatur id, quod voluit glossa in d.l.culpa. & in dicta l. verum.& Abbas in d.c.j.Sed in casibus,in quibus peccatum mortale de iure canonico nihil in foro contentioso operatur. Tunc qui scit,& non prohibet, vt supra,non tenetur, nec ipsi facienti par est,sed solum in foro conscientiæ.Et ita intelligatur id,quod voluit Abbas hic post Innocentium in d. c. Petrus.Cogita tamen,& de his plenissimè dixi.in d.cap.j.de officio deleg.

¶In verbis Abbatis,ibi oppono vlterius &c.Primo aduerte illius verba mendosa esse.Nam cum libri impressi communiter habeant,quòd si iste reus non concessisset, non tamẽ propter hoc debebat ante omnem contentionem restitui, ex his nullus rectus sensus, neque huic literæ conueniens haberi potest,vnde sic stare debent.Et videtur,quòd si iste cecus non consensisset,videlicet debere cognosci,& probari super proprietate, & iure ecclesiæ. Non tamen propter hoc ipse cecus actor ante omnem quæstionem restitui debebat &c.

62 ¶† Et ex his verbis Abb. colligitur declaratio ad illã regulam,qua dicitur, quòd spoliatus ante omnia, hoc est ante omnem aliam quæstionem est restituendus,vt hic dicitur, & in l.si quis ad se fundum.vbi Bart.C.ad l.Iul.de vi pub. cum simi.Nam ea debet intelligi de quæstione & lite,quæ super dominio,seu proprietate rei, aut super crimine moueretur,vt hic,& in d.l.si quis ad se fundum.Non autẽ de quæstione, quæ moueretur super ipsa possessione, ratione cuius de spolio & restitutione ageretur,quoniam licet reus conuentus super restitutione regulariter de dominio opponere non possit,nec quæstionem mouere super proprietate rei ante restitutionem factam.Tamen bene potest opponere de possessione,cuius contemplatione spoliatus agit & super ea quæstionem agenti mouere: vt quia reus diceret,agentem nunquam possedisse, vel non possedisse tempore prætensi spolij, vt quod actor diceret, se spoliatum a decem annis citra,& reus opponeret,illum non fuisse spoliatum,nec tunc possedisse,quia à tempore quadraginta annorum,vel triginta ipse reus,seu ecclesia in terminis textus nostri semper continuè & pacificè possedisset.Et consequẽter potest moueri quæstio super possessione,per quam ostẽdatur ipsum spoliatum & petentem restitutionem sibi fieri tempore allegati spolii nõ possedisse, quoniam si tempore prætensi spolij reus probaret legitimè & concludenter se possedisse eadem specie possessionis allegatæ per actorẽ, inferri diceretur, quòd ipse actor tunc non possidebat, cũ duo insolidum eadem specie possessionis vnam & eandem rem possidere nequeant. l.tertia. §.ex contrario. cum ibi notatis.ff.de acquirenda possessione. l.si vt certo. §.si duobus vehiculum.ff.commodati. Et ideo ex hoc sequetur, quòd agens possessorium recuperandæ intentare, & super illo obtinere nõ potuit: quoniam agẽs interdicto vnde vi, & sic possessorio recuperãdæ ad hoc, vt obtineat,duo probare debet,videlicet se possedisse. Item se fuisse eiectum & spoliatum tempore,quo possidebat. capitul.consultationibus.supra de officio delegati.capitulo cum veniens.capit. cum ad sedem.infra eodem.Et de hac quæstione huiusmodi possessionis antequam restitutio fiat, cognosci debebit, vt probatur in dicto capi.consultationibus. ibi restituatur sibi possessio,si cõstiterit iudici eum esse taliter spoliatum. Nã cũ ista exceptio possessionis & nõ facti spolij sit exclusiua iuris penitus agentis,in hoc iudicio admitti dẽt,vt voluit Ioannes de Imola hic, per notata per Innocentium in capitu.super hoc.de renuntiatione. & habetur in capitulo secundo.infra eodem.Faciunt, quæ habentur per Alexandrum in l.naturaliter.§.nihil commune. & per Socinum in l.rem,quæ nobis,ff. de acquirenda possessione. Et ideo exceptio dominij, seu criminis contra agentem spolio nõ admittitur : quia talis exceptio non est totaliter exclusiua iuris agentis, cum is quoque, qui non est dominus, quinimo prædo sua possessione priuandus non sit, vt in capitulo,in literis. infra eodem.Et hæc omnia etiam sunt de mente Antonij hic cuius verba Abbas tacito authore refert.

63 ¶†Et non solum reus conuentus super spolio quæstionem super possesione & spolio mouere potest,excipiendo agẽtem non fuisse spoliatum,quando ius commune,uel illius præsumptio non contra ipsum, sed pro se esset.Sed etiam quando contra ipsum esset, vt quia aliquis clericus priuatus,seu religiosus, qui de iure cómuni, in aliqua parochia habere non potest ius decimandi, quod regulariter,& de iure communi ad parochum & rectorem ecclesiæ parochialis spectat.c.cum contingat.infra de decimis.c.statuimus.16.quæstione prima,cum similib.esset conuentus super

per

per ſpolio decimarum,ſeu iuris decimandi. Nam talis etiã poſſet mouere quæſtionem ſuper poſſeſſione illius, & ꝓbare ſe in poſſeſſione fuiſſe a triginta,quadraginta, vel qn-quaginta annis citra,& maximè tempore allegati & prætẽſi tituli,& conſequenter ipſum rectorem agentẽ non poſſe ſuper illo iudicio reſtitutionis obtinere, vt volunt hic do. Ant.& poſt eum Abb.& do.de Rota.deciſ.ſua.153.in antiquis,& in nouis.260.Et ad excludendum ipſum rectorem agentem qui ius commune,eiuſq; præſumptionem pro ſe habet, & ſufficeret ipſi reo conuento ſimpliciter probare antiquam poſſeſſionem iuris decimandi, & talem,per quã inferretur, quòd rector agens tempore allegati ſpolii non poſſidebat,& tunc ſpoliari nõ potuerit,abſque quòd illam ſuam quaſi poſſesſionem iuſtificaret, & ex aliquo iuſto & vero, ſeu præſumpto titulo coloraret,puta allegando priuilegium ſuum illius iuris, aut poſſesſionem, vel quaſi tanti temporis de cuius initio memoria in contrarium non extet,quæ poſſeſſio dat titulum,ſeu loco tituli eſt,vt in capitulo primo.de præſcrip.in 6.& argumen.l. hoc iure.§.ductus.ff.de aqua quoti.& æſti.cũ ibi not.l.j.in fi. ff. de aqua plu.arc.Imo nec requiritur,quòd probet poſſeſsionem tanti temporis,per quam ipſe preſcripſiſſe diceretur.Quod patet:quia Abb.poſt Ant.exẽplificat in terminis text. noſtri, & in caſu decimarum de poſſeſſione triginta annorum citra,quæ non ſufficit ad præſcribendum tale ius, nec aliud contra eccleſiam, cum tempus quadraginta annorum, & vltra requiratur,vt in c.de quarta.c.illud,cũ c.ad aures. de præſcrip.

¶Nec prædictis obſtat tex.qui prima facie multum aduerſari videtur,in capitulo ſecundo,de reſtitutio. ſpoliatorum in 6. vbi quando ius commune, ſeu eius præſumptio contra agentem ſpolio facit,requiritur,quòd ipſe agens vltra ꝙ probet ſuam quaſi poſſeſſionem, & ſpolium, probet etiam titulum, & ſic colore poſſeſſionem ſuam titulo iuſto,vero, vel præſumpto:quia reſpondetur,quòd aut ius commune ſeu eius præſumptio facit contra agentem ſpolio. Et tunc vt contra reum ſuper reſtitutione obtineat, requiritur,ut probat ſuam quaſi poſſeſſionem, iuxta dicto capitulo conſultationibus, & etiam titulum verum, vel præſumptum, aut fictum, nec ſola poſſeſſionis probatio ſufficeret. Ita loquitur. dicto capitulo ſecundo,aut facit contra reum conuentum ſuper ſpolio,& tunc ad ſe defendendum,& ne ante omnia reſtituere cogatur, ſufficit, quòd ipſe ꝓbet ſe ſimpliciter poſſediſſe ante,poſt,& tempore ſpolii,abſque quod aliter de aliquo titulo probet.Ita intelligatur id, quod volunt Anto.Abb.& Imo.hic,prout etiam ipſi velle videtur, ſic in hoc reus eſt fauorabilior,quam actor,etiam in interdicto recuperandæ, quod in fauorem quoque agentis eſt introductum,vt ſupra.Et ratio eſt, vt dixi, quia ad hoc, ut agens interdicto vnde vi obtineat,requiritur,quòd probet duo,videlicet ſe poſſediſſe tempore ſui prætenſi ſpolii. Itẽ ſe fuiſſe ſpoliatum d.c.conſultationibus.

64 ¶Et ex prædictis infertur,†quod ſi quis ageret cõtra aliquẽ ſuper reſtitutione quaſi poſſeſſionis ſeruitutis realis: quia ſe illa ſpoliatum diceret, ad hoc, vt obtinere poſſet,neceſſe eſſet,non ſolum probare ſuam quaſi poſſeſſionem ſeruitutis,& ſe fuiſſe ſpoliatum, ſed etiam titulum verum, fictum, aut præſumptum per dicto capitulo ſecundo,de reſtitutione ſpoliatorum, in ſexto, quoniam contra agentem eſſet præſumptio iuris communis,cum de iure communi & regulariter quælibet res libera præſumatur, niſi ſeruitus impoſita probetur.l.altius. & l.in ædibus. cum ibi nota. per Bartol.& Bald.poſt gloſſ.C.de ſeruitu. cumſimilibus. ibi allegatis.

¶Contra prædicta tamen ſic oppono. Agens ſuper reſtitutione quaſi poſſeſſionis iuris patronatus obtinet, ſi doceat ſimpliciter de ſua poſſeſſione. vt in c.querelam, de electio. cum ibi notat.per doctor. Et tamen agens ius commune, eiuſque præſumptionem contra ſe habet;quoniam de iure communi ius patronatus non debetur,nec acquiritur,ſed de iure ſpeciali, & ex gratia, vt in c.3. & ibi omnes de iure patrona.

¶Sed breuiter dicas. ꝙ ius patronatus & ſi ex gratia laicis debeatur,vt in d.c.3. & c.ſi quis epiſcoporum. 16.q.3.Tamen illa gratia dicitur a iure communi approbata in tantum, quòd regulariter omnes laici in ea tolerantur: quia regulariter omnes capaces iuris patronatus effici poſſunt, vt in d.c.3.c.cum dilectus.& per totum.de iure pat.c.pię. cum gloſſ.16.q.7. Et ideo nil mirum,ſi in terminis noſtris ſufficeret, agẽtem probare ſe fuiſſe in quaſi poſſeſſione iuris patronatus. ¶Sed fortius contra præmiſſa ſic arguitur. Nam quòd eccleſia ſoluat alteri eccleſię penſionem,& hoc onere grauata eſſe dicatur,dicitur eſſe contra ius commune,& in dubio præſumi non debet,quòd eccleſia alteri eccleſiæ penſionem ſoluere teneatur,vt in c.prohibemus.cũ ibi nota.c.ſcientes.c.eccleſijs.de cenſibus.habetur in ſumma. 10.quæſt.j.c.cum clericis.de pactis.& per Felynum in c.ad audientiam.il 2.de reſcriptis.Et tamen ſi eccleſia cõtra aliam eccleſiam agat ſuper reſtitutione quaſi poſſeſſionis iuris percipiendi penſionem, ad hoc,vt obtineat, ſufficit,quòd probet ſuam quaſi poſſeſſionem,& ſpoliationem hoc eſt denegationem ſolutionis,per quam eccleſia ſpoliata eſſe dicitur, abſq; quòd aliter de proprietate probet,ſeu de titulo illas penſiones percipiendi, vt eſt textus in d.cap. querelam.in fine.& ibi docto.Idem probatur in c.cum eccleſia.de cauſa poſſ. & proprieta. Et hæc multum ſtringũt contra ea,quæ hic doctores communiter volunt, per d.c. 2.eodem titulo.in 6.Niſi dicamus,quòd in caſu d.c.querelam.eccleſia,quæ agebat ſuper reſtitutione quaſi poſſeſſionis percipiendi penſiones poſſeſſorio recuperandæ probauit quaſi poſſeſſionem ſuam multorum temporum, vt ibi per multa tempora perſoluta.Et ſecundum ſubiectam materiam debet intelligi de tempore, de cuius initio memoria in contrarium non exiſtit, quòd ius & titulum fictum, ſeu præſumptum tribuit,vt ſupra,alioquin agens in illo remedio obtinere non potuiſſet,prout obtinuit per ea, quæ habentur.in d.c.2.

¶Hæc reſponſio in ſe vera eſſe poteſt,ſed non videtur conuenire textui,in d.c.querelam.qui ſimpliciter loquitur de ſolutione facta per multa tempora, appellatione autẽ multorum temporum,non inuenio,quòd comprehendatur tẽpus,de cuius initio memoria in contrarium non exiſtit,argumento eorum,quæ habentur inſtitu.de perpe. & temp. actio.Et dicere iſtud fuiſſe in terminis illius text. eſt maxima diuinatio.

¶Vnde tu nouiter cogita,ſi dici poſſet, ꝙ aliquod eſt ius,qđ eſt aptum competere alicui de iure communi, alteri vero de iure ſpeciali,veluti eſt ius decimandi,vt probatur in d. c.cum contingat.de decimis.c.finali.de parochiis. & d.c. 2.eodem titulo.in 6. Et tunc ſi quis tãquam ſpoliatus agat ad reſtitutionẽ quaſi poſſeſſionis illius iuris, & habeat ius communẽ contra ſe reus vero pro ſe; vt quia ſit rector parochialis, requiritur, quòd agens probet non ſolum quaſi poſſeſſionem ſuam, ſed etiam ius & titulum,ita loquitur. dicto capitulo ſecundo. Aliquod eſt ius, quod non poteſt deberi,niſi de iure ſpeciali, & contra ius commune reſpectu cuiuſlibet perſonæ veluti eſt ius percipiendi cenſum, vel penſionem ab eccleſia.Item vt eſt ius patronatus,& ius ſeruitutis,vt ſupra. Et tunc agens ſuper ſpolio quaſi poſſeſſionis talis iuris ad hoc, vt obtineat ſufficit ſolum, ꝙ probet ſuam quaſi poſſeſſionem.Ita intelligatur.d.ca.querelã, cum ibi notatis,cui hæc reſponſio conuenit, ſed non cõuenit textui.d.c.cum eccleſia.ſupra titulo proximo.Niſi diceres,illum procedere in caſu, quo quis agebat ſuper poſſeſſorio & petitorio ſimul.

¶Verum cogita, ſi aliter etiam dici poſſet, quod aut agitur ratione ſpolii ſuper reſtitutione quaſi poſſeſsionis illius iuris, quod vnus ab alio non exigebat, nec alter alteri debebat,vt quando litigaretur ſuper iure, vel quaſi poſſeſsione iuris decimandi,quòd vna pars ab alia exigere nolebat,ſed a tertio,vt quando religioſi dicebant, ſe fuiſſe ſpoliatos iure percipiendi decimas in tali parochia, rector vero dicebat,illus ius ad eum ſpectare,tunc ad hoc,vt religioſi,contra quos eſt ius commune,obtineant, requiritur, quòd nõ ſolum probent quaſi poſſeſsionem ſuam & ſpolium, ſed etiam titulum d.cap.2. Aut vero agitur ſuper reſtitutione quaſi poſſeſsionis illius iuris, quod vnus ab alio exigebat. Et tunc ad hoc,vt agens,etiam contra quem eſt ius cõmune,obtineat,ſufficiet,quod probet ſolum quaſi poſſeſsionẽ & ſpoliationem.Ita intelligantur.dicto ca.cum eccleſia.& dicto c.querelam.in fine.Cogita,& ex prędictis habemus plures notabiles declarationes ad dicto c.2.& c.1.de præſcrip.in 6.

65 ¶Colligitur etiam ex verbis Abbatis,† quòd quando quis fuit priuatus iure,quod de iure communi habebat,vt quãdo rector eccleſiæ parochialis fuiſſet ſpoliatus ſua quaſi poſſeſsione percipiendi decimas in ſua parochia, melius eſſet,vt ipſe ágeret petitorio, & de proprietate, quam de poſſeſsione,quoniam cum ipſe de iure communi fundatã intentionem habet.d.c.cum contingat.d.c.final.facilimè

contra

contra aduersarium obtinebit, qui occupauit,& spoliauit, & contra quem est ius commune: quia licet ipse reus probaret tempore spolij,& ante possedisse, hoc sibi contra agẽtem nihil prodesset; quia possessio cum proprietate nihil commune habet d.§.nihil commune. Secus si rector ageret spolio;quia tunc de facili succumbere posset,si reus melius de possessione tempore prætensi spolij probaret,vt s̄. dictum est post Abb.

¶Tu autẽ dicas, ꝙ rector parochialis melius faceret,si ageret de proprietate & petitorio, quando ipse sciret, reũ melius posse de possessione probare, vt supra. Sed si secus foret,tunc melius esset,quod ipse ageret possessorio recuperãdæ.l.is,qui destinauit. ff.de rei vendi.c.sæpe. infra eodem. tum quia illud priuilegium ex parte agentis est valde priuilegiatum, vt dixi supra in nota. tum quia ex parte agentis probationes leues,debiles & semiplenæ admittũtur,vt per Bar.in l.momentaneæ.C.vnde vi.& in l.si quando,eodem titu.tum etiam quia qui succumbit in possessorio, non ꝓhibetur postea agere petitorio,sed econtra sic,vt est text.in c.cum olim.cum ibi no.s̄.titu.proxi.

66 ¶Colligitur etiam ex verbis Abb.† quòd quando ius commune,seu illius præsumptio est pro aliquo, tunc talis præsumptio,seu ius commune illi prodest,quando ageret petitorio,quia absque eo,quòd aliter de proprietate,seu de iure proprietatis, haberet fundatã intentionẽ suã, & obtineret,ex quo ius commune habet pro se,vt probatur in l.siue possidetis.cum gloss.C.de proba. Secus si ageret possessorio etiam recuperandæ;quoniam tunc talis præsumptio ipsi agenti non prodesset, quin fundamentum suæ intentionis,videlicet possessionem probare teneretur, vt clare colligitur ex ca. cũ olim.il 3. & ibi no.infra eodem.Ratio est, quia ius commune,seu eius præsumptio extendit solũ quo ad proprietatem,& ius quod habet in re,vt in ecclesia,non autem quo ad possessionem,quæ plus facti, quam iuris habet. l.j.§.si vir.ff.de acquiren.poss.& l.deniq;.ff.ex quibus cau.maio.

67 ¶†Notandum est etiam ex verbis Abb. in hac oppositione quod agens spolio reconueniri potest, seu contra eum de alia spoliatione excipi. c.2.c.final.de ordi.cogni. c.olim. il 1.infra eodem.& per Barto.in d.l. si quis ad se fundum.in 2.colum.

¶At in contrarium facit.c.in literis.ĩ.eo.vbi prædo,& qui spoliauit,in sua possessione tuendus est, nec illa re,quam ꝑ viam spolii obtinuit priuari & spoliari potest.Nisi incontinenti, primo spoliatus spoliatorem suum & prædonẽ spoliasset.l.j.§.qui ante.l.3.§.cum igitur.ff. de vi & vi arma.§. recuperandæ.insti.de interdictis.Solutio,aut reus conuentus super priori spolio,& sic prædo vult reconuenire agentem spoliatione alterius rei prius facta,seu de illa excipere, & potest d.cap.2.& fina.de ordi.cogni.& per Barto.in dicta l.si quis ad se fundum.aut ipsum recõuenire vult & cõtra illum excipere de spoliatione eiusdem rei,& nõ potest. d.c.in literis.Ita est de mente doct.& ibi hoc declarat Abba.in c.fin.in penul.col.in ver.nunc gl.declarata,de ordi. cogni.vbi rationem diuersitatis assignat. Nisi ipse reus, uel spoliator exciperet cõtra agentem de alia spoliatione eiusdem rei, quæ ilico & incontinenti prius facta fuisset: quoniam spoliatus potest suum spoliatorem incontinenti spoliare,nec de illo spolio tenetur, nam licet vltimum spoliũ eiusdem rei sit purgandum; tamen debet intelligi,quando vltimum ex interuallo factum fuit, secus, si incontinenti, argu.eorum,quæ habentur in d.l.1.§.vim.& in l.3.§. eum qui.ff.de vi & vi arma.cum simi.Ita dicit Abb.in d.c.fina. & habetur in c.olim.il j.ĩ.eo.

¶In vltima oppositione Abba. ex eius verbis colligitur pri
68 mo,†quòd ad defensionem ecclesiæ quilibet clericus ecclesiæ sine mandato admittitur.Et hoc modo intelligatur iste tex.secundum Ioan.And.& argu.c.non liceat.12.quæstio. 2.& c.si quis presbyterum.de rebus ecclesiæ non alienan. & ibi per glo.in ver. personas.Per quæ iura quidam dicũt, quòd etiam ad agẽdum pro ecclesia pro recuperatione bonorum illius quilibet clericus,seu quælibet persona de ecclesia,vt est patronus,parochianus, & seruiens potest agere absque cautione rati,vt vult glo.fin.in fi.d.c.si quis.quæ tamen se remittit ad no.in c.j.de procu.vbi glos.velle videt, ꝙ quamuis clericus, & huiusmodi personæ, de quibus.supra, ad agendum pro ecclesia sine mandato admittantur, non tamen sine cautione rati.Idem voluit glo.in c.coram. de offi.deleg.Nam prædictæ personæ respectu ecclesiæ cõiunctæ censentur.d.cap.non liceat.Ergo sine mandato ad defendendum admittentur etiam sine cautione rati: quia cum cautione quilibet admittitur.l.qui proprio.ff.de procu.& hic per Abb. Sed ad agẽdum clericus pro ecclesia sine mandato admittetur cum cautione prædicta,vt ibi per illas glo.arg.l.sed & hæ.in prin.& l.Pomponius.in fi.ff.de procu.& l.exigendi.cum glo.C.eo.

¶An autem quilibet clericus de ecclesia ad defendendum illam etiam sine mandato, & cautione rati admittatur, & maximè quando ecclesiæ defensio ab alijs neglecta esset, Abb.se remittit ad ea,quæ voluit Innocen.in c.cum olim. de testib.& ibi latè Abb.examinat,cuius dicta tamen omittendo forte ratione præmissa dici posset,quòd sic.

¶Sed maius dubium est,an tales personæ ad agendum nomine ecclesiæ sine mandato, & cautione rati admittantur?Et regulariter dicendum est,ꝙ non quia etiam coniuncta persona sic non admittitur,quamuis sine mandato, ut supra. Sed hoc potest intelligi regulariter esse verum. At quando ageretur de recuperanda re ecclesiæ violenter occupata,vel illicitè alienata. Tunc etiam sine mãdato & cautione rati quælibet persona ecclesiastica,& sic quilibet clericus de ecclesia agere posset,vt s̄.per d.c.si quis.& d.c.nõ liceat,cum vbique nota.

¶Nec obstat, quòd coniuncta persona non agit, nisi cum cautione rati,iuribus supra allegatis, quia respondetur, illud verum esse,quando vult agere alieno & defensorio nomine.Sed quando bona ecclesiæ illicitè, & iniustè inuasa, & vsurpata fuerunt,tunc actio & ius dicitur populare, hoc est omnibus de populo ecclesiæ competit,vt in d.c.si quis. & in d.c.non liceat. Et ideo vnusquisque sine mandato & cautione rati admittetur, quoniam agit ad vtilitatem ecclesiæ suo nomine,non autem nomine ecclesiæ,nam sicut interest cuiuslibet de populo,vt ius populi defendatur.l.j. cum ibi not.ff.de popula.actio.l.licet in popularibus, cum gloss.ff.de procura.l.in prouinciali.in fi.cum seq.ff.de noui ope.nuntia.iuncta l.2.& per totum. ff.de popula. actio. Ita interest cuiuslibet de populo ecclesiastico, vt ius ecclesiæ saluum sit,ita intelligo.d.c.si quis.& d.c.non liceat. Vide tamen latius,vt ibi aliàs dixi.Facit,quod dicitur in simili,ꝙ ne bona ecclesiæ illicitè & iniustè vsurpentur, contra regulas iuris laicus conueniri potest,qui violenter & illicitè ea inuasit & occupauit coram iudice ecclesiastico cõtra regulam,quæ habet,ꝙ actor sequi debet forum rei, & non econuerso,ut est tex.in c.cum sit generale.de foro compe. cum ibi not.

¶Et ex his cum laude Dei sit expeditum hoc primum capitulum.

S V M M A R I V M.

1 *Spoliatus beneficio restituitur,licet spontanea,& iurata renuntiatio post spoliationem facta obijciatur.*

2 *Iuramentum facit,vt actus sponte & deliberatè factus præsumatur.*

3 *Iudex ex suo mero officio potest reum compellere,vt declaret suam exceptionem generalem,& ambiguam,quæ illi obesse,& prodesse possit. Et quomodo hoc procedat.*

4 *Exceptio generalis & ambigua,quæ obesse & prodesse potest,non reijcitur,secus si euidenter inepta penitus esset.*

5 *Probatio generalis & dubia non admittitur, & quare in exceptione generali,& dubia secus sit.*

6 *Intentio actoris, vel rei generalis & dubia declaratur ex probatione speciali & clara, non autem ex generalis, nisi intentio illud idem semper concluderet,ad quod producitur.*

7 *Iudex officium suum ad vtilitatem priuatam non impartitur,nisi imploranti.Fallit vt nu.9.10.11.12.& 14.*

10 *Iudex officium suum non imploratum ad publicam vtilitatem interponit.*

12 *Episcopus an inter suos clericos cognoscens possit ad eorum priuatã vtilitatem officium suũ nõ imploratũ impartiri.*

13 *Princeps ex officio suo ad vtilitatem priuatam supplere potest.*

15 *Supplere de iure, & de facto, uel ex iuris dispositione differunt.*

16 *Renuntiatio beneficij facta in iudicio,siue extra ante spoliationem*

tionem nocet renuntianti, non solum quo ad proprietatẽ, sed etiam quo ad causam possessionis & spolij; & quomodo hoc procedat.

17 *Renuntiatio etiam inualida renuntianti quo ad possessionem præiudicat.*

18 *Renuntiatio beneficij facta in manibus non superioris post spoliationem, an quo ad proprietatem renuntianti præiudicet, & nu. 32.*

19 *Renuntiatio beneficij facta in manibus laici an renuntianti, & quo ad proprietatẽ, & quo ad possessionẽ præiudicet.*

20 *Notoria res quibus modis efficiatur, remissiuè.*

21 *Exceptio renuntiationis notoriè factæ ante spoliationem in beneficialibus excludit agentem possessorio recuperandæ, siue renuntians statim post renũtiationem, siue ex interuallo fuerit priuatus, & nu. 33. & 36. Et quid in prophanis nu. 23.*

22 *Possessorium recuperandæ cui detur.*

24 *Renuntians si postea fuerit spoliatus, ad damna & interesse agere potest.*

25 *Renuntians beneficio si post renũtiationem diu in illius possessione steterit, & postea fuerit eiectus, spolio agere potest non obstante notoria renuntiatione.*

26 *Intellectus iurium ad gratiam non sunt trahendi, & quomodo hoc intelligatur.*

27 *Vitium violentiæ per renuntiationem factam post spolium non tollitur, neq; purgatur, nisi ex ea aliquid aduersario fuisset acquisitum. nu. 28.*

29 *Renuntians rei suæ illam pro derelicto habet solum quo ad ius reale, non autem quo ad ius personale, & ideo etiã post spoliationem possessorio recuperandæ agere potest.*

30 *Dominium est ius personæ inhærens, non tamen est ius personale.*

31 *Spoliatus renuntiando post spolium parte absente, vel præsente sibi quo ad possessorium recuperandæ in beneficialibus non præiudicat, & quid in prophanis.*

Renuntiatio omnium iurium in prophanis vitium præambulum spoliationis tollit, & purgat.

34 *Renuntiatio beneficij facta in manibus clerici magis potest haberi rata, quàm facta in manibus laici.*

35 *Facta per procuratorem ad tempus mandati non retrahuntur, præterquam in his, quæ solo animo geruntur.*

37 *Exceptio non verisimilis agenti possessorio recuperandæ nõ obstat, & quomodo hoc procedat.*

38 *Spoliatus an perpetuo agere possit, vel solum infra annum.*

39 *Agenti possessorio recuperandæ an de iure canonico obstet exceptio triginta annorum.*

40 *Fama publica legitimam exceptionem non tollit.*

41 *Probatio extra articulos & capitula facta non probat.*

42 *Probatio facta in iudicio summario non prodest in iudicio ordinario, nisi esset facta per cõfessionem partis, vel partes ita conuenissent.*

43 *Testes super ijsdem capitulis ad diuersos effectus recipi possunt.*

44 *Pactum factum spoliatori de non agendo possessorio aut de non molestando possessorem an agenti obstet.*

Et quid de iuramento post spoliationem suscepto. nu. 46.

45 *Causa ecclesiæ causa publica dicitur.*

47 *Iuramentũ, quod sine interitu salutis æternæ seruari potest, est omnino seruandum, quomodo intelligatur.*

48 *Iuramentũ non extẽditur ad casum sub eo non cõprehẽsum.*

Caput, Solicite, &c.

SVMMATVR & diuiditur, vt hic per Abba. & scriben. alios. Et est capitulum valde difficile, & præsertim in suo intellectu, vt infra apparebit. Vel aliter summari potest,
1 † Petenti restitutionem beneficij non obstat exceptio spõtaneæ renuntiationis factę post spoliationem: quia quo ad causam restitutionis præsumitur non spontanea, nec contrarium probari potest, hoc dicit.

¶In text. ibi, qui renuntiat spoliatus. Hosti. supplet dictionem maxime; quia secũdum illum eadem est præsumptio in non spoliato, & hoc sequitur Ioannes And. hic, pro quo est tex. in c. super hoc. de renuntia. vbi non est verisimile, quemquam beneficium multis forte expensis & laboribus acquisitũ facile sine magna causa spõte sua resignare. Quæ suppletio, & intelligentia mentem huius literæ destruit, vt sentit Innocentius, & clarius Ioan. de Imola. Nam hic tex. voluit aliquam specialitatem denotare in ipso spoliato renuntiante, vt non præsumatur sponte renuntiare, quæ in aliis, qui non spoliati renuntiant, non reperitur. Et posito etiam, quòd in dubio non spoliatus renuntiando nõ præsumatur sponte renuntiare, vt vult Hosti. & est tex. clarus in d. c. super hoc. Tamen illa dictio maximè, hic non rectè suppletur, vt implicet idem in non spoliato, quod hic dicitur in spoliato. Nam quando iam spoliatus suæ ecclesiæ renuntiat, præsumitur non sponte renuntiare in tantum, q; quo ad effectum restitutionis probatio in contrarium non admittitur, & sic est præsumptio iuris & de iure, vt hic, iunctis nota in capi. is, qui fidem. de sponsa. Sed quando nondum spoliatus renuntiat, quamuis presumatur non sponte renuntiare, vt hic per Hostien. & Ioan. And. Tamen probatio in contrarium admittitur, etiam quo ad effectum impediendi restitutionẽ, vt hic, & in c. sequenti. & in c. 2. & 3. de his, quæ vi metusue cau. Et sic est iuris tantum, & leuis præsumptio.

¶Noto in primis, ibi, antequam restitutus fuerit, non admittas, quòd regula illa, q̃ habet, quòd spoliatus ante omnia, hoc est ante omnem contentionem sit restituendus, vt in c. præcedenti. & in l. si quis. C. ad l. Iul. de vi pub. procedit, etiam si de renuntiatione iurata opponeretur: quoniã renũtiatio etiam iurata facta post spoliationem quo ad effectum & causam restitutionis nõ præsumitur sponte facta, nec deliberatè, sed coactè, & metu, vt hic.

2 ¶Ex quibus infertur, † quòd quamuis iuramentum aliàs faciat præsumi actum sponte & deliberatè factum fuisse, ut per Alexan. in rubrica. ff. de verbo. obliga. per not. per Archid. in c. quamuis. de pactis in 6. & Anto. in c. si diligenti. in 5. colum. de foro competen. Tamen secus est in eo, qui iam spoliatus suæ ecclesiæ cum iuramento renuntiauit: nam non sponte, sed coactè quo ad causam restitutionis & spolij renũtiasse præsumetur, vt hic, & hoc in odium spoliatoris, contra quem a iure plura alia quoque introducta fuerunt. Item quia exceptio & causa renuntiationis concernit petitorium, & causam proprietatis, quæ in causa spolii non admittitur, nec obstat, vt no. in c. super hoc. de renuntiatio. cum gl. iunctis his, quæ dixi supra. in c. præcedenti. & per glo. nostram.

¶Successiuè ex verbis Abb. in suo primo notabili quatuor
3 colligi possunt. † Primum sit per hunc textum, quòd iudex ex suo mero officio potest reum compellere ad declarandã suam exceptionem generalem & ambiguam, quæ verificari potest, tã in specie, quæ sibi prodesse posset, quàm in specie, quæ non posset ipsi prodesse, prout hunc text. inducit hic Abb. Hoc idem vult & sequitur Alexan. nihil de dictis Abba. hic mentionem faciens in l. 4. §. Hoc autem iudiciũ. in 3. colum. ff. de dam. infect. per l. age. C. de transactio. Et ita dicit ibi Bald. per illum textum, qui subdit, idem etiam in actore dicendum esse, vt ex mero officio iudicis non implorato compelli possit, libellum suum generalem & ambiguum declarare: Ex quo habes ampliationem cõclusionis s. positæ, q; in hoc exceptio generalis rei & petitio generalis actoris parificantur. Idem sequitur Ant. de Butr. in c. j. de libel. obla. Et hoc in libello generali ideo procedit; quia interest iudicis, vt generalitas declaretur ad hoc, vt certã sententiam ferre valeat. §. curare. insti. de actio. l. j. & 2. C. de senten. quæ sine cer. quanti. profe. & in c. 2. cum gl. de libel. obla. vbi Anto. in 3. notabili, ita dicit. Et idem in c. j. eodem titul. in 1. oppo. dicit, quod iudex ex suo mero officio potest supplere in his, quæ tendunt ad solennitatem iudicij, quibus pretermissis frustra laboraret; vt quia iudiciũ non valeret. Item quando interesset iudicis: vt quia suppletio & solennitas, tam iudici, quâm parti utilis esset. d. §. curare. Et ita sequitur Alexãder in d. §. hoc autem. in 3. & 6. columna. per notata per Bartolum in l. si quis libertatem. ff. de petitione hæred. in 2. colum. & in l. si sepulchri. ff. de sepulchro viola.

¶Ex hac prima conclusione Abb. clarè vnum infertur, ut ex eius uerbis colligitur, quòd in dubio reus non præsumitur

tur

tur proponere & intelligere suam exceptionem eo modo, quo sibi prodesse potest, sed indistinctè in vtroque casu intelligi debet, nisi per reum declaretur, vt hic per istum tex. iunctis no.per Abb.

¶Sed contra prædicta est tex.iuncta glo.& ibi Bar.& communiter docto.in l.si quis intentione.ff.de iudi.vbi siue actor in agẽdo, siue reus in excipiẽdo intentione ambigua, & generali vtatur, quæ se tam ad casum, qui prosit, quàm ad alium, qui non prosit, habere potest in dubio ex iuris dispositione in eo casu intelligi debet, in quo sibi prodesse potest. Ergo alia partis; vel iudicis declaratio non requiritur; est enim verisimile, quòd quis semper intelligat intentionem suam in eo casu, qui sibi prodesse potest, & non aliter, argu.no.in l.legato generaliter.ff.de leg.1.& l.qui destinauerat.ff.de milita.testamen.

¶Pro solutione dicas, quòd vbicunque propter generalitatem & ambiguitatem intentionis rei, vel actoris aduersarius deliberare non posset, an vellet cedere, vel contendere, vel interesset iudicis declarationem fieri, tunc actor, siue reus intentionem suam, vel exceptionem declarare cogi potest.l.j.in prin.ff.de edendo.l.si defensor.§.illud.ff.de interroga.actio.iuncta.l.j.ff.de exceptio. Et ita intelligantur no.per Abb.hic, iunctis no.per do.Ant.in d.c.j.& 2.de libel.obla.Sed vbi deliberatio aduersarij nõ impediretur, nec iudicis interesset, tunc declarare non cogeretur, sed procedendum esset & facienda ex iuris dispositione interpretatio in fauorem proponentis, & proferentis, d.l.si quis intentione.cum ibi not.per Barto.Et facit, quod dicit Specu.in titu.de officio om.iud.§.deseruit.in ver.ego dico in quiens, quòd si ab initio dubium sit, an actio intentata sit apta, necne, potest procedi vsque ad sententiam, & per probationes factas declarabitur, an fuerit apta, vel inepta, & si petitio tolerari potest, est admittenda.c. cum ad sedem.cũ ibi no.infra eod.l.j.in prin.ff.si mens.fal.mo.dixe.Faciunt etiam not.per Inno.in c.examinata.de iudi.vbi vult, quòd semper libellus pro actore sit interpretandus, quæ bene nota pto declaratione huius text.qui sic intelligi debet, vt iudex possit cogere reum declarare suam exceptionem generalẽ; quoniam aliter actor deliberare non poterat, an vellet cedere, vel contendere, agebat enim hic actor ad restitutionem, propterea quia esset spoliatus, reus generaliter opponebat non esse audiendum ex eo: quia ecclesiæ spõte & cum iuramento renũtiauerat, vt in c.sequenti. & cõsequẽter non debere amplius admitti ad probandum spolium. Sed quoniam ex hac exceptione renuntiationis generaliter facta & proposita actor deliberare non poterat, an cederet, vel contenderet, quia poterat intelligi de renuntiatione facta ante spolium, quæ opponẽti proderat, & de facta post, quæ non proderat. Ideo vt actor possit deliberare, iudex ex suo officio reum compellere potest, vt exceptionem suam declaret. Ita tex.iste cum hic nota.intelligi debet.

4 ¶†Secundò ex verbis Abb.colligitur, q̃ proponẽs exceptionem generalem & ambiguam, quæ in aliqua specie sibi ꝓdesse in aliqua non prodesse potest, statim ab initio excludi & reijci non debet, sed talis exceptio generalis procedit & admittitur, ut supra per hunc text.declaratum fuit. Itaque debet intelligi.c.pia.cum ibi no.de except.in 6.vbi dicitur quòd si quis exceptionem excõmunicationis opponat, debet speciẽ illius exprimere, quod satis est, vt fiat postea uel ad iudicis petitionem, vel ex probatione per eum facta specialiter de certa specie excommunicationis, vt hic optimè Abb.declarat.

¶Prædicta suadentur, nam si intentio & petitio generalis & ambigua actoris admittitur, neque ab initio excluditur, dummodo declaretur vel ex probationibus postea explicitè & specialiter satis, uel ex officio iudicis, vel ex iuris interpretatione.d.l.si quis intentione.& per Innnocen.in c.examinata.de iudi.per Ant.in d.c.1.& 2.de libel.obla. bonus tex.in l.inter stipulantem.§.j. qui dat rationem diuersitatis in hoc inter iudicium & contractus.ff.de verb. obliga. A fortiori admittetur exceptio rei generalis & ambigua, nec ab initio excludetur, q̃a rei in suis exceptionibus sunt fauorabiliores, quàm actores in suis petitionibus.l.fauorabiliores.ff.de regulis iuris.c.ex literis.de proba.& c.fin.de re iudi.cum similib.

¶Gloss.tamen in ver.speciem. in d.c.pia.per illum textum contrarium velle videtur, quod ab initio speciem exprimere debet, quando quælibet species generis illum effectum non sortitur, ad quem proponitur, vt ibi.

¶Ego autem in hoc sic dicerem, & cogita bene, si uerum sit, quod si quis proponeret exceptionem generalem euidẽter ineptam, & in nulla specie ad effectum, ad quem proponitur, facientem, tunc statim ab initio excludi potest, argumento eius, qui euidenter actionem totaliter ineptam ꝓposuit, vt in l.j.§.j.ff.si mẽs.fal.mo.dixe. Facit, quod dicit Alexan.in l.4.§.hoc autem.ff.de dam.infect. vbi dicit, iudicem ipsum supplere repellendo a iudicio, quando sibi de calumnia litigantis constat allegat glo.in l.qui cum maior. §.si patris.in versi.calumniosam.de bonis liberto. Innocẽ. in c.j.ad fi.de officio vica.& faciunt nota. per Abbatem in c.ad aures.de præscriptio. Si uero proponeret exceptionẽ generalem & ambiguam, quę in aliqua sui ipsius specie ipsi opponenti prodesse posset. Et tunc ab initio statim nõn excluditur, sed admittitur, & est declarãda vt supra. Et ita prędicta intelligantur, quicquid dicat glos.in d.c.pia. qui tex. etiam non obstat, quonia vel potest intelligi, prout hic Abba.declarat; vel illud sit speciale in exceptione excommunicationis, quæ debet specialiter, & non generaliter proponi, vt ibi. Ratio specialitatis sit periculum animarum, quod in participando interim cum excommunicato vertitur, & in hac ratione dispositio illius capituli fundari videtur, ut ex præambulo illius tex.colligitur, & vt magis censura ecclesiastica timeatur, vt ibi, & not.in c.decernimus. de senten. excommu.in 6.cogita tamen.

5 ¶†Tertio ex verbis Abba.colligitur differentia inter exceptionem & probationem in iudicio generaliter factam: q̃a dubia exceptio ab initio admittitur, non autem dubia probatio.c.in præsentia.de probatio.l.neque natales. C.eodẽ titulo.& l.non hoc.C.vnde legiti.& vnde cogna. Ratio diuersitatis est secundum Abb. quia exceptio, seu petitio generalis & dubia ex postfacto declarari potest, vt supra. Sed probatio iam facta per testes non potest post conclusionem declarari.capitulo cum dilectus.de fid. instr.qui tex.parũ, vel nihil facit, probat enim, quod post conclusum in causa nihil a partibus allegari, vel de nouo probari potest, sed q̃ iam probatum nequeat, declarari non denegat.

¶Ego autem dico, hanc rationem diuersitatis non concludere, neq; bonam esse, quia sicut exceptio generalis & ambigua ex postfacto, vt supra declarari potest, ita etiam probatio generalis, & dubia. Nam post conclusum in causa & didicita testificata, sicut iudex ex officio suo non implorato potest interrogare partes pro veritate eruenda, & toties quoties, & quandocunque, vt habetur in l. vbicũque.ff. de interroga.actio.c.cum Ioannes. de fide instrumen.ubi casus clarus. Ita potest testes repetere, & ipsos cogere, vt eorũ dicta dubia & probationem dubium per eos factam declarent.c.cum clamor. de testibus. & nota. in d.c.cum Ioannes.vbi gl.parificat in hoc testes & partes, vt ibi, & not.etiã in d.c.in præsentia.in uer.secundæ.per Ange.in §.quia uero.in authen.de testibus.in glossa.in ver.habebit per Bart. & alios in d.l.si quis intentione ambigua.in penultima.q. in l.hæredes palam.§.j.ff.de testamẽtis.in l.repeti.in prin. ff.de quæstio.per Alexãdrum & alios in d.l.4.§.hoc autem iudicium.

¶Propterea alia forte diuersitatis ratio posset assignare. Nã ideo exceptio generalis & dubia admittitur: quia licet ab excipiente aliter non declaretur, ius tamen illam declarat & interpretatur secundum intentionem proferentis, ac in eius fauorem. Itaque dubia remanere non potest, argumẽto.d.l.si quis intentionem ambigua.cum alijs supra allegatis. Sed probatio generalis & dubia non admittitur: quia aliquo casu dubia & obscurã remanere potest, ius enim illã non declarat, neque interpretatur, quoniam quando ius interpretatur, semper ad fauorem proferentis, & nõ aliter interpretari dicitur, argumẽ.d.l.si quis intentione. & d.l. inter stipulantem.§.j. Vnde probationem dubiam ius non potest interpretari ad fauorem producentis testes, & faciẽtis probationem: quia ipse non fuit, qui verba protulerit. Nec etiam ad fauorem testis probantis, qui verba protulit, quia de eius fauore & præiudicio non tractatur, cum pro vtraque parte probare, & veritatem dicere debeat.c.de testibus.infra de testi. Nec pars, ad cuius instantiam probatio facta fuit, proprio motu illam declarare, & interpretari potest, tum quia ipsa verba non protulit, & vt dicit Bart.in d.l.si quis intentione.in 2.op.verbum a quocunque prolatum in iudicio intelligitur secundum interpretationem ipsius proferentis, & non alterius; nam quamuis pars possit dicere, se intellexisse ita suam intentionem, non tamen sequitur, quòd testis illam sic intellexerit, nec econuerso; tum etiam quia post didicita testificata pars proprio motu, &

tu,& ad sui instantiam probare,ac declarare non potest; ut
Abb.hic dicit,nec etiam testis: quia tunc super ijsdem arti
culis ad instantiam partis examinari non possunt, vt in ca.
fraternitatis.c.cõstitutus.il 2.& c.cum venisset.de testi.;&
licet testis,vt supra, ex mero officio iudicis suam probatio-
nem dubiam declarare cogi possit, non tamen cogitur iu-
dex hoc facere. dicta l.4.§.hoc autem iudicium.& in locis
præallega.
¶Præterea, quando intentio partis producentis testes est
dubia, iudex ex officio facere potest, quòd testis suam pro-
bationem dubiam declaret,vt dicit Bar.in d.l. si quis intẽ
tione ambigua.in 2.opp. Vnde apparet q̀ quãdo probatio
esset dubia, generalis,& obscura, regulariter& magis ge-
neraliter posset remanere dubia,& semp, nisi iudex ex suo
officio faceret illam declarari,neque hoc iudex semper fa-
cere potest,vt ex prædictis colligitur. Et ideo nil mirum,si
probatio dubia non releuat,& contra producentem inter-
pretatur. Sed exceptio & intentio actoris, vel rei ambigua
& generalis admittitur: quoniam dubia remanere non po
test: nam licet nec a parte,nec ex officio iudicis declaretur
ius tamen illam declarat,vt dictum fuit.Et ad propositum
vide Barto.in dicta l.si quis intentione ambigua.in 2.opp.
qui nota.dixit, quòd indistinctè verbum a quocunque ꝓ-
latum in iudicio intelligitur secundum interpretationem
proferentis,vel actoris,uel rei,uel testis, vt colligitur ex no
ta.in dicto capitulo,in præsentia.& in dicto capitulo.cum
Ioannes.
¶Animaduertendum tamen est, quòd si intentio actoris,
uel rei sit ambigua,& testis examinatus super illa ita ambi-
gue & generaliter deponat, sicut erat ipsa intentio,talis ꝓ-
batio non releuat,nec illam potest testis declarare.Nam li-
cet pars possit intentionem suam interpretari, & dicere se
ita eam intellexisse,quando illam proposuit,tamen non se-
quitur, ergo testis deponendo obscurè illam sic intellexit.
Vnde hoc casu ad hoc,vt ex probatione postea facta inten-
tio actoris,vel rei ambigua declaretur, & releuet,requiri-
tur, quòd probatio fiat explicitè,& limitatè, nõ autem ob-
scurè & generaliter: vt erat intentio.Ita no.voluit Barto.in
d.l.si quis intentione.in 2.oppo.
¶Posset forte,& breuius dici,rationẽ diuersitatis esse,quo-
niam ex intentione actoris & rei causa non deciditur, nec
ex ea præiudicium generatur.l. qui accusare.C.de eden.c.
fina.de iureiuran.Sed ex probationibus causæ decidũtur.
c.forus.de verborum signifi.cum simi.supra alleg. Et ideo
cum magis possint nocere probationes,quam exceptiones
& petitiones partis,magis claræ esse debent.
6 ¶Quartò ex verbis Abb. etiam colligitur,quòd † intentio
actoris,seu rei generalis & dubia declaratur ex probatione
speciali, & clara postea facta. Sed intentio generalis nõ de-
claratur ex probatione generali,nec econtra,vt per Bart,in
d.l.si quis intentione.& est text.clarus.in dicto capitulo,in
præsentia. Fallit tamen,nisi esset intentio generalis,quæ in
qualibet sua specie concluderet eundem effectum, ad quẽ
producitur: quia tunc sufficeret generalis intentio,& gene
ralis probatio,vt hic per Abba.& per glos. in c.pia.de exce-
ptio.in 6.non enim refert, quid ex æquipollentibus fiat l.
Gallus.§.& quid si tantum.ff.de lib.& posthu. facit tex: cũ
ibi not.in c.cæterum.in c.plerumque.& in c.super literis.
de rescript. Sed si intentio esset specialis, & certa,probatio
vero generalis & dubia.Tunc probatio non releuaret,neq;
per interpretationem specialem & certam interpretaretur
casus est in dicta l.non hoc.vnde legi.& in d.l.neque nata-
les.C.de probatio.Et ratio est: quia ex probatione interpre
tatur intentio,& non econtra,vt colligitur ex no.per Bart.
in d.l.si quis intentione ambigua.& scriben.hic.
¶Ex dictis Abb.in oppositione,quam facit de l.4.§.hoc au
7 tem iudicium.ff.de dam.infect.†facio regulam,seu cõclu-
sionem, quod iudex suum officium ad vtilitatem priuatã
impartiri non debet,nisi imploranti, vt hic per do.Ant.&
in c.1.in j.oppo.de libel.obla.& Innocen.in c.ad nostram.
il secundo. de iureiurando,& in c.in literis.in prima colũ.
infra eod. Quæ regula fundata est super illo dicto,quòd iu
dex non supplet de facto,sed de iure tantum,vt per totum.
C.vt quæ desunt aduoca.& no.per glo. in c. bonæ.il 1.de
postula.prælato.& voluit Bar.in d.§.hoc autem. per l.illi-
citas.§.vetitas.de officio præsi.& ita declarat Anto. in d.c.
1.& hic.
8 ¶†Fallit primo hæc regula in personis miserabilibus, & ita
Abb.Hostien. hic intelligit text.in capitu.1.supra eodem,
qui loquitur de ceco spoliato,ad cuius vtilitatem iudex su-
per causa restitutionis ex officio veritatem inquirit, vt ibi,
inquire veritatem &c. Sed hoc ex illo tex. iudicio meo ne-
cessario non infertur;quia non sequitur, est cecus,ergo mi
serabilis persona,si aliàs sit diues, vt legitur de Tobia in 2.
c.& habetur in l.hac consultissima.C.qui testamenta face.
possunt.& argumen.eius.quod dicitur de vidua, vt habe-
tur in c.viduas.prima quæstione secunda. Hanc tamen li-
mitationem sequuntur & tenent communiter legistæ Bar.
Alex.& alii in d.l.4.§.hoc autem iudicium, vt fauore mise-
rabilem personarum iudex possit officium suum non im-
ploratũ impartiri,duobus concurrentibus, videlicet quan
do officium suum exercendo actum piũ faceret.Item quã-
do non potest probabilem ignorantiam prætendere: vt q̀a
miserabiles personæ coram eo in iudicio essent, per l.san-
cimus.§.1.C.de admin.tuto. & l.ne quicquam.§.aduoca-
tos.ff.de officio procons. secundum quod illa iura Bart. in
d.§.hoc autem inducit.Sed si probabilem ignorantiã præ-
tendere posset;tunc non teneretur supplere de facto ex of
ficio suo non implorato ad vtilitatem priuatam, & misera
bilium personarum, per l.1.§.magistratibus.ff. de magi-
stra.conue. Idem dicas in omnibus actibus & causis pijs,
vt iudex supplere teneatur,& officium suum non implora
tum impartiri per prædicta, & plura, quæ allegat Alexan.
in d.§.hoc autem. Et optimè probatur in l.si cum dotem.
§.eo autem tempore.in versi. nec vero.ff.solu.matrim.vbi
9 †iudex in causa dotis,quæ pia causa dicitur,ex suo officio
non implorato potest supplere, parte non petente, ne dos
consumatur. Quod autem causa dotis dicatur esse pia cau
sa probatur in l.cum is.§.si mulier.ff.de condict. indebi.
& per Barto.in l.si constante, in 9.q.primæ partis. in fi.ff.
solu.matri.Et ita volunt & dicunt Raph.& Pau. de Castr.
d.l.si cum dotem.§.eo autem tempore. Posset forte dici il
lud ibi non contingere ratione piæ causæ: quoniam an dos
dicatur simpliciter pia causa,multũ dubitatur, vt habetur
in l.si ego.in princip.& in §.j.ff. de iure do. Sed illud ideo
ibi esse potest;quia causa dotis generaliter vtilitatem publi
cam in se continet,vt in l.j.ff.solu.matrimo.& ibi omnes,
10 ac†vbicunque de publica vtilitate tractatur, tunc iudex of
ficium suum non imploratum ad publicam vtilitatem in-
terponit, vt est text.in l.congruit.ff.de officio præsi. in l.si
quis in hoc.C.de episcopis & cleric. & in authen. vt nulli
iud.§.1.& §.quoniam verò.colla.6.glos.in c.cupientes. in
§.cæterum.in versic.contumacia.de electio.in 6.& Barto.
in d.§.hoc autem iudicium. in 1.2.& 4.columna. Et hoc
modo etiam intelligo.l.profectitia.§.sed si proponas.ff.de
jure dotium. intelligendo, quòd iudex ex officio suo non
implorato dotem mulieri decernere possit, quando pater
non decreuerit,prout illum textũ intelligit Roman.in re-
peti.auth.similiter.C.ad l.Falc.in 11.speciali iudiciorum.
¶Sed q̀ in causis pijs iudex possit,officium suum exercere,
facit l.qui erat hæres.circa princ.ff.fami.ercisc. Et hæc est
communis opinio,quam sequitur Anton.de Butr. in d.c.
bonæ,il 1.& probatur.in §.si autem hæres. in auth. de ec-
cle.tit.vbi hæres ex prouisione & officio episcopi cogitur
soluere legata pia omni falcidia vacante.
11 ¶†Idem dicas in casu, quo periculum animæ verteretur,
vt voluit glossa not. quæ inter alios casus hunc enumerat,
in c.cupientes.in §.cæterum.in ver.contumacia,de elect.
in 6.Et omnino videas glo.not.in c.quia frustra. de vsuris,
quæ vult,iudicem ex suo officio posse expellere vsurarium
a iudicio secundum formam dictæ decretalis: quia hoc fa
uorem animæ vsurarij concernit,vt ibi. Et ad propositum
facit,quod no.in c.1.de conuer.coniuga.& per Antonium
& Abba.& Imolam in c.1.& ibi dixi supra eodem, quod
licet restitutio officio iudicis & ex illius inquisitione, par-
te non instante fieri non possit. Tamen hoc fallit, quando
periculum animarum immineret, vt latius de hoc infra
Deo duce dicetur.
12 ¶†Secundò principaliter fallit conclusio præcedens quan-
do episcopus inter clericos suos subditos cognosceret, q̀a
ad eorum priuatam utilitatem potest ex officio suo parte
non instante supplere,secundũ Hostien.per tex. in c.si quis
cum clerico.11.q.1.& ita sequitur Anto.de But.hic, & se-
cundum eos,ita hic tex.intelligitur.
¶Abb.tenet contrarium, quia hoc nullibi cautum reperi-
tur.Et contra hanc limitationem faciunt not. per Innoc.
in capitu.ad nostram,il secundo, de iureiuran.qui noluit
hoc solum esse speciale in Papa,& non in alijs inferioribus,
& per glo.in d.c.bonæ.il 1.
¶Non obstat.d.c.si quis cum clerico. quia secundum Ioã.
de

de Imol.hic ille tex.debet intelligi de clericis pauperibus, & sic de personis miserabilibus, quod patet: nam permitti tur ibi agi contra clericos absque scriptura & libello. Et tamen regulariter hoc non est permissum ēt inter clericos litigantes,nisi sint miserabiles personæ,vt habetur per Antonium & alios in cap.1.de libelli obla.& no. in l.vnica.C.si contra pupil.vidu.& misera.perso. Vel posito, quòd tex.ille velit episcopum cognoscentem inter suos clericos posse procedere sine scriptura libelli, & sententiam sine scriptis ferre,& non seruato iuris ordine,vt ibi dicitur,non tamen probat, iudicem posse procedere & cognoscere parte non petente, & instante ex officio suo. Vnde intelligo parte petente,vt ille textus clarè innuit ibi, adeat prius episcopum, arguméto.dicta l.4.§.hoc autem iudicium. vbi in iudicio damni infecti,quod est summarium,iuxta l.j.ff.de damno infecto.& nota.in d.§.hoc autem.iudex ex officio suo parte non petente non supplet, & argumento. d. c. bonæ.il 1. Itaque illum text. d.c.si quis cum clerico.intelligit Aut.in d.c.j.de libel.oblat.in octauo casu, dicens illum inducere specialitatem in episcopo.Et quamuis dicto capi.bonæ.videatur probare,iudicem ex officio supplere posse,tamen illud ibi est,vel quia constabat iudici,vt iudici,iuxta not.per glo.in dicto c. cupientes.& sic non ex officio suo tantum, sed parte petente,vt ibi nota.Vel illud est: quia ibi de vtilitate communi & publica tractabatur,vt ibi, vnde non immerito præferentes speciali vtilitati communem,& minori maiorem, quo casu iudex ex suo officio supplere potest, vt dixi supra post Bar. in dicta l.4.§. hoc autem iudicium. & ibi Alex.& habetur per gloss.in dicto capitu.bonæ,& in dicto capitulo cupientes. Vel illud est, quia Papa erat, qui ex officio suo supplebat. Et quamuis alii inferiores nō possint,

13 †tamen princeps potest ex officio suo ad vtilitatem priuatam supplere, vt per Innocen.in c.ad nostram.il secūdo. de iureiuran.& per Alexan.in d.§.hoc autem. qui ita in specie intelligit.dicto capi.bonæ, & c.cum nobis olim.de electio.

¶Nō obstat iste tex. vbi episcopus in causa spolij restitutionis,ex officio supplet;quia hic secundum Imolam & Anto. de But.non inquiritur super causa principali restitutionis, & spoliationis, nam ex officio suo iudex super ea inquirere non potest, parte non instante, vt supra in capitu.j.cum gl. & per Imo.in c.in literis.in prima columna. infra eodem. Sed inquiritur super quodam incidenti,an exceptio sit admittenda,necne propter non sui verisimilitudinem: nam iudex ex suo officio potest non admittere exceptionem nō verisimilem, nec illam, quæ habet iuris præsumptionem contra se, vt hic secundum domi. Anton.& clarius per Imol.

¶Abb.hic dicit per hoc contrarium non remoueri, tu autem dicas.domi.Anton.bene loquutum esse quo ad hunc tex.& eius declarationem,& responsionem sequitur Io.de Imo.hic. Et sciendum est: q. licet regulariter ad vtilitatem priuatam in his quæ principaliter in parte radicātur,iudex officium suum siue nobile, siue mercenarium exercere nō possit,nisi imploretur,iuribus supra allegatis. Tamē fallit, quando hoc faceret ad declarationem eorum, quæ iam in iudicio facta fuissent,& ratione suæ generalitatis ambigua essent,vt testes repetere partes interrogare, & libellum declarare. Ita inquit Bar.in dicta l.4.§.hoc autem. in 3.quæstione.per tex.cum ibi not.in capitu.cum Ioannes. de fide instrumen.& in capitu.cum clamor.c.cum tu.cum simil. supra allegat.de testibus.& hoc est,quod voluit dicere do. Anto.hic. Vel possumus dicere, quòd hic iudex ex officio suo non inquirebat,nec Papa hoc mandat,sed debet intelligi parte petente& instante, & sic secundum dispositionē iuris communis. Nec obstat tex.ibi,solicitè cures perquirere;quia verbum,perquirere,& inquirere,in literis de iustitia,quales sunt hæ directæ maximè ordinario nō important inquisitionem,quæ fit ex officio iudicis non implorato,sed ex illo implorato,vt per Imo.hic per tex.c.exhibita. cum ibi no.de iudi.& ex huiusmodi commissione facta ordinario Papa potius officium suum excitare videtur,vt adimpleat id,ad quod de iure tenebat, videlicet, vt exhibeat officium suum imploranti in inuestigandum veritatem ex probationibus partium, quam illum facere super hoc iudicem commissarium,& hoc argumen.capitu.licet in corrigendis.de offic.ordina. vbi casus. Ita intelligatur hic text. & fuit de mēte Bernar.& doct. hic in figuratione casus,& Anto.& Ioan.de Imo.in 2.not. quòd inquisitio,quæ super hoc per iudicem fiebat, ad instantiam partium fiebat, & non ex officio iudicis non implorato.

¶Et hoc modo intelligendo infero, hunc tex.non probare id,ad quod,vt supra dixi,allegatur videlicet quod iudex ex officio suo possit cōpellere reum vt declaret suā exceptionem parte non instante.Similiter nec l.age cum Geminiano.C.de transac.hoc probat,quamuis illum tex.ad hoc alleget Alexā.in d.§.hoc autem iudicium. vt etiam no. Bal. in d.l.age. quia vt dicit ibi gl.illud debet intelligi, quando iudex hoc ad instantiam partis faceret, secus enim regulariter ad vtilitatem priuatam non potest;quamuis eius officium latissimū sit, vt l.j.ff.de iurisdictione omnium iudicum.cum simi.

14 †Fallit tamen, vt supra, nisi iudex vellet illud exercere ad declarationem eorum, quæ in iudicio facta essent. Item fallit,quando ipsius iudicis interesset exercere officium suum nō imploratum etiā ad vtilitatem priuatam,vt quia sibi, vel eius iurisdictioni aliquod præiudicium fieret,vt per gl.in d.c.cupientes.in ver.contumacia. & per Bar.in l.si quis libertatem.in 2.col.ff.de peti.hæred. & in l.si sepulchri.ff.de sepul.viola.& Alex.in d.§.hoc autem.& dixi supra.

¶Idem si fieret iniuria alteri iudici, nam propter eius reuerentiam,iudex potest etiam ad vtilitatem priuatam officiū suum non imploratum exercere, vt probat.l.eos. in fi.& l. iudicibus. C.de appel.prout declarat Bar.in d.§.hoc autē. in opposi.& in multis aliis casibus,de quibus per glo.in d. c.cupientes.& latissime per Bar.& Alexand.in dicto §.hoc autem.

¶Abb. hic aliter textui nostro respondet, illumque intelligit,quòd ideo iudex hic ex officio suo nō implorato inquirebat,quia non supplebat de facto, sed de iure, & sic prout regulariter sibi concessum est, vt not.in dicto capitulo bonæ, il primo. & in l. prima.C. vt quæ desunt aduoca.cum simil.Quod autem in casu nostro de iure supplere dicatur patet,nam de iure, hoc est, quod iudex prouidere debeat, ne iudicium sit delusorium. Propterea libellum malè conceptum,& probationes superfluas, ac euidenter non concludentes admittere non debet. capitu.causam.de iudi.& argumento no.in c.pia.de exceptio.in 6.& in cap. primo. de electio.eodem lib.in §.si pars in versic.absentia.in vltimis verbis. Hæc declaratio iudicio meo sana non est, & Abb.in hoc deceptus fuit; quia sciendum est, quod

15 †aliud est dicere, iudicem posse supplere de iure, aliud posse supplere de facto,& aliud,quod dicatur supplere ex iuris permissione & concessione,& hoc ad vtrunque prædictū adaptari potest. Declaro, nam de iure propriè supplere dicitur, prout regulariter potest quando supplet ea, quæ iuris sunt,& in iure,hoc est in decisione iuris cōsistunt. In facto supplet, quod solum in aliquibus casibus concessum est, quando supplet ea, quæ in facto, & non in iuris decisione consistunt, vt probatur in d.c.bonæ. per glos.& latius ac melius in C. vt quæ desunt aduoca. & ibi per Alexandr. & alios. Ex iuris autem dispositione & permissione supplere dicitur, quando aliquid supplet iure permittente,& concedente,siue suppleat de iure,prout regulariter potest, siue de facto in certis casibus, vt per Bar.Alexāder, & omnes in d.§.hoc autem.& Innocentium in d. c.ad nostram.& in d.c.bonæ.Dico ergo,quòd in terminis tex.nostri,& vbicunque iudex ex suo officio facit, vt declaretur illud, quod est generale & ambiguum, quamuis dicatur supplere ex iuris dispositione & concessione: quia ius hoc sibi permittit,vt hic cum simil ib.Non tamen dicitur de iure supplere, hoc est id, quod iuris est, & in iure consistit,sed de facto, hoc est ea, quæ in facto consistunt, vt est declarare dubitationes & obscuritates, testes repetere,partes interrogare,vt colligitur ex nota.in d.l.j.C.vt quæ desunt aduoca. & per Bartolum, Alexandrum, & alios in d.l.iiij.§.hoc autem. & hoc in se clarissimum est. Alioquin sequeretur, quòd in omnibus casibus, in quibus iudex de facto supplere potest,qui multi sunt, vt per doct. in d.tit.vt quæ desunt aduo.in d.§.hoc autem.& per gl.in c.cupientes.§.cæterum.de elect.in 6.ipse iudex semper de iure supplere diceretur.ex quo ius hoc sibi cōcedit,& permittit,quod tamen est falsum, quia hæc inter se repugnāt, vt ibi habetur.

¶Præterea,vt voluit Spe.in ti.de off.om.iud.§.deseruit.in ver.ego dico.& Barto.in d.§.hoc autem.quando intentio actoris seu rei est euidenter non concludens,& inepta;tūc iudex ex officio suo nō implorato potest illam non admittere & lacerare: qm̄ tunc potius de iure, q̄ de facto supplere dicitur,sed qn̄ intentio actoris, seu rei non est euidēter inepta,

inepta, & non concludens, at solum obscura, & ambigua propter eius generalitatem, tunc non potest illam excludere: quia in fauorem proferentis interpretatur, sed bene potest ex officio suo compellere actorem, siue reum suam intentionem specialiter declarare, vt supra dictum est: nam tunc iudex non de iure, sed de facto supplere dicitur. Ita est de mente Specula. in loco proximè allegato. Verum in terminis tex. nostri exceptio renuntiationis non erat euidenter inepta, & non concludens, sed solum generalis & ambigua, vt hic declarant omnes docto. & Abb. Ergo iudex ex officio suo inquirendo non de iure, sed de facto supplere dicetur, quamuis ex iuris dispositione & concessione hoc facere dicatur, contra solutionem & declarationem Abb. cogita tamen.

¶In glo. prima ex verbis Abb. aliquas conclusiones elicio.
16 Prima sit, † quòd in beneficialibus siue renuntiatio facta fuerit in iudicio, siue extra, ante spoliationem, & de ea notoriè constet, illa nocet renuntianti, nedum quo ad proprietatem, sed etiam quo ad causam possessionis & spolij, vt hic per Abb. iunctis not. per Inno. in d.c. super hoc. Et sic infertur, quòd renuntiatio facta extra iudiciũ renuntiãti nocet. Quod videtur contra id, quod communiter & docto. tenent, & probatur in c. quod in dubijs. de renuntia. & est cõmunis opinio, quod renũtiatio beneficii facta in manibus non superioris non valet, neque renuntianti præiudicat. & ita quoque tenet Abb. j. in gl. 2. in versic. cum ergo &c. & sic in hoc sibimet contrarius esse videtur.

¶Saluare tamen & declarare potes, quòd renuntiatio facta etiam extra iudicium de beneficio litigioso, & super quo controuersia pendet, renuntianti nocet, si fuerit facta uel coram superiore, vel corã alia persona ecclesiastica. Ita intelligantur verba Abb. hic. Quod verõ est, vt voluit, & declarat Io. And. in c. constitutus. il 1. de electio. & vide gl. 3. circa medium. in c. si electio. de electio. lib. 6. Facit c. 2. de in integ. restit. & declarat Abb. in d.c. quod in dubijs. Secus si esset facta renuntiatio coram non superiore extraiudicialiter de beneficio pacifico, vt in d.c. quod in dubiis. & infra per Abb. in sequenti gl. qui sic intelligi debet.

¶Possset etiam intelligi id, quod Abb. hic dicit, de renuntiatione beneficij, quæ fit extra iudicium non in forma iudicii, cõram tamẽ suo superiore de beneficio etiam pacifico: quia ea renuntianti noceret, vt probatur a contrario in d. c. quod in dubiis.

¶Potest etiam intelligi de renuntiatione facta in manibus non superioris, dummodo fiat in manibus clerici: quia licet non valeat in præiudicium sui superioris, valeret tamẽ quo ad renunciantem, vt concludit Abbas post Hostien. in d.c. quod in dubijs. Et ita intelligatur ibi glo. quæ plus innuit, idem esse, si in manibus laici extra iudicium facta esset. Quod non placet, per d. ca. quod in dubijs. vbi Abb. & communiter alij hoc tenent, quod renuntiatio beneficij facta in manibus laici sit ipso iure nulla, ac nemini noceat. Quod intelligo etiam quo ad possessionem, alioquin non esset simpliciter verũ, quòd nullã firmitatem obtineret, si valeret saltem quo ad possessionem, quod probo per tex. illum, qui dicit talem renuntiantem beneficio spoliandum esse. Spoliari autẽ quis dicitur respectu possessionis, vt hic, & in c. præcedenti.

¶Vel posito, quod renuntiatio facta in manibus clerici, & prælati non superioris non valeret quo ad renunciantem respectu proprietatis: quia non legitimè facta fuit, valeret tamen quo ad præiudicium possessionis, † nam renuntia-
17 tio etiam inualida renuntianti quo ad possessionem præiudicat, vt vult Innocen. in d.c. super hoc. super verbo exceptio. & in d.c. quod in dubijs. vbi Abba. hoc sequitur, & Barto. allegando Inno. in d.c. quod in dubiis. in l. si quis. §. differentia. ff. de acquiren. possess. in vlti. verbis. Et ita debes declarare dicta Abb. hic in secũda glossa, in versiculo cum ergo &c.

¶Et prędicta procedunt, quando renuntiatio facta esset ante spoliationem, & dum quis esset in spoliatione, sed facta post spoliationem in manibus superioris, vel alterius quo ad causam possessorii, & restitutionis non præiudicaret: qa non præsumeretur spontanea, vt hic, & in ca. sequenti. vbi Inno. & alii hoc sequuntur.

18 ¶† An autem isto casu talis renuntiatio facta post spoliationem non in manibus superioris quo ad proprietatem præiudicet, Ioan. And. & Gofr. dicebant, quod sic, per d. capit. quod in dubiis. vbi talis renuntiãs priuandus est. Sed tu dicas, quod loquitur de eo, qui renuntiat in manibus laici, qui magis priuandus est, quàm ille, qui in manibus clerici non superioris renuntiauit, vt ibi no.

¶Abb. infra in 2. glo. contrarium tenuit: quia si solum authoritas superioris interuenit, pręiudicaret quo ad proprietatem, & non aliter.

¶Tu teneas opinionem Ioan. Andr. & Gofre. indistinctè, quæ ad literam probatur per tex. nostrum, intelligendo, ꝙ loquatur, quando renuntiatio fit in manibs etiam non superioris, vt ferè communiter intelligitur, ut infra dicetur. Et tamen prohibet solum testes admitti super renuntiatione, antequam renuntians fuerit restitutus, post restitutionem vero non prohibet. Ergo clarè infertur, talem renuntiationem quo ad causam proprietatis præiudicare.

¶Posset tamen hic tex. intelligi de renuntiatione facta legitimè, hoc est in manibus superioris; quoniam pręsupponit, renuntiationem in casu nostro non obesse ex eo: quia post spoliationem facta fuit, vt tunc præsumatur facta non spõte quo ad causam spolij. Ergo quo ad aliãs causas præsupponit, illam fuisse legitimè & rectè factam, & consequenter, sequitur, quòd facta fuerit in manibus superioris, argumento. d.c. quod in dubijs, & eorum, quæ dicit Abba. infra in sequen. glo. Quod patet etiam ex tex. qui præsupponit, ꝙ si renuntiatio ante spoliationem facta fuisset, in terminis nostris valuisset, & quo ad proprietatem præiudicasset, & sic magis etiam quo ad possessionem, argumento no. per Bar. in l. naturaliter. §. nihil cõmune. ff. de acquirend. poss. ergo dicendum est, renuntiationem hic legitimè factam fuisse, & sic coram superiore.

¶Præterea in beneficialibus renuntiatio præiudicat renuntianti quo ad possessionem & proprietatem, etiam si in manibus clerici & prælati nõ superioris facta fuerit, vt probatur & nota in d.c. quod in dubiis. vbi Host. & Abb. licet superiori non præiudicaret.

19 ¶† Sed quid si renuntiatio beneficij in manibus laici facta sit, an valeat taliter, quòd statim renuntianti præiudicet? Dicas, quòd non, sed est ipso iure nulla ita, ꝙ ob hoc beneficium vacare, & alteri acquiri non dicitur. d.c. quod in dubijs. ibi, nullam obtinet firmitatem, & ibi docto. quicquid glo. ibi dixerit. Posset tamen sic renuntians ad iudicium & sen tentiam superioris beneficio, eiusque proprietate priuari. dicto capitulo quod in dubiis. & ibi Abb. Ex quo infert, quod is ex tali renuntiatione proprietate beneficij ipso iure priuatus non dicitur. Et hoc modo intelligatur opinio, & dictum Inn. in d.c. quod in dubiis. quicquid Abb. ibi dicat, qui etiã hoc idẽ innuit, si rectè eius verba cõsiderent.

¶An autem talis renũtiatio simpliciter facta in manibus laici renuntianti quo ad possessionem præiudicet? Dicas, ꝙ sic, & incontinenti, vt vult Innocen. & sequitur Abb. in d. c. quod in dubiis. Et hoc modo forte etiã intelligi possent ea, quæ dicit Abb. vt supra, & Bar. in d. l. si quis. §. differentia, ꝙ qui non põt renuntiare iurisdictioni, & iuri suo quo ad proprietatem absque superiore, potest tamen possessioni renuntiare; quoniam quo ad illius præiudicium non refert, an quis renũtiauerit beneficio in manibus superioris, vel alterius clerici, vel etiã laici, vt no. colligitur. in dicto c. quod in dubiis. & ibi per Inn. & Abb. quæ bene no. queso.

¶Hoc dictum tamen mihi non placet, per tex. in d.c. quod in dubijs. qui dicit, talem esse beneficio spoliandum, & sic possessione, quia hæc verba ad possessionem inferunt, vt supra. Præterea dicit, nullam obtinere firmitatem, ergo nec quo ad priuationem possessionis.

¶Non obstat, quod dicit Bar. in d. §. differentia, quia loquitur, quando quis clarè volebat possessioni, quam habet, expressè renuntiare in manibus illius, in cuius manibus non poterat; quia renuntiando simpliciter possessioni renuniare non diceretur.

20 ¶† Nota etiam secundò verba Abba. quibus modis res notoria effici dicatur, & adde no. in c. vestra. & in c. fi. de cohabi. cleri. & mulie. in c. manifesta. 2. q. 1. & per glos. no. in clemen. 1. de sepul.

¶Sed aduerte, dum Abb. hic, & clarius in glo. sequen. sentit, ꝙ renuntiatio dicatur notoria, quando coram superiore facta fuit, propterea quia facta fuit in iudicio, hoc verũ non videtur; quia ad hoc, vt in iudicio facta dicatur, requiritur, ꝙ sit facta in forma iudicij, nec sufficit illam coram superiore factam fuisse, quia & tũc extraiudicialis dici potest, arg. d.c. j. & c. concertationi. de appella. in 6.

21 ¶Aliã ex verbis Abb. hic conclusionem facio, † ꝙ in beneficialibus exceptio renuntiationis notoriè factæ ante spoliationẽ excludit agentem a possessorio recuperandæ, siue renuntians

nuntians statim post renũtiationem, siue ex interuallo de possessione eiectus fuerit, ita probatur ex dictis Inn. in d. c. super hoc. in 3. col. in uer. quod autem dixi renuntiationem &c. vbi hoc clare dicit, quamuis Abbas hic dicat Innocen. aliter loqui,

¶Præterea, quamuis de renuntiatione facta ante spoliationem notoriè non constet, si tamen illa per testes probari potest, ea renuntianti nocet etiam in causa possessorii, vt hic, & in c. sequenti. neque distinguitur, an ex interuallo.

¶Et ratio huius est, quia quis sponte ecclesiæ, & beneficio renuntiando facto suo, & non alterius possessione spoliatus dicitur, & per renuntiationem sibi quo ad proprietatẽ & possessionem præiudicat, vt habetur in d. c. quod in dubiis. & ṡ. dixi, ac etiam not. in d. l. si quis vi. §. differentia. cum simi. ff. de acq. poss. & per Inno. in c. super hoc, de re-
22 nunc. ergo agere non potest possessorio recuperandæ, † ꝙ non datur illi qui facto & culpa sua priuatus fuit, ut in c. reintegranda. 3. q. j. sed solũ ei, qui facto alterius. c. consultationibus. de offic. delega. & per totum. 3. q. 1. & habetur maxime per Moder. in l. rem, quæ nobis. ff. de acq. poss. in 2. q. principali. Item quia in beneficialibus contra agẽtem spolio obstat exceptio notoria defectus proprietatis, siue ex ea intentio excipientis fundetur, & inferatur, siue non, vt hic per Abb.

¶Et facit, quod dicit hic Ioan. de Imo. inquiens, ꝙ quando quis ante spoliationem renuntiauit, eius possessio incolorata remansit, & ideo possessorium recuperandæ nõ parit, c. ex transmissa. ṫ. eo. Nam agens possessorio in beneficialibus suam possessionem colorare debet, ut no. in clem. causam. de cau. pos. & proprie. & in c. in literis. ṫ. eod.

¶Ex quibus infero, ꝙ in beneficialibus si quis notoriè renuntiet in manibus superioris etiam post spoliationem, talis renuntiatio renuntianti nocebit etiam quo ad cãm possessorij, & restitutionis, nam licet ea spontanea nõ præsumatur, nec quo ad causam possessorij noceat, censetur tamen spontanea, & quo ad causam ꝓprietatis nocet, vt hic, & dixi. ṡ. & sic dicitur concernere causam proprietatis, ut dictum est. Vnde cum sit notoria, & simus in beneficialibus de ea agenti super spolio, & restitutione opponi poterit. Quæ bene nota ad ampliationem eorum, quæ Ab. hic
23 post Inn. ponit. † Sed in rebus prophanis contra agentem possessorio recuperandæ non obstat simplex exceptio renuntiationis etiam notoriæ, nisi ea intentionem opponentis fundet, ut hic per Abb. per not. in capi. ad decimas. eo. titu. in 6. faciunt ea quæ habentur per Ant. in capi. in literis. infra eod. in 3. & pen. colum.

¶Ratio diuersitatis inter beneficialia & prophana est, qa in beneficialibus obstat prædicta exceptio, ne detur vitiosus ingressus, & materia peccandi, videlicet ne quis iniustè & non canonicè beneficium detineat, quod absque canonica institutione sine peccato detineri nõ potest. c. dudũ, il 2. de electio. ca. eum, qui. de eo, qui mit. in posses. rei seruan. in 6. c. 1. cum ibi no. de reg. iur. eod. lib. & vbicunque restitutio absque peccato & periculo animæ fieri non posset, tunc ea differtur & impeditur. c. literas. ubi not. ṫ. eo. & dixi. ṡ. in c. 1. post gl. Præterea in beneficialibus vbi notoriè constat de nõ iure agẽtis, & de defectu proprietatis, tunc iudex ex suo mero officio non implorato potest supplere, & restitutionẽ impedire, arg. tex. cum ibi no. per Innoc. in c. qm̃. & in c. constitutus. de filiis presb. & declarat Ab. in d. c. in literis. idem ubi imminet periculum animarum, ut in c. j. de conuer. coniug. gl. in c. cupientes. in §. cęterum. de elec. in 6. & latius dixi ṡ.

¶At in rebus prophanis secus est, quia etiam uiolẽtus possessor respectu agentis, qui nullum ius in re habet, nec id habere probat, iustè possidere dicitur. l. fi. C. de rei vendi. l. loci corpus. §. competit. ff. si seruit. uendic. & ideo in his ad hoc vt prædicta exceptio excipienti prosit, requiritur, ꝙ sit talis exceptio, quæ notoriè inferat agentem non habere ius proprietatis, & ipsum reum habere ius in re, nec sufficeret, ꝙ solum alterum inferret, ut per gl. in d. c. ad decimas. quæ est notabilis, & illam communiter doct. sequũtur in d. c. in literis. ¶Et si diceres ꝙ ex his, quæ hic dicũt Abb. & Innoc. in d. c. super hoc. infertur, in beneficialibus magis concedi, vt quis possessione spoliari, & priuari possit, quam in prophanis, quoniam in illis si quis ante spoliationẽ renuntiauerit coram superiore in iudicio, uel aliter notoriè, si postea incontinenti vel ex interuallo de possessione eiectus fuerit, non potest agere spolio, neque tanquã spoliatus restitui debet, secus in prophanis. Ratio esse põt, qm̃ in beneficialibus præponderat odium illius, qui beneficium absque canonica institutione, & ut immissus retinere vult, vt ṡ. dictum est, quod odium vtilitatem animæ, & sic publicam respicit, ut in c. j. de reg. iur. in 6. quæ cæteris rebus ecclesiæ præferenda est. cap. præcipimus. 12. q. 1. Sed odium illius, qui priuauit, priuatã vtilitatem respicit, arg. eorum, quæ habentur in c. bone. il 1. de postula. præla.

24 ¶†Limita tamen prædictam conclusionẽ quoad ius agendi spolio, quia si post renuntiationem incontinenti, uel ex interuallo spoliatus fuit, non agit ut spoliatus ad restitutionem possessionis, ut ṡ. sed bene ad damna & interesse, quæ ratione spoliationis passus fuit, ut no. declarat Inn. in d. c. super hoc. in 2. col. & est uerum.

25 ¶†Secundo limita, quando renuntians post renuntiationem diu, & per lõgum tempus in possessione beneficij stetisset, & postea fuisset eiectus, nam posset agere spolio, neque sibi exceptio renuntiationis notoriæ obstaret.

¶Et hoc modo potest intelligi & defendi opinio Inno. in d. ca. super hoc. quicquid Abb. hic dicat. Ratio huius est, quia ex quo post renuntiationem diu in possessione stetit, eius possessio quoad effectum possessorii, & ad tuendum illum in sua pacifica possessione, iusta præsumitur & dicitur, nec est uerisimile, superiorem fuisse passum eum tanto tẽpore sine titulo possedisse, arg. no. per Inn. in c. 2. de restit. in integ. & per doc. in c. illud. de præsump. Quinimo fundans se in titulo põt illum probare ex possessione diuturna longi temporis. l. cum de in rem verso. & ibi Bart. ff. de vsuris, & optimè facit secundum Abb. ca. licet episcopus. de præben. in 6. ubi in beneficialibus quis de facto sua possessione priuari non potest, nisi causa cognita, & sic pręambula citatione, qui tex. tamen non multum facit, loquitur enim de eo, ꝙ duo beneficia incompatibilia habebat, quo casu quamuis contra eum sit præsumptio & dispositio iuris communis, non propriè tamen notorium dicitur esse ipsum nõ posse illa detinere, quia potest esse, ꝙ secum fuerit dispensatum, ut habetur & no. in d. c. & bene declarat Abb. in d. ca. in literis. in pen. col.

¶Et sic ex prædictis, atque ex hoc text. cum sequenti clarè habemus, ꝙ in beneficialibus ille, qui sponte renuntiauit coram suo superiore, ac notoriè ecclesiæ, & beneficio, potest de facto, & per uim postea de ecclesia expelli, & ad illam incontinenti, uel ex interuallo non admitti adeo, ꝙ ratione talis spoliationis, & non admissionis super possessorio obtinere non potest propter defectum notorium ꝓprietatis, & quia tunc potius culpa & facto suo, quam alterius priuatus dicitur. Quod bene nota quæso, quia est valde pulchrum secus uero, si post renũtiationem per longũ, & diuturnum tempus fuisset inde eiectus, uel non admissus. At in prophanis aliud est. Ita vult Abba. hic, & est de mente Inn. in d. c. super hoc. in gl. magna, in ver. quod aũt dixi renuntiationem &c.

¶In gl. 2. in uer. quia non est uerisimile circa contrarium de c. seq. ex uerbis Abb. quadruplex solutio colligitur. Prima, ꝙ hic tex. procedat ex dispensatione & gratia, ex quo quis contra suum iuramẽtum auditur, ut uult gl. sequẽs.
26 Hæc solutio non placet Abbati, † quoniam intellectus iurium ad gratiam trahendi non sunt, vt per Io. And. in ca. ex parte Adæ. de testi. cum aliis per Abba. deductis, & facit. §. planè. insti. de iure natu. gent. & ciui. Quod confirmo, nam dispositio huius text. est fundata in præsumptione iuris, & sic in fundamento iuris cõis, iuxta. c. super hoc de renuntia. ergo ꝙ procedat ex gratia, dici non potest, qa ubicunque iuris conditor fundat se super iuris præsumptione, uel fundamento iuris cõis, & per modum regulæ procedit, tunc non de facto, neq; de gratia, uel priuilegio, sed de iure communi procedere dicitur, ut colligitur ex no. per Bar. in l. vnica. in fi. ver. C. quando non peten. par.

¶Posset tamen hæc prima solutio defendi, illam intelligẽdo de dispensatione, prout continet ius singulare & exorbitans, non autem prout continet gratiam, uel priuilegiũ personale, quoniam ad tale ius singulare, & dispensatiuũ intellectus iurium trahi possunt. l. ius singulare. l. quod verò. ff. de legibus. capitu. quæ contra. de regu. iur. in vj. sed ad gratiam, seu priuilegium personale trahi non possunt, maximè quando non apparet, cui personaliter gratia fiat. §. planè. insti. de iure natu. gen. & ciuil. & hoc modo intelligantur ea, quæ adducit Abb. quæque vltra eum allegaui, nam ad singulare & speciale trahi possunt, quando ratio specialitatis apparet, uulgata gl. in l. filium quem. in uersi. parte. C. familiæ erciscũ. in casu autem nostro ratio spe-

tio specialitatis manifesta,& approbata est, quoniam licet
iuramentum ad vnguem adimpleri debeat, qñ absque in-
teritu salutis æternæ seruari potest.c. cũ contingat. c.debi-
tores.& c.ad nostrã. de iureiur. tñ hoc fallit, & sic nõ pro-
cedit de iure singulari, & speciali, qñ quis per metum iu-
rasset.d.ca.cũ contingat. & auth. sacramenta puberũ.C.si
aduer.vendi.ca.licet mulieres.de iureiur.in 6.sed qñ quis
post spoliationem cum iuramento renuntiauit,cẽsetur me
tu,vel vi,& non sponte renuntiasse & iurauisse, vt hic,& d.
c.super hoc. ergo nilmirũ,si quis hoc casu cõtra huiusmo
di iuramẽtum venire potest. Et hæc prima solutio in effe-
ctu eadem est cũ secũda, & vna ad alterius declarationem
venit, vt statim dicam. ¶Secũda solutio est, q loquatur de
renuntiatione facta metu, & nõ coram suo superiore, quæ
etiam non congruit; quia vltra ea; quæ Abb. dicit, dico, q
illud idem, quod hic disponitur, haberet locum & proce-
deret, ẽt si verè constaret, renuntiationẽ sponte, & cum iu-
ramento factã fuisse, quod patet: nam aduersarius de renũ
tiatione opponens volebat per suos testes probare illã spõ-
te & cũ iuramento factã fuisse, & tñ eius exceptio admissa
non fuit, ergo sequitur, hoc ideo hic non esse, quia renun-
tiatio verè metu facta fuerit.

¶Preterea contra hanc solutionem facit: nam quamuis ex
ceptio renuntiationis non possit quo ad causam possessio-
nis præiudicare, nec super ea debeant admitti testes ad ꝓ-
bandam renuntiationem sponte & cum iuramento factã,
admitti tamen possunt, & allegari põt talis renuntiatio fa-
cta post spoliationem in terminis tex. nostri super cã pro-
prietatis, & facta restitutione, ut hic ibi, antequam restitu-
tus fuerit, non admittas, ergo sequitur, q hic tex. loquitur
de renuntiatione facta sponte & legitimo modo, & valide
alioquin etiam in causa proprietatis allegari non posset,
nec prodesset. c. 2.& per totum, quod met.cau.c. quod in
dubiis. cum ibi no. de renuntia.& clarè Abba. j. declarat.
Hæ duæ rationes & inductiones de vero metu õccludũt,
& non de alio præsumpto violenta præsumptione, contra
quam probatio non admittitur.

¶Vnde cogitabam, si hæc quoque secunda solutio saluari
posset, illam intelligendo de metu verisimili, & a iure præ
sumpto, qui præsumitur in casu, quo quis post spoliationẽ
renuntiasset, vt hic clarè loquitur text. & talis præsumptio
est iuris & de iure, ac violenta, contra quã probatio in con
trarium non admittitur, vt hic, & hoc solum respectu cau
sæ spolii & in odium spoliatoris, non autem respectu alte-
rius causæ, quoniam & si præsumatur renuntiatio non spõ
tanea, non tamen est præsumptio iuris & de iure. d.ca. sup
hoc. item hoc non contingit in renuntiatione facta ante
spoliationẽ, quæ meticulosa non præsumitur vt hic, & in c.
seq. Vnde cum tex. iste loquatur de renũtiatione facta me
tu ex iuris præsumptione violenta vt hic, ibi, quia non est
verisimile &c. sequitur, hunc text. clarè loqui de metu, q̃-
uis Abb. contrarium dicat.

¶Ex quibus infero, q etiam alia pars huius solutionis ve-
rificatur, dum dicebatur, hunc text. loqui de renuntiatio-
ne facta coram non superiore; qm̃ si loquitur de renuntia
tione facta metu, sequitur, q loquitur de illa, quæ coram
non superiore facta fuit, alioquin metu facta non censere-
tur, neque præsumeretur, arg. l. 1. de his, qui propter met.
iudi. not. in l. non est verisimile. ff. quod met. cau. & ita in
terminis Abb. postea in sequenti gl. mutando propositum
hunc text. intelligit.

¶Tertia solutio quoque bona non est, quia restringit text.
in d.c. sequenti. & est diuinatiua, vt dicit Abba. Quinimo
si rectè ille tex. consideretur, ibi solum erat quæstio super
causa spoliationis, & sic super põssessorio tantum, ut patet
ex primis verbis ibi, accepta quæstione. P. clerici, q violen
ter fuerat ecclesia spoliatus &c. ergo nõ est verum ibi fuis-
se actum petitorio, sed solum possessorio recuperandę. iux
ta ca. cum ad sedem. j. eo.

¶Quarta solutio est, quæ est cõis, quod hic loquatur de re
nuntiatione facta post spoliationem. in c. vero sequenti de
facta ante spoliationem, quæ ipsi renuntianti præiudicat,
vt ibi & no. in d.c. quod in dubiis. Ratio diuersitatis est:
qa quis sponte renuntiando eo tpe, quo in quieta possessio
ne erat, censetur habere rem pro derelicto, & sibi quò ad
proprietatem & possessionẽ præiudicat, ar. not. in l. si quis,
in §. differentia. ff. de acq. pos. & per Inn. in d.c. super hoc,
& sic tanq̃ priuatus sua possessione facto & culpa sua ad re
stitutionẽ illius agere non põt, per tex. a contrario in c. re-
integranda. 3. q. j. & per Soc. in l. rem, quæ nobis. in 2. quę.
prin. ff. de acq. pos. & per Ant. de But. & Abb. in c. sæpe. j.
eod. sed quis renuntiando beneficio post spoliationem, &
sic eo tempore, quo non possidebat, non potest dici renun
tiasse possessioni, quã non habebat, sed solũ proprietati; &
consequenter exceptio talis renuntiationis solũ cãm pro-
prietatis concernit, iõ nilmirũ, si contra agentem spolio,
& restitutionem possessionis petentẽ opponi nõ põt, ut s.
in c. proximo, & in c. super spoliatione. de ord. cogn. & hic
per Imo. ¶Præterea qui iam possessione spoliatus est, pro-
prietatẽ adhuc retinet, & ẽt rõne spoliatiõis sibi ius quod-
dam, & remedium personale acquirit, quod non rei, sed
suæ personæ inheret, nam interdictũ vnde ui est persona-
le, q̃uis sit in rem scriptũ. l. 1. ad finem. cum ibi no. ff. de in
terdic. vnde postea beneficio, & ecclesiæ renuntiando cen
setur habere illud pro derelicto quoad ius reale, non autẽ
quoad ius personale. d. §. dñia. iuncta l. 1.& 2. ff. pro dereli
cto. ubi qui rei renũtiat, & illã pro derelicto habet, statim
eam amittit, alteri tamen non acquiritur, nisi apprehenda
tur, ergo per simplicem renuntiationẽ non dicetur remis-
sum ius personale, quo spoliator ratione spoliationis obli-
gatus erat, arg. no. in l. j. C. de pactis. ubi ex simplici renun
tiatione ius aliquod alteri non acquiritur, ut j. quoque di
cetur, & per Bar. in l. naturaliter. §. nihil cõe. ff. de acquir.
poss. & ita teneo pro nunc quia hæc solutio, & distinctio
probatur per hunc text. & d.c. seq. qui loquitur de renun-
tiatione spõtanea, & nõ metu facta, ergo non de facta post
spoliationẽ, quia ea non spontanea censetur, & præsumit,
vt hic. ¶Circa contrarium, quod format Abb. de l. 2. C. qđ
met. cau. & l. si ob turpem. ff. de cond. ob turp. cau. ex uer-
27 bis suis post Inn. colligitur, † q per renuntiationẽ factam
post spolium non tollitur, neque purgatur vitium violen-
tiæ, vt hic. Rõ est, quia renuntiatio secundũ suã naturam
ad spoliationẽ præcedentem nõ ordinat, cum ex aliis cau-
sis fieri possit, puta pp conscientiam, religionẽ, & similia,
vt per totũ extra de renũ. sed per solutionẽ & satisfactio-
nẽ sponte postea factã, bene purgatur vitium metus præce
dentis, & cã turpitudinis, ut in d. l. 2. & d. l. si ob turpẽ. qa
solutio sui natura ordinat ad tollendum promissionem &
obligationẽ præcedentem, & illius dicitur exequutio, ut
insti. in prin. quibus mod. tolli. oblig. & per totum. ff. & j.
de solut. ¶Præterea, per renuntiationẽ simpliciter factam
post spoliationẽ, q̃uis renuntians sibi præiudicet, non ta-
men per eam aliquid aduersario accrescit, uel acquiritur,
vt per Bar. in d. §. nihil cõe. l. 2. ff. pro derelic. & no. in l. 1.
C. de pactis. sed per solutionẽ sponte factam post promis-
sionem extortam metu, vel ob turpem cãm factam illi, cui
fit, aliquid acquirit, quia ex ea dñs efficitur, ut in d. l. 2. in
d. l. ob turpẽ. & ibi per totũ, ideo cum fuerit sponte facta,
vitium præcedens purgatur, quia ex postfacto voluisse do
28 nare censetur, arg. l. cuius per errorẽ. ff. de regu. iur. ¶† Ex
quibus infero in terminis nostris, q si spoliatus post spolia
tionẽ renuntiasset, & per hmõi renuntiationẽ aliquid ipsi
aduersario acquisitũ fuisset, ut qa in rebus prophanis spo-
liatus renuntiasset rei, & oĩa iura sua aduersario cessisset, p
hanc renuntiationem vitium præcedẽtis spoliationis tol-
leretur, & purgaretur, & pro hoc facit, quod no. dicit Ab.
j. in sequentibus proximis uerbis, & tetigit. s. in opposi-
tione, quam facit ex mente gl. primæ in uersi. & ideo satis
&c. ¶Circa contrarium de no. in l. si quis. §. dñia. ff. de acq.
poss. per tex. quẽ Abb. non allegat, in l. 1. & 2. ff. pro dereli.
ex solutione Abb. colligitur ex mente Ant. de Butr. hic, ut
29 refert, & sequitur Io. de Imol. q † qui rei suæ renuntiat, il-
lã pro derelicto habere dicitur quoad ius reale tantum, q
ipsi competit ratione illius rei, & non quoad ius personale
quod habet contra aliquem rõne illius rei obligatũ, & iõ
si spoliatus post spoliationẽ rei renuntiaret, non diceretur
amittere, nec habere pro derelicto remedium possessoriũ
recuperandæ, quia est remediũ personale, quod datur con
tra spoliantem obligatũ ex spoliatione ipsi spoliato, ut est
tex. cũ gl. in l. 1. circa fi. ff. de interdi. & ita proprie est tex.
hic, qui bene ꝓbat, nam spoliatus renuntiando post spo-
lium ecclesiæ sibi quoad peoprietatẽ eeclesiæ, & sic quoad
rem præiudicat, non autem quò ad possessorium recupe-
randæ, quod est personale, ut hic est tex. & fatentur gl. no-
stra, An. Ioã. de Imo. & Abb. hic, & Inn. in d. ca. super hoc.
Quæ nota ad declarationem. l. j. & 2. ff. pro derelicto. &
ad ꝓpositum facit, quia quis renuntiãdo iuri, & remediõ
personali non censetur renuntiare rei, ut argu. c. sanè. de
renuntiatio. cum ibi no. per gl. ergo nec econtra.

¶Sed contra prædicta facere videtur. Nam renuntians
post

poſt ſpoliationem ſibi quoad proprietatem,& dñium ꝓiu-
30 dicat, vt hic eſt tex.& fatentur omnes, † & tamen dñium
dicitur eſſe quoddã ius perſonæ ipſius renuntiantis inhe-
rens, vt colligitur ex no.per Bar.in d.l.ſi quis vi.§.differẽ-
tia.ff.de acq.poſ.vbi dñium dicitur eſſe ius de re corpora-
li perfectè diſponendi, iuxta.l.in re mandata.C.mandati.
cum alijs.ibi per eum allegatis. Vnde ad hæredes tranſit,
veluti alia iura perſonalia, videlicet actiones, arg.eorum, q̃
habentur in l.hæredes.ff.de acq.poſſ.l. pro hæreditarijs.
& per totum.C.de hæred.actio.l.in ſuis.de libe.& poſth.
& in l.fi.ff.de contrah.emp.§ At ſaluando dicas, ꝙ dñium
non dicitur eſſe ius perſonale, ſed potius reale, quamuis ꝑ-
ſonæ ipſius domini inhereat, patet, quia a dominio cauſat̃
& datur remedium reale.l.in rem.ff.de rei vend.in prin.
cum ibi no.Item iura perſonalia ab oſſibus noſtris ſepara-
ri nequeunt, ut per Bar.in l.1.ff.de actio.& obl.ſed dñium
multis modis ſeparatur.l.traditionibus.C.de pactis. cum
ſimi.Præterea ad hoc, ut ius aliquod dicatur perſonale, nõ
ſufficit, quod perſonæ inhereat, ſed requiritur, ꝙ detur cõ
tra alium ratione alicuius obligationis præambulæ, ut ꝓ-
batur in §.1.inſt.de actio.& ideo interdictum poſſeſſoriũ
recuperandæ perſonale remedium dicetur, quia non ſolũ
perſonæ ſpoliati coheret, ſed præſupponit etiam ſpoliantẽ
ratione ſpoliationis obligatum eſſe.d.l.1.in fi.cum ibi no.
ff.de interdic.cum ſimi.j̃.allegandis, & hoc modo verba
31 Abba.declarare debes.§ †Colligitur etiam ex verbis Abb.
ibi, imo plus &c.poſt Ant.ꝙ tam in beneficialibus, quam
in prophanis ſpoliatus renuntiando poſt ſpolium parte ab
ſente ſibi quo ad poſſeſſoriũ recuperãdæ non præiudicat,
quia parte abſente renũtiando nihil ipſi abſenti acquirit̃,
argu.no.in l.1.C.de pactis.& bene probatur in l.2.ff. pro
derelic.vbi habens rem pro derelicto illam amittit, ſed al-
teri non acquiritur, niſi fuerit apprehenſa eo modo, quo
poteſt,& ſic legitimè, vt eſt beneficium cum canonica in-
ſtitutione.c.1.de reg.iur. in vj. Idem ſi poſt ſpoliationem
etiam parte præſente renuntiaſſet, vt hic per Ant.nam ex
tali renuntiatione non fieret præiudiciũ renuntianti quo-
ad poſſeſſoriũ, quia ex ea ipſi aduerſario etiam prẽſenti ni-
hil acquireretur, vt probat iſte tex.qui generaliter, & in-
diſtinctè loquitur.§Hoc vltimum Abb.limitat non proce
dere in prophanis, quando quis ſimpliciter non renũtiaſ-
ſet, ſed vlterius omnia iura ſua ipſi aduerſario præſenti, &
acceptanti ceſſiſſet, qm̃ tunc talis renuntiatio etiam poſt
ſpoliationem facta renuntianti quoad poſſeſſorium quo-
que præiudicaret, tum quia opponens de renuntiatione,
& ceſſione excluderet intentionem agentis, & ſuam fun-
daret intentionem,& ſic obſtaret talis exceptio renuntia-
tionis, ſi eſſet notoriè facta,& non aliter vt s̃.diximus poſt
Abb.hic,& in d.c.in literis. tum etiam quia renuntiando
& cedendo omnia iura, uideretur purgaſſe vitium præam
bulum ſpoliationis. Nam poſſeſſio ſui natura proprietatẽ
ſequitur, quando proprietas notoria eſt.ca. cum dilectus.
cum ibi not.de cau.poſ.& proprie.& l.pen.ff.de publi.
§Præterea vltra Abb.qñ iam ſpoliatus renuntiauit, ceſſit
& mandauit omnia iura, quæ habebat, aduerſario præſen-
ti & acceptanti, talis renuntiatio valet vt pactũ, vt colligit̃
ex nota.in d.l.1.C.de pactis iuncta.l.j.ff.eod. & quamuis
per ſimplicem renuntiationem factam parte abſente, vel
præſente non tollatur ius agendi poſſeſſorio recuperandæ
quia eſt perſonale, ut s̃.Tamen per pactum poſt ſpoliatio-
nem factum tollitur, vt concludunt omnes hic maximè
Abb.& poſt eum.j̃.dicetur.Ratio eſt, quia pactum ſui na-
tura ordinatur ad tollendum ius perſonale ſaltem per viã
exceptionis.l.ſi vnus, per totam.l.& per totum.ff.de pact.
& ideo nilmirũ, ſi per prædictam renuntiationẽ & ceſſio-
nẽ, ut s̃.poſt ſpoliationẽ factam tollitur ius perſonale agẽ-
di poſſeſſorio recuperandæ, quia per eam purgatur vitiũ
præcedens ſpoliationis, ex quo enim pactum ſapit & con-
tinere dicitur, ad tollendam obligationem, ſeu ſpoliatio-
nem præcedentem ordinatur, arg.l.2.c.quod met. cau. &
dicta l.ſi ob turpem.
§Et ex prædictis infero idem eſſe, ſi facta eſſet renũtiatio
& ceſſio, ut s̃.poſt ſpoliationẽ, licet de ea notoriè non con
ſtaret, qa per pactũ etiã notoriũ ius perſonale agendi poſ-
ſeſſorio recuperandæ tollitur, vt j̃. poſt Abb. circa finem
huius capituli dicetur.Itẽ quia uitiũ præcedens purgatur
per illud, quod ſui natura ad dictum uitium ordinatur, q̃-
uis non ſit notorium, ut patet in d.l.2.C. quod met. cau.
& in d.l.ſi ob turpẽ.iunctis no.per Inno.in d.c.ſuper hoc.
& per Abb.hic.§ Cogita tamen, quia prædicta unr cõtra
mentem Abb. hic, & Ant.de But.qui expreſſe loquuntur,
quando renũtiatio eſſet notoria. §Item ex verbis do.Ant.
limitatis & declaratis, ut hic per Abb.infero, dum Ab.ex-
preſſam uult facere differentiam inter beneficialia & pro-
phana, ꝙ quamuis in prophanis quis renuntiando poſt ſpo
liationem parte præſente dicatur ſibi quo ad cauſam poſ-
ſeſſorii præiudicare, qñ ulterius ceſſiſſet, vt s̃.& hic per Ab
ba.tamen ſecus eſt in beneficialibus etiam ſi de renuntia-
tione notoriè conſtaret, & ea coram ſuperiore facta eſſet,
ita eſt clarè de mente Abb.dum limitat dictum Ant.in ꝓ-
phanis, interueniente ceſſione iurium, ergo expreſsè con-
trarium innuit in beneficialibus etiam omnibus premiſſis
interuenientibus videlicet, ꝙ fuerit facta renuntiatio poſt
ſpoliationem parte præſente,& coram ſuperiore, & ſic no-
toriè,& cum ceſſione iurium.Ratio eſt, quia in prophanis
ex renuntiatione cũ ceſſione iurium facta præſenti & acce
ptanti ipſi ius acquiritur, arg.eorum, quæ habentur in d.l.
j.cum ſimi.s̃.alleg.ſed in beneficialibus ex huiuſmodi re-
nuntiatione & ceſſione nihil acquiritur; qm̃ beneficia non
acquiruntur niſi ex canonica inſtitutione.c.1.de reg.iu.in
6.c.3.de inſtitu.Et ſi renũtiatio fiat in manibus ſuperioris,
alteri ius nõ acquiritur, niſi ex prouiſione & collatione no
ua ſuperioris, ad quem ſpectat, arg.c.2.& c.admonet. s̃.de
renun.& in c.quod in dubiis.cum ibi no.eo.ti.& cle.1.eo.
tit.§Videtur tñ hoc dictum Ab.declaratum; vt s̃. optimè
procedere, qñ fuiſſet facta renuntiatio cũ ceſſione iurium
in beneficialibus parte præſente & acceptante,& renuntia
tio non eſſet notoria per prędicta, ſecus ſi eſſet notoria; qm̃
etiam abſq; ceſſione iurium quo ad poſſeſſorium noceret;
quia ſimplex defectus notorius proprietatis nocet agenti
poſſeſſorio recuperandæ, ut s̃.dixi.§Circa contrarium, ꝙ
facit Abb.contra intellectum & lecturam gloſſæ, dãdo no
uum intellectum huic tex.& ſequenti, Ab.multa verba nõ
neceſſaria, ac dubia effundit, ex illis tñ plura eliciuntur. &
32 primo hæc concluſio, † ꝙ renuntiatio facta poſt ſpoliatio-
nem in manibus non ſuperioris nõ nocet renuntianti quo
ad proprietatem, nec quoad poſſeſſionẽ, etiam ſi de ea no-
toriè conſtaret, puta per confeſſionem renuntiãtis, vel ali-
ter. De poſſeſſione conſtat, quia tunc illam nõ habebat, de
proprietate probatur; quia facta fuit in manibus nõ ſui ſu-
perioris,& hæc concluſio probatur hic, iuncto.d.ca.quod
in dubijs.Nam in hoc tex.non cõſideratur, ꝙ in manibus
ſui ſuperioris facta fuerit, prout in c.ſequenti, ergo ille dẽt
intelligi, quando facta fuit in manibus nõ ſuperioris, & ſic
Abb.uidetur approbare ſolutionem.s̃.ſecundo loco rela-
tam, quo caſu præſumitur non ſpontanea, ut hic, & ideo
quoad neutrum præiudicat, neq; per ſuperiorem rata ha-
beri poteſt. §Nec obſtat, ꝙ habetur in d.c.quod in dubiis,
vbi ſuperior poteſt habere ratam renuntiationem factam
in manibus nõ ſuperioris ad præiudiciũ renuntiantis, qa
dẽt intelligi, qñ ea in manibus laici facta fuiſſet, quod in
caſu tex.noſtri clarè apparet,& ſic clarè Abb.innuit, ſupe-
riorem magis poſſe habere ratam renuntiationẽ factam in
manibus laici, quàm clerici non ſuperioris. §Nec obſtant
no. in c.ſuper hoc.in gl.magna de renun.& in c.j.15, q.6,
in gl.2.vbi renuntians proprietatem amittit, qm̃ debẽt in-
telligi de renuntiatione facta in manibus ſui ſuperioris.
33 §†Secundò ex dictis Ab.colligitur, ꝙ ſi quis ſuo beneficio
in manibus ſuperioris poſt ſpoliationem renũtiauit, & de
renuntiatione notoriè conſtet, contra ipſum agentem ad
reſtitutionem beneficij obſtaret exceptio renuntiationis
notoriè; licet enim per illam ſibi quoad poſſeſſionem præ-
iudicium factum nõ fuerit, tñ factum fuit quo ad proprie-
tatem, quam habebat, vnde cum per eam notoriè conſtet
de defectu proprietatis, arg.no.in d.c.ſuper hoc. & in d.c.
j.15.q.6.ſequitur, ꝙ de ea contra ipſum renuntiantẽ oppo
ni potuit per no.in d.c.qm̃.& in d.c.cõſtitutus.per Inn.&
s̃.dictũ fuit. §Præterea, ex quo renuntiatio in manibus ſui
ſuperioris etiã poſt ſpoliationẽ facta fuit, præſumitur ſpon
tanea, arg.l.non eſt ueriſimile.ff.quod met.cau.& no.in l.
tranſactionem.C.de tranſactio.& hic per Inno.ergo de ea
contra renuntiantem agentẽ ad reſtitutionẽ opponi pôt,
qa ceſſat ratio hic aſſignata, ar.c.cũ ceſſante.de appel. & l.
adigere.§.q̃uis, ff.de iure patro. & hoc modo inquit Abb.
intelligendum eſſe tex.in c.ſequenti.
§Et ex prædictis Ab.hic reprobat id, qđ voluit Io.An.poſt
Gof.hic, qui dicebant, renuntiationem in terminis huius
tex.præiudicare quoad petitorium, licet non quoad poſſeſ-
ſorium; nam hoc ſecundũ Abb.verũ non vr̃; qa ex quo hic
renuntiatio facta fuit poſt ſpoliationẽ in manibus non ſui

ſuperioris,non nocet renũtianti quoad poſſeſſionem, nec
quo ad proprietatem,vt s̃. ſecus ſi in manibus ſui ſuperio
ris renuntiaſſet,quia ſaltem quoad proprietatem ſibi p̃iu-
dicaſſet,& ſi de ea notorie conſtaret,poſſet contra renun-
tiantem agentem ſpolio opponi,cũ tunc ſponte renuntiaſ
ſe dicatur,arg.l.1.C.ſi propter met.iud.& no.in l. non eſt
veriſimile.ff. quod met.cau. & pro hoc facit dictum Lap.
in ſua alleg.25.qui inquit,ꝙ ſi quis ante ſpoliationẽ conſti
tuat procuratorem ad reſignandum & renuntiandum in
manibus ſui ſuperioris,& ꝓcurator poſt ſpoliationẽ renũ
tiauerit,dñs ſpoliatus dicitur ſponte renuntiaſſe, ex quo
mandatum ad renuntiandum ante ſpoliationem dedit,&
eo tpe,quo poſſidebat,& ideo hæc renuntiatio ſuo procu-
ratoris contra ipſum agentem poſſeſſorio ad reſtitutionẽ
opponi poteſt,illa enim ad tempus dati mandati retrotra-
hitur,arg.l.Paulus.ff.de acq.hæred.¶Circa hęc dicta Ab.
aduertendum eſt,& in primis dum intelligit hunc text.ꝙ
hic notoriè conſtabat de renuntiatione per confeſſionem
renuntiantis,hoc enim verũ non uĩ, quia ſi de ea notoriè
conſtitiſſet,allegans eam fruſtra petijſſet teſtes admitti de
bere ad probandã ipſam renuntiationẽ fuiſſe ſponte,& cũ
iur̃o factam,quia id quod notoriũ eſt, probari non dẽt.l.
j.ff.de dote prælega.ad fi.c.manifeſta.2.q.1.c.tua nos. de
cohab.cleri.& mulie.ſed ſolum allegari ſufficit, gl.in cle.
appellanti.de appel.Nec ex verbis tex.quoquo modo colli
gi põt,ꝙ de renuntiatione conſtaret notoriè per confeſſio
nem renuntiantis.¶Præterea ad hoc,vt per confeſſionem
res notoria dicatur,dẽt de ea in actis coram notario appa-
rere.c.veſtra.c.fi.de cohab.cleri.& mulie.iuncto capi.qm̃
contra.de proba.de hoc autẽ non conſtat in terminis hu-
ius tex.ergo &c.¶Non placet etiam,dum Abba. intelligit
hunc tex.dumtaxat in caſu, quo ipſa renuntiatio in mani-
bus non ſuperioris facta fuiſſet,prout etiam gl.noſtra intel
lexit,quia,vt ipſe quoque.s̃.dicit in ſecunda ſolutione con
trarij formati de c.ſeq.in hoc text. non ponderatur, ꝙ re-
nuntiatio facta fuerit in manibus non ſui ſuperioris, & ꝙ
non dicit canon,nec nos.l. ſi ſeruum.§. non dixit prætor.
ff.de acq.hæred.Propterea cum tex.loquatur generaliter,
& indiſtinctè,ita quoque eſt intelligẽdus.l.de precio.ff.de
publicia.cum ibi no.c.ad audientiam de decimis.
¶Præterea,renuntiatio hic præſumitur non ſpontanea nõ
ex eo,ꝙ in manibus nõ ſui ſuperioris facta fuerit,ut Abb.
dicebat,ſed quia facta fuit ſimpliciter poſt ſpoliationẽ, ut
clare ponderat & affirmat hic tex.& ca.ſeq.a contrario.
¶Nec eſt verũ, ꝙ præſentia ſuperioris faciat renuntiatio-
nẽ præſumi ſpontaneã,quia contrariũ probatur in c.ſuper
hoc de renun.per rationẽ ibi gñaliter aſſignatã. itẽ contra
hoc facit cle.2.de pęnis. vbi renuntiatio corã ſuo ſuperio-
re facta fuit,& tamen ſpontanea non præſumitur. ¶Præte
rea,hic tex.probat,ꝙ licet quoad cauſam poſſeſſorij renũ-
tiatio facta poſt ſpoliationem ſpontanea non p̃ſumatur,ta
men quoad cauſam petitorii, & proprietatis ſpontanra p̃-
ſumatur,& tamen ſecundum Abba.facta fuit in manibus
non ſuperioris,ergo non eſt uerũ ſimpliciter, ꝙ renuntia-
tio facta coram non ſuperiore præſumatur nõ ſpontanea.
¶Rurſus renuntiatio ſiue ſit facta in manibus ſui ſuperio-
ris,ſiue non,dummodo in manibus clerici facta ſit, ſemp
renuntianti nocet quoad proprietatẽ, & quoad poſſeſſio-
nẽ q̃uis in dubio non ſpontanea p̃ſumatur,ut probatur ex
no.cõiter per doct.ubi Ab.expreſſe in d.c.quod in dubijs
iuncto.d.c.ſuper hoc.& per Bar.in l.ſi quis ui.§. differen-
tia.in fi.ver.ff.de acqu.poſ.¶†Nec vr̃ etiam verum vnum
34 aliud,ꝙ innuit Ab. ꝙ ſuperior magis poſſit habere ratam
renuntiationem factam in manibus laici ad præiudicium
renuntiantis,quã factam in manibus clerici non ſuperio-
ris,per d.c.quod in dubiis.qm̃ cum illa, quæ facta fuit co-
ram clerico non ſuperiore,magis renuntianti noceat,ma
giſque valida ſit,q̃ facta in manibus laici, quæ nullã peni-
tus firmitatem obtinet d.c.quod in dubijs.iũctis ibi not.
& dixi.s̃.ſequitur ꝙ illa quæ in manibus clerici non ſupe
rioris facta fuit,per ſuperiorem rata magis haberi põt, q̃
illa,quæ fuit facta in manibus laici, quæ in ſe ipſo iure nul
la eſt, & id, quod ipſo iure nullum eſt, ratum haberi non
põt.l.qui aliena.ff.de acq.hære.l.2. C. communia vtriuſ.
iudi.Bar.in l.obſeruare.in j.col.ff.de offic.proconſul.Qđ
vero renuntiatio facta in manibus clerici non ſuperioris
poſſit per ſuperiorem haberi ratam,facit,quod voluit glo.
1.& ibi Abb.in c.admonet.de renuntia.q̃ gl.ita intelligo,
videlicet quando renuntiatio in manibus clerici non ſu-
perioris facta eſſet,& probatur ex tex.cum ibi no.in clem.
2.de pęnis.¶Nec obſtat,quod dicit Abb.per d.c. quod in
dubijs.ꝙ renuntiatio facta in manibus non ſuperioris nõ
noceat, quia ſi loquamur de facta in manibus laici, nulli
nocet.d.c.quod in dubijs. ſi vero de facta in manibus cle
rici non ſuperioris,non ſuperiori, ſed bene renuntiãti no-
cet,ut declaraui.s̃.per no.in d.c.quod in dubiis. p ſcribẽ.
ibi.¶Non obſt.pro intellectu Abb.dictum Lap. alleg.25.
Quia poſito,ꝙ illud in ſe ſit verum,dico, ꝙ ibi renũtiatio
ante ſpoliationẽ facta cenſetur,& ſic ſponte,arg.tex.noſtri
quia attenditur tempus mandati, & ad illud renuntiatio
retrotrahitur,vt fatetur hic Abbas poſt Lap.argu. d.l.Pau
lus.ff.de acqu.hær.Præterea,dictum Lap.tutũ non uidet̃.
35 † Quoniã facta per procuratorẽ ad tempus mandati non
trahuntur,ſed eo tempore facta cenſentur, quo procura-
tor fecit de uoluntate dñi.Vnde procurator gerendo,poſt
quã reuocatus fuit,ſi reuocationem fuiſſe factam ſciuerit,
eius geſta non valent,cle.1.de renuntia.ergo ad tẽpus mã-
dati non retrahuntur.¶Non ob.d.l.Paulus. qa ibi aditio
hæreditatis ad tempus mandati non trahitur,ſed uerè di-
citur facta tempore mandati per ipſum dñm non expecta
ta procuratoris aditione,cum enim hæreditas ſolo animo
adeatur,conſtituendo procuratorem cõſtat de animo ſuo
& hæreditas adiri dicitur,ut not. in d.l.Paulus. Præterea
in his,quæ ſolo animo geruntur,factum a procuratore ad
tempus facti mandati trahitur, quia conſtituendo procu-
ratorem,& dando mandatũ, conſtat de animo actum ge-
rere volentis.d.l.Paulus.& ſic in hoc caſu potius manda-
ti tempus,q̃ quod prouocator facit,attenditur, ſed renun
tiatio beneficii ſolo animo non fit, ſed requiritur præſen-
tia,& conſenſus ſuperioris,iuxta quæ habentur in d.c.ad-
monet,no.in d.clem.1.de renuntia.& in d.cle.2.de pœn.
ergo factũ procuratoris ad tempus mandati non trahet̃.
Et differentia magna eſt,an actus ſolo animo exerceri poſ
ſit,& tunc procedit id quod habetur in d.l.Paulus.an nõ,
quia ſuperioris præſentia requiratur, & tunc actus a pro-
curatore fieri dicitur,vt per Bar.in d.l.Paulus.in 2.& 3.op
po.& eſt bonus text.in l.3.§.acquirere.& ibi gl.ff.de bon.
poſ.¶Et ex prædictis patet,ꝙ Ioã.An.& Gofr.hic bene lo-
quuti fuerunt,dum dicebant,ꝙ renuntiatio facta poſt ſpo
liationem q̃uis renuntianti quoad poſſeſſoriũ non noceat
quoad petitorium tñ nocet,ut hic in tex. clarè probatur,
ibi,teſtes de iur̃o & renuntiatione ſponte facta antequam
reſtitutus fuerit,non admittas, ergo poſtquam fuerit reſti
tutus, & ſic in cauſa petitorij & proprietatis admitti pote-
runt,faciunt not.in d.ca.ſuper hoc.in glo.magna, & in d.
36 c.j.15.q.6.in 2.gl.¶Sed dubium ſupereſt,† an in caſu text.
noſtri,quando renuntiatio poſt ſpoliationẽ facta fuit, quæ
renuntianti non nocet quoad poſſeſſorium recuperandæ,
vt hic,ſi de ipſa renuntiatione notoriè conſtaret,an contra
ipſum renuntiantem agentem ad reſtitutionem exceptio
renuntiationis notoria obſtaret.Abb.hic vult,ꝙ ſic,quan-
do renuntiatio in manibus ſui ſuperioris facta fuiſſet, ſe-
cus ſi in manibus non ſuperioris: quia primo caſu perdit
proprietatem,ſecundo verò non,ſed, vt dixi.s̃.non refert
quoad perdendam proprietatem,& poſſeſſionẽ,an renun-
tiatio facta fuerit in manibus ſuperioris,vel nõ:quia utro-
que caſu renuntians ſibi ſaltem quo ad proprietatem præ-
iudicat. Dummodo faciat renũtiationem in manibus cle-
rici per ſupradicta,& hoc ſenſit gl.in clem.j. de renuntia.
remittendo ſe ad dicta Innocentij,in dicto capitu. quod
in dubijs.& idem facit gl.in d.clem.2.de pœnis.
¶Vnde aliter dicendum eſſe videtur, ꝙ ex quo per renun-
tiationem factam poſt ſpoliationem renuntians ſibi pręiu
dicauit quoad proprietatem, & de renuntiatione notoriè
conſtat, & conſequenter de defectu notorio proprietatis
agentis,contra ipſum renuntiantẽ agentem ad reſtitutio-
nẽ bñficii poſſeſſorio recuperandæ renũtiatio notoria op
poni põt ad impediendam reſtitutionem,ſiue ea in mani-
bus ſuperioris,ſiue non dummodo in manibus clerici fa-
cta fuerit, quia in beneficialibus ad excludendum agentẽ
poſſeſſorio recuperandæ ſufficit,ꝙ notoriè conſtet de de-
fectu proprietatis agentis,ut per Inn.in d.ca.qm̃. & in d.
c.conſtitutus.de fil.presby.& per Anto. Abb.& alios hic,
& in d.ca.in literis.j̃.eodem.quicquid Abb. hic dixerit.
Niſi forte illum ſaluando diceres,illud eſſe regulariter ve
rum,ꝙ de defectu notorio proprietatis opponi poſſit, ſed
fallit, qñ de eo notoriè conſtatet per renuntiationem no
toriè factam poſt ſpoliationem & coram non ſuperiore,&
ſic concurrentibus his tribus, ꝙ renuntiatio ſit notoria,
facta poſt ſpoliationem,& coram non ſuperiore, quæ tria
operantur,

operantur, vt de defectu proprietatis in causa spolii opponi non possit, & hoc in odium ipsius spoliatoris, qui non pōt se fundare in renuntiatione facta quoquo modo post spoliationem ad finem impediendi restitutionem, & idcirco lex talem renuntiationem quoad causam possessorij non spontaneam præsumit, quæ præsumptio est violenta, & iuris, & de iure quoad causam possessorij tantum, vt hic tum quia renuntiatio facta fuit post spoliationē, tum coram non superiore, tum de beneficio multis forte laboribus & expensis acquisito, quæ omnia sic præsumi faciunt vt hic, iunctis. d.c. super hoc. & no. in l. non est verisimile, ff. quod met. cau. & l. 1. de his, qui propter met. iud. Præterea non sequitur, renūtiatio facta fuit notoriè, quia in manibus superioris in forma iudicij, & de ea cōstat bulla, vel instrumentum publicum, prout vult Abb. s. in j. glo. ergo notoriè constat de defectu proprietatis, quia stāt simul, q̄ renuntiatio notoriè facta fuerit, & tamen notoriè non cōstet de defectu proprietatis renuntiantis, vt in casu. d. cle. 2. de penis. & c. ad audientiam. quod met. causa.

¶ Ex quibus habes optimam declarationem ad no. per Inno. in d. ca. q̄m, in d. c. constitutus. & per doct. in locis pal- legatis, & pro hoc facit, quia sic declarando res ad regulā iuris cōis reducitur, quę habet, q̄ agenti spolio non obstet defectus proprietatis, vt in c. 1. cum sim. s. eo. quod de facili fit. l. si vnus. §. quod si. ff. de pactis. Cogita tamen.

37 ¶ † Circa intellectum Ant. quem impugnat Abb. multum non insisto: quia multa. s. dicta repetenda essent, solū hoc dico, q̄ intellectus Antonij saluari potest, respondēdo aliquibus per Abb. contra ipsum deductis, q̄ licet renuntiatio facta ante spoliationem dicatur regulariter non verisimilis, & præsumatur non spontanea. d. ca. super hoc. & l. cum de indebito. ff. de prob. tamen talis præsumptio dicitur leuis, & non dicitur iuris & de iure adeo, q̄ super tali non uerisimilitudine, & præsumptione causæ cognitio haberi, & contrarium probari potest. d. c. super hoc. d. l. non est verisimile. & est tex. in c. quia nō est verisimile, vbi no. de præsumptio. c. 2. & 3. quod met. cau. & de his non loq̄tur tex. noster, neque Ant. q̄m non est speciale in cā possessorij, sed est generale etiam in causa petitorii, q̄ talis exceptio non verisimilis opponi non pōt, sed renuntiatio facta post spoliationem dicitur non verisimilis, & a iure nō spōtanea præsumitur taliter, q̄ de ea opponi non pōt in causa possessorij, ne restitutio impediatur, quia talis præsumptio dicitur magna, adeo q̄ super ea causę cognitio haberi, nec probatio in contrarium fieri potest in præiudicium causæ possessorij, & illius exequutionis, atque effectus, & hoc est quod vult dicere do. Anto. dum dicit, priuilegiū esse in cā possessorij, ut contra agentem non possit opponi exceptio non verisimilis, quia debet intelligi de non verisimilitudine magna, & non leui, ut vtrunque probat iste text. veluti eum alias. s. induxi. & ratio specialitatis est, ne impediatur restitutio in odiū spoliatoris, & fauorem spoliati, sicuti & plura alia specialia a iure propter hoc inducta sunt, vt s. in c. j. cum sim. ¶ Intellectum Ant. confirmo per ca. ad decimas. eo. tit. in 6. vbi intentio agentis possessorio recuperādæ, & sic spoliati excluditur, q̄n non est verisimilis, quia cōtra eam sit dispositio, vel præsumptio iuris cōis, vt ibi, ergo idem dicendum est, & fortius, q̄n exceptio rei conuenti, & spoliatoris non esset verisimilis, cum in cā spolij actor sit fauorabilior, quā reus, quia spoliatus ipso spoliatore fauorabilior esse dēt. c. 1. c. in literis. c. cum ad sedem. ca. sæpe. j. eo. & c. super. de ord. cog. Item quia reus excipiens quò ad suam exceptionem dicitur actor. l. 1. ff. de excep. Cogita. ¶ Nec obstant contra intellectū Ant. ea, quæ adducit, & ponderat Abb. & in primis dum dicit, q̄ ex quo renuntiatio post spoliationem solenniter, & coram superiore facta fuit, ex ea infertur præiudicium proprietati, & ideo cū sit notoria, de ea in causa possessorij opponi poterit per prædicta, q̄m in primis hoc videtur contra id, quod ipsemet Abb. s. dixit, qui voluit, hunc text. loqui de renuntiatione facta non solenniter, & in manibus non superioris. Secundò non apparet ex tex. q̄ loquatur de renuntiatione notoria, nec sequitur, facta fuit coram superiore, ergo est notoria per prædicta. ¶ Non obstat alia impugnatio Abb. dicētis, Antonium male loqui dum infert, renuntiationē factā post spoliationē concludere & inferre ad causam possessorii, q̄m dicit Abb. hoc esse falsum, quia non potest inferre ad possessionem, quam spoliatus non habebat, sed tu dicas quod licet quoad possessionem quam renuntians non habebat, concludere nequeat, concludit t̄n quoad cām possessorii, hoc est quoad remedium possessorium, quia illud spoliato cōpetebat, & hoc voluit dicere do. Anto. cuius verba ita etiam declarat Imo. an autem hoc modo sit uerū. s. declaratū fuit. ¶ Non refragatur etiam, q̄ renūtiatio facta post spoliationem, quæ non spontanea censetur, non dicatur concludere quoad causam proprietatis, cui non dicitur præiudicare, & isto respectu tex. considerat talem renuntiationem verisimiliter præsumi non spontaneam, & sic sentit Abb. q̄ respectu possessionis dicatur verisimilis, spontanea, quodq́ue illi præiudicet, quod est falsum: quoniā totū contrarium est verius. ¶ Nam talis renūtiatio quoad proprietatem præiudicat, ut probatur per hunc text. & no. per gl. in d. c. super hoc. & non econtra. ¶ Præterea hic tex. voluit, q̄ per talem renuntiationem nullum fiat præiudiciū possessioni, quia illam nō habebat, nec remedio possessorio, quia non præsumitur spontanea, itē quia per renūtiationem rei non tollitur remedium personale, sed solum reale, vt latè dictum fuit, itaque intelligit, & declarat Ioā. de Imo. ex mente do. Anto. cuius intellectus ex prædictis saluus remanet.

38 ¶ † In gl. vltima dum quærit. An spoliatus possit agere vltra annum, & sic perpetuo, an uero solum. j. annū, ex quo interdictum vnde vi est remedium prætoriū, vt in l. 1. in prin. ff. de vi & vi arma. & insti. de perpet. & temp. act. Ab. & gl. non perfectè declarat. Vnde in hac concludendum est, q̄ aut nos loquimur de interdicto vnde vi, & sic de interdicto possessorio recuperandæ, aut de cōdictione ex lege, seu canone, quæ est actio personalis, & datur ad restitutionem, ut declarat Spec. in tit. de resti. spol. in prin. in 4. col. ver. quartum &c. Primo casu si loquamur de interdicto vnde vi, q̄ etiam de iure canonico ex ipsius approbatione competit, iuxta. c. cum ad sedem. & c. sæpe. cum ibi no. j. eo. Concludo, q̄ tam de iure ciuili, quam canonico datur infra annū tantum ad pœnam, & ad id, q̄d ad eum non peruenit, at q̄n agitur ad rei persequutionem tunc datur perpetuò & vltra annum. l. in honorarijs. ff. de acti. & obl. l. j. §. j. vbi casus. ff. de vi & ui arma. & no. insti. de perpe. & tēpo. actio. in §. 1. in uer. plerunque. Rō est, q̄a ex quo interdictū vnde ui est remedium prætoris, natura actionis prætoriæ est huiusmodi, ut in iuribus. s. alleg. & hoc modo potest intelligi gl. in ver. captiuitate. in c. reintegranda. 3. q. 1. dum vult, q̄ infra annum tantum ad pœnā per spoliatum agi possit, ut illud procedat etiam de iure canonico, q̄n ageretur interdicto vnde ui, ut ibi. Nam ius canonicū recipiens hoc remedium iuris prætorij, videtur illud cū sua natura recepisse. c. cū ad sedem. & c. sæpe. j. e. ¶ Secundò casu, siue ad rei persequutionem, siue ad pœnā agatur, perpetuo agi potest, cum illud remedium sit perpetuum, & ultra annum detur, ut no. per glo. not. in l. 1. in §. 1. in uersi. annum. ff. de ui & ui arma. & in hoc non est differentia inter legis & canones; quoniam spoliatus & priuatus iniustè & absque culpa sua possessione propria de iure canonico potest agere nedum ad rei restitutionem, sed etiā ad pœnam conditione ex canone, vt est tex. & ibi glo. no. in d. c. reintegranda. habetur per Modern. in l. rem quæ nobis. ff. de acqui. poss. & per Spe. in titu. eod. in prin. in 4. colum. ver. quartum. Ratio autem, quare hoc remedium condictionis ex lege, vel ex canone etiam vltra annum competat, & sit perpetuum est: quia non est actio prætoria, sed inducta a lege ciuili ex noua dispositione canonis, iuxta l. vnicam. C. & ff. de cōdictio. ex lege. nimirum itaq;, si vltra annum perpetuo datur, vt instit. de perpetu. & temp. actio. in prin. & no. in d. l. j. §. j. ff. de vi & vi arma.

39 ¶ Colligit † etiam Io. de Imo. ex hac gl. quòd de iure canonico agenti possessorio recuperandæ nulla præscriptio etiā triginta annorum obstare potest, sed perpetuò agi potest, & in hoc ius canonicum iuri ciuili contrariatur.

¶ Anto. verò de But. hic in fi. ver. sentit, quòd solum possit agi hoc remedio possessorio recuperandæ vsque ad triginta annos, & ita videntur tenere communiter Canonistæ. in dicto capitulo reintegranda. & in c. sæpe. j. eo. & legistæ in l. rem quæ nobis. ff. de acquiren. possessio. maximè Soci. ibi. in 8. quæstio. & hanc communem opinionem arbitror esse veram, quando ageretur hoc remedio possessorio recuperandæ contra bonæ fidei possessorem, qui forte iusto titulo etiam possideret, contra quem etiam tale remedium datur, vt concludunt doct. & præsertim do. meus in remedio. c. reintegranda. in d. l. rem quæ nobis. in 8. q. qui affirmat, doct. ita cōiter tenere, per tex. generaliter loquentem. in d. c. reintegranda. vbi volunt, remedium illius capituli dari contra bonæ fidei possessorem, etiam iusto titulo pos-

ſidentem,& maximè qñ res eſt vitioſa , ergo a fortiori re-
mediũ poſſeſſoriũ recuperandæ,quod datur ratione violẽ
tiæ & ſpoliationis dari,poterit contra bonæ fidei poſſeſſo-
rem iuſto titulo poſſidentem,quia tunc res vitioſa dicitur
vnde concludo ꝙ de iure canonico remedium poſſeſſoriũ
recuperandę datum rõne violentiæ & ſpoliationis non pt
dici perpetuum,vt duret per triginta annos, & non vltra ,
qñ contra bonæ fidei poſſeſſorẽ ageretur, qui per triginta
annos præſcribere potuit,arg.no.in c.poſſeſſor. de reg.iu.
in 6.& ita eſt de meute do.mei in d.8.q. vt ex ſuis rationi
bus patet,ſecus ergo concludendum eſt, qñ ageretur con
tra ipſum ſpoliatorem,& malæ fidei poſſeſſorem,vt poſſit
agi perpetuo,neque vlla præſcriptio etiam.30.annor.agen
ti obſtet,qm̃ cum mala fide nullo ſpatio temporis etiã mil
le annorum præſcribi poteſt.d.c.poſſeſſor.& c.1.de pſcri.
in 6.vbi gl.in uer.niſi,& nedum mala fides ſpoliatori no-
cet,vt præſcribere non poſſit, ſed etiam eius hæredibus,
quia mala fides defuncti nocet hæredi.l.cum hæres.ff.de
diuer.& temp.præſcrip.& hoc qñ res eſt vitioſa ,ut ibi,&
ideo nec ipſe præſcribere poterit.c.fi.de præſcri.& ibi ſcri
ben.communiter, iũctis no.per doc.in d.l.rẽ quæ nobis ,
vide tñ de hoc vltimo per Bar.in l.Pomponius.in fi.ff.de
acq.poſ.& omnino in d.l.cum hæres.& ibi per Alexã.qui
multa allegat.& ita põt intelligi id , quod dicit hic Ioan.
de Imola.Cogita tamen,quia ſæpe cõtrarium & malè ob-
ſeruari vidi.
¶Circa vltimum cõtrarium de ſuperfluis probationibus,
40 ex prima ſolutione colligitur ex mente Innocẽ.quòd † fa-
ma publica non eſt tã potens,vt tollat & auferat exceptio-
nem legitimam,quod dictum nota ad ea,ꝙ ponit Bar. &
ſequitur Ale.in l.de minore.§.tormenta.ff.de q.vbi ponũ
tur effectus famæ publicæ,& ita ſequitur Io.And.& Abb.
nam fama publica qualemqualem fidem facit, vt not.in l.
3.§.primo.ff.de teſtibus.
¶Secunda ſolutio fuit Inn.poſt aliquos, ꝙ hic prior proba
tio principaliter fit ſuper poſſeſſione ſpoliati poſtea autem
recipiuntur teſtes ſuper ſpoliatione & violentia,vt in fine
literæ dicitur,& ſic fiunt plures & diuerſę probationes ad
diuerſos fines & effectus.
¶Abb.dicit hanc ſolutionem ſibi non ſatisfacere, neque
per eam contrarium tolli, quia ex quo actor per primam
probationem ſpoliationem quoque probauit, fruſtra po-
ſtea videtur grauari ad probandum iterum ſpoliationem
fruſtra enim ſit quod factum nõ releuat.l.hæc ſtipulatio ,
§.diuus.ff.vt lega.nomi.caue.& arg.c.ſicut.de proba.
¶Tu autem conſidera ſi hæc ſolutio ſaluari poſſet,quicquid
dicat Ab.Nam ille, qui agit ad reſtitutionem ratione ſpo-
lij ad hoc,vt obtinere poſſit,duo regulariter probare dẽt,
primum ſe poſſediſſe, ſecundum ſe ſpoliatum fuiſſe, vt in
c.conſultationib.de offic.deleg.c.ad decimas.eo.tit.in 6.
c.olim cãm.j.eod.cũ ſi.& iõ ſi prius articulauerit de ſola
poſſeſſione,& probauerit poſtea de poſſeſſione & ſpoliatio
ne,hoc non ſufficeret ad obtinendũ in cã,neque talis pro-
batio facta ſuper ſpoliatione prodeſſet , ex quo ſolum fuit
articulatum ſuper poſſeſſione, qm̃ † teſtis deponens,ſeu p
41 batio facta extra articulos,& capitula non probat.c. de te-
ſtibus.cum ibi no.j.de teſtibus.per Specu.in tit.de teſte.
§.1.uerſi.itẽ ꝙ depoſuit ſuper alio,& in ti.de prob.§.2.cir
ca prin.per Alex.in l. j.ff.ſi cer.peta. & in l.ſi duo.§. idem
Iulianus.in 2.col.ff.de iureiur. & ideo ex quo actor prin-
cipaliter voluit probare ſe poſſediſſe , quamuis extra arti-
culos etiam de ſpoliatione probaſſet,non ſufficeret,ſed ſu
per ea poſtea fieri probatio deberet,& hoc modo forte põ
teſt ſaluari hæc ſolutio,& intelligi iſte text.
¶Alia fuit ſolutio Io. And. ꝙ hic principaliter prima pro-
batio facta fuit ſuper replicatione actoris , hoc eſt ad pro-
bandum, ꝙ ipſe non renuntiauerit ſponte,ad quod probã
dum ſufficit probare ſe renuntiaſſe poſt ſpoliationem , &
quamuis incidẽter etiam ſpoliatio probata dicatur, ad ex-
cludendã renuatiationis exceptionẽ,non tñ ad fundandã
principalẽ actoris intentionẽ,vt in cauſa principali reſtitu
tionis obtinere poſſit,qm̃ probatio ad vnum effectũ quo-
ad alium non prodeſt.c.2.de ordi.cogn. Item teſtes rece-
pti ſuper articulo incidenti , & ſummariè fidem ſuper ne-
gotio principali non faciunt c.veniens.il 2. de teſtibus. &
ideo in terminis text.noſtri q̃uis probatio facta fuerit per
actorem ad excludendã exceptionem rei , ea quò ad cãm
principaliter intentatam non proderit,quia ad alium finẽ
facta fuit,itẽ quia facta ſuper incidenti & ſummariè,& p-
pterea vltra primam probationẽ alia probatio ſuper nego
tio principali requiri videtur, hoc eſt ſuper ſpoliatione, &
hoc eſt,quod vult dicere text.noſter ſecundum Ioan. An.
Pro qua ſolutione faciunt ea quæ.s̃.in præcedenti dixi,&
illam communiter ſcriben.ſequuntur .
¶Contra eam tñ facere videtur,nam probatio facta ſuper
articulo incidenti, & ſic ſummariè non prodeſt, nec fidẽ
facit ſuper negotio principaliter intentato , qñ fuit facta
ante litem conteſtatam,qm̃ tunc dicitur facta in alio iudi
cio,& ſuper alia re,vt c.qm̃ frequenter.ut lit.non conteſt.
& d.c.veniens.il 2.ergo ſi facta eſſet ſuper incidenti arti-
culo poſt litem conteſtatam videtur prodeſſe etiam quo-
ad negotium principaliter intentatum, quia in eodem iu-
dicio facta dicitur,& inter eaſdem perſonas, arg.l.fin. C.
de teſtibus.per Bar.in l.2.§.j.in ultima col.ff. ui bono.ra-
pto.cum ſim.ſed in terminis tex.noſtri tempore factę pri
mæ probationis erat lis conteſtata,quia ſup negotio prin-
cipali teſtes recipi poterant,vt in fine dicitur, argu.c.1.&
per totum ut lit.non conteſt.Ergo uidebatur, ꝙ probatio
prima facta ſuper articulo incidenti etiam quoad nego-
tium principale ſpoliationis prodeſſet, ex quo ſup eo quo
que fidem faciebat.¶Niſi ſaluando diceres,text.noſtrum
debere intelligi,quando prima probatio ſuper articulo in
cidenti facta fuiſſet,& ad excludendam exceptionem rei
in iudicio ſummario,& ante litem conteſtatam,prout lo-
quitur etiam.d.c.ueniens.ſed hoc eſſet magna reſtitutio.
Vel forte dici poteſt , quod probatio facta in eodem iudi-
cio etiam ſuper incidenti poſt litem conteſtatam prodeſt
etiam quoad negotium principale,arg.d.c.ueniens a con
trario,dummodo non ſit facta extra capitula, & articulos
per ſupradicta.¶Pro prædicta tamen ſolutione Io.An. fa-
cit,quod no.gl.& ibi Inn.in c.ſuper ſpoliatione. de or.co-
gni.Bar.in l.2.ff.vi bon.rap.ubi habetur,ꝙ probatio facta
ſuper exceptione non prodeſt ſuper actione & intentione
42 principaliter intentata. † Item facit , quod habetur in l.1.
cum gl.ubi Bart.& alii.C.quorum bonorum.Bart.in l.q.
Romæ.§.duo fratres.in v.oppo.ff.de uerb.obli. & in l.2.
§.hoc edicto.in 4.col.verſi.quæro,vtrum probationes.ff.
vi bonor.rapto.Bal.& Alex.in l.2.ff.iudicatum ſolui.Bal.
in l.quod tempore.in vltima col.uerſicu.ex hoc deſtruo.
C. de reſtitutio.mili.& plene habetur per illum text.in d.
c.veniens.il 2.de teſtibus,vbi concluditur,quòd probatio
facta in iudicio ſummario non prodeſt in iudicio ordina-
rio & in eo,in quo plene probationes fieri debent, arg.d.
c.quoniam frequenter.
¶Faliit hoc tamen , niſi probatio facta in iudicio ſumma-
rio eſſet facta per confeſſionem partis, quia prodeſſet etiã
in ordinario & plenario.Ita intelligantur not.per Iac.Bu-
tri.in l.ab hoſtibus.§. ſed quod ſimpliciter,ff. ex qui.cau.
maio.& per Ant.in c.cum cauſam.de teſtibus. Et ratio eſ
ſe poteſt , quia confeſſio partis facta in iudicio rem noto-
riam facit.c.veſtra.c.fi.de cohabi.cleri.& mulie.Et ad p-
poſitum optimè facit vnum dictum Inn.in ca.qualiter &
quando,il 2.de accuſ.circa fin.quòd ſententia lata ad vnũ
finem poteſt adduci vt notorium faciẽs ad alium finem .
Facit etiam,quod not.Federicus in ſuo conſilio.23.& per
Abb.in cap.per tuas.de probatio. & in dicto ca. ueniens.
in v.colum.circa fin.
¶Fallit etiam,quando partes vellent,& conſentirent, ꝙ p
bationes factæ in iudicio ſummario ad unum finem face
rent fidem etiam in plenario , & ordinario quo ad alium
finem,ut in c.cum dilectus.de ord.cogni.melius in d.ca.
veniens.il 2.ubi Abb.in not.Roma. in l.naturaliter.§. ni-
hil commune.ff. de acqui.poſſ.in 9.col.cum ſim.Faciunt
nota.per Abbatem in c.cum cauſam . de teſtibus.
¶Cogita, ſi aliter hæc oppoſitio ſolui poſſet , quòd prima
probatio,quæ fit ſuper renuntiatione, an eſſet facta ante ,
vel poſt ſpoliationem fit ex mero officio iudicis,& ad eius
inquiſitionem,ut communiter hic tex.intelligitur,ueluti
s̃.relatum fuit.Secunda uerò fit ad inſtantiam ſpoliati, ut
fundet ſuam principalem intentionem,ut ſuccumbat iux
ta.l.qui accuſare.C.de eden.& c.fi.de iureiuran. Et ſic ex
his conſtat , actorem non grauari ſuperfluis probationib.
43 †Nec eſt inconueniens,ut ſæpius ad diuerſos effectus reci
piantur teſtes ſuper ijſdem articulis,ut in capitu.qualiter
& quando.il 2.de accuſa. & facit text. in argumentum in
ca.cum Ioannes.de fid.inſtru. cum ibi not.& l.pen.ff.de
interroga.actio.
¶Circa ultimam quæſtionem poſitam hic per Abbatẽ .
44 † Ex uerbis ipſius aliqua elicio . primum , quòd ſi poſt
ſpoliationem ſpoliatus promiſerit de non agendo
contra

contra possessorem ad restitutionem, tale pactum spoliato nocebit, & ei illius exceptio obstabit. Hoc voluit gl. in ca. ex insinuatione. de procura. in versic. canonicum, quæ nihil allegat, idem tenuit Inn. in c. super hoc. de renuntia. q. allegat ad hoc tex. clarum, & not. in l. si vnus. §. pacta. ff. de pactis. vbi casus clarus iuncta glo. & ratio est, quia ex quo tale pactum respicit rem familiarem & priuatam vtilitatē nec est contra bonos mores, valere debet. l. iurisgentium. §. si paciscar. ff. de pactis.

¶Amplia hanc conclusionem, etiam si esset factum pactū simpliciter post spoliationem de non molestando possessorem, quia sicut iurm de non molestando possessorem piudicaret, nam intelligeretur de molestatione tam iuris, quā facti, & sic etiam ratione possessionis, & spoliationis iam factæ, vt hic per Abb. & arg. c. ad nostram. il 2. cum ibi no. de iureiur. ita in pacto de non molestando idem dicendū est, cū pactum & iuramentum quoad causam spolij æquiparentur, vt voluit glo. in summa. 3. q. 1. item cum non sit differentia inter iuramentum de non molestando, vel de non mouendo qōnem, & pactum eodem mō factum, arg. tex. & ibi per Abbatem in c. audita. in 2. not. j. eo. & hic.

¶Limita hanc conclusionem procedere, vt dictum est, qn̄ huiusmodi pactum factum esset post spoliationem, secus si esset factum ante spoliationem, quia non noceret, neq; valeret, vt est casus in d. §. pacta. esset enim tunc cōtra vtilitatem publicam & bonos mores. d. §. pacta ibi, quatenus publicam causam contingit, pacisci non possumus, & in summa si pactum conuentum a re priuata remotum sit, non est seruandum, ex hoc enim pacto daretur materia & facultas delinquendi, ac futurus dolus remitteretur, quod fieri non potest, quia esset contra bonos mores. l. j. §. illud. ff. depositi. l. contractus. ff. de regulis iur. nota. in capitu. quemadmodum. de iureiur. & est text. in d. l. si vnus. §. illud. & in d. §. pacta. facit etiam. ca. 2. de conces. præben. & c. venerabilibus. §. potest de senten. excommunic. in 6. Itē esset contra publicam vtilitatem, quia interest reipub. delicta puniri & non committi. l. stichum. §. sanè. ff. de solut. l. ita vulneratus. ff. ad l. Aqui. c. vt famæ. de senten. excōm.

¶Et ex præmissis, iuncto text. nostro infertur, q, in hoc in terminis nostris renuntiatio, & pactum de non petendo seu non molestando differunt, quia renuntiatio facta ante spoliationem præiudicat simpliciter renuntianti, sed facta post nequaquam quo ad causam possessorii. Sed pactum de non molestando factum ante spoliationem non nocet, nec valet factum vero post valet, & nocet ipsi spoliatio, ut supra. & hanc differentiam omnes doct. fatentur, limitando hanc tex. in pacto. ¶Sed quicquid in hoc alii dicant, & sentiant, tu concludas, nullam in effectu inter hæc esse differentiam, quia si fiat pactum ante spoliationem de non agendo, seu non molestando ratione violentiæ futuræ, nō valet, neque pacisenti præiudicat, quia turpem causam continet, & per illud datur materia delinquendi, vt. s̄. Idē dico, si fieret renuntiatio, qua quis renuntiaret liti spoliationis futuræ, & omnibus iuribus competituris ratione futuræ litis, nam talis renuntiatio quocunque facta ante spoliationem non valeret, quia esset contra bonos mores, & contra publicam vtilitatem, nam per eā daretur materia delinquendi, vt s̄. & de hac renuntiatione text. noster non loquitur. Si autem fieret pactum post spoliationem de non agendo, nec molestando possessorio recuperandæ, & sic ratione violentiæ præteritæ, pactum valeret, vt s̄. qa causam particularem contineret, & rem priuatam respiceret, vt s̄. Idem dico, si fieret renuntiatio post spoliationem non de re, nec de ecclesia, sed de lite & causa possessionis ratione spoliationis iam factæ, nam talis renunciatio valeret, neque præsumeretur nō spontanea, prout dicimus de pacto ex identitate rationis, & ideo vbicunque ex tali renuntiatione aduersario acquiri posset, vt quia fuisset præsens, iuxta quæ hn̄r. in l. 1. C. de pactis, vel ipsi oīa iura q̄ spoliatus habebat, cessa fuissent, de tali renuntiatione contra agentem possessorio opponi posset, vt etiā vr̄ de mēte Abb. hic in fi. verbis & teugi. s̄. Secus si renuntiatio facta fuisset de ecclesia post spoliationē, de qua. s̄. dictum fuit. Nulla ergo videt differentia datis paribus terminis inter pactū & renuntiationem in terminis nostris. Cogita tn̄.

¶Sed contra prædictā conclusionem Abba. & contra ferè omnia prædicta fortiter facit. Nam videtur, quòd sicut in terminis tex. nostri non valet renunciatio facta post spoliationem quoad causam possessorij, quia in ea renuntianti non præiudicat, ut hic ita nec pactum factum post spoliationem, quia pactum factum contra publicam vtilitatem non valet, neque nocet. l. iurisgentium. §. si paciscar. ff. de pactis. d. l. scimus. §. pacta. Sed clericus sua ecclesia spoliatus, qui ad restitutionem agit dicitur agere & tractare causam publicam, quia causa ecclesiæ publica dicitur. l. fina. 45
C. de sacrosanc. ecclesijs. c. qui abstulerit. c. non liceat. 12. q. 2. c. si quis. de rebus ecclesiæ non alienan. ca. qualiter & quando. il 2. de accus. no. in c. j. de in integr. restitu. & est glo. in c. quid ergo. 23. q. 4. & in c. auditis. de in integ. rest. per gloss. & Abb. in capi. ex conquestione. in 4. col. j. eod. ergo &c.

¶Solutio. Aliud est, q, ipse clericus sua ecclesia & beneficio, & sic illius possessione priuatus fuerit, & tunc talis cā dicitur esse priuata, hoc est ipsius clerici, de cuius interesse principaliter tractatur. c. si diligenti. cum ibi no. de foro compe. c. in literis. j. eod. & tunc pactum valet tanquā concernens causam priuatam, ita intelliguntur nota. per Abba. hic, & ita loquitur tex. iste.

¶Aliud est, q, causa & lis non sit ipsius clerici, sed ecclesiæ principaliter, vt quia ecclesia re aliqua, vel iure suo priuata esset, iuxta c. 1. s̄. eo. & c. qui abstulerit. 12. q. 2. & c. si q̄s presbyterorum. de rebus ecclesiæ non alienan. & tunc talis causa publica esse diceretur, quia principaliter esset cā ecclesiæ, & de eius interesse tractaretur, ita intelligantur iura præmissa in d. l. fi. & in d. c. qui abstulerit. cum simil. præallegatis, & tunc non valeret pactum de non petendo simpliciter factum a clerico, ex quo læsionem contineret ecclesiæ, & sic publicam, per iura, s̄. allegata. Quod autem sit differentia inter causam ipsius clerici, & causam ecclesiæ vltra prædicta probatur in c. petitio. de iureiur. & per Abb. in c. cum sit. & in c. quod clericis. de foro competē. Cogita tamen.

46 ¶Aliud, quod principaliter ex verbis Abba. colligi potest, est, q, iuramentum post spoliationem susceptum de non molestando possessorem vel de nō agendo possessorio, seruandum est, & de eo contra spoliatū opponi potest ad impediendum restitutionem, ita volunt Do. de Rot. in deci. 393. alias 398. per no. in ca. ex insinuatione. de procurato. & per Inn. in d. c. super hoc. & glo. in summa. 3. q. 1. ibi, itē exceptio iurisiurandi, vel pacti. facit. ca. peruenit. & ca. ad nostram. de iureiur. inducendo, prout in voce induxi.

¶Præterea, tale iuramentum seruari potest sine interitu salutis æternæ, ergo seruandum est, quamuis metu præstitū fuerit. c. si vero. c. cum contingat. de iureiur. arg. ca. q̄uis. de pactis. in 6. & cap. licet mulieres. de iureiur. eod. libro.

¶Et ex prædictis habemus, q, in terminis nostræ quæstionis positæ hic per Abb. pactum & iuramentum æquiparātur, nam de vtroque contra spoliatum agentem ad restitutionem opponi potest, ita expresse sentit Abb. & gl. in summa. 3. q. j. ¶Sed contra prædicta, quòd per iuramentum post spoliationem præstitum non fiat præiudicium spoliato agenti possessorio, neque restitutio impediatur, sicut nec per simplicem renuntiationem, multum tex. hic stringit, qui in hoc parificat renuntiationem & iuramentum, ex quo enim iuramentum fuit post spoliationem interpositum, præsumitur non spontaneum, sed vi, & metu præstitum. c. super hoc. de renun. ergo non seruandum, saltem quoad effectum impediendi restitutionem, vt hic & arg. d. c. licet mulieres. & d. c. quamuis. d. c. cum contingat. & facit auth. sacramenta puberum. C. si aduer. vend.

¶Abb. post Anto. soluit, q, quamuis iuramentum præstitū post spoliationem præsumatur non spontaneum, sed dolo & metu factum, tamen talis præsumptio, ac tale vitium purgari potest per instrumentum publicum, in quo diceretur q, sponte, & non dolo, nec metu iurauit.

¶Hæc solutio non placet, quoniam quo ad impediendam restitutionem talis præsumptio per probationem in contrarium factam purgari non potest, nam si excipiēs de huiusmodi iuramento vellet per testes probare, iuratū fuisse sponte, & non dolo, nec metu, non posset, ut hic est text. clarus. ¶Et si diceretur, q, licet purgari non possit per probationem testium, tamen poterit purgari per probationē instrumenti publici, & ita loquitur Abba. tunc tu ad hoc respondeas, quòd quoad faciendam probationem par est conditio testium, & instrumētorum regulariter. l. in exercendis. C. de fide instrumen. capit. cum Ioannes. cum ibi not. in versi. quolibet. de fide instrument. ergo non debet in hoc esse differentia inter testes, & instrumentum publicum. ¶Præterea videtur, quòd magis purgari deberet talis præsumptio per testes, quàm per instru-

mentum,in quo notarius diceret sponte,&c non metu neque coactè &c. Hæc enim verba in instrumento apposita metū eiusque vitium tollere, & purgare non videtur, qa illa videntur posita potius de stylo & consuetudine notariorum,q̄ ex mente contrahentium,ergo non operantur effectum purgationis metus,violentiæ,& præsumptionis, de qua hic,argu.no. per Bar.in l.j.ff.de iure codici.qui ita in simili dicit de clausula,si non valet iure testamenti, valeat iure codicillorū, & omni meliori modo &c.& in terminis nostris hoc voluit Ant.in d.c.cum contingat. & ibi Abb.in 17.col.post Ant.in ca.quintauallis.de iureiur. ¶Præterea,vt dicit Bar.in l.nemo potest.ff.de leg.1. qn̄ in eodem instro dicitur sponte &c.& apponitur renuntiatio simulationis,metus & violentiæ,talis renuntiatio vitium non purgat,neque simulationem & metum tollit, quia sicut ipse contractus fuit & præsumitur simulatus, vel per vim & metum factus,ita renuntiatio, omnisque clausula in instrumento apposita dicitur simulata,& per vim metū que apposita, secus si renuntiatio fieret ex interuallo in alio instrumento,vt ibi,& sequitur Abb.in d.c. cum cōtingat.in 12.col.& per Bar.in l.fi.§.itē quæ sit.ff.de condict. indebi.¶Præterea non obstat id q̄ dicit Abb.q̄

47 † istud iuramentum absque interitu salutis æternæ seruari potest, qm̄ hoc simpliciter,vt allegatur,verū non est, sed aliter illa regula formanda,& intelligenda est,videlicet q̄ quoties iurm̄ sine interitu salutis æternæ seruari potest, & non seruatum vergat in detrimentum ęternæ salutis,omnino seruandum est.l.non dubium.C.de legib.cum sim. quæ allegat Bal.in consi.29.in 3.lib. qui sic declarat regulam. d.c. cum contingat.¶ Quare tu vltra Abba. pro solutione melius forte dicere potes, q̄ aut quis post spoliationem iurat de non molestando possessorem, seu non petendo restitutionem,& tale iurm̄ seruandū est,ac de eo opponi pōt, ita intelligatur.glo.summæ.3.q.1.& opinio Do.de rota,nam sicut huiusmodi pactum valet,ut s̄.dictum est,ita iuramētum valere debebit,& seruandum erit, quia non est cōtra bonos mores, neque peccati nutritiuum per supradicta, aut post spoliationem ipse spoliatus renuntiat beneficio, seu ecclesiæ,qua spoliatus fuit,cum iuramento,& sic renūtiatio & iuramentum ad causam proprietatis potius concludunt,& tunc procedat hic tex. qui propriè in hoc casu loquitur, nam ex quo iam spoliatus renuntiauit ecclesiæ cum iuramento,contra ipsum nō pōt opponi de renuntiatione iurata ad impediendum restōnem,qm̄ illa præsumitur non spontanea,& consequenter ēt iurm̄,quod ad confirmandam renuntiationē venit,arg.l.iurisgentiū.§.& generaliter.ff.de pactis. Præterea isto casu renuntiatio dicit concernere proprietatem, eiusque causam, & non possessionem,quam renuntians non habebat,vt s̄. ergo de ea in causa possessorij opponi non pōt,vt in ca.j.s̄.eod.tum qa

48 †iuramentum non extenditur ad casum sub eo non comprehensum.c.ad audientiam.cum gl.in c.ad aures. quod met.cau.c.debitores.& c.quemadmodum.de iureiuran. ¶Et si diceres, q̄uis iuramentum præsumatur non spontaneū,seu renuntiatio dicatur non spontanea, tamen seruari deberet,arg.c.ad aures.cū ibi no.& c. cum dilectus. qd met.cā.iuncto c.si verò.de iureiur.cum si.s̄.alleg.Respondeas,q̄ posito,q̄ renuntiatio & iuramentum seruanda essent quoad causam proprietatis,quam duntaxat respiciūt, seruari tn̄ nō deberent quoad cām possessionis,& sic quoad impediendū restitutionē,& excludendū spoliatum, tū qa talis renuntiatio & iurm̄ ad possessionē,eiusq; cām referri non possunt,ut s̄.sæpe dictū est,tum etiam quia,licet iurm̄ metu præstitum sit seruandum,qn̄ sine interitu salutis æternæ seruari pōt,ut s̄. Fallit tamen hoc in odiū spoliatoris,qui vltra spoliationem & vim extorsisset etiā iuramentū p metum,& coactè, nam tale iurm̄ seruandū non esset quo ad cām possessorij, & impediendam restōnem, vt hic,& est bonus tex.in cā.cū dilectus.quod met.causa. ¶Itē dum Abb.quærit de rōne diuersitatis inter renuntiationē factam post spoliationē in terminis tex.nostri,& pactum,seu iurm̄ factum post spoliationem de non agendo possessorio, & de non molestando iudicio meo non esset quærenda ratio diuersitatis, quia ista duo sunt penitus diuersa,& inter se nihil cōe habent,ergo de vno ad aliud nō est inferendū,nec inter ea danda est ratio diuersitatis, cū ex se satis pateat,arg.l.naturaliter.§.nihil cōe.ff. de acqui. pos.l.inter stipulantē.§.sacram.ff.de verb.oblig.capi.2.de transla.præla.ca.per venerabilem.qui fil.sint leg.Nā ut s̄. etiā dixi,quando post spoliationē beneficij spoliatus renūtiauit ecclesiæ, & beneficio etiam cum iurō talis renūtiatio sibi non nocet quoad cām possessionis quia solum respicit proprietatem,& aiijs rationibus, de quibus s̄.latius dictum fuit post Abb. Sed qn̄ post spoliationem spoliatus fecisset pactum vel iuramentum de non agendo possessorio,& de non molestando,& sic tam de iure, quam de facto.iux.c.ad nostrā.de iureiur.& in ca.audita.j.e.obesset spoliato agenti ad restitutionem, qa tale pactū concluderet ad ius agendi possessorio,& sic ad cām possessionis. itē ex hoc expresse videretur remissum post spoliationem ius personale,quod ad petendam restitutionem competebat, vt s̄.post Abb.diximus,item quia per tale pactum & iurm̄ purgaretur vitium præcedens spoliationis, qm̄ pactum & iuramentum,de quo.s̄.ordinatur secundum suam naturam ad spoliationem præcedentem. d.l.si vnus. §. pacta. ff.de pactis.cum simi.s̄.alleg.¶Ex quibus infero, q̄ si parte præsente post spoliationem spoliatus renuntiasset iuri agendi possessorio,renūtiatio noceret rationibus præmissis,itē quia haberet vim pacti.ar.no.in l.1.C.de pactis. Secus ergo, si solum rei & ecclesiæ renuntiasset, vel per pactum,vel iurm̄ post spoliationem remisisset rē & ecclesiā, illiq; renuntiasset,quia tunc pactum, iurm̄ & renuntiatio non nocerent per hunc text.vbi clarè per Ant.rationibus præmissis,& sic in effectu non est differentia inter renuntiationem,pactum seu iuramentum. Cogita. ¶Et ex his sit expeditum.c.solicitè.cum laude omnipotentis Dei.

SVMMARIVM.

1 *Agenti possessorio recuperandæ in beneficialibus non potest opponi exceptio proprietatis,& non canonicæ institutionis,& nu.100.*

2 *Prædo & intrusus quid sint,quot modis dicantur,& quid inter se differant,& nu.28.*

3 *Libellus in causa spolij ciuiliter mota an absque conclusione procedat.*

4 *Conclusio in libello quare requiratur.*

5 *In interdicto vti possidetis libelli conclusio est necessaria.*

6 *Iudex officium suum ad vtilitatem priuatam supplet, vbi animæ periculum,& peccatum verteretur, & an hoc in iudice seculari procedat, & quomodo sit intelligendum.*

7 *Spoliationis materia est ualde priuilegiata ad fauorem spoliati in odium spoliatoris.*

8 *In causa spolij sententia petitioni non conformis valet.*

9 *In causa spolij iudex non solum in iure: sed etiam in facto supplere potest.*

10 *Libelli conclusio demonstrat remedium intentatum.*

11 *Iudex contra spoliatorem an ex officio suo possit inquirere ad effectum restitutionis.*

12 *Superior contra violentum possessorem an ex mero officio criminaliter inquirat ad pęnam imponendam.*

13 *Ecclesię,vel beneficij possessio penes quem esse dicatur.*

14 *Rector agens possessorio recuperandæ contra spoliatorem ecclesiæ quid probare debeat.*

15 *Possessio bonorum, & rerum temporalium ecclesiæ penes quem sit.*

16 *Possessio ecclesiæ,& beneficij per cessum & decessum clerici dari potest,& vacare dicitur,secus est in possessione, & dominio rerum ecclesiæ.*

17 *Clericus spoliatus beneficio,vel rebus illius,quando suo nomine, & quando nomine ecclesiæ ad restitutionem agere debeat.*

18 *L.clam.C.qui ad nundinas.ff.de acqui.pos. locum non habet in possessione bonorum,& rerum ecclesiæ.*

19 *Clericus beneficiatus pro recuperatione rerum ecclesiæ nō potest interdicto vnde vi agere virtute alicuius suæ naturalis possessionis.*

20 *Clericus facto & culpa sua a possessione rerum ecclesiæ eiectus,& si cū iuramento renuntiauerit non agere ad restitutionē,tn̄ absq; absolutione impetrata agere potest.*

21 *Litigans mecum super recuperatione possessionis violenter inuasæ dicitur aduersarius, & inimicus meus,& quid si circa*

Exce-

91 *Exceptio defectus proprietatis incontinenti probanda in beneficialibus admittitur, quando agitur possessorio adipiscendæ, secus si possessorio retinendæ nu. 92.*

93 *Exceptio proprietatis inficiens & dominium, & possessionem excludit agentem possessorio recuperandę in beneficialibus.*

94 *Exceptio reseruationis papalis, aut alterius potestatem reseruandi habentis obstat agenti possessorio recuperandę in beneficialibus.*

96 *Reseruatio beneficiorum duplex est, & quæ sit eius virtus.*

97 *Reseruatio Papę non expirat per commendam postea ab eo alteri de eodem beneficio factam.*

98 *Reseruatio prima non extinguitur per secundam factam ad eiusdem vtilitatem.*

99 *Collatio exequutoris apostolici concurrens cum reseruatione Papę prefertur.*

100 *Titulus beneficij an sit ab illo ostendendus, qui agit pro iuribus sui beneficij, vel si contra eum agatur.*

101 *Exceptio proprietatis contra spoliatum agentem admissa incontinenti probari debet.*

102 *Exceptio dominij an possit opponi a non spoliante contra agentem possessorio recuperandæ.*

103 *Facto alterius quis ratione connexitatis quandoque grauatur.*

Caput, In literis &c.

VLTRA alios ita summari potest,
1 †In possessorio recuperandæ in beneficialibus non potest opponi exceptio proprietatis, & non canonicæ institutionis, quia spoliatus, etiam si predo sit, secundum rigorem iuris restituendus est.

¶Do. Card. Zabarella Flor. dicit summarium commune non conuenire huic literæ, in qua nulla fit mentio de beneficio, nec de illius possessione, & ideo quod non dicit canon, nec nos l. si seruum. §. non dixit pretor. ff. de acquir. hæred. facile enim sibi fuisset hoc dicere, si voluisset c. ad audientiam. cũ gl. de decimis. ¶Sed tu saluando dicas, quòd licet specificè & expressè mentio non fiat de beneficio, tamen saltem per verba generalia mentio fieri dicitur, ex quo illa necessariò ad beneficia sunt referenda, nõ autẽ ad prophana; quia institutio canonica, de qua in tex. solùm conuenit beneficialibus, & non prophanis, vt in c. 1. de regu. iuris in 6. c. fin. de institu. ca. decernimus. 16. q. vltima. ergo perinde est, ac si specialiter in litera fieret mentio de beneficio, & illius possessione, argumento. l. 2. ff. de libe. & posthu. & in simili facit, quod dicitur de vulgari & pupillari sub compendiosa & breuiloqua comprehensa. ad notata per Bar. in l. 1. in l. Centurio. & in l. Lucius. ff. de vulg. & pupill. ¶Et quia in litera habetur mẽtio.
2 †de prædone, & in primo notabili etiam de intruso videamus, quis, & quot modis prædo & intrusus dicantur, qui inter se differunt, vt est tex. & ibi gl. in c. eum, qui. de præbendis. in 6. Prædo enim tripliciter sumitur, primò strictè & proprijssimè, secondò largè, & propriè, tertiò impropriè & largissimè. Primò strictè capitur pro eo, qui scit rẽ ad se non pertinere, nec causam aliquam possidendi habere, & illius possessionem inuito possessore ingreditur, vt in l. sed & si lege. §. quod autem. ff. de peti. hæredi. largè verò qui habet iustam causam possidendi, & scit rem ad se pertinere possessionem tamen inuito possessore ingreditur, illum eijciendo, vt est tex. vbi habes exemplum, in l. si ex stipulatione. cum simi. ibi allegatis. ff. de acq. pos. & his duobus modis hic tex. intelligi potest. Aduersatur tamen text. in l. nemo prædo. ff. de regu. iur. sed gl. in d. l. si ex stipulatione, d. l. nemo. intelligit, nisi, qui sciret rem ad se pertinere, violenter ingrederetur, & hoc modo illa duo iura concordantur, quæ solutio non satisfacit, quia ex quo. d. l. nemo præsupponit prædonem. infertur vim illatam fuisse, & propterea pro solutione dicamus, quòd in l. si ex stipulatione prædo capitur largè & propriè, in l. vero nemo. strictè & proprijssimè, & sit sensus, q̃ strictè & proprijssimè prædo non est, qui preciũ numerauit, hoc est qui habet iustã causam possidendi, non tamẽ negat, quin prædo dici possit saltem large & proprie, per dictam legem si ex stipulatione. ¶Tertiò improprie & largissimè prædo dicitur, qui ab initio cum bona fide rem possidet, sed ex post facto ꝓpter superuenientem scientiam rei alienæ malæfidei possessor efficitur, iuxta no. in c. fi. de præscrip. & hoc modo sumitur in l. sed & si. §. si autem. ff. de peti. hæredi.

¶At intrusus proprie dicitur secundùm Ioan. And. hic in 8. colum. & Henricum Boichille, qui esset electus ad dignitatem ecclesiasticam, sed nondum confirmatus, vel quia nondum facta fuisset ei collatio beneficii, aut præsentatus fuisset, & nondum institutus, & consequenter qui non haberet titulum saltem perfectum in beneficio, & possessionẽ illius violenter ingressus fuisset, vt in c. cum iamdudum. de præben. & declarat Domini. de sancto Gemi. in d. c. eũ qui. quo fit, vt electus & confirmatus, vel cui fuit collatum beneficiũ, aut præsentatus, & etiam institutus, quo casu ius in re acquisiuisse dicitur, d. c. decernimus, c. quod autẽ, & c. cum autem. vbi Abb. j. de iure patrona. si violenter possessionem ingressus fuisset, non intrusus, sed violentus possessor diceretur. d. c. cum qui. Nisi beneficium per prius a Papa reseruatum fuisset: quia per reseruationem beneficiũ afficitur non solum quo ad proprietatem, sed etiam quo ad possessionem, vt illa alteri acquiri non possit, etiam ex collatione ordinarij, vt j. dicetur per Abba. nam reseruatio reducit titulum ad non titulum, sicut querela inofficiosi testamenti, vt est tex. & ibi habetur in l. 1. vel 2. vt arbitror, C. de inoffi. testa. Ex quibus habemus, quid differant inter se prædo & intrusus.

¶Sed prædictis aduersatur id, q̃ præsupponit Abb. j. in 1. not. ibi, si enim iudex &c.

¶At saluando dicas, vt inquit gl. in d. c. eum qui. plus esse violentum possessorem, q̃ intrusum, & sic innuit omne intrusum nõ esse violẽtum, sed omne violẽtũ esse intrusum. Quæ verba intelligendo, prout sonare videtur, aduersant his, quæ dicta fuerunt ex mente Io. And. & Henr. Boich, & Domi. in locis allegatis. Et ideo melius (iudicio meo) declarari debent, plus esse violentum, hoc est magis delinquere, quàm intrusum. ¶Nec obstant, quæ præsupponit Abba. quia aut inaduertenter loquutus fuit, vnum pro alio ponendo, prout sæpe fit, vel melius ibi posuit intrusum impropriè & largissimè loquendo, sicut eodem modo prædo etiam sumi potest, vt dictum fuit. ¶In primum not. ex ver-
3 bis Abba. colligitur, †quod quando super causa spolij agitur ciuiliter, procedit libellus absque conclusione, quia sufficit in eo narrare factum nudum, absque quod petatur restitutio. Hoc idem probatur in c. 1. & ibi Abb. supra eodẽ. Ad idem textus in c. item cum quis. eod. tit. & est gl. no. in c. quia præsulatus. 1. q. 4. quæ dicit, sufficere de spoliatione conquerit, licet expresse restitutio non petatur, & hoc in odium violenti possessoris, contra quem omnia iura clamant, & multa contra regulas iuris introducta fuere, vt infra latius dicetur, & habetur in l. si quis ad se fundum. C. de vi publi. & priua. Regulariter tamen libellus absque cõclusione non procedit. l. j. ff. de eden. cum ibi notatis. c. vnico. in fin. de libel. obl. Et hanc conclusionem confirmo per tex. in l. momentaneæ. C. vnde vi. secundum vnam lecturam, quæ colligitur ex illis verbis ibi, mox audiui, interdum etiam sine inscriptione &c. vbi in hoc possessorio recuperandæ potest procedi contra spoliatorem absque libello, ergò magis cum libello etiam inepte concepto, argumento, l. vnicæ. §. 1. C. de rei vxor. actione.

¶At in contrarium, q̃ conclusio sit necessaria, vt videtur velle etiam, Abb. in d. c. item cum quis. & sentit Imola hic, demonstratur attentis rationibus, quare conclusio regulariter requiritur.

4 ¶ Triplex est † enim ratio: Prima, vt sententia libello conformis ferri possit, prout etiam in summarijs hac de causa requiritur, vt in clemẽ. sæpe. §. verùm quia. de verborum signifi. Sed causa huius possessorii summaria est, d. l. momentaneæ. ergo &c. Alia est ratio, vt cognoscatur, q̃d remedium fuerit intentatum, cum ex medio concludendi cognoscatur, Bart. in l. certi condictio. in princip. ff. si cert. peta. Quæ ratio in hoc possessorio consideratur, vt in c. pastoralis. in princip. de causa possessio. & proprie.

¶Tertia ratio est, vt reus possit deliberare, an velit cedere, vel contendere, quod fieri non posset deficiente cõclusione ratione incertitudinis, vt in l. 1. ff. de eden. quæ ratio similiter etiam in casu isto militat, ne super incerto reus vagetur,

getur, vt in dicto ca.pastoralis. Cum igitur non adsit ratio recedendi a regula, quæ requirit conclusionem fieri, vt in dicta l.j.de edendo.& c.j.& fi.de libel.oblatio. non est ab illa recedendũ, vt dicit glo.in l.omnis definitio.ff.de reg. iuris. ¶Præterea, cum in summarijs petito & conclusio fieri debeat, vt in dicta clemen. sæpe. vbi qualisqualis petitio fieri debet, quæ in scriptis est redigenda.

¶Et licet loquatur, de petitione, comprehendit tamen etiã conclusionem, quia petitio & conclusio idem sunt c. quoniam contra.in ver.petitiones.cum glo.j.de probatio.sed hoc possessorium est summarium.d.l.momentaneæ.ergo in illo quoque conclusio necessaria erit.

¶Et sequendo hanc opinionem facilis est responsio iuribus pro contraria parte allegatis, quia tex.noster necessariò non infert.non enim ponitur hic forma libelli, sed conditor canonis ruditer & in abstracto factum dubium proponit, vt dubitationem resoluat, veluti sæpe faciunt legum conditores, fingendo factum aliquod in abstracto, vt iuris determinationem ponant, puta dicendo, si quis, cum quis vt facit tex.noster & in c.sequenti.iunctis his, quæ habentur in l.1.ff.de verb.signifi.

¶Non aduersatur etiam c.j.s.eodem.vbi in concreto, & non in abstracto factum, quod accidit, proponitur, vt ibi conquestus est Philasius, de conclusione tamen verbũ nullum, quia respondetur, Papam ibi totum tenorem libelli non referre, sed partem eius tantum reassumere, super qua dubium vertebatur, vt inquit Abb.in c.item cum quis. q etiam non aduersatur, quia vltra responsionẽ Abb. & aliã datam tex.nostro, quæ illi quoque accommodari posset, vltra alios tu respondeas, quod ibi hæc duo parificantur, vel quod dicat se de possessione violenter eiectum, quo casu competit interdictum vnde vi, vel quod dicat, aduersariũ clam possessionem intrasse, quo casu datur interdictum vti possidetis, vt in l.clam.in priu.cum gl.cum §.qui ad nundinas.& ibi gloss.ff.de acqui.possessione.

5 †sed quoties agitur interdicto vti possidetis, necessaria est conclusio libelli vt in c.licet causam. vbi Anto. & alii.j.de probatio. & in terminis per Bartolum in l.1.§.interdictum.in penul.col. versiculo vltimo.ff.vti posside.ergo idem dicendum videtur in causa spolij, cum in hoc æquiparentur in d.ca. item cum quis.arg.c.translato.s.de constitutio.

¶Non obstant no.per glo.in c.quia præsulatus.1.q.4. quia eius authoritas non est necessaria, vt inquit Bartol.in l.nemo.C.de senten.& iura, quæ ipsa allegat, euitari possunt, & vt j.dicetur, in alij terminis loquuntur.

¶Non aduersatur vltimo, quod in summarijs, vt est istud remedium, conclusio omitti posit, vt est tex.in d.clem.sæpe.in §.sententia verò. quia tex.ille loquitur de alia cõclusione, & nõ de ea, quæ in libello requiritur, quædam enim est conclusio, quæ in causa appellatur, quæ & si de processu est c.quoniam contra.in versicu.conclusiones.cum gl. j. de probatio.tamen in summarijs non est necessaria.d.c.§. sententiam. At conclusio libelli, de qua loquimur, in summarijs requiritur, vt in d.clem.§.quia verum.dum exposcit petitiones, quæ, vt dixi, conclusiones dicuntur.

¶Quidam tamẽ, vt fuerunt Ioan.de Ligna.& do.Ant.hic dixerunt, conclusionem non fore necessariam, quia iudex illius defectum supplex ex mero officio suo ratione peccati, vt remoueat reum spoliatorem a periculo animæ, quia nõ remittitur peccatum &c.c.cum tu.j.de vsu.c.qui res, 14.q.vltimã.& propter periculum animæ, sicut propter vtilitatem publicam iudex officium suum non imploratum impartitur, vt voluit Innocen.in c.ad nostram.il 2.de iureiurã.cum aliis hic allega.per Abb.inducendo, vt dixi. sed vltra ea est optimus tex.in c.quoniã.de fil.presby.vbi episcopus ex mero officio suo remouet filiũ, qui succesit immediate patri, ordine non seruato. Melius tamen, & vtilius est, vt inquit Abb.& Imola hic, quod conclusio in libello apponatur rationibus supra allegatis.

6 ¶†Et ex verbis Abb.Primò infertur, quod vbi periculum animę vertitur, indistinctè iudex officium non imploratũ impartiri potest iuribus allegatis.

¶Secundo infertur, quod iudex cognoscit de causa spolii ratione peccati, hoc idem facere potest, & cum Abb.generaliter loquatur, comprehendere videtur etiam iudicem secularem, ad quem etiam cognoscere pertinet, quod vltimum ita non est intelligendum, sed solum ad iudicem ecclesiasticum referendum, ad quem spectat cognoscere, & super peccato prouidere, illudque euitare, at iudex secularis de peccato, & periculo animæ, vt de re spirituali cognoscere non potest, argumento no.per glossellam in ca.cũ cõtingat.de iureiuran.c.decernimus.c.nouit.cum ibi notatis de iudi.c.per venerabilem.qui filii sint legiti. c. fin. de foro compet.in 6.

¶Minusque placet primum dictum quia absolute & simpliciter verum non est, iudicem etiam ecclesiasticum ex mero officio suo supplere ratione peccati, sed hoc solũ procedit, quando peccatum mortale, seu crimen notorium esset, vt colligitur ex dictis Innocen.in c.quoniam, & in ca. constitutus.de fil.presb. Nec aliter videntur sensisse Ioan. de Ligna.& Anto.hic, si rectè inspiciatur. quod suadetur, quia de occultis non iudicat ecclesia, clem.1.de vsuris.ca. tua c.vestra, & c.fin.de cohabi.cleri.& muli. At in terminis huius tex.nõn præsupponitur notorie de peccato constitisse, nec etiam in terminis c.1.& sequentis, ergo dicere non possumus, conclusionem non fore necessariam ratione peccati.cum notorium non fuerit.

¶Alia quoque ratione satis concludenti iudicio meo dici non potest, hic fuisse remissam conclusionem propter animæ periculum, quia in his terminis non interfuit peccatum, nec dici potest in hoc fundatam esse conclusionem quæ ex isto tex.colligitur, quia tex.loquitur, quando quis de possessione sua violẽter eiecisset suum violentum possessorem, & prædonem, quo casu etiam non restituendo illi possessionem peccare non dicitur, ex quo proprium accipit, per tex.in c.fin.cum gl.14.q.3.

¶Et ideo alia ratione dicendum est, conclusionem non requiri, quam ratione peccati euitandi, hoc enim introductum fuit in odium illius, qui sibi ius propria authoritate dixit, quia & si peccare non dicitur, tamen negligit iurisdictionem superioris, & sic contra legis prohibitionem l. non est singulis.ff.de regu.iuris.& per totum.C.ne quis in sua cau.iudicet.& in materia priuilegiatiua procedit ista re-

7 sponsio, speciale est, vt habetur in l.1.ff.solu.†matrim. sed materia spoliationis valde priuilegiata est ad fauorem spoliati, & in odium spoliatoris, vt per totum, maxime in l.momentaneæ.C.vnde vi.l.si quãdo, C.si per vim, vel alio mo. c.fi.quod met.cau.clem.j.de cau.poss.& proprie.cum aliis infinitis, vt habetur in l.si q.s ad se fundum.C. de vi pub. & priua.ergo hæc ratio in terminis nostris rectè recipi poterit.

¶Ex quo sequitur corollarium, quod in causa spolii procedit libellus siue cõclusione ratione, de qua.s.Item & aliud,

8 †quod in hac causa valet sententia.licet petitioni conformis non sit contra regulã, de qua in l.fi.C.de fideicom.lib. vbi fatuus est ille iudex, qui aliter fert sententiam, quam petitum fuerit l. vt fundus.ff. communi diuidũ.c.licet heli. de simo.c.qualiter & quando.il 2.de accusa. Vltimum co-

9 rollarium est, †quod in huiusmodi causa iudex non solum in iure, sed etiam in facto supplere potest, quia conclusionis defectum supplet, quod est quid facti contra regulam, de qua in C.vt quæ de sunt aduoca.& in cap.bonę.il 1.vbi gl.de postula.præla.

¶Et dũ Abba.dicit, vtilius fore, conclusionem opponere duplici ratione.vltima videlicet vt iudex posit agentem interrogare, quo remedio velit experiri, vt in c.pastoralis. in princ.de cau.pos.& prop.hæc consideratio vtilitatis cõ-

10 uenire non uidetur, † quia quando est facta conclusio in libello, absq; tali interrogatione ex medio concludendi colligi potest, quod remedium intentatum fuerit, vt per Bar. in d.l. certi condictio. & in terminis habetur per Specul. in titu.de cau.pos.& proprie.in §.sequitur videre de secũda parte rubricæ.iunctis his, quæ ipse ponit in titu. de restit.spolia.in princ.vbi concluditur in petitorio rem ad se pertinere iure dominii, vel quasi, & sic certitudinarie. ¶In possessorio autem recuperandæ possessionem rei restituendam, & reintegrandam fore.

¶Et sic conclusio libelli aperte demonstrat, quale remediũ sit intentatum absque interrogatione, quæ vtilis esset, quando conclusio deficeret. Et ita potest intelligi d.ca. pastoralis.propterea arbitror verba Abb.male stare, & corrupta esse, & debere stare non eo modo, quo libri impressi habent, & vtile etiam est, vt iudex interroget &c.sed hoc modo, & vtile etiam est, ne iudex interroget. Cogita tamen.

11 ¶An autem iudex † cõtra spoliatorem ex mero officio suo ciuiliter inquirere posit ad effectum restitutionis, Abbas se remittit ad notatã per eum in capit.solitę.in primo notabili.versiculo, sed contra prædicta.s.eodem titu.vbi refert Hostien.voluisse, iudicem nõ posse nisi in duobus casibus. Primus est, quando miserabiles personæ spoliatæ fuissent, & hoc

& hoc modo intelligatur cap.1.supra.eod.tit.qui loquitur de Philasio ceco spoliato,qui textus mihi non probat,Primo,quia ibi iudex ad querelam agentis processit,vt ibi,cõquestus est nobis. Secundo quia & si cecus fuerit,non tamen sequitur,ergo miserabilis,quia qualitas paupertatis,vt quid facti,probari debet l.in bello.§.factæ.ff.de cap.& postil.reuer.

¶Ex quibus infertur,ꝙ quando,proponitur querela,iudex dicitur procedere ex suo officio,& non per viam actionis, seu remedio ordinario,sed extra ordinario,vt in d.c.j.iunctis his.quæ habentur p Hosti.& Abb.in d.cap.solicite. tũ etiam quia per officium iudicis extraordinarie procedi dicitur l.in causæ.in prin.ff.de mino.c.fi.s̄.de officio iud.ꝙ nota ad ea,quæ habentur in c.ex literis.in fi.s̄.de in integ. restitu.& in auth.quæ supplicatio.C.de preci.impe.offer.

¶Secundus casus est, quando de spoliatione esset quæstio inter clericos eiusdẽ diocesis, vt in c.si quis cum clerico. 11.q.1.qui tex.etiam probare non videtur in causa spolij, sed generaliter dicit causas pecuniarias clericorum diocesis tractari debere coram suo episcopo.

¶An autem ad petitionem, & instantiam partis,an ex mero officio,text.ibi non declarat.Et ideo debet intelligi regulariter in terminis iuris communis,& forte hac ratione Abb.in d.c.solicite dixit,dictũ hoc Host.verum non esse, quia nullibi probatur,& sic innuit,nec in d.c.si quis cũ clerico.Et contra hoc secundum dictum Hostien.facit,ꝙ voluit Inn.in c.ad nostram.il 2.de iureiuran.& gl.in c.bonę. il 1.de postul.præl.ꝙ episcopus in iure supplere potest,non autem in facto ad priuatam vtilitatem,vt C.vt quæ desunt aduo.& in d.ca.bonæ. Et hoc modo etiam intelligi debet tex.d.c.solicite.vt ibi declarat,& illum inducit Abb.

¶Pro dicto vero Hosti.videtur tex.in c.notum 2.q.1.quẽ ad hoc ponderat gl.in c.quia præsulatus.1.q.4.& pro eo,similiter posset induci tex.in c.sequenti.

¶Sed mihi hoc dictum satis est dubium,quia text.in d.ca. notum.loquitur potius in casu primi dicti,quàm secundi, videlicet illud ibi esse ratione paupertatis spoliati,simpliciter in d.c.sequenti.nihil facit,vt in hesterna lectione dictũ fuit. Regulariter ergo iudex ex mero officio non inquirit contra spoliatorem ad effectum ciuilẽ,vt per Host.& Abb. in d.c.solicitẽ.quod dictũ facit pro eo, quod supra sequutus sui,ꝙ libellus sine conclusione procedit,nisi agens esset miserabilis,non per tex.in c.1.sed in d.notum.

12 ¶†An autem superior contra violentum possessorẽ ex mero officio possit criminaliter inquirere, vt imponatur pœna,breuiter concludendum est,ꝙ secundum ius canonicũ ꝙ admittit regulariter de quolibet crimine pœna digno inquiri posse,vt per Areti.in Rubrica. & ibi latius dixi.j.de accusa.& in Rubr.s̄.de iudi. nec non in c.q̃m cõtra.j.de probatio. iudex de huiusmodi crimine criminaliter inquirere poterit,non ad effectum vt ordinaria pœna imponat̃, hoc est legis, sed extraordinaria & arbitraria, quia in hoc differt de iure canonico, an procedatur per viam inquisitionis,an per viam accusationis,nam primo casu pœna est extraordinaria,secundo verò ordinaria,vt declaratur in c. qualiter inquisitionis.de accusa.

¶At de iure ciuili,secundum quod regulariter de crimine procedi non potest per viam inquisitionis,nisi in quibusdã casibus,sed per viam accusationis,vt in l.rescripto.§. accusatorẽ.ff.de mune.& hono.& habetur per Bart. in l.ij.§.si publico,ff.de adulte.& per Bald.in l.si vacãtia. C.de bonis vacan.lib.10.& illis casibus, quibus de iure ciuili procedi potest per viam inquisitionis,est imponẽda pœna legis ordinaria,vt in d.l.rescripto.& per Bart.in loco allegato, & ideo si in terminis nostris de huiusmodi crimine inquiri posset,de iure ciuili esset imponenda pęna interdictionis aquæ,& ignis,cuius loco subrogata est deportatio, & hoc quando vim publicam intulisset, hoc est cum hominibus armatis,vt in l.qui dolo.in fin.cũ gl.iuncta.l.3.ff.ad l.iul. de vi pub.si vero vis priuata illata fuisset,hoc est sine hominibus armatis,tũc esset imponẽda pęna tertiæ partis bonorũ,quæ publicãda essent l.1.in prin.ff.ad l.iul.de vi priua.

¶Ex quibus habes,in quot differant in hac materia ius canonicum & ciuile,sed ad propositum concludendum est, de iure ciuili pro criminibus criminaliter inquiri non posse,quia iure cautum non reperitur,& ideo standum est regulæ,de qua in d.l.rescripto.vt probatur ex his,quæ habẽtur in d.§.si publico.& omnino p Roma.in sing. suo 532. incip.Inn.dubitat,& per ea, quæ habẽtur p gl.no.in c.vnico.j.vt ecclesia.benefi.quæ dicit de iure ciuili regulariter de crimine non posse inquiri,nisi in quibusdam casibus in iure expressis,quos ea enumerat,inter quos iste non reperitur,videas etiam per Bartolum in extrauagan.ad reprimẽdum in versicu.per inquisitionem.

13 ¶†In secundo notabili ex verbis Abb.elicitur,quod possessio ecclesiæ,seu beneficii non dicitur esse penes ecclesiam, seu beneficium ipsum,quia quis se ipsum possidere nõ potest,cum differentia esse debeat inter possidentem& possessum,& patientem,& agentem,vt latè diximus in c.1.s̄. de constitu.bonus tex.in c.fin.j.de institu.& in ca.fi.de iure patrona.sed huiusmodi possessio penes clericũ & rectorẽ consistere dicitur,qui suo nomine,& non nomine ecclesiæ dicitur ecclesiam possidere,vt hic est tex.not.tu autem declara rectorem non proprie,sed quasi possidere, quia cum beneficium,rectoria,seu prælatura dicatur esse quoddam ius incorporale.vt in c.fin.per gl.& ibi per totum,ne prælat.vices suas.& in c.si tibi.de præben.in 6.sequitur, quod propriè non dicitur possideri,sed quasi.l.3.in princ. cũ gl. ff.de acquir.poss.l.sequitur.§.si viã.ff.de vsucap.l.seruus. §.incorporales.ff.de acquir.rerum dominio. & hæc quasi possessio iurium incorporalium præsertim in beneficialibus acquiri non potest,nisi ex voluntate & patientia aduersarii,vt in l.quoties.cum simi.ff.de seruitu.

¶Aut voluntate illius,qui confert,aut instituit quem in beneficio,vel eius,ad quem hoc de iure pertinet,veluti est archidiaconus,vt in c.authoritate.cum gl.& in c.ex frequẽtibus.& in in c.cum venissent.s̄.de institu.in c.ad hæc, & in c.ad nostrum.s̄.de officio archid.

¶Ex quo infertur, quod quis non possit dici habere quasi possessionem beneficii, nisi illam canonice habuerit dictis iuribus,& in c.1.de regu.iuris in 6.

14 ¶†Hinc sequitur corollarium,quod rector agens possessorio recuperandæ contra spoliatorem ecclesiæ non solũ debet probare tempore spolii possedisse c.consultationibus. s̄.de officio delegati.sed etiam canonice possessionem habuisse,vt videtur esse de mente Inn.in c. ex parte.j.eodẽ. & hic per Imolam in 2.colum.tu autem dicas satis esse ꝓbare possessionem suam tempore spolii,vt dicit tex.in d.c. consultationibus. absque quod probetur canonica institutio,vt ibi & hic,quoniam prædo etiam qui ecclesiam possidet, spoliandus non est,alioquin ante omnia est restituendus,vt hic est tex.& tamen de possessione canonica probare non potest,facit l.1.§.qui a me.ff.de vi & vi arma.& præsertim si quis ecclesiam per triennium continuum pacificè possedisset ex regula cancellariæ,quia talis possessio præsumptione iuris,& de iure canonica censetur.

¶Et si tu replicares,quod illa regula excipit casum, nisi quis fuisset in beneficio intrusus,dicas,quod illud debes intelligere quo ad obtinendum in petitorio, quoniam talis possessio triennalis facit titulum canonicum præsumi.

¶At quo ad obtinendum in possessorio isto recuperandæ etiam quod quis fuisset intrusus,vel prædo, si spoliatus esset,de iure foret restituendus,dummodo probaret simpliciter tempore spolii se possedisse,& hoc per hunc tex.iuncto.d.c.consultationibus.

¶Ad obtinendum verò in possessorio c.reintegranda.3.q. 1.sufficit probare tempore priuationis se possedisse,& absque culpa,facto,doloue suo ab illa cecidisse, quod vltimũ satis probatur,ex quo contrarium non probatur d.c.reintegrãda.vbi Dominicus & per insignẽ præceptorem meũ Socium in l.rem,quæ nobis.post Bartolum.ff.de acquirenda possessione.

15 ¶†Possessio autem bonorum, & rerum temporalium ecclesiæ,seu beneficii non dicitur esse apud rectorem,seu clericum,sed penes ecclesiam,& prælaturam ipsam, prout est quoddam corpus imaginatum,iuxta.c.Romana.§.qui vniuersitatem.de senten.excommunica. in 6. Cuius ecclesiæ nomine rector & prælatus possidere dicuntur nõ sibi, sed domino,hoc est ecclesiæ, sicut dicimus de colono iuribus vulgaribus, & habetur in c.cum super. per Innoc. & Abb. ibi de cau.posses.& propriè. qui dicunt,dominium & possessionem rerum temporalium ecclesiæ esse penes Christum,vt probat tex. in ca.qui abstulerit.12.q.2.& sic penes ecclesiam,quæ figuratiuè Christum representat, argumento no.in d.c.fi.ne præla.vices suas. & habetur in c.nullus.

16 79.distin.¶†Ex quo infertur,quòd possessio ecclesiæ, & beneficii potest dari, per cessum vel decessum ipsius clerici, vel rectoris, cum ipsius sit possessio, argumento eorum quæ habentur in d.c.ex frequentibus. d.c.authoritate. cũ glo.& d.c.cum venissent.cum simi. & eorum, quæ posuit Bal,

Bal. in l. emptorē. C. loc. sed possessio & dominium rerum ecclesię non dicitur aliquo modo vacare, cū sit penes Christū, arg. eius, quod habetur p gl. in cle. ne Romani. de elec. in c. 1. de scisma. li. 6. & d. c. qui abstulerit.

17 ¶†Ex quo infertur, quod si clericus fuerit spoliatus possessione beneficii, ipse agere debebit suo nomine, non autem ecclesiæ, vt hic, quia eius est possessio c. 2. & 3. s. eod.

¶At quando ageret ad restitutionem possessionis rerum ecclesiæ, tunc ipse agere debet non suo nomine, sed nomine ecclesiæ. quia talis possessio sua nō dicitur, vt in d. c. ex parte. & in d. c. cum super.

¶Sed quidam, vt Inno. & Imola, quos sequitur Abb. in d. c. cum super, dixerunt, etiam rectorem ecclesiæ posse agere contra violentum possessorem pro recuperatione possessionis rerum & bonorum ecclesiæ, & hoc nomine suo, & nō ecclesiæ, quia ex quo clericus beneficiatus dicitur esse vsufructuarius, vt dicit gl. in ca. præsenti. de officio ordi. in 6. vsufructuarius vere dicitur res naturaliter possidere. l. naturaliter. in prin. ff. de acquiren. pos. l. fin. vbi late per Bart. ff. vti posside. sequitur, quod ipse nomine suo ratione possessionis naturalis recuperandæ agere poterit contra violētum possessorem interdicto vnde vi, quod datur vsufructuario, & naturaliter tantum possidenti. l. 1. §. interdictū autem hoc. versi. siue autē. ff. de vi & vi arma. & sicut aliud possessorium retinendæ, vt in d. l. fin.

¶Aliter tamen videtur velle Abb. hic, qui solum dicit, clericum posse agere interdicto vnde vi pro recuperatione possessionis ecclesiæ, non autem rerum illius.

¶Sed tu aduertas, quia negari non potest, quin possessio naturalis, quæ ciuili iuncta est, quæque secūdum aliquos tūc vnita est, non dicatur esse penes ecclesiam & Christum, & illa naturalis per absentiam perdi non potest, cum Christus, qui vbique est, præsens sit, qui possessionem naturalē rerum ecclesiæ retinere dicitur, arg. eorū, quæ voluit Cas. in l. illud. C. de sacrosan. eccle. loquens de donatione facta ecclesiæ in absentia.

18 ¶†Ex quo nota, quod dispositio l. clam. §. qui ad nūdinas, ff. de acquiren. posses. non habet locum in possessione bonorum & rerum ecclesiæ, quod est nouum.

¶Alia verò naturalis possessio, quę separata est a ciuili, & illam recognoscit, & quæ super ciuili residere dicitur, vt voluit gl. in l. 1. §. qui a me. & ibi Bar. commendat. ff. de vi & vi arma. dici potest esse penes ipsum clericum beneficiatū, quia non est inconueniens, quod naturalis possessio dicat̄ esse penes plures in solidum eodem tempore diuersis tamen respectibus, vt est tex. & ibi declarat Bart. in d. l. fi. ff. vti posside.

19 ¶†Quicquid autem dixerint Inn. Imola & Abb. in d. c. cū super. In puncto iuris contrarium arbitror attentari posse, quod clericus beneficiatus agere non possit pro recuperatione rerum ecclesiæ interdicto vnde vi virtute alicuius naturalis possessionis, quia rector simpliciter non dicitur vsufructuarius, sed secūdum quid, quod probatur, nam in vita, & non morte, vt voluit gl. in d. c. præsenti. tum etiam quia simpliciter non facit fructus suos, vt facit vsufructuarius, quoniam tenetur, & cogitur illos distribuere in plures partes, quarum vna est ipsius pro alimonia, alia pro reparatione ecclesiæ, alia pro pauperibus, & ideo bona ecclesiæ dicuntur esse bona pauperum, vt in c. penul. 16. q. 2. & no. in terminis in c. de reditibus. cū sequētibus. 12. q. 2. c. ad audientiam. de eccles. ædific. ergo propriè non dicitur vsufructuarius, quoniam quod est tale secundum quid, nō est propriè tale. l. hoc legatum. ff. de lega. 3. Bart. in l. maritus. §. legis iuliæ. ff. de adulte. ergo quod dicitur de vsufructuario in d. §. interdictum. & in d. l. fi. non erit trahendū ad rectorem ecclesiæ respectu rerum ecclesiæ cum illarū proprie non sit vsufructuarius.

20 ¶†Præterea possessio rerum ecclesiæ etiam naturalis dicit̄ esse penes Christum & ecclesiam, ergo non penes rectorē, quia illa possessio naturalis, quæ est penes vsufructuariū, excludit naturalem, quā habebat dominus & proprietarius, vt præsupponit tex. & scriben. in l. naturaliter. ff. de acquir. poss. & latè per Bar. in l. 1. §. huius autem interdicti. ff. vti possi. sed naturalis possessio rerum ecclesiæ est penes ecclesiam & Christum, ergo non potest esse penes rectorē, quo fit, vt sibi non detur interdictum vnde vi ratione suæ naturalis possessionis.

¶Quod suadetur vltimo, quia rector ecclesiæ dicitur legitimus administrator bonorum ecclesiæ, & ad hoc probandum possem plura iura allegare, at contentus sum de text. cum gl. in c. fin. 12. q. 2. & in c. q autē. 23. q. 7. sed legitimus administrator suo nomine non agit aliquo interdicto præcipue vnde vi, sed nomine eius, cuius nomine administrat, vt patet in tutore in l. 1. §. si quis tamen neget. ff. de vi & vi arma. ergo similiter dicendum est in rectore ecclesię.

¶Propterea ipse rector agendo simpliciter possessorio recuperandæ pro bonis & rebus ecclesiæ, in dubio censetur egisse nomine ecclesię, sicuti dicimus in tutore qui agere & gerere dicitur, quando exercet se circa bona pupilli nomine pupilli, non suo, vt per Bar. in l. post mortem. §. tutor. ff. quādo ex fac. tuto. & ad l. 1. §. nuntiatio. per Bartolum & alios. ff. de noui ope. nuntia. & quando pro restitutione possessionis rerum ecclesiæ aduersus violentum possessorem agitur, non solum clericus beneficiatus agere potest, vt in d. c. literæ. & in d. c. cum super. sed etiam quilibet de populo ipsius ecclesiæ, vt sunt clerici, & parochiani, quoniam actio huiusmodi dicitur esse popularis c. si quis presbyterorum. & ibi gl. de rebus ecclesię non alienan. vbi late dixi. c. nō liceat. 12. q. 2. & per Abb. in d. c. cum super.

¶Et ex prædictis etiam infero, quod si clericus facto & culpa sua a possessione rerum ecclesiæ cecidisset, vel violenter eiectus esset, deinde cum iuramento renuntiasset non agere ad restitutionem possessionis, non obstante iuramento & eius renuntiatione agere posset, quoniam cum istud cōcernat ius ecclesiæ, rector ecclesiæ præiudicare non potest etiam cum iuramento, cui ipse stare non tenetur, cum potius per iurium, quam iuramento diceretur, & ideo absque absolutione impetrata posset contrauenire, vt in d. c. si q. s, vt late habetur per Moder. & Abb. in c. 2. in fi. de iureiurā. gl. pulcherrima, in c. 1. de in integ. restitu. in 6. quæ voluit, rectorem ecclesiæ venire posse contra contractum suum iuratum, quando ille contractus præiudicium ecclesiæ cōtineret. & de hoc plene dixi in c. j. de in integ. restit. fere circa finem.

21 ¶†In tertio not. ex verbis Abb. colligitur, quod ille dicitur aduersarius meus, q. super recuperatione possessionis violenter inuasæ mecum litigat, vt hic, idem probatur in c. itē cum quis. j. eod. & ibi Abb. colligit, optimus tex. in c. accedens. il 2. s. vt lite non contesta. & non solum talis dicitur aduersarius, sed etiam inimicus, vt in d. c. item cum quis. in fin. ver. quod etiam procedit, si circa rem particularem vis fuisset illata, vt ibi per Abb. qui illum tex. sic intelligit.

¶Sed contra istud vltimum oppono de tex. in c. frequens. in §. 1. de resti. spolia. in 6. & in ca. oportet. 3. q. 2. & d. c. accedēs. vbi ratione spoliationis & vis illatæ quis dicitur inimicus, quando possessione omnium bonorum, vel maioris partis spoliatus fuisset.

¶ Idem si possessione rei particularis, quæ absorberet maiorem partem bonorum, vt in d. c. accedens. quia talis inimicitia æquiparatur inimicitiæ contractæ ex violentia corporali, vt ibi, ergo ex spoliatione possessionis rei particularis simpliciter non dicitur contrahi inimicitia.

¶Sed pro solutione dicas. quod habens mecum litem, siue ciuilem, siue criminalem, siue vnius rei, siue omnium bonorū, siue sit actor, siue reus, proprie & vere dicitur aduersarius c. 1. s. de iudi. c. si aduersarius. j. de eo, qui mitti. in poss. rei. sed ille, qui violenter occupauit possessionē omnium, vel maioris partis bonorum, non solum dicitur aduersarius, sed etiam vere & proprie inimicus simpliciter perinde, ac si offensionem corporalem intulisset d. ca. frequens, d. c. oportet, & d. c. accedens.

¶At ille, qui rem aliquā particularem, & illius possessionē violenter occupauit, non dicitur simpliciter inimicus, sed præsumptiue, vt in d. c. item cum quis. ibi cum præsumatur eius existere inimicitiæ, sic nō simpliciter, ergo impropriè & large, argumento l. hoc legatum, de legat. 3. & per Bar. in d. §. legis iuliæ.

¶Et ista notāda sunt ad materiam statutorum, quando mētio facta fuit de inimicitia simpliciter, non comprehenderetur ille, qui spoliasset quem possessione rei particularis, cum verba statuti stricte & proprie sint intelligēda c. in nostra, de iniur. & dam. datis, cum simi.

22 ¶†Ex quibus infero, quod inimicitia, quæ ob spoliationem omnium bonorum, vel maioris partis contrahitur, dicitur esse vera, grauis & capitalis, vt est inimicitia sanguinis, d. c. freqūes, d. c. accedēs, & d. c. oportet, & dicit Bar. in l. athletæ. §. dat. ff. de excusa. tuto. q accusatio criminis, propter q esset imponēda pœna omnium bonorum, vel maioris partis, facit accusatorem esse inimicum capitalem, vt est glos. in §. si verò odiosus. in auth. de testibus, quicquid senserit glos.

glos.in l.isti quidem. in fin.ff.quod metus causa.

¶Inimicitia autem, quæ magis præsumpta, quam vera sit, vt quæ oritur ex spoliatione rei particularis, causare non dicitur grauem, seu capitalem inimicitiam, sed leuem: qa præsumptam, d.c.item cum quis.intelligendo, vt ibi Abb. intelligit, & differunt multum inter se grauis, seu capitalis, & leuis inimicitia.l.3.in prin.cum gl.in vers. inimicus. ff. de testibus.glo. in c.cum oporteat.j.de accus.¶Sed ꝙ imo inimicitia, quę oritur ex spoliatione rei particularis, grauis censeatur, ita arguitur, propter inimicitiam ab accusando quis non repellitur, nisi ea magna fuerit, & grauis, d.ca. cũ oporteat. cum glo. Abb.in d.c.repellantur, c.cum P.j. de accusa. At ob violẽtiam illatam super re particulari oritur inimicitia, propter quam quis ad accusandum non admittetur d.c.item cum quis. & ibi Abb.in not.ergo illa diceť grauis & magna, & ideo gl.in d.c.cum oporteat. dicit ob ciuilem causam, quę contingit ratione violentiæ, contrahi inimicitiam, quæ ab accusando repellit, vt in d.c.item cũ quis.¶Sed pro solutione dicas, ꝙ quando apparent inimicitiæ graues & capitales, quæ ex occupatione omnium bonorum, vel maioris partis contractæ essent, vel ex iniuria corporali, tunc huiusmodi inimicitiæ simpliciter & absolute ab accusando repellũt, quia graues & capitales, d.c.frequens.& d.c.cum oporteat.d.c.repellãtur.d.c.cũ P.& vbique Abb.sed quando esset pſumpta inimicitia, vt in casu d.ca.item cum quis.ea simpliciter & absolutè non excludit quẽ ab accusando, nisi arbitrio iudicis, vt quia talem præsumptam iudex grauẽ esse arbitraretur, licet a leui causa

23 ortum habuisset, †quoniam etiam ex facto honesto & iusto quandoque inimicitiæ capitales oriri possunt saltem immediate, ut in c.nõ est crudelis.23.q.v.l.1.cũ ibi no.ff. de his, qubus ut indig.& ita intelligi debet tex.in d.c.itẽ cũ quis.super quo alias multa dixi.s.in c.j.de iudic. Ad quæ nunc ego me remitto.

24 ¶In quarto no.ex verbis Abb.colligitur, †quod absque canonica institutione quis potest dici possidere, vel quasi beneficium, seu ecclesiam, & quamuis talis possessio in se iniusta, sit tamen in dubio iusta præsumitur, quousque constiterit de non canonica institutione, & hæc probantur in c. 1.cum gl.de reg.iuris in 6.& in c.licet episcopus.vbi glos. no.de præben. in 6.& in c.ordinarii.de officio ord.eo.lib. vbi quis in possessione beneficii tolerandus est, quousque appareat de non iure possidentis.

¶Ex quo infertur secundum Abb.ꝙ antequam restituatur possessio beneficii ipsi spoliato, disputandum est saltẽ summarie de titulo beneficii, alioquin nõ docto de titulo, spoliatus restituendus non esset, arg. c.sæpe.j.eo.& c. consultationibus.de officio delega.

¶Addo, ꝙ etiam data canonica institutione possessio iniusta dici potest, vt quando institutus violenter, vel absque superioris authoritate possessionem ingressus fuisset, vt in c.eum, qui.de præbẽ.in 6.¶Infert ergo Abb.hic, ꝙ beneficiũ ecclesiasticũ sine canonica institutio. possideri possit p hunc tex.cui multum aduersantur, c.1.de reg.iu.in 6.& c. ex frequentibus.j.de institu. Imola hic in fi.2.col. hoc cõtrarium sentiens soluit, ꝙ aliud est obtinere beneficium, aliud est illud possidere, nam primum sine canonica institutione esse nõ põt.d.c.j.secũdũ vero sic, licet talis possessio in se iniusta sit, vt in d.c.ex frequentibus. in dubio tñ possidens iustè dicitur possidere, donec de non canonica institutione constet, ar.d.c.licet.cum gl.d.c.ordinarii.sed contra hoc vltimum, ꝙ in dubio non præsumatur iusta, nisi saltem ex colorato titulo iustificetur, facit, quoniã possidere sine canonica institutione est contra ius cõmune, & illi ius resistit d.c.ex frequentibus. ergo in dubio præsumeť iniusta, per tex.in c.1.de præscrip.in 6.& in c.fin.de restit. spolia.eod.li.¶Alias pro solutione dicebã, ꝙ aliud est possidere ad effectum retinendi beneficium, quousque de iure possidentis constaret posiit. Aliud est, possidere ad effectũ aliquod ius acquirendi, puta ex præscriptione.

¶Aliud ad effectũ recuperandi possessionẽ beneficii, a qua possessor fuit violenter eiectus, primo casu pſumitur iusta possessio, donec de canonica institutione, & de iure possidẽtis appareat.d.c.ordinarii.d.c.licet cũ gl.& est tex.in ca. cũ venissent.& ibi scribẽ.de instit.no.p gl.in d.c.j.de reg. iuris. secundo casu nõ præsumitur iusta, quia sine titulo & canonica institutione possidens præscribere non potest, qa ius cõmune resistit.d.c.j.de pręscrip.in vj.tertio casu similiter iusta nõ pſumitur, nisi ex titulo instificeť.d.c. fi. de restit.spo.in vj. Nũc vero breuius dicas pro solutione, ꝙ possidere beneficium in clerico non dicitur esse simpliciter contra ius commune, cum ipse capax beneficij dicatur, & rei spiritualis.capi.2.vbi no.de institu.propterea in dubio eius possessio iusta præsumitur, & ita intelligatur id, quod Abb.dicit, secus est in laico; quia ius cõe resistit. d.c.j.& arg.c.decernimus.s.de iudi.& c.causam. de præscriptio.vbi laicus spiritualia possidere non potest, & ideo eius possessio in dubio iniusta præsumetur; quia ius sibi resistit iuribus allegatis, qñ vero constaret clericũ sine canonica institutione possidere, & sic nõ essemus in dubio; tũc quia ius commune resistit, d.c.1.& d.ca.ex frequentibus. possessio in dubio præsumetur. imo iudicabitur iniusta, vt est de mente Abb.hic, & probatur in d.c.ex frequentibus.

¶In quinto no.Abb. dicit, hunc tex. in illis verbis respõdemus prius &c.dupliciter posse intelligi. Primo, ꝙ denotet ordinem causæ ad seipsam. Secundò ordinem causæ ad causam. Hoc modo loquendi etiam vtitur Bart.post gl.in l.prolatam. C.de sen. Ordo autem causæ ad seipsam in terminis nostris est, ꝙ proposito in eodem libello vtroque remedio possessorij & petitorij, in cognoscendo & probando prius procedatur super possessorio, & iudex eadem sentẽtia vtrumque determinet, sed prius super possessorio, & successiuẽ super petitorio. Et hic ordo probatur in ca. 1.& in c.cum dilectus.de cau. poſ.& proprie. Ordo vero causæ ad causam fit, vt non admittatur cumulatio in eodẽ libello, nec in eodem iudicio super vtroque procedi possit, sed prius super possessorio, deinde in alia instantia super petitorio & proprietate.l.si de vi.ff.de iud. Coram tamẽ vno & eodẽ iudice, ne continentia cãæ diuidať.l.nulli.C.de iud.

¶Secundum intellectum sequitur Abb. hic post Io. Andr. & clarè constat ex verbis literę simul in eodẽ iudicio vtrũque terminandum non esse cum de non canonica institutione, & sic de proprietate per exceptionem ab aduersario fuerit oppositum, ergo debet intelligi in alio iudicio; quia si in eodem, exceptio nõ canonicæ institutionis effectum suum non sortiretur, argu.l.j.& 2.ff.de exceptio.quod est cõtra mentem huius literæ.¶Item pro hoc secundo intellectu Abb.allegat tex.in c.item cum quis.j.co. vbi cõtra spoliatum agentem criminis exceptio non admittitur. Ille tex.allegari nõ meretur; quia nos quærimus, an simul possessorium & petitorium eiusdem rei tractari possint, ibi vero tex.non loquitur de exceptione proprietatis, seu petitorij, & quamuis determinet causam criminis ante restitutionem tractari non posse, nõ mouetur ad hoc ratione criminis, vel priuilegij, quæ duo impediunt cumulationem petitorii & possessorij, sed alia ratione; quia qui excipit de crimine, non auditur, cum propter spoliationem ab eo factam presumatur inimicus; & sic loquitur in diuersis terminis, cum quo cõcordat.l.qui cetu.§.si de vi.ff.ad l.Iul. de vi priua.¶Allegatur etiam pro hac opinione Ioan.And. & Abb.tex.in c.fi.s.de ordi. cogni.vbi spoliatus ante restitutionem suo spoliatori super dñio respondere non compellitur. Ille tex.euitari posset, tum quia varios intellectus habet, vt per no.per Bar.in l.in ambiguo.ff.de reb.dubijs; tum quia non dicit super dominio non debere respondere, sed secundum communem intellectum, ꝙ non teneať respõdere, nisi super alia spoliatione.¶Sed huic intellectui Ioan.And.& Abb.plura iura aduersanť, primo.c.1.de cau. possess.& proprie.vbi in vno, eodemque iudicio tam momẽti, quàm proprietatis causa cognosci potest noto dum dicit momenti causam, quia comprehẽdit causam possessorij recuperandę.l. momentaneæ.C.vnde vi.l.vnica.C.si de momen.poss. fue.appel.Item dicendo, vno, eodemque iudicio, exponi debet, hoc est, vna eademque instãtia; quia iudicium propriè instantia dicitur, vt habetur, s.in Rubri. de iudi.& in Rubr.C.& ff.eod.¶Secundo aduersatur.c.2. eod.titu.qui tex. ad literam admittit cumulationem istorum remediorum, quamuis in cognoscendo prius audiãtur attestationes de possessione.¶Tertiò facit tex.in c.cum dilectus.eodem titulo. qui melius probare non posset. Similiter tex.in c.cum ecclesia.& in c.cum super.eodem titulo. & q̃uis multa super hoc articulo dici possent, tamen pro nunc solum insistam super solutione istorum iurium duntaxat in hoc possessorio recuperandę distinguendo, & vtrum huiusmodi cumulatio admittatur.

25 ¶†Quidam, quos refert gloss. in dicto c.secundo.de caus. possessionis & proprie.dixerunt, quòd de iure ciuili cumulatio non admittatur; quia regula ordinis aduersatur.d.l. si de vi.& in l.ordinarij.C.de rei vendicatio.& ideo de iure ciuili ordo causæ ad cãm seruari debebit.d. l.si de vi.de iure

iure verò canonico admittatur cumulatio, & ordo causæ ad se ipsam seruari debeat, d.c.j.c.ij.c.cũ ecclesia. & per totum. de cau. poss. & proprie. ¶Hæc distinctio vtilis esset, si vera foret, quia in terris imperij iura ciuilia seruãda essent, canonica vero in foro ecclesiastico, & in terris ecclesiæ, argumen. c. cum duobus. in fi. ĩ. de appella. Sed quia, in quãtum possumus, debemus vtrumque ius concordare, iuxta quæ dixi in c.j. supra de constitutio. & argumento eorum, quæ habentur in c.j. de noui ope. nuntia. Præterea, hæc distinctio & differentia est contra tex. in d.c.j. & ij. & in c. pastoralis. de cau. poss. & proprie. quę iura cumulationem admittunt, quoniã ius ciuile ita decreuit. ¶Ideo alijs omissis dicamus, quòd aut superior vtramque causam vni iudici delegat, & tunc simpliciter debet intelligi iuris ordine seruato, vt seruetur ordo causæ ad causam, quia in dubio semper in rescriptis præsumitur iuris ordo reseruatus, ca. causam. supra de rescrip. Aut commisit super vtroque simul & semel esse procedendum in eodem iudicio, & vtrumque eadem sententia terminari debere, & tunc forma delegationis & rescripti seruanda erit. c. cum dilecta. de rescrip. & in hoc casu proprie loquitur tex. in d.c.ij. de caus. possessi. & proprie. ibi, si iudices deputati, hoc est delegati, & ibi, de vtraque commixtim audiant, & ibi, pronuntient secundũ tenorem illarum: at si super vna tantum causa essent dati iudices, vt super causa possessorij tantum, eam solum terminare debebũt, idem, si sola causa petitorii commissa fuerit. Poterit tamen spoliatus habere recursum ad superiorẽ, & petere suspensionem petitorii vsque ad conclusum in causa exclusiuè. c. pastoralis. de cau. posses. & propr. sed nõ petita suspensione iudex iudicabit, de qua re cognouit l. de qua re. ff. de iudi. d.c. cum super.

¶Aut agitur coram ordinario; & tunc si spoliatus vtroque remedio vti voluerit in eadem instantia, poterit, quia nulla regula impeditiua cumulationum repugnat, non regula cõtrarietatis, quia hæc remedia nõ sunt cõtraria, imo sua natura conuenire possunt, quia stãt simul, quod quis sit dominus, & possessor, & quod spoliatus, qui vult agere rei vẽdicatione, possit etiam agere simul interdicto vnde vi. l. cũ fundus. in fin. ff. de vi & vi arma. in d.c. pastoralis. in versi, cum legati, vbi videtur referri dispositio d.l. cum fundus. & hanc opinionem sequitur gloss. in d.l. si de vi. & licet obstare videatur regula ordinis, quod prius de possessione cognoscendum sit, vt in d.l. ordinarii, tamen hæc regula, quæ fuit introducta ad fauorem & priuilegium spoliati. capit. fi. de ordi. cognit. non debet impedire ipsum volentem agere simul vtroque remedio, tum quia quis fauori suo renuntiare potest. l. si quis in conscribendo. C. de pactis. tum quia inducta ad vnum effectum, contrarium non operantur, l. quod fauore. ff. de legibus. si tamen spoliatus agat simpliciter contra suum spoliatorem, & non appareat, quod remedium intentauerit, tũc potest a iudice interrogari, quo remedio vti velit, an possessorio, vel petitorio, an verò vtroque d.c. pastoralis. & intentato possessorio sibi permissum est variare vsque ad conclusum in causa exclusiuè. d. capit. pastoralis. & quando iste concursus remediorum fit, tunc in cognoscendo, & etiam terminando, si super vtroque causa instructa erit, prius super possessorio, deinde in eadẽ sententia successiuè super petitorio iudex procedere debebit, vt docet tex. in d.c. cum dilectus.

¶Aut vero spoliatus agit mero possessorio, & si aduersarius velit proponere causam petitorii per viam exceptionis, nõ potest, vt hic est tex. nisi ipso tacente & patiente, quo casu spoliatus fauori & priuilegio suo renuntiare censetur ca. 1. & ibi plenè Abb. & alii. s. eo. titulo, vel nisi spoliator cõtra spoliatum agentem opponeret de alia spoliatione priore facta super eadem re, quia tunc spoliatus ab agendo repelleretur.

Ita intelligo. ca. fin. in fin. verbis. ibi, quanquam &c. de ordi. cogni. Aut verò spoliator contra spoliatum agentem principaliter agendo, puta reconueniendo, vult opponere de dominio, & tunc non potest contradicente aduersario, tum quia aduersatur regula ordinis, ac etiam ratio priuilegii ipsius spoliati, sic intelligo. l. si de vi. ff. de iudi. & l. ordinarii. secundum vnum intellectum. C. de rei vendica. Ita similiter intelligi potest. l. incerti. C. de interdic. & hoc pcedit, etiam si spoliator vellet spoliatum reconuenire super alia spoliatione eiusdem rei. l. si quis ad se fundum. C. ad l. iul. de vi pub. in 2. respon. ¶Nec huic dicto aduersatur d. ca. fin. in 1. respon. de ordi. cogni. quia si rectè inspiciatur, videtur excludere reconuentionem, quæ de alia spoliatione fieret, quamuis aliter communiter intelligat, sed prima intelligentia est sustentabilis, & literæ conuenire videtur.

26 ¶†Ex quibus habes differentiam esse, an spoliator; contra spoliatum agentem opponat de alia spoliatione per viam exceptionis, an per viam principalis petitionis, quia primo casu spoliatus ab agendo repelletur, secundo vero casu non quia prius tractanda erit causa vltimi spolii, quod semper purgãdum est d.l. si quis ad se fundũ. & per Abb. in d.c. fi. in vltima columna. Ratio diuersitatis esse potest quia agens facilius excluditur per exceptionem, quam per aliam actionem, proprium enim exceptionis est excludere l.j. & ij. ff. de exceptio.

¶Præterea, quando de alia spoliatione opponitur, agens excluditur, quia paria delicta mutua compensatione dissoluũtur. l. viro. ff. soluto matrimonio.

¶Nec obstant iura, quę nolunt contra spoliatum posse agi, seu opponi de alia spoliatione eiusdem rei, vt in d.l. si quis ad se. cum simi. ibi allegatis, quia procedunt, quando spoliator cõtra spoliatum principaliter agere vellet de alia spoliatione, & sic confundere iudicia, secus si per viam exceptionis, vt supra, argumento. l. fauorabiliores.

27 ¶†In sexto notabili Abb. per hunc tex. colligit, quod etiam prædo sua vitiosa possessione ante omnia, hoc est ante aliã quæstionem aduersus suum spoliatorem restituendus est, vt etiam habetur per gl. in c. olim. il 2. ĩ. eodem. l. 1. §. qui a me. ff. de vi & vi arma. vbi prædo, qui me violenter eiecit, si ab alio fuerit spoliatus, contra spoliatorem suam agit interdicto vnde vi.

Idem dicit glo. in d.c. ex parte. si spoliatorem meum ex interuallo violenter eiecerim, ille agere poterit contra me, & probatur in l. si quis ad se fundũ. C. ad l. iu. de vi pub. in l. 3. §. eum, qui. & in l. qui possessione. ff. de vi & vi arma.

¶Ampliatur, prædicta etiam procedere in beneficialibus, vt hic videtur tex.

¶At in contrarium, ꝙ in beneficialibus hoc non fit, cõstat: quia vbicunque restitutio fieri non potest absque peccato, spoliatus non restituitur, nisi iustificet possessionem suam ex titulo saltẽ colorato, vt in casu. c. literas. & c. ex parte. ĩ. cod. ¶Similiter quando ius commune resisteret possidẽti, spoliatus non restituitur, nisi de titulo doceat, sed prædoni, & non habenti titulum ius commune resistit beneficium posse possidere. c. ex frequentibus. de institu. & c.j. de reg. iuris. in 6. ergo spoliatus restituendus non erit, nisi de titulo doceat, c. ad decimas. de restitu. spolia. in 6.

¶Tertio, quis non potest habere possessionem in beneficialibus, nisi titulum quoque habeat, vt dicit gl. in d.c. ex parte, quia sine canonica institutione nemo beneficium possidere potest d.c. 1. & d.c. ex frequentibus. sed ad obtinendũ in interdicto vnde vi, spoliatus inter alia extrema possessionem tempore spolii probare tenetur, c. cõsultationibus, de offic. deleg. ergo prædo spoliatus restituendus non erit.

¶Huius timore do. Anto. hic pro solutione dicit, ꝙ de æquitate prædo in beneficialibus non est restituendus, vt in contrariis, sed de rigore secus, vt hic est tex. ibi secundum rigorem. Ratio est, quia ius canonicum, inquantum est pęnitentialis fori, solum amplectitur, & considerat æquitatem, at inquantum est fori contentiosi, amplectitur rigorem in odium alicuius, nisi euidens peccatum detegeret, & ideo ius canonicum prædonem agentem in foro contentioso tolerat de rigore in odium spoliantis eum, qui sibi ius propria authoritate dixit, quod iura abhorẽt. l. nõ est singulis. ff. de regu. iuris, quia spoliatum agentem admittit, nõ permittendo discuti, an prædo sit, sed solũ, an spoliatus fuerit, vbi verò notoriè constaret, agentem fuisse prædonem, tũc ius canonicum illum non admitteret, quia notorie constaret, restitutionem sibi cum peccato fieri, quo casu restitutio denegatur, iuribus allegatis. ¶Hæc solutio do. Ant. contrarium non remouet, quia etiam si notorie nõ constaret, restitutio sine peccato fieri non posset, quoniam saltem ratione peccati iudex perquirere teneretur, an agens iustam causam possidendi haberet. c. ordinarii. de officio ordi. in 6. Item cum agens interdicto possessionem probare teneatur, prædo obtinere non poterit, quia sine titulo beneficiũ possideri non potest, sed detineri gl. in d.c. ex parte. cum iurib. s. alleg. ¶Præterea hic rigor non sumitur ad differentiam æquitatis, vt ĩ. dicetur, alioquin æquitas rigori præferretur, cum semper illi sit præferenda, si scripta sit l.j. cũ ibi no. C. de legi. cum simi.

28 ¶†Et ideo forte melius dici põt pro solutione, ꝙ dupliciter sumitur prædo, proprijssime & proprie: propriissimè dicit,

qui

qui nullā iustam causam possidendi habet.l. sed si lege. §.
quod autē.ff.de peti.hæredi.& talis, ex quo non habet tit.
beneficium possidere non potest, vt supra similiter absq;
peccato sibi restitutio fieri non potest, quia ius commune
resistit per prædicta;& de hoc prędone sic sumpto contra-
ria procedant,prædo verò proprie dicitur ille,qui habet iu
stam causam possidendi,hoc est titulum,sed iniuste possi-
det,quia per vim possessionem ingressus fuit,dicendo sibi
ius propria authoritate,vt in l.etiam.§.sciens. & in l.præ-
donis.ff.de peti.hære.optimus tex.in l.si ex stipulatione.
ff.de acquit.poss.& talis si fuerit spoliatus,etiam in benefi-
cialibus ante omnia restituendus erit.

¶Primò,quia ex quo habet titulum,possidere potest, tum
etiam quia sibi restitutio absq; peccato fieri poterit,ex quo
beneficium est suum,vel sibi debitum,arg.c.fi.cum gl.14.
q.4.similiter argumento eius,quod dicitur de illo, qui ex
titulo aliquo,& iusta causa rem ecclesię habet sine iuris so-
lennitate,quia in foro animæ absque peccato illam retine-
re potest, vt habetur in c.1.de in integ.restitu.& in c.nul-
li.de rebus ecclesiæ non alienan.& de huiusmodi prædone
intelligatur iste tex. qui haberet titulum saltem coloratū,
quo mediante suam possessionem colorare posset, super q-
bus cogita.

29 ¶†Vltimo dicit Abb.quod ius canonicum quandoque ri
gorem æquitati præfert,vt hic,& hoc in odium alicuius,
vt in terminis nostris in odium spoliatoris, & argumento
clem.vnicæ de cau.posses.& proprie.Regulariter tamen e-
contra ius canonicum rigori æquitatem præfert.vt in c.di
lecti.s̃.de iudi.Ratio esse potest,quia,vt dicit Bald. in l. fi.
in fin.prin.C.de iure deliberan.& latius dixi.s̃.in ca.1. de
constitu.ius canonicum merè fundatum est in æquitate
naturali.Præterea si ius ciuile æquitatem præfert, vt habet
in l.1.C.de legibus,quanto magis ius canonicum.

¶Et quia rigor in iure multipliciter sumitur, vt per gl.in c.
constitueretur.l.distin.nam quandoque ad differentiam
ęquitatis, vt hic secundum Abb.quandoque pro ordine iu
dicii in procedendo.c.super literis.supra de rescrip. quan-
doque pro excessu pęne,quando ius ad terrorem delinquē
tium maiorem pęnam infligit,quā delictum exposcat, vt
in casu.l.quisquis,C.de his qui par.vel lib.nec non in casu
c.admonere.28.q.2.qualiter in hoc tex.capietur.Abb.di-
cit primo modo sumi,quia rigorem ius canonicum sæpe
æquitati præfert in odium alicuius.

¶Hæc intelligentia nunquam mihi placuit,quia data æqui
tate rigor semper cessare debet,vt supra & ideo melius di-
cendum est,rigorem sumi pro dispositione iuris ciuilis, q
vult,prædonem spoliatum etiam fore restituendum d.l. si
quis ad se fundum.cum simi. quasi dicat tex.assignando ra
tionem,quod etiam de iure ciuili prædo restituendus est,
quanto magis ille,qui prædo non esset.

30 ¶†Et quod rigor pro iure ciuili ad differentiam iuris cano
nici sumatur,& aliquando a iure canonico recipiatur, est
tex.in c.si clericus laicum.supra de foro competen. ibi de-
bet de rigore iuris &c.¶Vel dicamus rigorem hic sumi ter
tio modo pro excessu quodam in odium illius,qui sibi ius
propria authoritate dixerit,quod iura abhorrent ut supra.

31 ¶†In gloss.1.in prima oppositio. ex verbis Abb. colligitur
quod ratione violētiæ illatæ aliquem possessione spoliādo
dupliciter conueniri potest,criminaliter per viam accusa-
tionis, & ciuiliter per remedia competentia ad priuatam
vtilitatem per actionem;vel per interdictum. primo mo-
do criminaliter agitur per viam accusationis ad vindictā
publicam,vt pœna iuris ordinaria imponatur, argument.
§.j.insti.de pub.iud.& quoniam crimen de ui publica, vel
priuata dicitur esse publicum.vt in l.j.ff.de pub.iud.dāna-
tus de tali crimine efficitur infamis.l.infamem.ff.eo.& ac
cusator in huiusmodi crimine sicut in cæteris publicis,vel
priuatis tenetur se inscribere ad pęnam talionis.l.si quis
ad se fundum.C.ad l.iu.de vi pub.l.fi.ff.de priua.delictis,
& pro tali crimine diuersæ pęnæ infliguntur secundum di
uersas qualitates violentiæ, si enim fuit vis priuata, pœna
est tertia pars bonorum fisco applicanda.l.1.ff.ad l.iul. de
vi priua.l.2.C.eod.& si contingeret spoliatorem non posse
luere in ære,luere debet in corpore,quia regula est, quod
in criminalibus qui non potest in bonis soluere, corporali
pœna afficiatur,iudicis arbitrio.c.si res.& ibi gl.in versic.
cruciatus.14.q.vltima.

¶At si vis esset publica,hoc est cū armis,vel hominibus ar-
matis illata,tunc pęna erit interdictio aquæ,& ignis, loco
cuius hodie subrogata est deportatio,& exilium.l.qui do-
lo.in fin.cum gl.ff.ad l.iul.de vi publ. & qualiter etiam q̃s
puniatur, videas gl.in l.extat.ff.de eo,quod met.cau.

¶Ciuiliter vero de hoc crimine agi dicitur per remedium
actionis, quæ datur ad priuatam vtilitatem.§.1.Insti.de
actio.l.fin.ff.de priua.delic. vbi Bart.Insti. de pub. iud.in
prin.Bartol.in extrauagan.ad reprimen.versicu.accusatio
nem.vt contingit in casu nostro;quando ageretur ad recu
perandam possessionem condictione ex lege,vt in casibus
infra dicendis.

¶Ciuiliter etiam agi dicitur de huiusmodi crimine per in
terdictum vnde vi,quod datur ad priuatam vtilitatē, hoc
est ad recuperandam possessionem agentis.l.j.§.etenim.
cum sequen.ff.de vi & vi arma.§.recuperandæ.cum versi.
sequen.insti.de interdic.

¶ Vtrum autem ciuiliter agendo, priuatis & eiectis a sua
possessione per alia mere possessoria recuperandæ succur-
32 sum fit,dicas quod sic,†quia sex reperio mere possessoria
recuperandæ,primum interdictum vnde vi,secundum re
medium c.reintegranda.3.q.1.tertium remedium c.sępe.
j.eod.quartum.l.si coloni.C.de agrico.& censi.libro 11.
quintum.l.fin.C.vnde vi.sextum.l.si quis conductionis.
C.locati.Alia quoque reperiuntur possessoria recuperādæ
de quibus in l.penul.C.locati.l.pen.C. vnde vi l.si quis in
tantam.eod.titulo.& c.cum,qui.de præben.in 6.¶ At ista
non dicuntur mere possessoria,sed mixtam causam pro-
prietatis habentia,vt infra declarabitur.

¶Primum remedium vnde vi competit violenter eiectis,
& hæredibus suis,& duntaxat contra eum,qui vim intulit
seu mandauit,aut violentiam ratam habuit.l.1.§.deiecisse
cum sequen.ff.de vi & vi arma,c.cum ad sedem.s̃.eod. &
datur nedum contra possidentem,sed etiam contra eum,
q dolo possidere desijt.l.j.§.vbi enim.ff.de vi & vi arma.

¶Ex quo infero,quod agenti non incumbit probare aduer
sarium possidere,sed solum deiecisse,vel mandasse, vel ra-
tum habuisse;& competit principaliter solum pro rebus so
li,& in consequentiā pro rebus mobilibus acceptis,expor-
tatis atque vastatis. l.1.§. hoc interdictum. §. ad solum.
cum simi.ff.de vi & vi arma.& competit non solū spoliato
possessione naturali,sed etiam ciuili.d.l.1.§. deiicitur. &
de rebus mobilibus exportatis,& de interesse spoliati, &
sic de rerum æstimatione statur iuramento ipsius spoliati,
secundūm quod habetur in l. si quando. C.vnde vi.& in
c.fi.quod met.cau.& agens duo extrema probare tenetur.

¶Primum,quod ipse possederit tempore spoliationis,secū-
dum,quod violenter priuatus fuerit facto, vel mandato,
vel ratificatione rei conuenti c.consultationibus.de offi-
cio delega. capitul. cum ad sedem infra eod.& in hoc re-
medio, vt infra latius dicetur,non obstat exceptio dolo fa-
cis,nec etiā defectus dominii,aut proprietatis, hic est tex.
& in c.1.supra eod.

33 ¶†Secundum remedium d.c.reintegranda.est magis ge-
nerale,q̃ sit interdictū vnde vi.quia generaliter dat his,q
absq; facto,& culpa sua quomodocūque iniuste a sua pos-
sessione ceciderūt nec non qui solum tempore litis motę
reperti fuerunt etiam cum bona fide,& titulo possidere,
vt probatur ex generalitate d.c.reintegranda. & ibi p Do-
mini. de sancto Gemi.& in hoc remedio non requiritur,
quod agens dicat, se violenter eiectum,sed sufficit dicere
se priuatum,vel cecidisse a sua possessione iniuste absque
facto,culpa & dolo suo.Requiritur etiam,quod agens p-
ponat & articulet aduersarium,vi, clam, vel precario a se
possidere respectu possessionis suæ,vt per Bartol. Imolam
& alios in l.si de eo.in fin.ff.de acquirenda possessione.So
cinus in l. rem, quæ nobis. in 7. quæstione, eodem ti-
tulo, Alexan.in consilio.cxviij.in secundo volumine.& in
consilio.xcix.in v.volumine,& eo ipso, quod agens ipse p
bat suam antiquiorem possessionem,censetur probata pos
sessio aduersarii clandestina & iniusta,quia semper iunior
possessio in dubio respectu antiquioris præsupponit clan-
destina & vitiosa,argumento capitul.licet causam. & ibi
per Abb.& alios infra de appella.Bortol.l.si duo.ff.vti pos
side.Soci.in d.l.rem, quæ nobis. Lapus in alleg.lij.Inno-
cen.& alij in capitu.sæpe, infra eod.Abb.in capitul.si dili-
genti.de præscrip.& latius per eum in capitul.cum ad se-
dem.in 5.colum.j.eodem Alex.in consili.6.volumi.3.&
ni dicto consilio.99.& inquit Bald.in l.penul.in penu.col.
C.si a non cōpeten. iud. quod probata antiqore possessio-
ne re ipsa probata dicitur spoliatio aduersarii,vt per Ale-
xan.in dicto consi.vj.quod intellige verum quo ad hoc re
medium,c.reintegranda. non autem quo ad interdictum
vnde vi,

vnde vi, in quo spoliatio verè & plene probari debet.d.c. consultationibus.& d.c.cum ad sedem.

¶Nec aduersatur, q̃ illi, contra quos agitur isto remedio.c. reintegranda.appellentur violatores, seu occupatores,& rerum spoliatores. vt in c.reintegranda.3. quæst.1. ergo videtur, quòd hæc qualitates probandæ sint.

¶Præterea, cum istud remedium competat nedum cõtra eos, qui mala fide, sed etiam contra illos, qui bona fide & iusto titulo possident, etiam si causam habeant a bonæ fidei possessore,& non vitioso, vt volunt magis communiter scriben.in dicto capit.reintegranda,& ibi Domi.& scribẽ. post Barto.in dicta l.rem quæ nobis. in 4.quæstio. Alex.in consi.51.in 1.volum.& in d.consi.6.& in consilio 17. in 2. volu.cum pluribus alijs per Soci. in d.q.4. allegatis. Ergo nõ videtur verum, quòd actor proponere & articulare debeat aduersarium clam & iniustè ab eo possidere; quia respondetur, quòd respectu possessionis agentis & intentantis hoc remedium possessio aduersarij censetur & præsumitur clandestina & iniusta; quoniam cum illa sit iunior & posterior, agentis verò possessio antiquior, iunior respectu antiquioris iniusta & clandestina censetur. Et ita intelligatur not.per Bart.& Imo.in d. l.si de vi.in fi. & per Bal. in dicta l.penultima. Respectu verò possessionis ipsiusmet rei conuenti sua possessio non semper præsumitur iniusta, nec clandestina, cum illud remedium, vt dictum est, detur contra bonæfidei possessorem etiam cum titulo. Et dicunt Archid.& Domi.de sancto Gemi.in dicto c. reintegrãda. & Gofr.in summa eod.tit.& alii in d.c.sæpe. q̃ ex quo illud remedium est magis generale, quàm aliud possessoriũ, & præsertim, quàm sit interdictum vnde vi, melius & cautius est pro recuperanda possessione etiam contra violentum possessorem, vt agatur isto remedio, quàm interdicto vnde vi; tum quoniam intentans istud non arctatur extrema interdicti vnde vi probare: tamen quia istud ferè habet omnia priuilegia, quæ habet interdictum vnde vi, vt inquit glossa singularis.in c.nullus.il j. secunda questio.secunda, quam refert & simpliciter sequitur Dominic. in d. c.reintegranda.dó.Ant.in d.c.sæpe.& refert Soc.in d.l.rẽ, quæ nobis.in vj.quæst.circa finem. Dixi ferè omnia; quia illa priuilegia, quę dantur interdicto vnde vi in odium spoliatoris, nõ sunt communia huic remedio; quia in illo cessat qualitas violentiæ, ex quo datur contra bonæ fidei possessores, vt s̃. Dicentur ergo communia illa priuilegia, quæ dantur interdicto vnde vi ad fauorẽ ipsius spoliati; & agenti hoc remedio.c.reintegranda.conuenire possunt, cum ipse dicatur iniustè sua possessione priuatus. Ita debet declarari glo.in d.c.nullus, vt refert Domi.in dicto c. reintegrãda.& Soci.in d.l.rem quæ nobis. in vj.q.

¶Ex quo infero, q̃ in his casibus, quibus agitur hoc remedio contra reum, tanquam contra violentum possessorem, prout agi potest, vt præsupponunt scribẽ.omnes, tũc istud remedium penitus eadem priuilegia habet, quæ dantur interdicto vnde vi, etiam in odium spoliatoris, ex quo qualitas violentiæ concurrit in ipso reo conuēto, propter quã hæc priuilegia dantur, argum.l.j.§.interdictum hoc.ff.de vi & vi arma. & clem.j.de cau.poss.& proprie. Super quo cogita: quia verum esse arbitror.

34 ¶†Tertium remedium est condictio ex canone.c. sæpe.ĩ. eo.nouiter introductum a iure canonico in casu speciali, in quo non fuit prouisum per ius ciuile de speciali remedio, quando res vitio spolij affecta ad tertium scienter & mala fide etiam cum titulo peruenisset, contra quem agi non poterat interdicto vnde vi, quod solum competit contra spoliantem, vel mandantem, aut ratum habentem. d.c.cum ad sedem.l.j.§.deiecisse. iunncta l.cum a te.ff.de vi & vi arma. Nec isto casu dici poterat prouisum ex remedio.l.si coloni.C.de agric.& cẽsi.lib.xj.quòd non datur in casu isto, vt infra dicetur.

¶Videtur tamen in casu. dicto c.sæpe.per ius antiquũ fuisse prouisum. Et sic prouisio.d.c. superflua fuit: quia in casu illo competere poterat remedium.capi. reintegranda.3.q. 1.quod remedium contra quemlibet tertium possessorem competit.

¶Sed dicas primò, q̃ ius canonicum vltra generale remedium voluit etiã de speciali prouidere.in d.c.sępe.ad æmulationẽ iuris ciuilis, quod specialia remedia adinuenit. Et ideo dici potest necessarium isto respectu fuisse, sicut in simili ius ciuile vltra remedium generale, quod pro mutuo dabatur de quo in l.certi cõdictio. in prin.ff.si cer.pet.adinuenit etiam speciale remedium, hoc est certi condictionẽ specialẽ, quæ ab aliquibus si certũ petatur, appellatur, vt per glo.in rub.ff.de reb.cred.in fi.ver. & in l.j.ff.de tritic. Et in hoc remedio.d.c.sæpe.tenetur actor proponere, & probare se tempore spolii possedisse, deinde rem ad tertium cum malafide peruenisse, vt ibi; nam cum hoc sit fundamentum huius remedij, q̃ res vitio spolij affecta ad tertium scienter peruenerit etiam cum titulo, sequitur, q̃ ad hoc, vt obtineat illud probare debet. Ita declarat Domini. in d.c.reintegranda.in vlti.col.

¶Præterea cũ tex.d.c.sæpe.disponat super possessione violenter occupata non simpliciter, sed cum certa qualitate, q̃ scienter ad tertium peruenerit, sanè agens ex illa dispositione obtinere nõ poterit, nisi etiam eam qualitatem probet, quia non sufficit probare actum, nisi eius qualitas probetur, ad not. per Barto.in l.prima.§.j.ff.ne quid in flum. pub.in l.1.in prin.& in §.ait pretor.ff.ne quid in loco pub. & in l.Fulcinius.§.2.ff.ex quib.cau. in poss.eatur. Paul.de Ca.in l.cogi.C.de peti. hæredi.Io.And.in c.1.de homici. in vj.per Alexan.in consi.224.in 2.volu.in 1.colum.& Soci.consi. 57.in 3.volu. Ex quibus infertur, q̃ agens possessorio.d.c.sæpe. plura probare tenetur, quàm agens interdicto vnde vi.

35 ¶†Quartum remedium merè possessoriũ est illud, de quo in d.l.si coloni. quod in casu suo ad instar interdicti vnde vi regulantur, vt ibi per glo.& secundum Barto.illud dicitur esse generale in quocunque casu quis iniustè a sua possessione cecidisset. Et hoc remedium appellatur iudicis officium, vel melius condictio ex lege. Sed quicquid ibi senserit Bar. videtur illud remedium esse speciale in casu quo agricolæ, coloni, seu censiti a cultura glebæ derelicta aufugissent,& ab alio tertio scienter acceptati fuissent: nam cõtra illum lex adinuenit remedium, de quo ibi,& in casu illo prouisum non erat de remedio merè possessorio, non per interdictum vnde vi, quod datur solum contra spoliatores, vel mandantes, vel ratũ habentes pro rebus soli duntaxat.l.1.§.ad solum. & §.hoc generaliter.ff.de vi & vi ar. nec etiam per remedium.d.c.sæpe. eadem ratione, nec similiter per remedium, d.c.reintegranda. Igitur illud fuit necessarium in casu.d.l.si coloni.

36 ¶†Quintum remedium est merum possessorium restitutorium, de quo in l.fi.C.vnde vi.quod in pluribus est ad instar interdicti vnde vi, & competit contra illum, qui scienter possessionem vacantem rei, quam scit ad se non pertinere, occuparet,& appellatur condictio ex illa lege, de cuius natura videas, vt ibi per Bar.& alios.

37 ¶†Sextũ est illud, de quo in l.si quis conductionis.C.locati.quod appellatur conductio ex illa lege, vt ibi habetur, daturque aduersus conductores, qui quomodocunq; finita locatione rem detinent & illam locatori restituere denegant. Et contra agentem hoc remedio, sicut contra agẽtem interdicto vnde vi, admitti non potest exceptio proprietatis, quam reus incontinenti probare offerret, nec illa exceptio dolo facis, vt ibi per glo.in qua Bart.& alij pertranseunt. Et si conductor, contra quem mota fuisset lis p̃ hoc remedium expectauerit sententiam diffinitiuam super restitutorio contra se ferri, ex hoc contra ipsum aliud oritur remedium possessorium non merum, sed mixtum, sicut est remedium.l.si quis in tantam.C. vnde vi. & c.eũ qui.de præbend.in vj.per quod non solum cogi potest ad rei restitutionem, sed etiam ad illius æstimationem, vt in l. penul.C.loca.& in l.pen.C.vnde vi. Quod mixtum remedium competit nedum contra conductorem denegantẽ, sed etiam contra quemlibet, qui alieno nomine possideret, vt ibi.

¶Ex quo infero, q̃ sicut illud cõtra tales datur, ita & remedium.d.l.si quis conductionis. Ad cuius ampliationẽ venit dispositio. d.l.pen. & ideo cum par ratio militet inter omnes, qui alieno nomine possident.l.fi.C.de acq.posses. idem ius dicetur esse in omnibus etiam quò ad casum.dicta l.si quis conductionis. Et hæc sufficiant quo ad primã

38 oppositionẽ. ¶Quò ad secundam verò † ex verbis glos.& Abb.colligitur regula in materia cumulationis, q̃ licet ex parte actoris,& sic eiusdem cumulatio petitorij, & possessorij etiam recuperandæ admittatur, vt diximus.supra in not.& per glo.& docto.in c.cum ecclesia. & in c.cum super.c.cũ dilectus.s̃.ti.proxi. Tamen ex parte diuersorum, videlicet actoris & rei cumulatio huiusmodi admitti nõ potest ratione contrarietatis, quæ resultaret, prout declarat Bar.in d.§.nihil commune. in vj.combinatione.in x. col.agens.n.petitorio recuperandæ præsupponeret aduersarium

sarium possidere, agens verò possessorio recuperandæ aduersariū similiter possidere præsupponit, & sic si hæc duo remedia a diuersis eodem tempore cumulari possent, inferretur vtrunq; insolidum eandem rem possidere, quod esse non potest.

¶Sed hæc ratio contrarietatis in hoc casu cumulationem impedire non videtur; quia & si hæc repugnantia resultare dici possit, tamen a diuersis, & ex facto diuersorum proueniet, & ideo concursum istum impedire non potest, neque iudicium reddetur nullum: quia illa contrarietas dicitur repellere, quæ ab eodem resultat, vt in l.j.C.de fur.& in l. vbi repugnantia.ff.de reg. iur. non autem ea, quæ partim ab vna parte, partim ab alia, cum quodlibet iudicium fundatum sit super contrarietate, quæ, vt supra resultat, arg.l.j.cum ibi not.C.de lit.conte.l.1.& 2.ff.de excep.& in c.j.de lit.conte.

¶Rursus agens petitorio non semper nec necessariò aduersarium possidere præsupponit, cum etiam detur cōtra nullo modo possidentem, sed simpliciter detinentem, vt l.in officium.ff.de rei vendi.& hoc casu nulla daretur contrarietas. Ratio ergo impeditiua cumulationis dicitur esse ratio ordinis, vt probat tex.in l.ordinarij.C.de rei vendi. & in l.incerti.C.de interdic.quia ordo vtilis est, vt cognoscatur, qui in petitorio probare teneatur dominium, argu.§.retinendæ.insti.de interdic. Et si hæc est ratio, sequitur, ꝙ de consensu partium cumulatio fieri poterit, vt est de mente Bar.in d.§.nihil commune.in xj.col.

39 ¶†Aliud colligitur ex verbis Abb. ꝙ in rebus soli possessorium retinendæ non potest cum petitorio cumulari ad effectum, vt simul super vtroque procedatur, & vtrūque simul finiatur propter contrarietatem & repugnantiā, quæ ex tali processu resultaret, vt habetur per gl. Ab.& alios in c.pastoralis.& in c.cum dilectus.s̄.de caus.pos.& proprie. & per Bar.& alios.in d.c.nihil cōe.per illum text.secundū vnam lecturam, & per gl.in l.si de vi.ff.de iud. Quod procedit etiam, si superior, qui dedisset iudicem, hoc mandasset; quoniā super tali contrarietate & repugnātia, ꝙ duo insolidum eodem tempore & respectu eandem rem possideant, dispensare non potest, argu.l.3.§.ex contrario.ff.de acquir.poss.natura enim in eodem subiecto contraria non admittit.l.si ancillam.& ibi Bar.ff.pro suo.l.contra maiores.C.de inoffi.test.c.porrò.§.omnis.de pœnit.dist.j.

¶Ex quibus infertur, ꝙ in hoc differunt possessorium retinendæ, & alia possessoria: quia super retinendæ etiā de consensu partium eodem tempore procedi non potest simul cum petitorio, quod secus est in alijs possessorijs etiam recuperandæ, vt s̄.diximus.

¶Cogitabam tamen dici posse, ꝙ ratio cōtrarietatis in hoc casu simpliciter & generaliter vera non dicatur, neq; hanc cumulationem impediat; quia licet agens retinendæ dicat se possidere, cum soli possidenti competat. d.§.retinendę. & in l.1.& ferè per totum.ff.vti possi. Tamē ex parte illius, contra quem ad iudicium vocatur, necessariò non præsupponitur illum possidere, cum detur etiam contra eum, qui nec possidet, nec detinet, sed solum possessorem turbat, & impedit, vt puta qa impedit serere, vel arare, vel huiusmodi alia facere, absq; quòd aliter rem detineret, vel occuparet, vt est tex.in l.vim facit.secundum veriorem lecturam. ff.de vi & vi arma.

¶Præterea vt dicebam, licet agens retinendæ dicat se possidere. Tamen contra eundem petitorium eodem tempore intentando necessariò non pręsupponit aduersariam possidere, sed simpliciter detinere, prout petitorium datur contra simpliciter detinentem.d.l.officiū. Et ideo quando ab eodem vtrūq; simul fuerit intentatum, hæc interpretatio fieri debet, vt dicatur agere, & vtrunq; intentare in casu sibi permisso, & in quo nulla repugnantia & contrarietas resultare dicatur. Primò, vt contrarietas euitetur. Secūdò, ne videatur agens incontinenti seipsum corrigere, argu.l. non ad ea.ff.de cond.& demō. qua interpretatione sic facta cessabit contrarietas. Et hæc remedia diuersis respectibus intētata esse dicent, vnū respectu possessionis, aliud respectu denunciationis, vnū, ne fiat turbatio, & aliud vt fiat restitutio rei, quo casu diuersis respectibus cumulatio procedit, arg.l.fi.ff.vti possi. & hoc non negat Bar. & alii in d.§.nihil cōe.& hæc sufficiant quo ad secundam oppositio.

¶Addo tamē, ꝙ licet ratio contrarietatis generaliter vera non sit, vt dictum fuit tamen in hoc interdicto retinendæ cumulatio impeditur ex alia ratione generali, quę semper impedit, videlicet ratio ordinis, de qua in d.l.ordinarij.& in d.l.incerti. ¶Et si diceretur, ꝙ hæc ratio cumulationem interdicti vnde vi, & petitorij non impedit, quando partes consentirent, vel quando ab eodem hæc remedia intentātur, ut dictum fuit, tamen secus erit in interdicto retinendæ. Ratio diuersitatis est iudicio meo: quia in interdicto vti possidetis, a iure pro forma introductum est, vt simul intentari non possint possessorium & petitorium, vt est casus clarus in l.vnica.C.vti possi. ibi seruata forma edicti ꝑpetui de proprietate cognoscat, & formæ a iure introductæ renuntiari nō potest, vt plenè not.in c. cum dilecta.s̄.de rescrip.& in l.1.ff.de lib.& posth. quæ forma in possessorio recuperandę, seu adipiscendæ tradita non reperitur. Et hoc est, quod vult dicere tex. in d.§.retinendæ.& in d.l. ordinarij.cum simi. Quo fit, vt nunquam quando agitur pro possessione rerum corporalium respectu eiusdem possessionis, admittatur cumulatio cū petitorio. quia fieret cōtra formam a iure traditam.l.vnica.

¶In gl.in ver.prædo.ex verbis Abb.& gl.colligitur, quòd
40 † regula dolo facis, de qua in l.dolo.ff.de doli excep.& in c.dolo.de reg.iur.in vj.procedit, quādo solum ageretur petitorio, non autem quando possessorio, vt per hunc tex.q̄ vult, prædonem ante omnia esse restituendum, q̄uis cōtra eum opponi posset, ꝙ dolo faceret. Idem voluit glo.in d.c.dolo.& fuit ex mente Gofr.in c.venerabili.de offi.delega.& glo.in l.1.§.qui a me.ff.de vi & vi arma.

¶Contrarium, ꝙ habeat locum etiam in possessorio, voluit gl.in d.l.dolo.per l.3.§.causæ.ff.de Carbo.edic. quamuis posset euitari, ꝙ non loquatur in possessione bonorum, sed in bonorum possessione; quia potius continet ius proprietatis, quàm possessionis.l.3.§.bonorum.ff.de posses.tit.generali. Idem voluit Dy. ꝙ in possessorio habeat locum dicta regula dolo facis, per not.in d.l.dolo.& per gl.quæ vltimo loco in hoc residere videtur, in l.si de vi.ff.de iud.necnon.in l.inuitus.§.cui damus.ff.de reg.iur.

¶Prædicta opinio etiam redditur dubitabilis in primis: qa longè differre videtur quò ad hanc regulam, an agatur petitorio, vel possessorio, sed non prout dicit gl.nostra.& in d.c.dolo.verum aliter, quia siue agatur petitorio siue possessorio, potest habere locum illa regula dolo facis, vt voluit gloss.in c.primo, supra eodem.& in l.2.C.de edic.diui Adr.toll. Nam sicut qui agit petitorio, dicitur petere, ita etiam si agat possessorio, vt aliquid consequatur, & acquirat, argumen.l.amplius non peti. cum l.sequen.& in l.quo enim.in fi.ff.rem rat.hab.ergo verba illius regulæ dolo facit, qui petit, conuenire possunt etiam agenti possessorio, quando vellet possessionem acquirere. Et hanc inductionem sensit Bart.in d.§.nihil commune.in 2.col. circa fin.

¶Hanc regulam intelligas, quando petens aduersario restituere teneretur. Secus si tertio; quia aduersarius, cui nō esset facienda restitutio illam exceptionem dolo facis opponere non potest ad vtilitatem tertij, vt est text.& clarus, & ibi Barto.in l.si socer.§.Lucius.ff.solu.matrim. per quem ita declarat Dy. in dicto c.dolo.nam si ad vtilitatem tertij reus illam exceptionē opponere vellet, actor replicare posset, tua non interest, quia quo ad te liberas ædes habeo, l.loci corpus.§.competit.ff.si serui.vendi.l.fina.C.de rei vēd.

41 ¶†Præterea de iure tertij contra agentem opponi non potest, nisi illud ius totaliter de directo sit exclusiuum intentionis agentis, vt in casu, quando ageretur retinēdæ, in quo requiritur, quòd actor possideat.l.prima.& per totum, maximè in §.hoc autem.ff.vti posside. Si reus opponeret de possessione eadem tertij, excluderetur actor: quia hæc exceptio totaliter esset exclusiua iuris agentis; nam si tertius possidet, necessariò infertur, quòd eadem specie possessionis agens possidere non possit, l.3.§. ex contrario.cum similib.ff.de acq.poss.Ita declarat Barto. in l.prima.in fin. in fin.verb.ff.vti possi.

¶Item hæc regula procedit, quādo qui petit, statim & ilico restituturus esset, secus si ex interuallo, puta ex dilatione conuentionali: quia tunc hæc exceptio contra agētem opponi non posset.l.j.§.fin.ff. vt legat. nom.caue. Aliud esset, si statim restituturus nō esset propter tempus, quod datur a lege miserationis causa; quia tūc nihilominus hęc exceptio contra agentem opponi posset, vt est tex.no. in l.si donaturus.in fi.ff.de condi.ob cau.& facit.l.si cum militi.in fi.ff.de compen.

¶Agenti etiam hæc exceptio opponi potest, quando euidēter, & clarè constaret de restitutione facienda, secus si dubitaret, vt voluit gl.in d.l.dolo.p l.j.§. redigunt.ff.quorū lega.& l.3.§.causæ.ff.de Carbo.edic.tex.est in simili.cum

glo. in

glo.in l.fi.C.de compensa. ¶An autem agenti possessorio
42 hæc exceptio opponi possit. Concludendum est † primò circa possessorium recuperandæ, quòd non, vt per Dyn.in d.c.dolo.& in c.qui ad agendum.de reg.iur.in vj.Et ita intelligatur glo.in d.l.j.§.qui a me.ff.de vi & vi arma. Et ratio est;quia in hoc possessorio recuperandæ agẽs ante omnem contentionem restituendus est.l.j.C.si per vim, vel alio modo.& hic,& in c.fi.supra de ord.cogni.quæ restitutio ante omnia per hanc exceptionem impediretur: & cũ hac conclusione vltra Abb.hic pertranseunt omnes communiter in d.§.nihil commune.& in l.si quis ad se fundũ. C.ad l.Iul.de vi pub.¶Limitatur hæc regula infinitis modis,vt per Alex.in d.§.nihil commune. & inter alios,quando essemus in beneficialibus; quia in his de defectu notorio proprietatis opponi potest etiam, quando restitutio alteri facienda esset, & consequenter etiam si non fundaret intentionem agentis,vt voluit glo.in c.ad decimas.eo. tit. in vj.& Imo.hic in j.col.Ratio est,ne in beneficialibus detur vitiosus ingressus, vt in c.j.de reg.iur. in vj. & hic per Anto.& latius tetigi in c.ij.supra eo.

¶Secundò fallit in prophanis, quando notoriè cõstaret de non iure agentis,quia illa tũc opponi poterit ad vtilitatem excipientis,& non tertii, vt hic per Anto.& Abb.in d.c.2. & per Imo.hic per nota.in d.c.ad decimas. & forte latius de hoc dicetur.

43 ¶†An autem agenti possessorio maximè recuperandæ illa exceptio opponi possit, quando ex re iudicata resultaret, tractat Dynus in d.c.qui ad agendum.Barto. & alii in d.§. nihil commune. Et videntur Barto. & nonnulli alii tenere,ꝙ non,illa ratione; quia ante omnem quæstionem spoliatus restituendus est, vt in d.l.j.alioquin daretur materia habenti rem iudicatam dicendi sibi ius propria authoritate,contra.l.si quis in tantam.C. vnde vi.c.eum,qui.de preben.in vj.l.non est singulis.ff.de reg.iur. & habetur in l.extat.ff.quod met.cau.

¶Præterea,non competit exceptio rei iudicatę etiam inter easdem personas, quando alia res est,& diuersa causa, vt in l.an eandem.ff.de excep.rei iud.Sed quando agitur possessorio recuperandæ alia est res. d.§.nihil commune. & alia est causa, videlicet spoliationis diuersa a causa,quæ sub re iudicata continetur,ergo &c.

¶Rursus si habens rem iudicatam vim expulsiuam intulisset,iure, quod ex re iudicata acquisiuisset, priuandus esset.d.l.si quis in tantam.& d.c. eum qui.ergo de illo opponere non poterit.

¶Quidam verò dixerunt de hac exceptione rei iudicatæ opponi posse; quia admittitur exceptio proprietatis notoriæ contra ipsum agentẽ,vt dictum fuit,& est vera conclusio,sed per rem iudicatam efficitur res notoria.c. vestra.c. fin.de cohab.cleri. & mulie.cum ibi not.ergo &c.

¶Hæc opinio penes me dubitabilis est: quia primò negari non potest, ꝙ opponendo de re iudicata non dicatur esse alia res, & diuersa cã, ergo agenti possessorio nõ obstabit.

¶Secundò: quia & si res iudicata faciat rem notoriam,hoc est sententiam sic latam fore, non tamen ex ea notoriè constabit de dominio & iure,quod ex illa acquiritur,& maximè si non sumus in antiquis: quoniam qui fundat se in re iudicata,non solum tenetur de sententia fidem facere,sed etiam de omnibus actis,& sic de processu, alioquin pro re iudicata non præsumeretur,vt per Abb. & alios communiter,vbi soleo dicere in c.quoniam contra.quasi circa fin.j. de proba. ¶Præterea, si spolium factum fuisset post latam sententiam,& rem iudicatam, illa non obstante, spolium purgandum esset;quia & si contra spoliatorem de alio spolio opponitur, vltimum tamen prius purgãdum est,vt per Abb.in c.fi.de ord.cog. text.est in l.si quis ad se fundum. C.ad l.Iul.de vi pub.Ergo non videtur verum simpliciter, ꝙ hæc exceptio rei iudi.impedire possit restitutionem spoliati. ¶Nisi diceres, opinionem contrariam defendi posse, quando spolium præcessisset rem iudicatam,& contra spoliatum principaliter non opponeretur de re iudicata, sed de dominio notorio, ad cuius probationem res iudicata induceretur, qua fuisset declaratum ipsum reum conuentum fuisset dominum, propterea quia melius de dominio probauit,& ita intelligatur opinio contra Bar. Aut opponitur principaliter de re iud. Et tunc forte procedere posset opinio Bart.rationibus. supra adductis, & sic ius consistit in modo opponendi,sicut in simili dicitur per Bar. in l.cũ de in rem verso.ff. de vsuris. & in l.si certis annis.ꝑ scrib. C.de pact. ¶Nec obstat,ꝙ ante omnia restituẽdus sit,quia

fallit,quando de defectu proprietatis notoriè constaret, vt s.Et per hoc aliis responderi videtur.

¶Nec obstat,quòd spoliando priuatur iure suo;quia respõdetur, ꝙ licet veniat priuandus, non tamen ipso iure priuatus fuit,& ideo de illo iure suo notorio obijcere poterit, quamuis ex post facto contra eum agi possit remedio, d.l.si quis in tantam. Præterea, ex quo spolium præcessit, non debet dici priuatus iure,quod ex re iudicata postea acquisiuit, quia
44 † spoliator solum iure, quod habet tempore spolii,priuandus est.d.l.si quis in tantam.& d.c.eum qui. non autem iure, quod est ex postfacto acquisiuit,seu acquirere potuit, vt est text.cum no.per Abb.in c.2.& 3.s.eo.

¶Non refragatur etiam, ꝙ propria authoritate non licet sibi ius dicere,quoniam cum spolium præcesserit rem iudicatam,non censetur ratione rei iudicatæ sibi ius dicere,& sic cessat contrarium. ¶Et sequendo hanc opinionem verum non videtur,ꝙ ante spoliationem alia cognitio & contentio agenti opposita fuerit;quia ex quo de notorio dominio oppositum fuit, vt supra non dicitur quæstio,seu contentio fieri spoliato,† cum in notoriis nulla requiratur co-
45 gnitio,seu contentio,nec etiam iuris ordo.c. ad nostram. il 3.de iureiuran.c.euidentia. cum ibi not.j.de accusa.Et ita resideo.

¶Videndum est etiam,an agenti possessorio retinendæ opponi possit exceptio dolo facis,sub qua contineri dicuntur exceptio dominii,& rei iudicatę.Et in hoc maior consistit
46 difficultas. Ideo pro declaratione præmitto, ꝙ† interdictum vti possidetis solum possessori cõpetit ratione suæ possessionis.c. licet causam.j.de probatio.d.§. retinendæ. & hoc non solum si ciuiliter & naturaliter possideat, sed etiam si tantum ciuiliter, vt in casu l.clam.§.qui ad nundinas.& ibi per gl.& scriben.ff.de acquiren.poss. & per glos. in d.§.nihil commune. siue naturaliter tantum, vt in l.fi. & ibi Bar.ff.vti possid.Et datur contra eum, qui contẽdat se possidere eadem specie possessionis, vt in l. prima,& per totum.ff.vti possid.Et in casu isto quò ad tuendam possessionem,illamq; probandam vterque actor & reus esse censetur. Et hoc respectu hoc interdictum duplex appellatur l.si duo.§.j.eod.tit.§.duplicia.insti. de interdi.sicut actio communi diuidundo,vt in l.2.in fin.verb.ff.communi diuidun.& actio familiæ ercis.l.inter.§.qui familiæ.ff.fami. erciscun.similiter finium regundorum. in l.iudicium cõmuni.ff.fin.regun.Censebitur tamen locum actoris sustinere,qui primus ad iudicium prouocauit,vt in l.in tribus. cum seq.ff.de iudi. Quandoque etiam hoc interdictum datur contra eũ , qui non dicit se possidere,sed solum impedit, & prohibet alium in sua possessione, vt in dicta l.si duo.§.hoc interdictum. & est text.ubi Bar.in l.vim facit. ff.de vi & vi arma.Et isto casu hoc interdictum duplex nõ dicetur,nec in eo quilibet dicetur actor, sed simplex vocari poterit,cum aduersarius non contendat, se possidere,sed alium impediat & prohibeat. Et hac ratione forte appellatur prohibitorium,vt in §.3.cum glo.insti.de interdi.l. 1.
47 §.2.cum sequen.ff.vti possid. ¶†Hoc interdictum regulariter,quod retinendæ appellatur, quandoque dicitur esse recuperandæ,vt in casu.d.l.clam.§.qui ad nũdinas.exemplificãdo in eo,qui clam ingressus fuit possessionem illius, qui se a re absentauit,qui animo ciuilem retinuit, sed naturalem amisit,quia alius clam ingressus fuit.Et hæc naturalis a ciuili separata in absentia solo animo retineri potest gloss.in l.prima.§.interdictum autem.ff.de vi & vi arma. per l.3.§.vnde vi.eod.tit.Bar.expresè.in l.1.in 2.col.ver. sed contra vtrunq; oppono.C.vti possid.& quousq;.illam naturaliter possidet, alium in sua ciuili turbare censetur, neque turbatio cessat,donec naturalem habenti ciuilẽ nõ restituerit,vt declarat Bar.in l.j.C.si per vim, vel alio modo.& Alex.in d.§.qui ad nundinas.qui dicit, agentem isto casu hoc interdicto contra habentem naturalem debere cõcludere possessionem naturalem sibi fore restituendã, ex quo habet effectũ restituẽdi. Imo verò in d.§.dicit isto casu non esse concludendum restitutionem fieri debere; quia vis huius interdicti non est restitutoria, sed retinendæ,& vt aduersarius a perturbationibus desistat, & quia desistere non diceretur, donec naturalẽ retineret,ideo actor agere debet,vt aduersarius simpliciter naturalem illam relaxet,non autem vt restituat. Quæ declaratio non placuit ibi Alexandro,qui multipliciter conatus fuit demonstrare hoc casu posse agi ad restituendum illam naturalẽ, vt ibi per eum . At mihi semper opinio Imolæ plus placuit, ut sufficiat simpliciter agi, vt aduersarius desistat a turba-

tionibus illatis,quod fieri dicitur per simplicem relaxationem naturalis, absque ꝙ interueniat factum restitutionis rei necnon acceptationis ipsius agentis;quoniam eoipso,ꝙ reus a turbatione desistit per relaxationem naturalis,sequitur ipso iure,effectus restitutionis; nam per relaxationem naturalis illa efficitur vacans,& ipso iure ad ciuilem aduolat, & fit consolidatio, sicut ciuilis vacans ipso facto naturali accrescit,& cum illa consolidatur secundum quod declarat Alexan.in l.iij.§. ex contrario.in iiij. vj. & xv.colū. ff.de acquir.poss.

¶Et ꝙ naturalis vacans ipso iure cum ciuili consolidetur. Videas plenè not. per Abb. in c. cum venissent.in ij.colū. versic. vltimò colligitur. infra. eod.Bald.in l.ij.in ij.colū. q.xlvj.ff.de rerum diui.

¶Ex quibus infertur, non esse agendum ad restitutionem possessionis,sed simpliciter ad relaxationem,imo ad solam cessationem turbationis, in cuius consequentiam accessoriè venit relaxatio, absque qua turbatio desinere nō potest, vt dictum est.

¶Posset etiam dici vltra prædicta, ꝙ istud interdictū nullo modo possit appellari recuperandæ etiam in casu, d.§. ad nundinas.sed simpliciter esset retinendæ, quoniam debet attendi,quod principaliter agitur, non autem quod in consequentiam,iuribus vulgaribus.

48 ¶†Addas etiam singulariter, vt fuit de mente d.Ant.in c. audita querela.in 4.not.supra eo.vt ibi refert Imo.in notabilibus, & in 2.glo.quòd interdictum vti possideris,non solum datur pro iniusta turbatione extraiudiciali, sed etiam pro iniusta iudicialiter mota: vt quia cōtra iustum possessorem rei vendicatione ageretur, vel alio possessorio:nam contra talem agentem aduersarius poterit intētare possessorium retinendæ, ut a molestationibus iudicialibus desistat per illum rex. & per ea,quæ habentur per Barto.in l. si prius.in v.oppo.ff.de no.ope.nun.

¶Ex quo dicto infertur,ꝙ interdictum vti possi.dicitur esse præiudiciale alijs remedijs,quibus iniustè contra possessorem agitur. ¶Contrarium tamen ibi tenuit Abba.& satis de hoc dicto do.Anto.admiratur, contra quē hoc modo argumētari potest, Interdictum vnde vi sui natura præcedere debet interdictum vti posside.l.j.§. est igitur.ff. vti possid.Ergo non dicitur esse præiudiciale alijs possessoriis, nisi diceres,sequendo dictum Anto. ꝙ suum dictum procedat, quoties agitur aliis remediis contra possessorem, quàm interdicto vnde vi,quod ratione ordinis præcedere debet vti possid.d.§.est igitur.

¶Secundò Imo.contra do.Ant.facere dicit. Nam pro verbali molestatione nō dicitur interdictū vti possidetis, sed pro actuali,vt per Inne.in c.2.de in integ.rest. turbatio autem iudicialis non dicitur actualis,sed verbalis.Præterea, non dicitur vim facere, quin in iudicio iure suo vtitur.l. non videtur.ff.de regu.iur. Vis ergo turbatiua in iudicio mota non est talis, propter quam agi possit. De hoc tamē plenius videas,ut per Abbat.in d.c.audita. & ibi per Imo.

49 †¶An autem agenti possessorio retinendæ opponi possit exceptio dolo facis, seu proprietatis, do. Anto.hic post Dynum in d.c.dolo.& in d.c.qui ad agendum.voluit,hāc exceptionem opponi posse, si excipiens incontinenti offerat se illam probare, alioquin si altiorem indaginem requireret, secus esset, & in hoc noluit differre hoc interdictū ab interdicto possessorio adipiscendæ,per eadem iura,& glo. s.allegatas,maximè.in d.l.si de vi.& in d.c.1.s.eo.

50 ¶†Quando autem exceptiones dicantur altiorem indaginem exposcere,& quando incontinenti hæc indagatio expediri debeat,colligitur ex tex.cum gl.& ibi Bar.in l.si is,a quo.in prin.ff.vt in pos.leg. per Sali.& clarius per Alex.in l.2.C.de edic.diui Adria.tol.vbi Alex.ex verbis gl.ibi notat, ꝙ in iudiciis possessoriis agenti exceptio dolo facis opponi potest, quando excipiens offerret illam incontinenti probare,& cum generaliter de possessorio loquatur,casum quoq; nostrum comprehendere videtur.

51 ¶Addo, † ꝙ agens quocūq; possessorio etiam summario,si contra eius personam opponatur, ante omnia legitimare tenetur personam suam, alioquin excluderetur,vt colligitur ex dictis Bar.in d.l. 2.& in extrauag.ad reprimē.in ver. figura.in 2.col.& ibi Alex.in fi.ver. Bal.in l.3.§.ibidem.ff. ad exhib.Per quod habes limitationem ad id quod sepe dictum est , maximè in interdicto vnde vi, ꝙ spoliatus ante omnia,hoc est ante omnem discussionem restituendus est.l.j.C.si per vim, vel alio modo.c.j.supra eodem.c.fina. cum simi.de ordi. cogni.quia istud non excludit contentionem, seu discussionem, quæ fieret super legitimatione personæ,vt ex prędictis constat.

¶Hæc conclusio do. Ant. & Dyni probatur in c.literas.j. eod. vbi in interdicto vnde vi, habetur hæc distinctio, an exceptio concernens proprietatem possit incōtinenti probari, necne,& si hoc dicimus in interdicto vnde vi, quod multum fauet ipsis spoliatis, magis dicendum hoc erit in interdicto retinendæ.

¶Contrariā verò sententiam, ꝙ hæc exceptio nullo modo in hoc possessorio opponi possit,voluit hic Abb.ex mente Bart.in d.§.nihil commune.in 2.col.in 3.oppo.

¶Nec refragantur glos. in d.l.si de vi. & in d.l.2. & in d.c. 1.quia loquuntur in possessorio adipiscendæ,in quo ista exceptio adaptari potest,sed non in possessorio retinendæ,in quo non agitur, vt quis aliquid consequatur,seu possessionem adipiscatur,sed possessionem, quā habet retinere possit.Et ideo in illo non verificantur verba. d.c.dolo. & d.l. dolo.ibi, dolo facit, qui petit, iunctis his,quæ habentur in l.amplius.cum seq. & in l.quo enim.ff.rem rat.hab.

¶Hanc conclusionem confirmat Abb. hic pluribus rationibus: quia quando constat agentem iustè possidere;quia non vi,nec clam, vel precario ab aduersario possideat,si cōtra eū opponi posset de proprietate, & ꝙ dolo faceret &c. Sequeretur, ꝙ dominus,qui non possideret propria authoritate,& sine iudice posset molestare,& inquietare possessorem,qui ab eo vi, vel clam non possideret,contra.l.j.in fi. & l.si duo.in prin.& l.si quis in tantam.C. vnde vi.c.eum qui.de præben.in vj.& c.placuit.16.q.6.

¶Secūdò,si domino,seu ei, qui dominum se prætenderet, posset opponere proprietatis exceptionem ad excludendū agentem,daretur via & occasio deueniendi ad arma;quia

52 † possessor, qui iustè possideret respectu aduersarij videns se molestari,posset etiam armis suam possessionem defendere.l.prima.C.vnde vi. & bene faciunt not.per Barto.in l.prima.§.fina. in antepenul. colū.ff.vti possidetis. Quod tamen minimè dicendum est,vt in l.æquissimum.cum ibi not. per glos.ff.de vsufruc.& in l.non est singulis. de reg. iuris,& in c.literas.infra eodem.in §.quod si.ibi,quia præsumitur contra eum, quia temeritate propria &c. Non enim sine iudice propria authoritate licitum est possessores eijcere, alioquin cogetur desistere a molestationibus via iuris,vt per Inocen.in capitu. cum nostris.de conces. præbenda. Et bene notanda sunt verba Abba. dum dicit, iustum possessorem extraiudicialiter molestare non esse permissum, forte enim hoc dixit per ea, quæ voluit Bart.

53 in l.prima.§.interdictum.ff.vti possidetis. vbi voluit. † ꝙ contra illum, qui est iniustus possessor, quia vi, vel clam a me naturaliter possideat, licitum sit mihi iniuriam propria authoritate propulsare, & illum a naturali possessione excludere, quando per illam me in ciuili turbaret per plura, quæ ipse adducit. Quod an sit verum, dubitat Alexandr. in dicto §.qui ad nundinas. Sed quoniam sæpe solitus sum pro hac opinione Bartol. consulere. ideo pro nunc etiam cum eo per transeo. Et hoc dictum est pulcherrimum; nam ex eo infertur, quòd sicut habenti ciuilem contra possessorem naturalem, qui clam possidet,non solum est succursum per interdictum vti possidetis, vt supra dictum fuit, & no. in dicto §.qui ad nundinas. verum etiam pro recuperenda illa naturali sibi permissum est turbantem propria authoritate, & sine iudice ab illa naturali excludere,nam principaliter,& directò vti possidetis competere non poterat: quia possessori duntaxat datur, vt in sua possessione conseruetur. Ergo pro naturali competere non potest, quæ ex penes aduersarium, nec etiam succursum est per interdictum vnde vi,quod datur solum spoliato violenter,sed habens ciuilem non vi aliqua, seu violentia,sed facto suo priuatus fuit rem exeundo, ergo cessat in terdictum vnde vi.

¶Succursum etiam forte esset habenti ciuilem per rei vendicationem , quæ contra quoque naturaliter retinentem competit, vt in l.officium.ff.de rei vendicatio. Non tamen forte ei succursum esse dici potest per remedium. cap.reintegranda.3.quæst.prima, quod competit illi, qui quomodocunq; sine facto suo a sua possessione cecidit, vt habetur in d.c.reintegranda. & plenius per doct.in l.rem quæ nobis maximæ per Soc.ff.de acquiren.poss. & supra diximus;quia in hoc casu nostro ille,qui ingresus est rem facto suo priuatus fuit naturali possessione, puta exeundo, nec alium, in posseßione dimittendo. Quod nota quæso quia datur casus,in quo contra clandestinum possessorem non

non competit remedium.d.c.reintegranda.quod ſcribentes multum generale, & pingue eſſe præſupponunt, vt ſ. dictum fuit.

¶Iſtam opinionem Bar.in d.§.nihil commune. & Ab.hic contra do. Ant.& ſequaces arbitror eſſe ſequendam.

54 ¶Primo;quia † in hoc remedio non eſt in conſideratione, quis ſit dominus,ſed ſolùm,an agens poſſideat non ui,nec clam ab aduerſario, vt in d.§.retinendæ.l.1. in fi.& in l.ſi duo.in prin. ff.uti poſſid. Ergo contra agentem de dominio obiici non poterit: quia nihil commune cum poſſeſſione habet quo ad hoc interdictum vti poſſidetis.d.§. nihil commune. Aliud enim eſt poſſeſſorem eſſe, quem interdictum uti poſſidetis tuetur. Aliud eſt eſſe dominum, quem rei uendicatio tuetur.l.1.§.huius autem.ff.uti poſſi. ca.licet cauſam, j.de probatio.

¶Secundo,q; non obſtat exceptio dominii, probat text.ad literam in l.vnica.C.uti poſſide.ubi proprietatis cognitio in hoc interdicto ſeruata forma edicti perpetui fieri debebit,quæ eſt,ut prius poſſeſſorium expediatur,quam de proprietate cognoſcatur,ut ibi dicit gloſſ.& probat tex.in d.l.1.§.hoc autem.in l.ordinarii.C.de rei uendica. & in l.incerti.C.de interdict.Et ad propoſitum.dicta l.unicam, põderat Bartol. ibi dicens per illum text. hanc difficultatem terminari.

¶Non obſtat.dicto capitulo literas,quia loquitur in interdicto vnde vi.

¶Nec obſtat argumentum,q; ſi in interdicto vnde ui, hoc dicimus,multo magis in interdicto vti poſſidetis; quoniã replicare potes,in d.c.literas.eſſe ſpeciale contra naturam interdicti vnde vi,quod non admittit exceptionem dolo, facit &c.vel proprietatis.d.l.1.C.ſi p vim, vel alio modo. c.fi.de ordi.cogni.c.1.ſ.eo.cum ſimi.Nam fauore animę, & ut peccatum euitetur, admittitur ibi exceptio concernens proprietatem,ſi incontinenti probari poſſit, ne cõtingat,coniunctos in gradu iure diuino prohibito copulari. Et quamuis dubitari poſſet de conſanguinitate oppoſita,tamen huiuſmodi oppoſitio fauore animæ eſt admittenda, propter quem ſemper in dubio tutior via amplecti debet. c.præſentium.j.de cleri.percuſ.c.in ciuitate.j.de uſucap. Ergo id, quod ibi ſpeciale eſt fauore animæ,& ratione peccati euitandi,extendi non debet ad caſum noſtrum in poſſeſſorio retinendæ.Alia,quibus Anto.poſt Dynum mouebatur,parum faciunt; quia procedunt in poſſeſſorio adipiſcendæ,ut in d.l.2.d.l.fi.& d.l.1.C.quorum bono.

55 ¶†Limitatur hæc concluſio ex mente Bar.in d.§.nihil cõmune.in 2.col.in 3.oppo. quem refert & ſequitur Abb. & idem voluit Imo.in c.1.ſ.eod.quod agenti interdicto uti poſſidetis,exceptio proprietatis opponi poſſit,quãdo hincinde probationes pares eſſent,quia ex vtraq; parte pares teſtes numero & dignitate poſſeſſionem vtriuſq; probaſſent; nam ille obtinebit, qui melius de dominio probauerit: illius enim poſſeſſio iuſta præſumitur ex his,quæ uoluit glo. in l.ſi de eo.§.finali.ff.de acquiren. poſſeſſ. & habetur per Barto.in l.ſi duo.C.uti poſſid.in princip.cap.licet cauſam. & ibi Abb. j.de probatio.& Cynus in d.l.unica. in penul. q.C.vti poſſidet.

¶Hoc dictum licet ſit verum,& in practica notandum,nõ tamen facit ad caſum noſtrum, & exceptio de regula eſſe debet, & in illius terminis loqui.l.nam quod liquidæ. in fi.ff.de penu.lega.glo.in rubri.de regu.iur.in 6. Nos enim loquimur, quando excipitur de dominio, cuius probatio ſufficeret ad excludendum agentem, prout eſt natura exceptionis,vt in c.j.de except.c.2.ſ.de ordi.cognit. Sed caſus quem ponunt Anto. Bar.Abb. & Imola in locis allegatis,eſt totaliter diuerſus, videlicet quando de dominio nõ opponeretur per viam exceptionis, ſed probaretur ſimpliciter ad coadiuuandam probationẽ poſſeſſionis,inter quos caſus magna extare dicitur differentia; quia ſi de dominio excipitur, ſatis eſt dominium probare, nam excipiens ſolũ grauatur ad probandum, quod in exceptione continetur, & non vltra. Hinc dicitur,q; excipiens agere dicitur.l.j.cũ glo.ff.de exceptio.l. in exceptionibus.ff.de probatio. Quãdo verò fit probatio in terminis poſſeſſorij, vti poſſidetis, ad coadiuuandam probationem ſuæ poſſeſſionis, ſola probatio dominij nihil operatur,& nullius effectus eſt,niſi plenior probatio ſuper poſſeſſione præcedat, vt in locis allegatis. Et ſic primo caſu probatio dominij per ſe ſtaret,& a ſeipſa regularetur. Secundo verò caſu dependeret,& regularetur a probatione poſſeſſionis,& cum illa ſimul concurreret. Quod apertius corroboratur;nam probatio dominij,quæ fit ad coadiuuandum,vt ſ.non poteſt dici facta ad probandam exceptionem dominij,ſed incidenter,& coadiuuando probationem poſſeſſionis. Quod ſic demonſtratur;nam ſi per viam exceptionis, vt præſupponunt Bart. & Abbas,ſequeretur,q; de hac exceptione opponi non poſſet, niſi poſt publicatas atteſtationes teſtiũ hincinde, alioquin ſciri non poſſet, an pares eſſent vtriuſque partis probationes, poſt publicatas autem atteſtationes hæc exceptio dominij opponi & probari non poſſet ob timorẽ ſubornationis & falſitatis,iuribus vulgaribus,ſuper quo cogita.

56 ¶†Secundò hæc concluſio communis limitatur per dom. Anto.hic, quem refert & ſequitur Imola, quando interdictum vti poſſidetis habet naturam non ſolum retinendæ ſed etiam reſtituendę,ut in caſu,quem ponit gl.Bar.Ale.& alii in d.§. qui ad nundinas.& Bar.in l.1. C.ſi per vim, vel alio modo. & in d.l.unica.C.uti poſſid.in l.fi. C. unde vi. &in l.1.§.interdictum.& §.fi.ff.uti poſſide.quia tunc conuentus,qui per naturalem clandeſtinam turbat dominum in ſua ciuili,poteſt contra dominum agentem hoc interdicto opponere exceptionem proprietatis,ſeu dolo facis,qua probata,abſoluendus erit,vt eſt de mente Ant.& aliorum, ſi incontinenti ea probaretur.Et ratio huius eſſe poteſt,qa hæc probatio proprietatis diceretur naturalem clandeſtinam opponentis iuſtificare, & per talem probationem vitium clandeſtinitatis purgari videretur,arg.not.per glo.in d.l.ſi de eo.in fin. Sicut etiam per probationem dominij naturalis clandeſtina iuſtificari, & vitium clandeſtinitatis purgari dicitur, quando hincinde ſuper poſſeſſione pares eſſent probationes,vt ſ.dictum fuit. Nam vitium clandeſtinitatis facilius purgatur,quam violentiæ; quoniam primum eſt perſonale,aliud verò reale,ut uoluit Alex.in d.§. qui ad nundinas.in 5.colum.in fin. & in l. Pomponius. §. cum quis.in 1.& ulti.colum. eodem titu.vbi latè hoc vltimum examinat.

¶Hæc limitatio do.Ant.& Imo.ex multis non placet.

¶Primò per tex.in l.1. C.ſi per uim, vel alio modo.ſecundum veriorem intellectum,& ibi Bar.hoc expreſsè uoluit in uerſi.quæro utrum iſtæ perſonæ ibi,vel aliter dicas, q; contra hunc clandeſtinum poſſeſſorem naturalis poſſeſſionis agi poteſt interdicto vti poſſidetis, ex quo per naturalẽ dominus in ſua ciuili turbatur,nec contra ſic agentem opponi poteſt exceptio proprietatis.

57 ¶†Secundo,cum iſtud interdictum ſecundum Docto. dicatur eſſe mixtum retinendæ, & reſtituendæ ex neutro capite hæc exceptio opponi poteſt,non ex capite retinendæ, ut fatentur omnes,& minus ex capite reſtituendæ,vt communis ſchola fatetur; quia quando mixtum de utroq; extremo participat, regulari debet,uel ſecundum naturam vtriuſq;, vel ſecundum naturam alterius, ut magis conuenit.c.ſuper quęſtionum.§.ſi uero.& ibi Abb.in ultimo nota.ſ.de officio delega.

¶Tertio,quando mixtum habet naturã diuerſorum,ſemp illius natura præualet,in quo magis incaleſcit.l. quæritur. ff.de ſtatu homi.Sed uti poſſidetis in caſu, de quo quærimus.plus participat de natura retinendæ,quam reſtituendæ;quia principaliter intentatur propter turbationem, & vt quis in ſua ciuili defendatur,licet in conſequentiam, & acceſſoriè effectus reſtitutionis ſequatur,& forte potius facto legis,quam hominis,vt dictum fuit. Ergo quo ad effectum de quo dubitatur,debebit attendi naturam retinendæ,quæ eſt,ut non admittat exceptionem proprietatis,ſeu dolo facis,ut concluſum fuit.

¶Quartò,quando mixtum participat de extremo fauorabiliori,& de alio minus fauorabili,ſemper præfertur & attenditur qualitas dignior,& non alia.c.quod in dubiis.de conſecratio.eccleſiæ,vel alta.ubi oleum non conſecratum mixtum conſecrato totum efficitur conſecratum.c.quanto.de iudi.c.ſolitæ.de maio.& obed.Sed qualitas reſtituẽdæ fauorabilior eſt,quam retinẽdę;quia ad fauorem ſpoliati tendit,vt j.dicetur.in 5. oppo. Ergo attenta iſta natura reſtitutionis exceptio proprietatis opponi non poterit.

¶Quinto,verum non videtur, q; in caſu occurrenti interdictum vti poſſidetis dicatur reſtituendæ,non quo ad effectum libellandi,in quo non petitur,vt reſtitutio fiat, vt colligitur ex no.per Bar.in l.1.§.interdictum.ff.vti poſſi. qui in hoc remedio libellandi practicam docet. Ergo vt ſententia petitioni conformis ſit iuribus vulgaribus, finis huius iudicij non eſt, vt poſſeſſio reſtituatur,ſed ne agens in ciuili turbetur,nec etiam cõſiderato effectu huius iudicii,& illius exequutione,qa ſi ipſe reus cõdẽnet,reſtituere

non tenetur clandestinam naturalem, neque factum eius exposcitur, sed si contingat restitutio, potius fit facto legis, quàm hominis, ut supra declaratum fuit. Ergo cum hoc casu interdictum istud simpliciter retinendæ esse dicatur; contra agentem huiusmodi exceptio opponi non poterit.

¶ Sextò, quando agitur isto casu dolo facis, opponi non poterit; quia illa exceptio datur, quando petitur principaliter id, quod statim restituendum est, ut in d.c.dolo. & in d.l. dolo.ibi, dolo facit, qui petit, scilicet per prius & principaliter; quia semper verba intelligi debent per prius. l.boues. §.hoc sermone.ff.de verb.sig.

¶ At quando isto casu hoc interdicto agitur, principaliter & per prius restitutio non petitur, sed ne fiat turbatio, ergo contra agentem hæc exceptio opponi non poterit.

¶ Nec aduersantur ea, quæ ex opposito allegata fuerunt & in primis, ꝙ per probationem proprietatis naturalis clãdestina iustificari videtur, sicut in casu, quando hincinde pares essent probationes, vt dictum fuit ex mente Bar.& Ab. hic, quia respondetur, ꝙ licet per talem probationem proprietatis res & proprietas ipsa clandestina desinere dicatur non tamen possessio: quia sicut diuersa causa est possessionis & proprietatis, ita diuersa erit probatio.d.§.nihil commune. faciunt, quæ habentur per gloss. in dicta l. si de eo. in fin.

¶ Nec obstat, ꝙ in casu paris probationis probatio proprietatis possessionem iustificare dicatur, quia illud contingit, ut aliàs dictum fuit, quando de proprietate per exceptionẽ non opponitur, sed coadiuuando, ut s̃.declaraui.

58 ¶ † An autem vitium clandestinitatis, quod possessionem, & non rem ipsam afficit, vt per Bar.in d.l.si de eo.in fin.& per gl.in l. vitia.C.de acqui.poss. dicatur reale, ut cum re ipsa transeat ad tertios possessores bonæ fidei cum titulo, sicut uitium violentiæ, an verò personale censeatur. Videtur dicendum esse personale, nec cum re transire, ut sentit gl. magna, in d.l.vnica. Hoc tenuit Alex. post alios, quos allegat in l.clam.§.qui ad nundinas.in fin.5.colum.& latius examinat articulum.in l.Pomponius. in ultima colũ.ff.de acqui.poss.

¶ Contrarium est de mente gl.in §.quod autem ad eos. in ver.possessionem.insti.de vsuca.Et hæc opinio defendi potest saltem disputatiuè loquendo, primo per tex. in d.l.clã. in prin.ubi quo ad hoc, ut clam possidere quis dicatur, non attenditur medium, seu finis, sed initium, ut ibi, sed origo nanciscendæ.Et ideo si initium fuit clandestinum, semper possessio clandestina iudicari debebit.

¶ Secundò hoc probare videtur tex.in l.si duo.in princi.ff. uti possid.qui præsupponit, aliquem clam possidere non a me, qui a possessione, puta naturali cecidi; ut quando ad tertium peruenisset, ut ibi, si quis proponeret possessionem iustam & iniustam, ego possideo ex iusta causa, tu vi, vel clã, si a me scilicet clam, & ui possideas: superior sum in interdicto, si vero non a me. s.possideas clam, uel ui, neuter vincetur, nam tu possides, & ergo. Et sic præsupponit respectu eiusdem possessionis clandestinæ, ꝙ aliter possit a me immediate possidere, & non a me, sed ab alio, & sic mediate, & tamen vtroque casu possessio clandestina dicetur.

¶ Tertio, hoc demonstro ex una communi opinione Doc. quæ uel erit falsa, uel falsum erit, quod dicunt Alex.& alii,
59 ꝙ uitium clandestinitatis sit personale, & non reale, † nam scriben.communiter concludunt, ꝙ possit agi remedio. c.reintegranda. 3.q.1.cõtra omnes singulares successores in infinitum, etiam qui cum titulo & bona fide possideret, ut in d.vbi Archi.Domi.& alii Moder.expressè, & hoc ẽt præsupponũt legistæ post Bar.ut ibi per do.meum Soci.& retuli.s̃.in l.rem, quæ nobis.ff.de acquir.pos.Et agens hoc remedio.ca.reintegranda.debet proponere & concludere aduersarium, contra quem agit a se, & respectu suæ possessionis clam possidere, ut est de mente Bar.in d.l.si de eo.§.fin.circa finem, alioquin agens succumbit. Ecce, ꝙ hoc vitium clandestinitatis afficit, non solum primum possessorem, sed alios etiam singulares successores, ad quos res etiam cum bona fide & titulo transiret. Quo fit, vt hæc cõmunis conclusio, aut falsa sit aut illa, de qua per Alex.in dicta l.Pomponius.vera non sit. Et ideo mihi videtur posse sustineri contrarium eius, quod volunt Alexander & sequaces.

¶ Quartò pro hac opinione videtur tex. in ca.itẽ cum q̃s, j.eod.ubi quo ad effectum, vt ilico, & ante omnia possessio sit restituenda, parificantur, vel ꝙ possessio fuerit violenter abrepta, vel clandestinè occupatam, ergo quod de uno dicitur, idem & de alio, argu.c.translato.s̃.de constitu.

¶ Vltimò accedat. d. l. Pomponius.in §.cum quis.vbi qui vult uti accessione sui authoris, debet uti cum suis vitiis, ꝑ quod infert tex.ad uitium violentiæ, & clandestinitatis, & precarii, ergo sicut vitium uiolentiæ reale est, ita & clandestinitatis. ¶ Nec aduersatur, si diceres, quomodo potest cõsiderari vitium precarii, vt præsupponit ille tex.ex quo habuit iustum & non uitiosum initium, vt per Alexã. in d.§. cum quis.in antepe.col.Respondeo etenim ex mente Bar. in l.1.in §.fin.in ulti.col.in uer.videamus exempla de pre
60 cario.ff.uti possid.ꝙ † possessio precaria non dicitur uitiosa durante volũtate domini, illa verò finita; quia dominus reuocauerit, dicitur esse iniusta.l.communi diuidundo.§. neq;.ff.cõmu.diui.Et ideo in hoc casu a iure repertum est remedium restitutorium ad recuperandam, seu adipiscendam possessionem illam.l.1.& 2.ff.de precario.necnon ẽt remedium vti possidetis.l.1.in fin.cum seq.& sequẽ.ff.uti possid. Quinimo ille, qui clam possessionem meam ingreditur, suspicans sibi quæstionem moueri, non a me, sed ab alio, quo casu secundum ꝙ uolunt scriben.communiter in l.clam.in prin.per illum tex.de acqui.poss.dicitur clam ab alio, & non a me possidere. Tamen quicquid velint, ille etiã a me clam possidere dicitur, quamuis non suspicetur a me quæstionem moueri; ita singulariter declarat Bar. in l.1.§. interdictum.in 2.col.versi.secundò innuitur.ff.uti possid. taliter, ꝙ propter illud vitium clãdestinitatis possum eum etiam propria authoritate tanquam inuasorem eijcere. Ex quibus respondetur tex.in d.l.clam.in prin.

¶ Vltimo non aduersatur.l.furtum.§.fundi.ff.de vsuca. cũ l.seq.inducendo, ut induxi, quia dupliciter hoc contrariũ, super quo Alex.se multum fundauit, euitari potest. Primò, ꝙ ille text. non loquatur de possessione, sed de re mala fide possessa, quæ desinit esse vitiosa, si manus clandestini possessoris exiuerit. Vel secũdò dici potest, ꝙ quamuis quo ad præscribendum rem vitium clandestinitatis ad successorem non transeat, cum possit esse bonæ fidei possessor cum titulo, qui ad præscribendum sufficit, tamen quò ad alios effectus bene transit ad quescunq; successores etiam bonę fidei, & cum titulo, iuxta quæ habentur in d.c.reintegranda.per Domi.& alios, & latè per do.meum Soci. in d.l.rẽ, quæ nobis.ex no.per Bar.in d.l.si de eo.in fin. Et sic ex prædictis apparet, Ant.& Imolam discrepare ab his, quę voluit Bar.in d.l.1.C.si per vim, vel alio modo. Cuius opinio tñ verior videtur per plura, quæ supra considerauimus.

¶ Nouiter tamen cogitabam, si aliquo casu posset sustineri, ꝙ contra agentem interdicto uti possidetis, possit opponi exceptio proprietatis, seu dolo facis, quam incontinenti quis offert probare, duos casus considerando.

61 ¶ † Primus est, quando interdictum vti possidetis, habet effectum non solum retinendæ, sed etiam adipiscendæ, & tunc propter mixturam & connexitatem recipiet naturam possessorij adipiscendæ, arg.l.qui patri.cum ibi no.per Barto.Areti.& alios.ff.de acquiren.hered.dum loquuntur de iure accrescendi, quod unitum est cum substitutione: quia recipit naturam substitutionis propter connexitatem, ita & in casu nostro, ergo contra agẽtem uti possidetis in hoc casu, opponi poterit exceptio proprietatis, quæ incontinenti regulariter opponitur in possessorio adipiscendæ, ut su-
62 pra dictum est. † Et hoc duobus casibus ferè similibus exẽplificari potest. Primò, quãdo ego dominus, qui habebam ciuilem, cõstitui in re vsufructuarium qui naturaliter possidere dicitur, & Titius ui illum eiecisset, uel clam fuisset ingressus naturalem vsufructuarij, quo casu Titius non dicitur per illã naturalem me in mea ciuili turbare, nisi postquam noluit me in dominum recognoscere. Et hoc casu mihi aduersus illum competit interdictum vti possidetis, vt declarat Bar.in l.1.§.fi.in vlti.colum.versic.sed hic dubitandum.iunctis his, quæ ipse ponit ibi, in versiculo quare Dyn.ponit exemplum. ff.vti possid. nam tũc hoc interdictum vti possidetis, non dicitur habere vim restituẽdę: quia iniustè illa naturali possessione priuatus non fui, sed facto meo spontaneo, & iusto, quo casu non videtur competere possessorium restituendæ, quod datur, solum ratione iniusti facti. Ergo vim adipiscendæ habere dicetur, cum per illud de nouo acquiram possessionem, quæ penes me iam erat extincta; quia naturalis, quam habuit vsufructuarius, est alia & diuersa ab ea, quam habebam; quiæ meæ ciuili iuncta erat, cum ciuilis animo etiam in absentia retineatur,

tineatur, naturalis vero minimè, ut colligitur ex his, quæ ponit Bar. per illum tex. in l. fi. ff. uti possid. iunctis his, quę habentur in d. l. clam. §. fi.

¶ Secundò & clarius hoc exemplificari potest, quando defunctus, cui hæres fui, alteri usumfructum constituisset, & ille vsufructuarius post mortem domini, vel vi, vel clam ea naturali priuatus a Titio fuisset, secundùm q declarat Bar. in locis allegatis, deinde ipse Titius me domini hæredem in dominum recognoscere nollet, quo casu per illam naturalem dicitur me turbare in ciuili, quam in ea re acquisiui; quia mihi succurritur per remedium retinendæ, ne turbet in mea ciuili, quod fieri non potest naturalis illa relaxetur quæ mihi de nouo acquiritur, ex quo nũquam eam habui. Et sic constat in casu isto interdictum vti possidetis habere effectum retinendæ, & etiam adipiscendæ; quia per illud agenti noua acquiritur possessio.

¶ Secundus casus est, quãdo interdictum vti possidetis habet effectum non solum retinendæ sed etiam restituendæ prout præsupponunt, & loquuntur scribentes omnes, de quibus supra, & tunc contra agentem exceptio proprietatis, seu dolo facis, opponi non poterit propter naturam possessionis restituendæ. Et isto modo concordari possent, seu melius declarari ea, quæ ponunt Ant. & Imo. hic, & Bar. in d. l. 1. per illum tex. C. si per vim, vel alio modo.

¶ Cogitabam etiam dictum Ant. & Imo. defendi posse, q nullo pacto detur isto casu contra agentem exceptio pro-
63 prietatis, seu dolo facis, quia † quando quis me absente clã ingreditur meam naturalem vacantem, non dicitur vi verè, nec propriè possidere, sed fictè, ut in dicta l. fina. C. vnde ui ibi, taltem possessorem ut prædonem intelligi, & in d. l. clam. in fin. ibi, uideri eum clam possidere, & ibi, ui magis intelligitur possidere, quæ uerba sui natura fictionem importare solent, ut per Barto. in l. si is, qui pro emptore. ff. de usucap. & in terminis istud præsupponit Bar. in l. j. §. interdictum. ff. uti possid. loquendo per verba fictionem importantia. Sed iura & glossæ, quæ uolunt contra agentem possessorio recuperandæ non obstare exceptionem proprietatis, seu dolo facis, loquuntur, quando ageretur ad restituendum contra illum, qui verè ui possideret. d. l. prima. C. si p uim. c. 1. s. eo. iuncta. d. l. si quis ad se fundum. cum simili. Ergo illa iura trahi non debent ad casum, in quo ageretur ad restituendum contra eum, qui ficte, & non uere ui possideret, ut est ille, qui me absente clam ingressus fuit naturalem possessionem, quia iura loquentia in casu vero, maximè in materia odiosa non trahũtur ad casum fictum. c. in nostra. de iniur. & dam. dat. c. odia. de reg. iur. in 6. l. cũ quidam. ff. de libe. & posthu.

¶ Sequendo tamen opinio. quam contra Anto. & Imo. defensaui, huic nouæ considerationi responderi posset, q qñ interdictum vti possidetis habet effectum restituendæ, illũ habere non dicitur ratione uiolentiæ, sed ob solam turbationem, quæ fit in ciuili. Secundò; quia isto casu non agitur principaliter, ut restitutio fiat, sed solum ne agens in sua ciuili turbetur, in cuius consequentiam necessario venit restitutio ipso facto non hominis, sed legis, & ideo non potest dici continere effectum restitutionis, propter quẽ agi solet, vt s. declaratum fuit.

64 ¶ † Ad recuperandam tamen illam naturalem clandestinã vltra remedia, de quibus. s. dixi, dicatur etiam alia merè possessoria recuperãdæ immediate ad restitutionem illius naturalis clam occupatæ, quia ex quo me absente alius fuit clam ingressus naturalem vacantem, si ingrediens sciuit, vel scire debuit rem ad se non spectare, sed ad alium, & sic dolo, & cum mala fide ingressus fuerit, prout in dubio præsumitur. Et tunc contra eum agi poterit possessorio mero recuperandæ, de quo in l. fin. C. unde vi. quod est etiam pœnale. Aut quis illam naturalem uacantem ingressus fuit sine dolo, credens ex iustis causis rem ad se pertinere, & tũc contra illum ad recuperandam possessionem agi poterit mero possessorio restituendæ, de quo in l. inuasor. C. unde vi. quod remedium est simpliciter restitutorium, & nõ pœnale, secundùm q declarant glo. & Bart. ibi in vtroq; loco.

65 ¶ Ex verbis Abb. in 3. oppo. colligitur † differentia inter prędonem & eum, qui famosus & publicus latro, seu grassator appellatur, de quo in l. capitalium. §. grassatores. & in §. famosos. ff. de pœnis; quia primus si violenter fuerit eiectus a sua in iusta possessione, ante restituendus erit, iuribus vulga. Secũdus verò, hoc est publicus latro, si de facto possessione rerum ablatarum priuatus fuerit etiã ex interuallo, nullo modo sibi succurendum erit, nec per possessorium, nec per petitoriũ: quia ex quo licitum est illum offendere in personam, imo interficere, vt in l. 1. & 2. C. quando vnicuique lice. sin. iud. & no. in c. 2. per gl. & alios. j. de homi. Multo magis poterit impune violenter eijci a possessione bonorum inuasorum. Hanc consequentiam facit tex. in c. ab illo. 14. q. 4. Et de his publicis latronibus & grassatoribus videas per Bar. & Alex. in appo. in l. capitalium. §. grassatores. & §. fomosos. ff. de pœnis.

¶ Sed in contrarium, q non sit differentia inter tales quò ad modum resistendi, probatur ex his, quæ habentur in d. l. j. & 2. iuncta. l. 1. cum ibi no. C. vnde vi. in l. 1. §. uim vi. & in l. 3. §. cum igitur. ff. de ui & vi arma. in l. ut uim. ubi gl. ff. de iusti. & iure. vbi ex interuallo resistentia & offensio non admittitur.

¶ At dupliciter responderi posset. Primò, q non reperitur succursum latroni publico aliquo possessorio vel petitorio contra illum, qui ex interuallo etiam sibi vim intulit. Prædoni verò possessorio erit succursum, ut hic, & hoc est, qđ uult sentire gl. nostra. Ex quo infero, q interdictum vnde ui differt ab interdicto uti possidetis; quia, primum datur contra eum, a quo agens vi, vel clam possidere dicitur, vt prædoni contra prædonem, ut hic, & d. l. si quis ad se fundum. l. 1. §. qui a me. ff. de ui & ui arma. Secundum verò non datur contra eum, a quo agens vi, vel clam possidere dicitur. l. 1. in fin. cum seq. ff. vti possid. cap. licet causam. j. de probatio. Ex quo habes, q interdictum vnde vi est magis odiosum spoliatori, & magis fauorabile spoliato, quam sit interdictum vti possidetis.

¶ Secundò respondetur, q latroni publico incontinenti vi resisti potest etiam absq; moderamine inculpatæ tutelæ. d. l. 1. & 2. C. quando lice. vnicuique sin. iud. Sed prædoni nõ potest vi resisti absque moderamine inculpatæ tutelæ. d. l. 1. C. vnde vi. cum gl.

66 ¶ † In quinta oppositione ex verbis Abb. colligitur differentia inter furem & prædonem, quia prædo contra suum prędonem agere potest interdicto vnde vi, ut hic. d. l. j. §. qui a me. & d. l. si quis ad se. Fur autem regulariter agere non potest contra suum furem actione furti. l. itaq; fullo. l. qui. §. si ego. ff. de furtis.

¶ Doctores plures huius diuersitatis rationes ponunt. Aliquas refert Abb. hic post Bart. in d. l. itaque. in d. l. 1. §. qui a me. & in alijs locis.

¶ Prima ratio per Abb. relata uera non videtur, vt etiã sentit Bar. in d. §. qui a me. Nam si vera esset, sequeretur, q homines inuitarentur magis ad inuadendum, quàm ad furãdum, quod non est dicendum; quia ab vtroque etiam pœna retrahendi sunt. l. conuenire. ff. de pac. dota. l. si vnus. §. pacta. ff. de pac.

¶ Secunda ratio est, q a fure quis facilius præcauere possit, quam a vi prædonis. arg. l. si ea res. ff. de actio. emp. iuncta l. cum duobus. §. damna. ff. pro socio. Hæc quoque vera non videtur, quia id quod dicitur de fure in d. l. itaq; fullo. tex. uult generaliter habere locum in quolibet malæ fidei possessore, & tamen a quolibet malæ fidei possessore nõ ita facile præcaueri potest, sicut a fure, argu. l. j. §. dolum. ff. de dolo. Secundò; quia ratio improbitatis in fure considerata, de qua in d. l. itaque fullo. locum habet etiam in prædone, vt expressè uoluit glo. in l. 3. §. si metum. ff. ad exhib.

¶ Tertia ratio, q actio furti infamet. l. infamem. ff. de pub. iud. l. 1. ff. de his, qui no. infa. interdictum vero unde vi, qđ competit contra prædonem, infamare non dicatur. l. neq;. ff. de vi & vi arma. non satisfacit. Primò, quia concludit hoc in fure, non autem in alijs malæ fidei possessoribus, q regulariter non infamatur, vt in d. l. infamẽ. Et tamen quò ad casum nostrum idem est in alijs malæ fidei possessoribus, quod in fure, vt in d. l. itaq; fullo. Secundo, quia lex nõ quærit releuare fures ab infamia, sed illos aggrauare. d. l. infamẽ. Ergo non est ratio, q fur non possit agere ratione furti cõtra furem; quia actio furti infamaret. ¶ Quarta rõ quoq; minus placet, dũ dicebatur, q si prædo non posset agere contra prædonem suũ interdicto vnde vi, delictum ultimi prædonis impunitũ remaneret, quia nec ipse dñs, cui vis illata non fuit, posset agere, vt in c. cũ ad sedem. j. eo. l. sequitur. §. si tu vi. ff. de vsucap. l. si a te. ff. de ui & ui arma. Sed fur licet cõtra suũ furem actione furti agere nõ possit. d. l. itaq;. tamen dñs, cuius interesset, posset contra illum actione furti agere. l. ancillæ. cum ibi no. C. de furtis. §. furtũ. insti. de oblig. quæ ex delic. nasc. Sed (ut dixi) hæc ratio eodem morbo laborat, quo alia; quia delictũ prędonis impunitum nõ remaneret, etiã q prædo cõtra præ-

donem suum agere non posset: quoniam secundus prædo puniretur saltem ex delicto suo pęna legis Iuliæ de vi pub. & priua. d. l. si quis ad se. & per totum. ff. & C. ad l. Iuliam de vi pub. & priua.

¶ Quinta datur ratio per Abb. quę fuit gloss. in l. cum par. ff. de regu. iuris. & Barto. in d. l. itaque fullo. quòd contra furem actione furti agi non potest: quia fur agens actione furti consequeretur duplum, vel quadruplum, in quo æstimatio rei continetur, vt in §. ex maleficijs. instit. de actio. Et sic ex sua improbitate vltra restitutionem rei actionem & vtilitatem consequeretur, & ex facto suo reprobato lucrari posset, vt dicit tex. in dicta l. itaque. Ex quo infertur, ꝙ si aliquo remedio posset dici succursum ipsi furi solum ad consequendam rei restitutionem & possessionem, tunc ipse contra suum furem illo remedio agere posset, vt puta actione triticaria, quę isto casu competit. l. 2. ff. de tritica. Sed prædo, qui per interdictum agit contra prædonem suum vltra rei restitutionem, suumque interesse & damnum nihil consequeretur, neque lucraretur, cum illud solum ad restitutionem possessionis detur, & incidenter ad damnum, non autem ad meram pœnam, puta dupli, vel quadrupli.

¶ Verum animaduertendum est, dum Abb. uoluit, per triticariam subueniri posse furi contra suum furem per. d. l. 2. quia tex. ille loquitur non de fure, sed de prædone potius, cum loquatur de triticaria, quæ datur ratione possessionis rei immobilis, super qua furtum non committitur, & consequenter actio furti locum non habet, ut in §. quod autē. insti. de vsucap. & l. verum est. cum gl. ff. de furtis.

¶ Alia & sexta ratio colligi potest ex his, quæ habentur per gl. in l. 1. §. si a me, iuncta l. bouem. §. si quis seruum. ff. de ædil. edicto. ut colligitur ex uerbis Bar. in d. §. si a me. Quę ratio casui nostro accommodari non potest, sed potius inter furem & latronem, non autem prædonem.

¶ Vnde tu cogita, si posset dici pro diuersitatis ratione, quæ tamen colligi potest ex no. per Castr. in l. 1. §. si prædo. ff. deposi. & forte sensit glo. in d. l. itaque fullo. vt dicamus, ꝙ

67 actio furti solum illi competit, cuius honestè interest. l. quas. §. si ego. ff. de furtis. Honestè autem interesse dicitur illius, qui rem domini voluntate habet, & retinet. l. is, cuius interest. ff. de furtis. Et ideo furi contra furem actio furti non datur, quia sua honestè non interest; nam rem non voluntate dominij, imo contra voluntatem habuit & retinuit: cum furtum dicatur contractatio rei alienæ inuito domino & cæt. l. prima. ff. de furtis. §. primo. institu. de obli. quæ ex delic. Nisi in casu. d. l. qui vas. §. si ego. propterea quia furis ibi honestè intererat, ut ibi habet. Sed interdictum unde ui, non datur, ratione interesse, nec damni principaliter, sed ob uiolentiam & iniuriam illatam in personam spoliati, & hac de causa appellatur interdictum in personam in rem scriptum. l. 1. §. penul. ff. de interdict. Et idcirco prædo, cui fuit uis & iniuria personalis illata, agit interdicto unde, ui contra prædonem suum. Cogita: quia pro hac ratione diuersitatis faciunt, quæ uoluit Pa. de Ca. in d. l. 1. §. si prædo. Et hæc sufficiant quo ad quintam Ab. oppositionem.

68 ¶ † Aggredior sextam oppositionem, ubi Abb. pro solutione contrarii tres, seu quatuor opiniones refert, vnam Inn. aliam Pau. de Leazar. Tertiam do. Anto. ferè similem opinioni Inn. Quartam suam cum distinctione. Et eius verba aliter non referendo, in primis reassumo opinionem Inn. declaratam per do. Anto. ꝙ nullo casu prædo sit restituendus, quando notoriè constat de defectu sui dominii, si de illo per spoliatorem opponatur; quoniam restitutio possessionis prædoni spoliato absq; peccato fieri non posset, arg. c. literas, ĵ. eo. inducendo. prout in uoce.

¶ Secundo allegatur communiter gloss. in ca. ad decimas. eod. tit. in 6. & cum hac opinione pertranseunt communiter canonistæ hic, & in d. c. ad decimas. & legistæ in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. pos. Quæ probari videtur ex text. in ca. significasti. ĵ. de diuortijs. vbi si contra mulierem agentem possessorio recuperandæ aduersus maritum opponatur exceptio adulterii, illi deneganda est restitutio.

¶ Sed pro contraria opinione, & sic contra. d. c. significasti, multum vrget tex. in c. porrò. eo. titu. ubi si contra maritū mulier agat possessorio restituendæ, propterea quia illam de facto, & sine iudicio ecclesię dimiserit, restitui debet, et si de parentela opposita notoriè constet.

69 ¶ † Quidam, ut Abb. & alii in d. c. porro. dicebant, ꝙ ibi de parentela, quamuis esset notoria, oppositum non fuit, quoniam licet notorium probari nequeat, saltē notorium esse allegari, & probari debet, ut in clemen. appellanti. per glo. de appella. Ioan. And. in c. 2. ut lit. non contesta. Ac etiam quia multa asseruntur notoria, quæ non sunt, ut per Abb. in d. c. porrò. & in c. ad nostram, il 3. de iureiuran.

¶ Alii soluendo dicebant, ꝙ in d. c. porro. licet oppositum fuerit de parentela, non tamen ꝙ esset notoria, & sic simpliciter, de parentela exceptum fuit.

¶ Hæ duæ solutiones stare posse non videntur. Primo: quia ibi a uiro fuit de parentela propositum ibi, quia eam cognatam fuisse uxoris defunctæ proponit. Nec dicatur, ꝙ illa propositio referenda est ad expulsionē & dimissionem vxoris, & sic ꝙ fuit extraiudicialis, non autem iudicialis propositio per modum exceptionis propositæ contra mulierem agentem, quoniam parū, vel nihil illa propositio profuisset. Ac etiam quia iureconsultus nunquam super facto respondere censetur, ut dicit Bar. in l. prima. circa fin. C. quādo non pet. par. Et ideo vt aliquid operetur, debet intelligi propositionem illam factam fuisse iudicialiter per modum exceptionis, & huic intelligentiæ uerba literæ optimè conueniunt.

¶ Secundo respondetur, ꝙ si uir de parentela non tamen notoria opposuerit, sed simpliciter, tamen Papa uult ibi idē esse, si notoria fuisset, & sic perinde haberi, ac si pars opposuisset; quia iudex & superior in his, quæ iuris sunt supplere potest, vt. C. vt quæ desunt aduoc.

¶ Tertiò principaliter gl. & Abb. in d. c. porrò. pro solutione dicunt, ꝙ ibi restitutio facta fuit, solum quo ad seruitia manualia, non autem quo ad thorum propter notorium defectum & periculum animæ, & sic dicetur concordare cum tex. in d. c. literas. ac etiam in d. c. significasti. ubi propter notorium adulteriū, quò ad thorum non restituitur.

¶ Hæc solutio videtur esse contra illum textum generaliter loquentem, qui simpliciter non obstante notoria parentela mandat restitutionem fieri, ergo etiam quo ad thorum, tum quia dispositio generaliter loquens debet generaliter intelligi iuribus vulgaribus, tum etiam ut illa sententia lata in terminis. d. c. porrò. ꝙ simpliciter restitui deberet, intelligatur iuxta formam petitionis factæ a muliere, quæ simpliciter restitutionem petebat, arg. c. licet Heli. de simonia. & l. ut fundus. ff. communi diui. cum simi.

¶ Rursus non procedit, quia sicut in d. c. literas. Papa distinguit inter seruitia thori, & alia, ita fecisset in d. ca. porrò. si voluisset, quod cum non fecerit, debet intelligi simpliciter quò ad utrunque effectum, arg. c. ad audientiam. cum glo. ĵ. de decimis.

¶ Quidam doct. legistæ in d. §. nihil commune. vno modo soluebant. Alij alio modo, sed refero nouam solutionem ab aliquibus traditam, ꝙ in d. c. porrò. illud sit speciale fauore matrimonij, vt defectus notorius non impediat restitutionem contra maritum, qui nixus fuit de facto, & sine iudicio ecclesiæ vxorem propria authoritate dimittere: quia nō obstante exceptione parentelæ etiā notoriæ mulier restituēda erit ea ratione, quos Deus coniunxit, homo nō separet. c. inter corporalia. cum ibi allegatis per glossā, de translatio. episcopi. Tum etiam quia notorium parentelę sicut filiationis dicitur esse præsumptum, & non verū, appellatur enim notorium præsumptionis, vt per glo. in c. manifesta. 2. q. 1. & in ca. vestra. de cohabi. cleri. & mulie. nam cum proueniat a copula carnali, a filiatione & consanguinitate, hoc non potest esse, nisi mediante præsumptione iuris, arg. d. l. filium diffinimus. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris. vera enim filiatio probari non potest, ut est textus singularis in l. Lucius. cum glossa. ff. de conditionibus & demonstrationibus.

¶ Hæc solutio non placet. Primo, quia (ut dici solet) allegare speciale est refugium miserorum, glossa in l. filium, quem. C. familiæ erciscundæ. Secundo; quia videtur contra textum in d. cap. literas. inducendo, ut in uoce induxi. Si enim quando mulier sciuit: quia notorium fuerit, non fit restitutio quo ad thorum, sed quo ad alia. Ac etiam quando mulier ignorauit, & offeratur probatio incontinenti, denegatur restitutio quo ad thorum. Ergo multo magis quando de parentela notoriè constaret.

¶ Præterea, licet quo ad factum notorium iuris, facti, & ꝑsumptionis differre dicantur, vt in dicto capitulo vestra. & in dicto c. manifesta. per glossam. Tamen quo ad iuris effectū differre non videntur; quia passim ab onere probādi releuant, lege j. in fine. ff. de dote prælegata. dicto capitulo

tulo vestra.& c.finali.de cohabitatione clericorum & mu-
lierum.capitu.ad nostram.de iureiurando.& c.euidentia.
de accusa.

¶Item ratio illa,quos Deus coniunxit, locum habere vide-
tur etiam,quando agitur de separatione non solum quo ad
effectus matrimonii,sed etiam quo ad thorum.c.an quod.
33.q.2.c.tuę.de procu.

¶Quare omissis aliis solutionibus scrib.quæ cōtrarium re-
mouere non videntur.Cogita,si nouiter pro solutione di-
70 ci possit,præsupponendo quòd ad † hoc,vt exceptio,vel ꝓ-
batio excipientem,vel probātem releuet,requiritur, quòd
illa non sit dubia, neque ambigua, sed certa, necessaria &
concludens taliter,quòd ad diuersos intellectus trahi non
possit,alioqin exceptio & probatio non releuat.c. in præ
sentia.infra de proba.l.non hoc.C.vnde legi.l. neque nata
les.C.de proba. Modò soluendo contrarium dico, ꝙ in d.
c.porro.illa exceptio non pro fuit,quia simpliciter oppone
batur de cognatione & parentela primæ vxoris defunctæ,
quæ oppositio erat generalis & dubia: quia intelligi pote-
rat de parentela matrimonii prohibitiua, item, & de non
prohibitiua;non enim sequitur necessario,extat parentela,
ergo matrimonium prohibetur,cum parentela,seu cogna-
tio extra gradus ꝓhibitos esse possit, puta in quinto & sex-
to gradu quo casu matrimonium de iure non impeditur,
vt in c.non debet de consangui.& aff.& in c.literas. per gl.
& alios.infra eo . ergo exceptio & probatio ita simpliciter
facta & opposita contra excipientem & probantem inter-
pretatur, vt agenti non obsit,vt est text.& ibi glo. in d.c.in
præsentia.Propterea nil mirum si in d.c.porro.non obstan
te exceptione parentelæ etiam notoriæ restitutio impedi-
ri non potuit;quoniā ea concludens & necessaria nō erat,
at in capitu.significasti.eo.titu.exceptio adulterij fuit cer-
ta & concludens & necessaria; quoniam cum probatū fue-
rit adulterium notorium. sequitur ex hoc necessario regu
lariter loquendo, ꝙ matrimoniū separari possit, vt in d.c.
tuæ.& in c.j.vt lit.non contest.cum si.ex quo infertur,ꝙ si
in terminis.d.cap.porro.fuisset oppositum de parentela in
specie apta impedire matrimonium,vt quia maritus dixis-
set,& probasset,notoriè constare vxorem suam primā fuis-
se coniunctam secundæ vxori in secundo,vel tertio gradu
consanguinitatis: tunc mulier agēs ad restitutionē reiecta
fuisset,per d.cap.significasti.& per ea,quę habentur in d.c.
literas.& glo.in d.c.ad decimas.

¶Aggredior opinionem Pau. de Leazar. qui tenebat,præ-
donem spoliatum restituendum fore,etiam si notoriè con
staret ipsum esse prædonem, & non dominum per hunc
tex.dupliciter inducendo.Primo: quia generaliter & sim-
pliciter loquitur de prædone, ergo generaliter intelligi dē-
bet,etiam si prædo notorius esset,arg.l.de pretio. ff.de pu-
blicia.l.in fraudem.in fi.ff.de testa.mili.l.j.in fi.ff.de alea-
to.Secundo;quia dicit prædonem secundum rigorem iu-
ris restitui debere,& rigor iuris sumitur pro iure ciuili,ar-
71 gu.capitu.sæpe. infra eod. † at de iure ciuili si prædo a do
mino fuisset spoliatus , restituendus est.l.3.§.si dominus .
ff.de usucap.l.cum fundum.l.qui possessionem.ff.de ui &
ui arma.ergo & si notoriè constaret, prædonem a domino
fuisse vi eiectum,restitutio non est deneganda.

¶Secundò principaliter facit regula,de qua in l.non est sin
gulis.ff.de regu.iur.& in l.extat.ff.quod met.cau.ꝙ etiam
dominus propria authoritate ius sibi dicere non potest.
l.siquis in tantam.C.unde vi. & c.eum qui . de præb.in 6.

¶Tertio,si notorius prædo ab eo, qui manifeste dominus
est,spoliatus esset,agere non posset interdicto unde ui, se-
queretur,ꝙ delictum violentiæ ipsius domini impunitum
remaneret,contra tex,in c.vt famæ. de senten. excommu-
nica.l. ita vulneratus.in fi.ff.ad l. Aquil. non enim ageret
interdicto vnde vi,nec rei vendicatione,quæ soli domino
datur l.in rem.ff.de rei vendic.no.in l.vnica.C.de aliena.
iud.mut.causa fac.& cum spoliatus dominus nō esset,illa
actione agere non posset.

¶Quarto, cuilibet spoliato datur interdictum vnde vi in
odium spoliatoris , qui vim & iniuriā personalem intulit,
atrox facinus committere dicitur.l.j.§. interdictum hoc.
& in §.ad solam.ff.de vi & vi armata. clem. vnica. de cau-
sa possessio. & proprieta. ergo siue constet notoriè,spolia-
torum non esse dominum,siue esse constet,illi dabitur in-
terdictum : quia si sua non interest ratione dominij , in-
terest tamen ratione iniuriæ & violentiæ in personam suā
illatę,arg.l.j.§.pen.ff.de interdict.

¶Et licet huic vltimo & antecedenti responderi posset, ꝙ
aliter quàm per interdictum sit succursum vim passo,ac-
cusando de crimine publico vel priuato.d.l.si q̄s ad se fun-
dum.& ibi per totum,vel agendo actione triticaria, vt in
l.2.ff.de tritica. vel remedio. l.si quis in tantam. C. vnde
vi.tamen alia motiua adhuc subsistere dicuntur.

¶Et sequendo hanc opinionem , facile est respondere his,
quæ in contrarium facere videntur,& primo, quòd resti-
tutio manifestè fieret cum peccato,contra tex.in dicto ca-
pit.literas.cum similibus. Quia respondetur, quod etiam
prædo notorius restituendus est per interdictum vnde vi,
non vt principaliter rē habeat,sed vt iniuria & violētia per
72 sonalis sibi illata vindicetur,†cum sæpe iura etiam canoni
ca permittant , vt quis alienum lucretur in pœnam delin-
quentis,vt in c.fraternitas.cum gloss. 12. q.2.c.in legibus.
eadem causa & q.habetur per gl.in c.licet infra. de pœnis.
ergo hac de causa alienum retinere peccatum non dr̄ cum
autoritate canonis faciat,qui pecccatum non admittit,nec
tolerat.c.fin.de præscrip.item quia non peccat, qui autho-
ritate canonis aliquid facit.capit.qui peccat.23.q.4.

¶Præterea,quando prædo a domino etiam notorio spolia
tus est, acquirit omne ius, quod dominus habet in re uel
per sententiam in profanis. d.l.si quis in tantam , vel ipso
iure in beneficialibus.d.c.eum, qui.quo fit, vt prædo spo-
liatus postea agendo contra dominum spoliatorem , non
dicatur retinere alienum si fiat sibi restitutio, sed propriū,
vel saltē debitū legis & canonis authoritate : vnde si facta
restitutione dominus postea vēdicare vellet,per exceptio-
nem repelletur,arg.l.dolo.ff.de exceptio.doli , & d.c.do-
lo.Quod verificatur: quia si prædo spoliatus contra domi-
num spoliatorem agere potest, vt ius dominij acquirat. d.
l.si quis in tantam. & d.c.eum, qui multo magis facta sibi
restitutione,si cōtra eum agatur, potuit se exceptione tue-
ri,quia cui damus actionem , multo magis exceptionem.
l.3.C.de condictio.indebi.l.j.§.quod autem.ff.de superfi-
cie.& hæ responsiones adaptantur etiam ad casum,quo cō
staret,prædonem spoliatum notoriè non esse dominum.
Non obstant no.per gl.in d.c.ad decimas,in ver.præsuma
tur.in fi.ver.eod.titu.in.6.per c.significasti.de diuor. quia
glossam illam saluare possumus in spiritualibus, vt in spi-
ritualibus,vt in decimis,item & in matrimonijs,vt loqui-
tur text.in d.c.significasti.& in d.c.literas. sicut contingit
in beneficialibus,in quibus notoria exceptio defectus pro-
prietatis omnino repellit agentem,vt hic voluit Abb.& a
pari videntur procedere beneficialia & spiritualia vt infra
dicetur.Et quamuis communiter doct. canonistæ hic,&
alibi,& legistæ. in d.§.nihil commune. dicant, defectum
notorium proprietatis repellere agentem in interdicto vn-
de vi,quæ opinio secūdum eos in prophanis quoque proce
dit.tamen illa ex prædictis dubia redditur.

¶Possumus tamen considerare, quòd aut contra prædonē
opponitur solum,quòd notorius est prędo,& tunc in pro-
phanis per hanc exceptionem non excludetur : quia eius
iniuria & offensa personalis vindicari debet, & in hoc ca-
su ratio peccati cessat,aut contra eum opponitur exceptio
notoria defectus proprietatis tertij , & tunc non exclude-
tur agens,quia replicare poterit,tua nō interest. & quo ad
te liberas ædes habeo.d.l.loci corpus.§.competit. & l.fin.
C.de rei vēdicatione. aut opponitur de notorio dominio
ipsius rei conuenti, & in casu isto posset procedere opinio
communis, quæ tamen ex prædictis dubia remanet, quā-
uis posset cōfirmari ex regula cum par.ff.de regulis juris.
vbi quando par est delictum duorum , melior est condi-
ctio possessoris , quia delictum cum delicto compensari
debet l.viro.ff.soluto matrimonio. Et hoc motiuum satis
stringere videtur, vt sensit gl. in d.l.si quis ad se fundum ,
73 ¶†Sed tu respondeas,quòd illa regula locum non habet in
materia nostra inter duos prædones ; quoniā vltimum spo
lium semper purgandum est,nec vltimus prædo regula il-
la se tueri pōt.l.3.§.eum igitur.& l.qui possessionem. in fi-
ne.ff.de vi & vi armata.& in dicta l. si quis ad se fundum.
ubi glossa hoc motiuum facit & insolutum dimittit. Ra-
tio esse potest, ut colligitur ex uerbis Bartoli in dicta l.si
quis ad se fundum. quia primum spolium consumitur &
finitur per secūdum, & sic vltimum absorbet, extenuat &
eneruat primnm. Quo fit,ut non dicatur primum adesse,
cum quo compensatio fieri possit.Et dicit Abb.in capitu.
fina.in penultima columna,supra de ordi.cogni. ꝙ quan-
do duo hincinde spolia super eadem re facta fuerunt, ulti-
mum semper prius purgandum est,in dicta l.3.§.cum igi-
tur.& in d.l. qui possessionem. Ad corroborationem pre-
dictorum

dictorum faciunt,quæ voluit Paul.Castr.in l.j.§.si prædo. post gl.ibi.ff.deposi.cuius verba.ℸ. reassumam.¶Circa dicta uero Abb.ex eius verbis tres elicio conclusiones. Pri-
74 mam,quod†in prophanis,si prædo spoliatus contra spoliatorem agat interdicto vnde vi,& cum eo concurrat dominus,prædo non erit audiendus,sed dominus illi præferendus erit,quando notoriè de eius dominio constat,ita colligitur ex verbis suis ibi,credo enim indulgendam esse restitutionem quantuncunque constat,illum esse prædonē, ex quo dominus secum non cōcurrit ad petendum, ergo innuit secus esse,si dominus concurreret.

¶Hec cōclusio primo probari videtur in d.l.j.§.qui a me, melius in l.colonus.ff. de vi & vi arma. vbi si pdo ab alio, quam a domino spoliatus fuerit,contra spoliatorem suum poterit tentare interdictum vnde vi, ergo si spoliatus a domino fuisset aliud esse videtur.

¶Secundo optimè facit l. bona fides.§.j.circa fin.ff.depositi.vbi distinguitur,an latro seu prædo cū domino concurrat,necne;quia primo casu illi dominus præfertur.

¶Sed contrarium verius videtur, ꝙ prædo spoliatus in interdicto vnde vi domino prēferatur, vt videtur tex.in l.cū fundum.in fi.ff.de vi & vi arma.vbi si prædo ab alio, quā a domino spoliatus fuerit, & agat interdicto vnde vi,& cū eo dn̄s cōcurrat agendo rei vendicatione, pdo obtinebit.

¶Secundò,si prædo esset a domino ex interuallo spoliatus, contra ipsum dominum ante omnia restituēdus esset. d.l. cum fundum. in princ.& in d.l.qui possessionem.l.3.§.cū igitur.ff.de vi & vi arma.l.3.§.si dominus.ff.de vsucap.ergo pariter contra tertium inuasorem obtinebit.

¶Tertiò,dato concursū domini, quia propter iniuriam & violentiam in personam prædonis illatā spolium ante omnia purgandum est.c.fi.& ibi Abb.in penul.col.s.de ordi. cogni.per tex.in d.§.cum igitur.& in d.§. recuperādæ.insti.de interdict. præferendos est prædo ipsi domino; quia eius causa potentior est, quam causa domini: quoniam pdonis,causa fundata est ratione & æquitate naturali,ne alicui vis inferat, & aduersus vim quis possit ppria authoritate resistere.l.vt vim.ff.de iust.& iur.l.j.C.vnde ui.& no. in c.2.ℸ.de homici.At causa domini fundata est in iure gētium,hoc est in dominio.l.ex hoc iure. ff.de iusti.& iure. d.l.bona fides. ergo causa prædonis spoliati fortior & potentior uidetur,arg.§.pe.iuncto §.quod uero.inst. de iure na.gen.& ciui.§.singulorum.insti.de rerum diuis.

¶Non obstant in contrarium allegata; quia primum colligitur ex prædictis,quādo enim dominus suum prędonem spoliauit,ante omnia illum restituere tenetur,quia ultimū spolium semper purgandum est. Secundo respondetur, ꝙ aut dominns,qui cōcurrit,uult simul agere interdicto vnde ui contra tertium spoliatorem,& non potest,quia uis illata non fuit,argu.d.c.cum ad sedem.& l.si a te.ff.de ui & ui arma.aut uult agere rei uendicatione,& non potest; qa silere debet iudicium petitorium, donec ante omnia restitutio fiat d.l.cum fundum,in fi.c.pastoralis.de cau.poss.& proprieta.aut uult dominus concurrere intentando aliud possessorium,& simpliciter non potest,quia interdictū unde ui cæteris possessorijs præfertur.l.j.§.est igitur. cū seq. ff.uti possid. & hoc propter maiora priuilegia, quæ habet possessorium recuperandæ,iuxta not.per Bar.in d.l.si quis ad se fundum.

¶Non refragatur etiam dicta l.bona fides.quia ex not.per glo.in l.j.§.si prædo.ff.deposi.colligitur responsio.Nā aut prædo uult agere ex contractu facto super re inuasa,& tūc quo ad illam actionem prædo prēferetur,ex quo dominus ipse non contraxit,& ideo sibi non potest actio ex illo contractu competere.dicto §.si prędo.nisi ipsi domino prædo eam cesserit,& nisi essemus in ecclesia & pupillo,cuius res inuasa esset: quia ex contractu per prædonem facto actio illi acquiritur etiā sine cessione,vt declarat singulariter Bar. in l.vrbana.vbi est tex.not.ff.de condictio. indebi.aut dominus, cum prædone concurrere vult, interdictum vnde vi intentando,& non potest,nec etiam intentando rei vendicationem,ut in dicta l.cū fundum.in fi.& s. dictum est, aut dominus concurrit intentando rei vendicationem cū prædone,qui agit actione ex contractu per eum celebrato, & tunc dominus ex æquitate prædoni præfertur, & ita intelligo.d.l. bona fides. in §.j.vt est expresè de mente gl.in auth.sed iam cautum.C.depositi.

75 ¶Et nota incidenter†glo.in dicto §.si prædo, quæ voluit, prædonem contra cōmodatarium aut depositarium posse agere rei vendicatione,quia licet prædo non sit dominus, & sic non debeat posse agere rei vendicationē.l.in rem.ff. de rei vendica.tamen iudicium procedit,quia commodatarius,vel depositarius non potest contra deponentem,seu cōmodantem quæstionem dominij referre,vt ibi per glo.

¶Hinc videmus etiam,quòd prædo actione reali pignoratitia agit contra creditorem suum,cui rem inuasam pignori tradidit.l.si pignore.§.si prædo.ff. de pigno. actio. ergo infertur, ꝙ si prædo rem alteri locasset finita locatione cōtra conductorem suum rei vendicatione agere posset;quia conductor quæstionem dominii referre non potest,l.si qs conductionis.iunctis no.per glo. C.locati.quod dictū glo. in d.§.si prædo. durum videtur,cum in rei vēdicatione ex parte agentis extremum dominij sit necessarium.d.l.in rē. & ideo plenè & verè probari debet, nec sufficit illud præsumi.d.l.in rem.glos.in l.vnica.C.de aliena.iu.mut.causa fac.& hanc opinionem sequuti fuerunt Ioan.& Azo, vt refert & sequitur glo.in l.ita tamen.ff.commoda.quicquid voluerit Irnerius,cuius opinionem sequuta fuit gl. in d.§. si prædo.

¶Secundam conclusionem ex verbis Abb.elicio, ꝙ notorius prædo spoliatus a domino, de cuius dominio notoriè constat non est restituendus; si contra eum opponatur de defectu proprietatis,secus si spoliatus fuerit ab alio tertio, quoniam contra spoliatorem obtinebit,etiā si de defectu notorio dominij opponatur, quia prædo agens replicare poterit,sua non interesse,& quo ad eum liberas ædes habere.d.l.loci corpus.§.competit.& d.l.fina.C. de rei vendicatione.& vt dicit dominus Anto.hic,& est de mēte glossæ in dicto cap.ad decimas.& in c.j.de præscrip.in 6.nunquam debet audiri excipiens de iure tertij etiā notorio qn̄ illud ius tertii intentionem excipientis nō fundat. Et hoc mō Abb.conatur saluare & concordare opinionem Inn.& Pau.de Leazarijs,cum illa do.Anto.& quoniam examinādo sententiam Pauli de Leaza.multa contra Innocē. Pau. saluando dicta fuerunt,ideo aliter non insisto.

76 ¶†Tertiam conclusionem ex verbis Abba. elicio, ꝙ in beneficialibus notorius prædo repellitur ab interdicto vnde ui, quando notoriè de sua non canonica institutione constat,& de illa opponatur siue a tertio, siue ab eo, qui ius in beneficio prætendit,argu.c.quoniam. & c.constitutus.de fil.presby.

¶Corroboratur hæc conclusio. Nam si in prophanis notorius defectus proprietatis & dominij agentem excludit,vt videntur velle communiter docto.& gloss. Magis hoc in beneficialibus dicendum erit secundum ius canonicum, quod magis abhorret violentiam & spoliationem,quā ius ciuile,vt probatur,in dicto ca.eum qui, iuncta.l.si quis in tantam.C.vnde vi.cum ibi no.Præterea in beneficialibus hoc contingit,ne in illis detur vitiosus ingressus, vt in c.j. de regu.iur.in 6.c.licet episcopus. cum gl.de præb.eod.li. & d.c.eum,qui.

¶Ampliatur ista conclusio, idem esse in alijs spiritualibus, vt in decimis.d.c.ad decimas. & in matrimonijs. d.c. significasti.de diuor.Nec aduersatur.d.c.porrò. quia s.responsum fuit, & nunc succurrit alia respōsio,quod in d.c. significasti.mulier agens possessorio recuperādæ passa fuit super causa adulterii opposita cognosci, quod cōstat, quia adulterium non denegauit,& ideo nilmirum,si impedita fuit restitutio propter ipsius patientiam, vt in capitu. primo,supra eodem.vbi spoliatus qui cōtra exceptionem dominii non replicat,sibi quo ad restitutionem præiudicat. Cogita tamen, & vide, an hæc responsio accommodari possit.

77 ¶†Prædicta ampliatio comprobatur, quia beneficialia & spiritualia a pari iudicantur,clemē.dispendiosam. de iudi. optimus tex. in c.quoniam.§.porrò.ut lit.non contesta.c. constitutus.c.oblatæ.in fi.ℸ.de appella.

¶Hanc conclusionem potes limitare procedere in prædone propriissimè sumpto, qui non haberet iustam causam retinendi,& sic qui prorsus canonica institutione careret per rationes allegatas post Abb.iuncta l.sed & si lege.§. qđ autē.ff.de pet.hær.& d.c.1.de reg.iur.in 6.at si esset prędo propriè sumptus,qui iustam causam possidendi habere dicitur,iuxta l.si ex stipulatione.ff.de acquir.poss. & l.etiā.§. sed si quis sciens.ff.de peti.hære.tunc forte etiam in beneficialibus ante omnia restituendus esset, etiam si notoriè constaret ipsum esse prædonem,quoniam cum iustam causam possidendi habeat,cessat ratio peccati.Item magis tolerandus est propter suum notorium ius, & sic cessant rationes Abbatis.

¶Sed

¶ Sed contra hanc communem sententiam fortiter facit tex. noster, qui loquitur in beneficialibus, & in notorio ꝑdone, vt hic inducit Abbas, & tamē ante omnia restitutio fieri debet.

¶ Præterea & fortius contra prædicta stringere videtur, q̄d nec primus, nec secundus prædo obtinere possit, quia quā do notoriè constat de iure primi prædonis spoliati, nullo pacto videtur posse obtinere, nam per eius violentiā prius illatam ipso iure fuit priuatus omni iure, quod in ipso beneficio habebat, & consequenter iure agendi etiam ad restitutionem. dicto capit. eum qui. Item etiam ipse vltimus prædo, qui de notorio defectu proprietatis contra primū opponere poterat, & sic de iure suo notorio, similiter obtinon potest, cum illud ius suum spoliando amiserit.

¶ Nec aduersatur. d. cap. constitutus. quia ibi totum cōtrarium probatur, spoliatum debere restitui.

¶ Nec similiter aduersatur d. c. quoniam. quia ille, de cuius defectu notoriè cōstabat, ex officio superioris fuit eiectus authoritate canonis, non autem facto hominis.

¶ Sed pro declaratione prædictorum breuiter dicas, quòd secundus prædo, de cuius iure notoriè constat, primum prædonem agentem repellere non poterit prætextu sui iuris notorii, cum ipse propter vim a se illatam ipso iure fuerit priuatus quocunque iure, quod in beneficio habebat, per dicto capitu. eum qui. & in hoc opinio Abb. procedere non videtur.

¶ Inquantum vero dictum fuit, primum prædonem propter vim suam illatam priuatū fuisse quolibet suo iure ipso iure, & consequenter iure agendi ad restitutionē per interdictum vnde vi, hoc verum esse negatur, quia licet priuatus fuerit iure, quod tempore sui spolii habebat, non tamen iure agendi interdicto vnde vi pro recuperanda possessione, quia illius ius sibi fuit acquisitum, postquam vim intulit tempore quo sibi vis illata fuit, nā per remedium. d. l. si quis in tantam. d. c. eum qui. solum priuatur ille, qui inuasit, & vim intulit & iure, quod habebat tempore vis illatæ, non autem eo, quod ex postfacto acquisiuit, vt in dictis iuribus.

¶ Et inquantū ponderabam tex. nostrum contra dictū Abbatis, illa inductio certè parum facit, rectè hunc tex. intelligendo, qui voluit arguere in simili de prædone ad casum propositum, quòd in beneficialibus quis ante omnia restituendus est, sicut de iure ciuili ante omnia prædo restituēdus est, non tamen propter hoc vult dicere text. prædonē in beneficialibus esse restituendum, quod patet, quia dum de prædone loquitur, illud intelligit secundum ius ciuile, sed ius ciuile hoc non vult in beneficialibus, at in prophanis, ergo hic tex. ad hoc allegari non meretur, quia quo ad beneficialia ius ciuile nihil ad propositum.

78 ¶ † Septimò Abb. opponit. de tex. in c. j. de regu. iur. in 6. & in c. ex frequentibus. infra de institu. necnon de ca. ex parte, infra eodem. vbi vxor agit ad restitutionem quasi possessionis cōiugalis, & obtinet, si probauerit titulum hoc est matrimonium ea ratione, quia liber homo possideri non potest. l. cum hæredes. §. fi. ff. de acqui. pos. ergo & in beneficialibus, quæ absque canonica institutione possideri non possunt, agens possessorio recuperandæ obtinere non poterit, nisi de titulo docuerit. Similiter secundum Abb. interdictum de libero homine exhibendo veluti proprietatis causam obtinet, vt dicit text. in l. 2. §. quædam. ff. de interdic. quia agēs ex illo obtinere non potest, nisi possessionem suam iustificet probando titulum, quinimo tex. in d. §. quædam. iuncta l. j. §. 1. eodem titu. de interdic. de directo facere videtur contra tex. nostrum, & contra prædicta, nam interdicta, quæ diuini iuris sunt, vt de locis sacris & religiosis, veluti causam proprietatis continent, vt j. d. §. quædam. & hoc non ex alio, nisi quia agens obtinere non potest, nisi possessionem suam per titulum iustificet, ergo & in beneficialibus, quia diuini iuris esse dicūtur, seu illis æquiparantur dicta clem. dispendiosam. de iudi. idem dicendum erit.

¶ Pro solutione horum contrariorum Abba. multa refert post do. Ant. qui multum prolixè & confusè loquutus fuit & in effectu Abb. omnia, quæ Anto. & alii dicunt, ad quatuor principales opiniones reducit, sed priusquam illas referā, sup aliquibus insisto, quæ Abb. firmando ista cōtraria præsupponit, quæ iudicio meo subsistere nō videntur.

¶ Et in primis dum Abba. simpliciter & indistinctè opponit de d. c. ex frequentib. & d. c. j. Nā hoc contrarium solū ꝓcedere in ꝑdone strictissimè & ꝓpriissimè sumpto, prout est ille, qui ꝓpria authoritate rem inuadit, & nullā iustā possidendi causam hēt: quia iste de canonica institutione, seu titulo docere non pōt, ideo succumbere deberet, & de hoc loquitur tex. in l. sed & si lege. §. quod autem. ff. de peti. hæred. & in l. nemo prædo. ff. de regu. iur. non autem in prædone, qui largè & propriè dicitur prædo, vt est ille, qui iustā possidendi cām habet, iuxta text. in l. etiam. la 1. in §. sciens. ff. de peti. hære. & in l. si ex stipulatione. ff. de acqui. poss. talis enim de canonica institutione docere posset.

¶ Item secundo inquantum Abba. opponit de eo, qui agit interdicto de libero homine exhibendo, & de rebus diuinis, hoc est de locis sacris, vel religiosis. Nam cum istud interdictum veluti proprietatis causam cōtinere dicatur. d. l. 2. §. quædam. sequitur, q̄ agens ex illo obtinere non pōt, nisi possessionem suam iustificet probādo titulum, & hoc est, quod vult dicere tex. in d. §. quædam. q̄ habere dicatur veluti proprietatis causam. ¶ Ista intelligentia, & declaratio Abba. non videtur sustentabilis, neque iuridica: qm̄ sicut liber homo possideri non potest. † d. l. cum hæredes. in fi.

79 ita in eo quis titulum habere non potest, vt in l. 1. ff. de interdict. similiter ea, quę diuini iuris sunt, vt loca sacra & religiosa, vt dicit text. in d. l. j. de interdict. in nullius bonis sunt, & sic in illis titulus non datur. d. l. 1. & §. nullius. insti. de rerum diuis. nec etiā possideri, vel quasi possunt, arg. c. causam. cum ibi no. de præscri. l. penul. ff. de mortuo infer. ergo verum non est, hæc interdicta veluti proprietatis causam continere ex eo, quia agens possessionem suam titulum probando iustificare teneatur.

80 ¶ † Preterea, interdictum de libero homine exhibendo nō competit ratione alicuius possessionis, vel tituli, sed ratione, de qua in l. 2. in §. j. ff. de interdic. videlicet officii causa, hoc est tuēdæ libertatis gratia, vt ibi, officium enim hominis est ex ratione & æquitate naturali alterius hominis libertatem tueri & benefacere. l. non tantum. cum ibi no. ff. de appel. l. vt vim. ff. de iusti. & iure. vbi glo. l. j. cum seq. ff. de liber. hom. exhib. interdictorum enim aliud est diuinis rebus seu diuini iuris, vt de reb. sacris, vel religiosis, aliud est humani iuris, seu hominum causa, aliud ad publicam vtilitatem, aliud sui iuris tuendi causa, aut officii causa, & hoc officii causa est interdictum de libero homine exhibendo. dicta l. 2. §. primo. versi. officii. & consequenter hęc interdicta habere dicuntur veluti proprietatis causam nō ex illa ratione, qua dicebat Abb. q̄ agens debeat iustificare possessionem suam probando titulum quia liber homo, sacra & religiosa probari nequeunt, nec illorum datur titulus, vt s̄. sed alia ratione; quia ad hoc vt agens in illis obtineat, debet probare quid simile, quod probare debet agens rei vēdicatione, qui dominium probare tenetur. l. in rem. ff. de rei vendic. Ita agens istis interdictis probare tenetur nō titulum, nec possessionem, sed liberum hominem esse, & locum sacrum, & religiosum, vt declarat gloss. in d. l. 2. in §. quædam. in ver. de liberis. vel alia ratione, vt declarat Bar. ex mente glo. in d. §. quædam. q̄ dicantur veluti proprietatis causam obtinere respectu finis; quoniam victoria in istis totum negotium finire dicitur, & sententia absolutoria, vel condemnatoria lata parit exceptionem rei iudicatæ in quocunque iudicio. Cogita. ¶ Modò aggredior primam opinionem relatam per Abb. quæ fuit quorundam, quos refert Archid. in cap. eum qui. de eo, qui mit. in poss. rei seruan. causa. qui fatendo contrarium dicebant, q̄ agēs possessorio recuperandæ in beneficialibus obtinere non potest, nisi verè doceat de canonica institutione, per d. c. 1. & d. c. ex frequentibus. & per alia. de quibus supra.

¶ Hanc opinionem docto. communiter damnant primo per hunc tex. cum sequen. vbi prædo ante omnia restituēdus est, secundo per cap. cū super. de cau. poss. & propr. tertio per c. ex insinuatione. de procurator. vbi videtur text. ad literam cōtra hanc opinionem, quarto per capitulum, consultationibus. de officio delegat. vbi inter illa extrema, quæ agens possessorio recuperandæ in beneficialibus probare tenetur, probatio tituli non continetur.

¶ Nec refragatur dictum c. 1. & dictum c. ex frequentibus, quia vt alias dictum fuit, non loquuntur in possessorio recuperandæ, sed in petitorio, vel melius, & hic est verus intellectus, in possessorio adipiscendæ, in quo probatio tituli saltem semiplena & incidenter requiritur, quia in beneficialibus quis nō potest possessionem adipisci, nisi de canonica institutione docuerit, vt ibi, sicut in interdicto quorū bonorum, quod datur hæredi ad adipiscendam possessionem bonorum hæreditatis, quia agens tenetur saltem aliqualiter

qualiter probare se esse hæredem.l.j.& ibi per Bartolum. C.quorum bonorum.& ff.eodem.

¶Secũda fuit opinio Lappi in allegatio.sua.25.qui dicebat, se ita audiuisse a Ioan.de Cald.dũ legeret c.ex parte. ij.eo. titu.ꝙ agens isto possessorio in beneficialibus ad instantiã & petitionem rei conuenti probare non tenetur de titulo, nec de canonica institutione,per d.c.ex insinuatione.cum similibus,sed sufficit probare possessionem & eiectionem. d.c.consultationibus.& ideo etiam in beneficialibus contra agentem isto possessorio non obstat exceptio non canonicæ institutionis.Si tamen iudex & superior ex suo mero officio vellet agentem compellere ad docendum de suo titulo,& canonica institutione, ne vitiosus daret ingressus, potest, & si iudex cognouerit illũ habere titulũ restitutionẽ facere debebit, alioquin secus ꝑ ca. ordinarii.de officio ordina.in 6.& ꝑ glo.in c.1.de reg.iur.eod.lib. & hanc opinionem tenuit Bertr. in cle.vnica. de cauſ.poſſ.& proprie. dicens ita obtẽtum fuisse in palatio apostolico. Ex quo infertur, ꝙ si reus conuentus isto possessorio exciperet de reseruatione Papali, puta de clausa in corpore iuris,ut in capit.2.de præb.in 6. vel de reseruatione hominis generali, vel particulari, tunc agenti restitutio facienda non esset, etiam si milies probasset vi,& armis eiectum fuisse:quia reseruatio Papæ nedum afficit titulum,sed etiam inficit possessionem beneficij, adeo, ꝙ ille,qui post reseruationem factam possessionem haberet,vel ingrederetur, nõ diceretur possidere,sed asinina detentatione occupare, vt latius declarant domi.de Rota.decisio. 17.alias 21. in antiquis. quas refert Abb.infra eod.c.fin.antep.colum. cum sequẽ. & habetur per Are.nullam de Abb.mẽtionem facientem in l.naturaliter.§.nihil cõmune.in 32.colũ.ff.de acq.poſſ.

¶Hæc distinctio Lappi in primo capite nõ videtur simpliciter vera, quia saltem contra agentem opponi potest exceptio defectus notorij ꝓprietatis,& canonicæ institutionis,etiam ꝙ talis exceptio ius tertij respiceret,& intentionẽ excipientis non fundaret,vt per Inno.in c.quoniam.& in c.constitutus.ſ.de fil.presby.& diximus.ſ. post Abb. & in c.2.

¶Item in secundo capite vera non videtur,ꝙ iudex,qui de possessorio cognoscit,possit pendente iudicio ex mero officio suo cogere agentem ad probandum titulum.Nam in primis hoc nullibi legitur,& quod nõ dixit canon,nec nos dicere debemus,iuribus vulgaribus.Præterea sic redderet deterior condictio spoliati agentis, q̃ rei spoliatoris,cõtra tex.nostrum,cum c.seq.& infinitis.

81 ¶†Nõ obstat tex.in d.c.ordinarii.quia illũ intelligo,quando aliqua contentio,seu quæstio inter aliquos maximè super spolio verteretur,sed quando manifestè constaret ordinario aliquem beneficium aliquod cõtra iuris dispositionem detinere absque ordine iudiciali posset illum compellere a docendum de iure suo, vt ibi.Secundo ille text.non loquitur,quando iudex vellet compellere aliquem clericũ ad docendum de suo titulo,& canonica institutione,vt loquitur Lappus,sed ad docẽdum de dispensatione, quando clericus teneret duo beneficia incompatibilia.Igitur cum illa dispositio sit exhorbitans a regulis iuris, quibus quis nõ cogitur dicere & ostẽdere causam suę possessionis. l.cogi.C.de peti.heredi.§.j.2.q.5.loquẽs de dispensatione exhibenda ex mero officio trahi non debet ad ostensionem tituli & canonicæ institutionis;qa a iure exorbitantia non extenduntur,maximè quando adest diuersa ratio.cap.quæ a iure communi.de regu.iur.in 6.l.si vero.§.de viro.ff.so luto matrimo.& ibi per Imo.c.in nostra.de iniur.& dam. dat.Diuersa autem ratio est inter dispẽsationem & institutionem,seu collationem,quia prima est odiosa.c.j. & 2.de fil.presby.in 6.secunda vero non,argumen.c.cum dilecti. ij.de dona.

¶Tertiò respondetur, ꝙ d.c.ordinarii.solum loquitur in ordinariis, ad quos spectaret ius conferendi illa beneficia, de quibus agitur,nos vero loquimur,quando iudex,qui iudicialiter ordine iudicii seruato cognoscit de causa possessorij, verum possit pendẽte iudicio compellere agẽtem ad docendum de titulo suo,& sic etiam de iudice,ad quẽ non spectaret forte ius conferendi beneficium illud super quo agitur, vt præsupponit Lappus,itaque d.c.ordinarij.quod est fundamentum opinionis Lappi, tollitur, & consequenter eius opinio corruit, quæ nota pro intelligentia illius textus.

¶Tertia fuit principalis opinio do. Gardi.in c. ex parte. ij. eo.titu. ex mente Innocen. ibi, quæ videtur quasi contraria opinioni Lappi, ꝙ pendente possessorio iudex nec ad instantiam partis,nec ex suo officio potest compellere agẽtem ad docendum de titulo, sed ante omnia spoliatum restituere debebit, vt cantant omnia iura finito tamen iudicio possessorio,& facta restitutione actuali,poterit ipse iudex compellere spoliatum restitutum ad docẽdum de sua canonica institutione, alioquin a sua possessione iterum repellere poterit,ar.tex.in d.c.ordinarij. & est tex.in indiuiduo secundum Abb.in c.ex insinuatione.in fi.versic.ſ.de procurato.& arg.c.cum nobis.ſ.de elec.Et quamuis Inn. hic & vbique contrarium senserit,ꝙ canonicus agens isto possessorio,debet ostẽdere se possessionem habuisset,tamẽ mutauit opinionem,vt per eum in d.c.ex parte.

¶Hęc tertia opinio eodem morbo,quo aliæ,laborare videtur, tum quia nullo iure probari videtur; tum quia iudex frustra in restituendo laborasse videretur, quod non est dicendum;argum.no.per glo.in c.1.de elect.in 6.

¶Nec obstant iura allegata per Cardi.& Abb.& in primis tex.in d.c.ordinarij.per ea,quæ plenius dicta sunt in præcedenti opinione.

82 ¶Secundò tex.in c.ex insinuatione.in fi.ſ.de procura.qui fortius stringit,& hanc Car.opinio.probare videtur, † parum facit,primo, quia nullo modo ex eo text. colligi põt, ꝙ ibi iudex,qui in possessorio cognouit illo finito ex mero officio possit compellere, vt supra & ideo hæc intelligentia tanquam diuinatiua est reiicienda iuribus vulgaribus.Prętera quia regulariter iudex officium suum non imploranti impartiri non debet, iuribus vulgaribus. Secundo aliter loquitur, videlicet, quando finito possessorio intentatum fuit petitorium contra spoliatum restitutum,vt de iure fieri potest,nam tunc reus conuẽtus in petitorio canonicam institutionem probare debebit.

¶Et si tu diceres,hoc onus ad reum non spectare,quia agẽti petitorio incumbit onus probandi,alioquin reus absolui tur,etiam si nihil præstiterit.l.in rem.ff.de rei vendic. l.fi. C.eod.c.fi.de iureiuran.c.vnico.vt ecclesia.benefi.Respõderi potest,vt est de mente glo.magnæ. in d.c.ex insinuatione,ꝙ ideo in terminis illius tex. incumbit onus probandi reo conuento super petitorio, quia iuris ꝓsumptio erat contra ipsum Archidiaconum reum, qui in eadem ecclesia,& sub eodem tecto duo beneficia obtinere volebat, Archidiaconatum & canonicatum, cõtra text.in c.de multa. ij.de præben.

¶Ista intelligentia iudicio meo vera nõ est primo,quia agẽti petitorio,& non reo incumbit onus probandi.d.l.in rẽ. cum sim.Et quamuis in d.c.præsumptio iuris esset contra Archidiaconũ conuentum,tamen ex quo illa præsumptio intentionem agentis petitorio non fundabat,ipsum agentem ab onere probandi intentionem suam non releuat,qa stant simul,ꝙ Archidiaconus duo beneficia obtinere non potuerit,& tamen aduersarius nullum ius in beneficio habere dicatur, nisi illud ostenderit,& præsumptio iuris ita demũ transfert onus probandi in reum,quando ea est pro actore,& illius intentionem fundare dicitur.l.siue possidetis.cum glo.in ver.facti. C.de probat.Præterea,licet superior ordinarius,ad quem collatio beneficij pertinet, possit compellere illud detinentem ad ostendendum titulum,vt in dicto capitulo ordinarij.non tamen quilibet iudex,qui de petitorio,vel possessorio cognoscit; qa potest esse,quod ad eum ius illud conferendi beneficium non pertineat, & ideo procedit regula,de qua in dicta l.cogi.& in dicta l.fi. & in d.§.j.

¶Glo.etiam in dicto capitu.ex insinuatione. in fi.ver.pertransire videtur cum intellectu & solutione, quam posuit in princip.vt intelligatur ille text. quando Archidiaconus reus in petitorio,ad quem de iure onus probandi non pertinebat vt supra se,huic oneri probãdi subiecit,& ideo sibi imputatur.

¶Hæc intelligentia duplici respectu non procedit. Primo; quia ex minimo verbo illius literæ colligi nõ potest, quod finito possessorio intentatum fuerit petitorium, & aliter dicere est diuinare.Secundo minus cõstare dicitur, quod ibi Archidia.se huic oneri subiecerit,& ideo diuinare est, nec est præsumendum;quia stultissimus est ille,qui se oneri probandi subijcit.§.cæterum.insti.quod cum eo.

¶Aliqui intelligunt, quod in dicto capitulo non fuerit intentatum petitorium,prout verum est,sed quod spoliatus restitutus poterit sententiam latam ad eius fauorem a superiore confirmari,quia confirmationem obtinere nõ poterit,nisi ꝓbata sua canonica insti.ar.c.cũ nobis.ſ.de ele.

¶Hæc

¶Hæc intelligentia quoque minus conuenit; quoniam ferè omnia iura, quæ de confirmatione sententiæ a superiore facta loquuntur, perquisiui, & semper vidi sentētiam ex ijsdem actis confirmari, vt ibi, c. Raynutius. ꝰ. de testa. c. in præsentia. de proba. cum simi.

¶Ideo tu cogita, si nouiter dici possit, ꝗ in terminis illius tex. finito possessorio Archidiaconus petijt confirmationem suæ prouisionis, quam obtinere non debuit, nec potuit, nisi canonicam institutionem suam probauerit, & bene cōueniant verba illius literæ ibi, restitutione facta si Archi. ipse suā canonicā institutionē probare potuerit, ipsam ratam &c. Illa verba ipsam ratā, non possunt referri ad sententiam, sed ad proxima, hoc est ad canonicam institutionem, an iste intellectus sit verus, cogita, tamen pro nunc sic pertranseo fretus authoritate Inn. qui sic videtur intelligere in d. cap. ex insinuatione. & antequam eum viderem, ita sentiebam, & postea gauisus fui. Si aliter mihi succurret, dicam in sequentibus.

¶Quarta fuit opinio gl. in clem. vnica. de cau. pos. & proprieta. in gl. fin. in vlti. ver. quòd agens isto possessorio saltē teneatur iustificare suam possessionem ex titul. quia aliud est agere petitorio, aliud est iustificare suam possessionē ex titu. voluit gl. dicere, in petitorio principaliter & plenè titulum esse probandum at in possessorio incidenter, & semi plenè, iuxta nota. per Barto. in l. 1. C. quorum bono.

¶Hæc opinio contra hunc tex. esse videtur, qui loquitur in prædone, & de eo, qui nullam iustam causam possidendi habere dicit, arg. l. nemo prædo. ff. de reg. iur. & l. sed si lege. §. quod autem. ff. de peti. hæredi. ergo nō requiritur iustificatio ex titulo per hunc tex. & si diceres, hūc tex. loqui de prædone, qui iustam possidendi causam habet, vt alias dicebam, arg. l. etiam. §. si quis sciens. & l. si ex stipulatione. ff. de acqui. poss. Replicare possum, ꝗ in beneficialibus prędo nunquam dici potest habere iustam possidēdi causam: quia si quam habuit, per violentiam illatam illo iure ipso facto priuatus fuit. c. eum qui. de præben. in 6. ergo prædo non potest aliquem titulum prætendere, quo mediante iustificare possit.

¶Secundò, in beneficialibus etiam spoliatus ante omnia restituendus est, hoc est ante omnem contentionem. vt scriben. declarant, dummodo suam possessionem probet, & se spoliatum. c. consultationibus. de officio delega. & per glo. in c. ex parte. in ver. omnino. ꝰ. eod. in c. 1. & 2. & in c. seq. eo. ti. ergo absque ꝗ suam possessionem ex titulo iustificet, restituendus erit alioquin ante omnia, & ante omnem cōtentionem restitui non diceretur, prout debet, vt per glo. summæ. 3. quæstio. 1. & per Inn. in c. 2. in 3. col. de in integ. restitu. quia qui omne dicit nihil excludit. l. Iulianus. ff. de leg. 3. l. si necessarias. §. si annua. ff. de pigno. ac. ca. si Romanorum. 19. dist.

¶Tertio in odium spoliantis, & dicentis, sibi ius propria authoritate in prophanis, vt de eius violentia puniatur tenetur ilico & incontinenti restituere absque alia tituli iustificatione, ergo magis hoc dicendum est in beneficialibus, in quibus spoliator magis odiosus est, quàm in prophanis, ut in d. c. eum qui. iuncta l. si quis in tantā. cū ibi no. C. vn vi. alioqn si possessio ex titulo iustificāda eēt dari posset vitiosus ingressus, & occasio dicendi sibi ius propria authoritate, quando quis videret possidentem, vel non habere titulum, vel de facili probare non posse. Et hanc opinionem cōtra gl. in d. clem. vnica. sensit Inn. in c. 2. in 3. colum. versi. Item no. s̄. de in integr. restitu. & Abb. hic titubauit super dicto illius glo. dicens eam se non firmare, & melius fuisse loquutum Ioan. And. in addi. ad Specu. in Rub. de restitu. spoliato. qui dixit, quod quoties ius commune resistit agēti hoc possessorio in beneficialibus, non est audiendus, nisi suam possessionem iustificet, qualiter autem iustificare debeat, ibi non declarat, & in hoc tota vis consistere videtur. Et ideo quidam dicebant, illam iustificari, quando probaretur titulus prima facie legitimus, quamuis non intrinsecè, & non concludenter, sed incidenter, & extrinsecè, sicut contingit, quando isto possessorio agitur pro recuperanda quasi possessione coniugali: quia non requiritur, quòd cōcludenter iustificetur ex titulo, vt legitur in capitu. ex parte. in capitu. literas. & in capi. ex transmissa. eodem titulo, & hæc fuit mens gloss. in dicta clementi. vnica. dum dicit, aliud est agere petitorio, aliud est iustificare possessionem ex titulo.

¶Contra hanc declarationem facit, quod voluit Innocen. in dicto capitulo secundo. qui in terminis allegat hūc textum, quòd agens in beneficialibus probare non teneatur se bona fide possedisse, aut ꝗ longo tempore, vel probabilibus rationibus possessionem acquisierit, vt etiam hic sensit Inn. quamuis in aliis, quàm in beneficialibus iustificare teneatur.

¶Et quia Inno. in varijs locis vario modo loquutus fuit, videlicet hic, & in d. c. 2. & aliter in c. ex parte. & in c. bonæ. il 2. de postula. præla. ex verbis Ioan. And. in d. rub. colligit differentia & concordia dictorum Innocen. Nam aut agitur pro recuperāda quasi possessione canonicatus, vel prębendæ, & tunc agens tenetur iustificare suam possessionē, probando se possedisse sciente & tolerante superiore per id, quod voluit Inn. in d. c. bonæ. aut agitur pro recuperanda possessione alterius beneficij & prælaturę, & tunc probare debet se authoritate superioris possedisse per id, quod voluit Inn. hic in fi. pen. col. & per Archi. in d. c. eum, qui. de eo, qui mitti. in posses. in 6. aut agitur pro recuperanda quasi possessione aliquorum actuum capituli, & tunc sufficit probare se possedisse scientibus & patientibus illis de capitulo, isto modo intelligatur Inn. in d. c. ex parte.

¶Do. Anto. vero hic quo ad iustificandam possessionē aliter loquitur, quod agens isto possessorio in beneficialibus omnino teneatur iustificare possessionem ex titulo, vel ꝗ authoritate superioris possessionem adeptus fuerit, aut se longo tempore possedisse, quo vero ad adipiscēdam de nouo possessionem sufficiat probare se possedisse sciente & patiente superiore, quæ opinio tuta non videtur, quia contra primum dictum facit id, quod habetur in c. cōsultationibus. de officio deleg. & per glo. in d. c. ex parte. vbi sufficit, quod agens probet se possedisse, & spoliatum fuisse absque alia iustificatione, vt voluit etiam Inno. in d. c. 2. in 3. colū. contra vero secundum dictum facit c. j. de reg. iur. in 6. c. ex frequentibus. & c. authoritate. cum glo. ꝰ. de insti. inducendo vt aliàs dicebam, & facit in simili, quod voluit Barto. per illum tex. in d. l. j. C. quorum bono.

¶Et ideo Abba. hanc varietatem cognoscens principaliter super duobus insistit. Primum est, qualiter in beneficialibus acquiratur possessio. Secundū, an in illis agens possessorio recuperādæ iustificare teneatur & qualiter. Quoad primum Inno. hic in versi. prius, & latius Abb. insistunt, quorum dicta videri possunt, solum refero in † effectu, quod
83 voluit Abb. quod ad acquirendam possessionem in beneficialibus non requiratur titulus, nec authoritas superioris, nec illius scientia & patientia, sed sufficiat solus animus volentis illā acquirere cum facto corporali, vt etiam dicimus in prophanis, argu. l. 3. in prin. & in §. quibus. & in l. quemadmodū. ff. de acquir. pos. l. iij. §. dari. ff. de vsufru. & hæc vera sunt, quando possessio vacans esset, argu. l. inuasor. l. fi. vnde vi. l. clam. §. qui ad nundinas. & in l. peregre. ff. de acquirē. pos. Quod fortificatur, nam ex quo de iure ciuili cautum est, sic possessionem acquiri posse, & contrarium iure canonum statutum non est, standum est dispositioni legali, arg. no. in c. j. de noui ope. nuntia. & habetur in c. j. vbi dixi, & in c. quæ in ecclesiarum. de constitu. At si possessio plena esset, ad eam acquirendam necessaria esset etiā scientia & patientia aduersari possessoris, sicut dicimus in seruitutibus, & alijs iuribus, arg. d. l. quoties. & d. l. si prius. C. de seruituti. & aqua. & prædicta intelligas, quando uolens acquirere esset capax beneficialium, alioquin possessionis illorum capax non esset. ca. 2. & ibi glo. de institu. c. causam. de præscrip. c. olim. il 1. ꝰ. eo. c. cū ecclesia. de cau. pos. & proprie. & dicit Inn. hic, ꝗ ferè his modis acquiret possessio in beneficialibus, quibus in corporalibus & prophanis acquiritur.

¶Hæc opin. & declaratio Abba. morderi potest. In primis per not. per Bar. in d. l. j. C. quorū bono. Secundo per tex. in dicto capitu. primo. de regu. iur. in 6. Tertio per d. c. authoritate. & d. c. ex frequētibus. vbi authoritas superioris requiritur.

¶Præterea, & vltimo dicit Bal. in c. acceptam. s̄. eo. faciens differentiam in hoc inter beneficialia & prophana, quòd in beneficialibus annihilato titulo annichilatur possessio, & tāquam ficus fāma remanet, quoniam per se sine titulo stare non potest, quia hoc esset iuri contrarium, vt in dicto capitulo primo. iuncto dicto capit. ex frequentibus. Secus est in prophanis, in quibus per se stare potest, quia alius potest esse dominus, alius possessor. l. naturaliter. §. nihil cōmune. ff. de acquirē. pos. l. j. §. huius. & in fi. cum l. seq. ff. uti possi.

¶Quare aliter declarādo dicas, ꝗ quo ad acquirendā possessionem

sessionem iniustam in beneficialibus procedit id, quod dixit Abba. ꝙ sufficiat solus animus & corpus acquirere volentis, imo plus dico, ꝙ etiam contra voluntatem primi possessoris,& illo ignorante acquiri, pōt vt probat iste tex. & in d.l.clam.§.qui ad nundinas.& per totum hunc titulum:nam in beneficialibus si quis violenter possessionem occupauit, possidere dicitur, in qua tuendus est per istum tex.& per interdictum vti possidetis,dummodo nec clam, nec vi,nec ꝑcario ab aduersario possideat,vt alias diximus: quantum vero ad acquirēdam possessionem iustam requiritur titulus verus,vel saltem coloratus habitus ab eo, quē quis superiorē esse putabat,quia bona fide,& sic iustè possidere dicitur,& fructus suos facit, vt in c.querelam.de electio.& per Inno.in d.c.2.& in c.grauis.ꝗ.eo.glo.& docto. in c.cum super.de cau.pos.& prop.& Domini de Rota decis.24.aliàs 32.in antiquis. & pro hoc membro facit tex.in d.c.j.& in d.ca. ex frequentibus.Aut agitur per interdicta possessoria ad acquirendam possessionem, & tunc agens obtinere non potest, nisi probet de titulo saltem incidenter,& qualiter qualiter, vt per Bart. in d.l.j.& faciunt not. per Bal.in c.accepta.Cogita.

¶Insistendo tamen in hac opinione Abb. ꝙ in beneficialibus possit acquiri possessio absque authoritate sciētia & patientia superioris, Abb.dicit non obstare text.in l.quoties. ff.de seruitu. vbi in incorporalibus requiritur patiētia aduersarij,& beneficialia dicuntur incorporalia, hoc est iura quædam,ad quod licet ipse nihil alleget, facit tamen diffinitio beneficij,de qua per Pet.de Anch. & alios in ca.1.de reg.iur.in 6.Nam secundum Abb.respondetur, ꝙ hoc argumentum infert patientiam illius, qui prius possidebat, fore necessariam,non tamen probat authoritatem, sciētiā, vel patientiam superioris interuenire debere,

¶Et ideo infertur, ꝙ si quasi possessio beneficialium vacua esset,sine alicuius patientia acquiri posset, argu.l.conquerebatur.& l.inuasor.C.vnde vi.& per Innocen.in dicto c.bonæ.il 2.

¶Confirmatur hoc, nam beneficialia,q̄ incorporalia sunt, rei corpali accedūt,& idcirco solet dicere Io.And.in Rub. de rebus ecclesiæ non alienā.quòd beneficialia & spiritualia dici esse nō possunt absque tēporalibus ,accedunt enim ecclesiæ,prout est res corporalis,argu.no.per glo.in c.fi.ne prela.vices suas,ergo acquisita possessione ecclesię,& sic rei corporalis dicetur esse acquisita quasi possessio incorporalium,& illorum cura & administratio,per no. in ca.transmissa.de electio.& in c.1.de reg. iur.in 6.Et quamuis sine canonica institutione, & sic authoritate superioris possessio iusta acquiri non possit.d.c.1.& d.c.ex freqnentibus.tamen quo ad habitum & essentiam ex actu iure interdicto possessio acquiri potest,vt est bonus tex. in l.j.§.si vir.ff.de acquiren.poss.l.j.§.deiicitur.il 1.ff.de vi & vi arma.& hoc voluit glo.in summa.14.q.1.& glo.in c.ex parte.vbi Ioan. And.ꝗ.eod.ergo similiter in casu nostro dicendum erit,ꝙ quamuis dicatur per interdictum possessionem iustam sine titulo acquiri posse,tamē quo ad habitum & essentiam secus erit.

84 ¶†Nec prædictis, nec tex.in d.§.si vir.& in d.§.deiicitur. & no.per gl.in d.summa. refragatur.l. si eum.ff.de do.inter vir.& vxo.ibi,quia iure ciuili vxor possidere non intelligitur,& sic de directo facere videtur contra dicta iura,& contra tex.in l.quod vxor.ff.de acqui. pos. Nam licet contrarium difficile sit,tamen Abba.primo soluit,& fuit solutio glo.in d.l.si eum.ꝙ vxor ex contractu donationis naturaliter possidere dicitur.d.§.si vir. Sed ciuiliter non, vt in d.l.si eū.Hæc solutio probatur ex dictis iuribus, quia text. in d.§.si vir.factum solum considerat, quod iure ciuili infirmari non potest,tex.autem in d.l.si eum. iure ciuili nō intelligit possidere ex vtraque tamē poterit competere interdictū vnde vi siue ex naturali,siue ex ciuili.d. §.deijcit.

¶Secundò soluit Abb.ex mente gloss. in d.l.si eum.ꝙ vxor possidet quo ad habitum & essentiam.d.§.si vir.non autē quo ad effectum,cum illa possessio ilico sit reuocabilis.d.l. si eum.

¶Hæc secunda solutio non procedit,qnia ēt quo ad effectū vxor possidere dicitur,& ideo agit interdicto vnde vi virtute suæ possessionis, vt per glo.in d.summa.& in d.§.deijcitur.Itē quia ex possessione vxor facit fructus suos, vt statim dicetur,ergo quo ad effectum possidere dicitur.

¶Prima quoque solutio vera nō videtur, quia ciuilis,sicut naturalis dominium,& sic factum requirit.Et ideo lex simpliciter dicit possessionem habere plurimum facti.l.denique.ff.ex quibus cauſ.maio. quia nulla possessio siue naturalis,siue ciuilis absque facto hominis esse potest,cum animum requirat,qui dicitur esse quid facti.l.bonę fidei.ff.de acqui.rerum domi.& arg.l.3.in prin.& l. quemadmodū. §.qui ad nundinas.ff.de acqui.pos.

¶Et quod vxor etiam ciuiliter possidere dicatur cōstat manifestè.nam vxor ex possessione, quam habuit ex donatione mariti,acquirit fructus,& eos suos facit.l.fructus.ff.de vsuris.l.de fructibus.& ibi gl.ff.de dona.inter vir. & vxo. ergo ciuiliter possidet,quia sola ciuilis acquisitionem fructuum causat.l. 4.§.ex cōtrario.& ibi latè per Bar. & alios ff.de acqui.pos.

¶At insignis præceptor Senensis.in d.l.1.§.si uir aliter sensit,ꝙ aut vir donat vxori rem suam, quam possidet,& possessionem non transfert, quia sic pauperior efficeretur, & ita intelligatur tex.in d.l.si eū.Aut maritus nō est dn̄s rei, vel si dominus est,solam possessionem donare vult, & tūc possessio in vxorem tranfertur,quia sic pauperior non efficeretur,cum modici sit præiudicii.l.si rem aliquam.cum ibi no.ff.de acqui.pos.& hoc modo intelligatur. d.§.si vir.

¶Hæc solutio vera non videtur,quia esset restringere text. in d.§.si vir.quando maritus nōn esset dominus rei.Similiter esset restringere tex.in d.l.quod vxor.ad casum,quando sola possessio donaretur, quod est contra generalitatē illius tex.

¶Præterea & vltimo, sicut nulla est donatio, quando res donatur inter virum,& vxorem,ita quando sola possessio, vt est tex.in l.inter virum.ff.de dona.inter vi.& vxo.

¶Glos.vero in d.l. inter virum.soluit totaliter de directo in contrarium,quam Soci.faciat,ꝙ aut maritus donat possessionem,& non valet donatio,neque possessio transfert. d.l.si eum.& d.l.inter virum.Aut donat rem,& tunc licet donatio non valeat,tamen possessio transfertur.d.§.si vir. Et licet hæc solutio videatur contra text. in d.§.si vir,qui loqui videtur,quando possessio donatur,tamen hanc solutionem declara,quòd aut principaliter donatur res, in cuius cōsequentiam venit possessio, & tunc licet non valeat quo ad rem,transfertur tamen possessio in consequentiā. d.l.quod vxor.& d.§.si vir.aut principaliter donatur possessio rei, & tunc quia donatio est prohibita, possessio nō transfertur.d.l. inter virum. & d.l.si eum. Ratio est, quia semper attendi debet,quod principaliter agitur,nō autem quod in consequentiam venit. l.si quis nec causam. & ibi Barto.ff.si cer.pe.Item quia multa,quæ principaliter transire nequeunt, in consequentiam veniunt.l. quædam, cum ibi allega.ff.de acqui.rerum domi.c.cum seculum.c.de iure.c.ex literis.ꝗ.de iure patro.

¶Isto modo forte saluari posset, quod voluit glo.in dicta l. inter virum.Ex quibus infertur,quod si maritus æquè principaliter vxori rem & illius possessionem donaret,non valeret,nec ex illa etiam in consequentiam possessio, transferretur,quia sicut principaliter prohibita est donatio rei,ita & possessionis, dicta l.inter virum,& dicta l.si eum. Cogita tamen.

¶Pro hac sententia,quam Abb. sustinere conatus fuit, ipse plura etiam allegat.Primo,quia innuit, ꝙ possessio, prout facti est, interdici non potest,quod videtur cōtra.l.quemadmodū.C.de agrico.& censi.lib.11.Item quia videmus, vt aliàs diximus,& ꝗ.dicetur per reseruationem Papæ inficitur nedum beneficium,sed etiam eius possessio, quæ ratione reseruationis alicui acquiri nō potest. Allegat etiam Abb.text.in §.patet.3.q.1.inducendo, vt hic per eum, qui tex.necessario nō infert,cum fuerit Gratiani, cuius authoritas probabilis est,non necessaria,vt declarant Ioan.And. & alij in c.2.de rescript.& vt solet dicere Bartolus de opinione glossæ,in lege nemo.C.de sententijs.

¶Mouetur etiam Abb.nam quādo quis cum titulo beneficium possidebat, si titulus ad non titulum redactus fuit, ut in simili habetur in l.1.vel 2.vbi scrib.& maximè Bald. C.de inofficio. testa.clericus, qui possidebat,adhuc sine titu.possessionem retinere dicitur.c. quamuis. de pac.in 6. c.eum qui.eod.titulo.ergo & sine titulo ab initio illam acquirere poterit.

¶Istud argumentū non procedit,quia multa facta tenent, quæ ab initio fieri prohibent.l. patre furioso.ff.de his, qui sunt sui,vel alieni iuris.

¶Et sequendo hanc opinio.suam Abbas respondet textui in d.c.j.de regulis iuris.in 6.& in d.c.ex frequentibus. Primo quod dictum capitulum j. loquitur quoad acquirendum beneficium,& eius titulum, non autem quo ad effectum

ctum acquirēdi possessionem: vel esto quòd loquatur etiā quo ad acquirēdam possessionem, respōdetur verum esse, quod sine canonica institutione acquiri non potest iusta possessio, sed quòd illicita, & iniusta non possit acquiri, tex. ille non denegat, imo permittere videtur, vt ibi beneficiū ecclesiasticum licitè &c. ergo illicitè obtineri poterit.

¶Prima solutio nō placet, quia nullo pacto ab initio acquiri potest quo ad hoc, vt aliquod possessorium adipiscendæ competat, vt aliàs dicebam.

¶Respondet etiam Abb. l. 3. §. dare. ff. de vsufruc. & l. quoties. ff. de seruitu. Item præsupponit, beneficium esse, quid corporale, & ideo sine patientia alicuius eius possessio acquiri poterit. Item confirmat ex no. per Innocen. in cap. in præsentia. vbi Abb. de proba. & ex not. per glo. in authen. si qua. C. de sacrosan. eccle. & in c. si quā. 19. q. vlti. quæ voluit possessionem ipso iure sine aliquo facto fauore ecclesiæ, & monasterij acquiri & transferri posse, sicut in arrogatore possessio rerum arrogati ipso iure transfertur.

¶Sed hoc vltimum parum inseruit, quia hoc est introductum specialiter fauore ecclesiæ. Item in hoc speciali casu. l. si arrogauero. ff. de precario. & l. arrogato. ff. de adopt.

¶Verum animaduertendum est circa hanc solutionem, quam dedit Abb. tex. in d. §. dare. qui expressè voluit, non habere locum quo ad acquirendam possessionem rei corporalis, vt est beneficium, sed solum in iuribus incorporalibus. Nam hæc responsio præsupponit, beneficium esse quid corporale. Cōtrarium tamen expressè voluit ipsemet Abb. soluendo tex. in dicta l. quoties, ac etiam quando dixit, ꝙ licet beneficialia sint quædā iura incorporalia, tamē adhærent corporali, hoc est ecclesiæ. Sed posito, quòd diceretur quid corporale, tamē hæc solutio Abb. generaliter non conuenit omnibus beneficialibus, de quibus generaliter loquimur, vt sunt, dignitates, prælaturæ & canonicatus, quæ dicuntur esse quid iuris, & incorporalia, vt in c. dilecto. de præb. & per Abb. in c. de multa. eo. ti. Et cum omnia beneficialia ecclesiæ appellatione contineantur,
85 † vt per gl. in d. c. si. & aliàs plenius dixi post And. Sicu. in Rub. infra de rebus ecclesiæ non alien. & ecclesia ut plurimum in iuribus incorporalibus verificetur, vt per glo. & doc. in d. c. fin. ergo &c. Et ꝙ beneficia dicantur esse quid incorporale, colligitur ex diffinitione beneficii posita per Pet. de Anch. post Guliel. in c. 2. de sta. mo. ergo eius possessio nō dicetur simpliciter possessio, sed quasi, & impropriè, argu. l. 3. in princip. ff. de acqui. pos. l. si seruus. §. incorporales. ff. de acquirenda rerum domi. l. sequitur. §. si viam. ff. de vsucap.

¶An autem hæc opi. Abb. vera sit, ꝙ ad acquirendam possessio. vel quasi beneficiorum non requiratur authoritas, nec scientia superioris, dixi supra quia si loquimur de possessione, prout est in habitu & essentialiter, & sic etiā prout iniusta, ita procedat opi. Abb. per predicta. Si vero de iusta, & licita possessione, tunc ea absque superioris authoritate acquiri non potest. d. c. j. d. c. ex frequentibus. capit. authoritate. de institu. c. licet episcopus. de præbend. c. eum, qui. eodem titu. in 6. & hæc quo ad primum dubium Abb. sufficiant.

¶Capio secūdum, an sit iustificanda possessio ex titu. & communiter doc. dicunt, ꝙ sic, contrarium tenuit Abb. qui tot tantaque inculcauit, ꝙ vix vera doctrina perpendi potest, & ideo pro clariori intelligentia quatuor ex eius verbis cō-
86 clusiones elicio. Prima sit, † ꝙ quādo agenti ius commune, non resistit, tūc solùm tenetur probare se possedisse, & spoliatum fuisse absque alia iustificatione, vt est text. in c. consultationibus. supra de officio deleg. quem doc. communiter allegant, quòd hæc duo extrema agens tantum probare tenetur.

¶Secundo Abb. allegat tex. nostrum, qui vult, prius restitutionē fieri debere, quàm de canonica institutione cognoscatur. Et hoc fortius, quia hoc dicit procedere etiam in ꝑdone, qui non potest ex titulo iustificare, cum illo careat.

¶Sed vt aliàs dicebam, iste tex. necessario non probat, quoniam prædo etiam dicitur, qui habet iustam causam possidendi, vt aliàs dixi, ergo potest ex titulo iustificare, & quod hic text. loquatur de huiusmodi prædone habente iustam causam possidendi, demonstro. Nam in primo respon. loquitur de spoliato & spoliatore, inter quos potest esse questio canonicæ institutionis, vnde summus Pontifex arguēdo postea de prædone spoliato, similiter debet intelligi de eo, cum quo potest esse quæstio similis, alioquin Papa bene non fuisset argumentatus, sed extra propositum, & terminos, quod non est dicendum. ¶Tertio Abb. adducit tex. in c. sequenti. & c. cōquerente. ꝭ. eo. inducendo, vt per eum.

¶Quarto inducit clemen. vnicam. de caus. poss. & proprie. & eius inductio fuit Ioan. And. in d. clemē. vnica. in glo. in verb. solum, vbi text. dicit, spoliatum in odium spoliatoris esse restituendum, & super solo possessorio procedendum, ex quo tex. infertur, quod ad aliud datur interdictum vnde vi, & alterius naturæ est interdictum de locis sacris & religiosis; quia per primū de sola possessione quæritur. Secūdum vero habet mixturam proprietatis, secundū quod habetur in l. 2. in §. quædam. ff. de interdictis. & latius supra declaraui.

¶Quintò allegat. c. ex insinuatione. ꞩ. de procura. quod secundum ipsum melius probare non posset, sed vt colligit ex his, quæ supra dixi super intellectu illius text. parum facit, vt etiam. ꝭ. dicetur. Multa alia iura ad id tendentia allegat, videlicet c. ex parte. ꞩ. de rescrip. c. cum ad sedem. c. accedens. hoc nostro tit. c. cum causa. de cau. poss. & proprie. Quibus omnibus, & alijs vnico verbo respōdet, ꝙ licet plenam cognitionem & discussionem tituli principaliter factam excludant, non tamen semiplenam, & qualem qualē incidēter factam excludere videntur, sicut in simili in possessorio adipiscendæ, vt in l. j. per glo. & Bart. ff. quorū bonorum. facit in simili, si statutū nullā exceptionem admittat, sed omnes excludat, non tamen omnes penitus, quia multæ opponi possunt, vt per Roma. in consi. 42. & Alexā. post Bar. in l. j. §. & parui. ff. quod vi, aut clam, & late habetur in c. item cum quis. circa fin. ꝭ. eo.

¶Nec refragatur ratio illa Abb. ꝙ iura antiqua, noua. & nouissima nō dicunt, possessionem in terminis nostris esse iustificandam, ergo quod non dixit canon, nec nos. c. ad audientiam. infra de decimis. l. si seruum. §. nō dixit prætor. ff. de acqui. hered. quia & si iura hoc non exprimunt, tamē illorum mens & ratio hoc suadet, & præsertim illa, ne detur uitiosus ingressus, ac aliæ rationes etiam, de quibus per Anto. hic & alios tenentes communem cōclusionem, quæ in iudicando & consulendo sequenda esset, quia durum foret contrarium tenere.

¶In puncto tamen iuris sequor opinio. Abb. quando agens beneficij capax esset, vt quia clericus, ad no. in c. 2. de insti. quia in dubio eius possessio iusta præsumitur, ex quo ius cōmune sibi non resistit, nam ex quo quis fuit ordinatus ad clericatum, & præcipue ad ordines sacros, præsumendum est, illum fuisse ordinatū ad titulum saltem sui patrimonij, quia episcopus aliter ordinare non debet, aliàs tenetur &c. vt in c. 2. & in c. episcopus. & in c. cum secundum. de præben. ergo absque iustificatione possessionis ex titulo obtinere debebit.

¶Præterea, si teneretur iustificare, vt supra sæpe spoliati in beneficialibus totaliter excluderentur, cum sæpe spoliatores & inuasores soleant subtrahere facultatem probandi titulum, vt dicit tex. in cap. pastoralis. circa fi. de cau. pos. & proprie.

¶Rursus in possessorio adipiscendæ requiritur probatio tituli incidenter, & qualiter qualiter facta. d. l. 1. cum glo. & hoc quia non datur in odium alicuius, sed vt iudicialiter possessionem de nouo acquirat, quod ex aliqua iusta causa fieri debet, arg. l. fin. & per totum. C. de edic. diui Adriani tollen. & argu. l. nunquam nuda. ff. de acquirendo rerum dominio. Sed interdictum vnde vi datur in odium spoliatoris. d. clemen. vnica. Ergo aliud in eo dicendum erit, & hanc opinionem sensit glossa in summa 14. quæstione prima. allegando. §. deijcitur. il 1. ff. de vi & vi armata. Inn. in c. sæpe. ꝭ. eodem. & in c. 2. in 3. col. versicu. item nota. ꞩ. de in integrum restitutione.

87 ¶†Secunda conclusio sit, quod si contra agentem sit præsumptio iuris communis, restitutionem obtinere non poterit, nisi iustificata & colorata sua possessione taliter, quod ex huiusmodi iustificatione iuris communis præsumptio elidi dicatur, vt quia agens communiter laicus putabatur, arg. not. in c. 2. de institu. Similiter si constaret euidenter, agentem habere duo beneficia incompatibilia. Nam ad elidendam præsumptionem iuris, quæ contra agentem esset, possessionē suam si non ex titulo, saltem ex dispensatione iustificare debebit, argumento capi. ordinarij. de officio ordina. in sexto. & nota. per glossam in capitulo primo. de regulis iuris. in sexto. Similiter si constaret agentem clericū pati defectum ætatis aut natalium, iustificare debebit suam possessionem saltem ex dispensatione obtentu, argu. c. qm̄. & c. constitutus. de fil. presby. capi. 1. & 2. eodem ti. in 6. c. 2. & 3.

2.& 3.§. de æta.& quali. & hæc opinio est de mente Ioan. And.in addi.in rub. de resti.spo.

¶Contrariam sententiam Abba.hic sequutus fuit, quod etiam in casu huius conclusionis possessio non sit iustificanda. Et mouetur principaliter per c.ex insinuatione.§.de procuratō.inducendo vt hic per eum, imo vltra præsumptionem, quæ erat contra Archidiaconum, de duobus beneficijs incompatibilibus alia præsumptio militabat, videlicet sententiæ latæ contra eum, argu. eorum, quæ habentur per gl. circa fi.in c.quoniam contra. j.de proba.& tamen fit restitutio,& iustificatio canonicæ institutionis differtur,& dicit Abb.illum text.melius probare non posse. Et cum hoc sit principale fundamentum Abb.illo sublato, eius opinio corruet,& in primis dico ex illo tex.necessario argui non posse, cum diuersos & varios intellectus habeat, vt ibi per gl. & scriben.& retuli §.& hoc per tex.cum ibi not.per Bart. in l.in ambiguo.ff.de rebus dub.

¶Præterea, nullo modo ex verbis literæ colligi potest, Archi. fuisse spoliatum,& interdicto vnde vi egisse, ideo tex. ille non probat.

¶Tertiò præsupposito, quod ille text.loquatur, quando fuisset intentatum interdictum vnde vi, dico ex parte Archidiaconi ibi coloratam fuisse possessionem, si non plenè & principaliter, saltem in prima instantia qualiter qualiter, & ad minus fuit iustificata per iuramentum partium vtrique delatum, vt ibi per ipsius Archidia. & clerici superstitis iuramentum.

¶Quartò & si Archidiaconus obtinuit absque alia iustificatione, vt præsupponit Abba. Ideo tamen restitutio facta fuit, quia non solum iuris præsumptio erat contra Archi. agentem sed etiam contra reum spoliatorem, vel eius successorem, quia aduersarius Archidiaconi erat clericus promotus ad sacros ordines, & consequenter saltem ad titulū sui patrimonij, alioquin sine titulo episcopus illum ordinare non debuisset.c.2.c.episcopus.ca. cum secundum.j.de præben. Et ideo cum præsumptio esset pro Archi. quod haberet titulum,& vellet aliam præbendam obtinere, præsumptio iuris erat contra ipsum,& ideo nil mirum, si contra illum Archidiaconus restituitur.

¶Ex qua inductione sequendo communem cōclusionem, illam limito, quando præsumptio iuris esset contra agentem, nec non contra reum spoliatorem, quia tunc agens erit restituendus, absque quòd aliter iustificet suam possessionem, per d.c.ex insinuatione.

¶Contra hanc communem conclusionem etiam Abb.arguit, nam si iudici & superiori non permittitur excludere clericum possessorem a possessione beneficii, quando ipse haberet & possideret duo beneficia incompatibilia, vt in c. licet.de præben.in 6.& quia ius tolerat talem possessorem, donec iuris ordine cōuincat, vt ibi,& arg.l.meminerint. C.vnde vi. ergo magis hoc dicendum est in priuato, qui clericum sua possessione spoliasset, alioquin daretur materia, quem spoliandi,& dicendi sibi ius propria authoritate, quod non est dicendum, iuribus vulga.

¶Hoc motiuum.d.c.licet.multum non stringit, quia solū infert, quod via extraiudiciali,& de facto clericus, qui duo beneficia obtinet, non sit priuandus, non tamen negat ibi, quod in casu, quo etiam a superiore spoliatus fuisset, restitui non debuisset, si ipse suam possessionem iustificasset, & non aliter saltem docendo de dispensatione, vt ibi not.per glo.& arg.c.conquerente.vbi gl. j.eo.

¶Et hæc opinio communis contra Abb. confirmatur per c.ad decimas.eod.titu,in 6. vbi spoliatus suam possessionē iustificare tenetur, propterea quia præsumptio iuris communis contra eum erat, facit c.1.de præscrip.in 6.

¶Abb.respondet huic text.in d.c.ad decimas. quod loquatur, quando præsumptio iuris non solum esset contra agentem spolio, sed etiam quando illa intentionem rei spoliatoris fundabat, vt illum in voce induxi.

¶Sed tu potes replicare, tex.illum in hac ratione se nō fundare, sed in ea tm, quod præsumptio iuris esset contra agentē.

¶Alia quoque ratione & fortius non videtur probare, id quod dicunt docto.communiter, qui dicebant satis esse iustificare possessionē,& illam colorare, vel ex titulo, vel alio modo quomodocunque, & sic qualiter qualiter. Contrarium autē vult.d.c.ad decimas, quod sit necessaria euidens & plena probatio, quando contra agentem iuris communis præsumptio laboraret, quod nota.

¶Sequendo tamen conclusionem & opinionem Abbatis contra communem, Limito illam multis modis. Primò, quando ius commune agenti resisteret,& intentionem rei spoliatoris fundaret, quia tunc agens iustificare tenebitur. Ita intelligatur text.secundum Abb. in d.c. ad decimas.& fuit de mente Io.And.ibi.& in c.j.de rescrip.in 6.

¶Secundò limitatur, quando contra agentem in beneficialibus opponeretur defectus notorius tituli, quia nisi de titulo doceat, non erit restituendus . Ita intelligatur textus cum glo.in c.constitutus.cum c. quoniam. supra de fil.presby.& hoc est de mēte Abb.hic,& ideo quando notorium est, filium immediate post patrem in ecclesia ministrasse, si spoliatus agat obtinere non poterit, nisi probet patrem sine titulo in illa ministrasse, puta vt simplicem vicarium temporalem, vt in dictis iuribus, facit glossa in dicto c.ad decimas.vt aliàs diximus.

¶Tertiò limitatur, quando agens nimis de iure suo confisus exceptionem contra se admisit, quæ petitorium concernit, quoniam restituendus non erit, nisi de titulo doceat, sibi enim imputandum est, vt in c.1.& ibi latè dixi.§.eo.

¶Quartò limitatur, quando contra agentem nō solum resisteret ius commune positiuum, sed etiam ius diuinū, puta dictum Apostoli, quod sanctuarium Dei iure hæreditario deferri non debet, iuxta c.j.de præben.c. ex transmissa.de fil.presby.c.episcopo.ca.cum apostolica.8. q.j.Et hoc modo intelligatur tex.in d.c.constitutus.

¶Quintò limitatur, quādo coram Papa ageretur hoc possessorio, quia ipse ex officio & de plenitudine potestatis ad euitandos circuitus,& gratia abbreuiandi lites agenti mādaret, vt suam possessionem ex titulo iustificaret. Hoc modo intelligatur secundum aliam lecturam.d.c. cōstitutus. quod inferior facere non posset, qui iura seruare tenetur.l. nemo.C.de senten.iuncto tex. nostro cum simi.

¶Sextò limitatur, quando spoliatus ageret simul possessorio & petitorio ad effectum, vt simul & semel super vtroque iudicaretur, quoniam nō obtinebit in possessorio, nisi docuerit de titulo, quia sic se huic oneri subiecisse videtur. Hoc modo etiam intelligatur secundum aliam lecturam. d.c.constitutus. vt ibi per gl.& hic per Abb.facit text.in c. cum dilectus. de cau.pos. & proprie. Aduersari tamen uidetur, capitulo secundo, eodem titulo. de cau.pos. & proprie. Cuius dispositio fundata est in legibus ciuilibus in l. ordinarii.C.de rei vēdi.& in l.incerti.C.de interdictis, sed pro nunc dicas, vt per glo.magnam in fin. in dicto ca.2.& ibi per alios.

¶Septimò fallit, quando ageretur ad restitutionem possessionis, cui ius commune resisteret: quia nō est facienda restitutio, nisi illa iustificetur, vel coloretur ex titulo argumētō.capit.ex parte.infra eodem, vbi agens ad restitutionem quasi possessionis coniugalis debet probare titulum matrimonii. Ratio est, quia tali possessioni ius commune resistit, cum liber homo possideri non possit.l.cum hæredes.in fi. ff.de acqui.possessione.

¶Ex quo infert, quòd si constaret, vel euidens præsumptio esset, quod agens in beneficialibus esset laicus, sanè restitui non deberet, nisi possessionem suam iustificaret vel ex titulo, vel docendo se esse clericum: quia tali possessioni ius commune resistit, cum laicus possessionis beneficialis capax non sit. c.2.cum ibi nota.infra.de institu.& argu.c.sacrosancta.& c.Messana.supra de electio.& hoc argumen. etiam tex.cum glo.in dicto ca. ad decimas. vbi si laicus ut spoliatus agat ad restitutionem, quasi possessionis iuris decimandi, obtinere non potest, nisi de tiulo doceat, vel aliter iustificet. Ratio est, quia tali possessioni ius commune resistit, cum laicus decimas possidere non posit.capitulo causam.de præscript. & hæc sufficiant quo ad has limitationes.

88 ¶†Refert tamen, an in beneficialibus agatur ad restitutionem possessionis via ordinaria, hoc est interdicto vnde vi, & prædicta procedant, an vero via extraordinaria per viā attentati implorando officium iudicis, quod est remediū extraordinarium.c.fi.§.de officio iudicis. vt quia lite pendente quis sua possessione spoliatus fuerit, iuxta quæ habētur in c. cum teneamur. de appellationibus.& in c.non solum. eodem titulo in 6. Nam tunc spoliatus agendo hac uia extraordinaria non tenebitur iusticare suam possesionem, etiam si presumptio iuris esset contra ipsum, sed ante omnia restituendus erit, argumen.nota.in dicto capi.non solum.vbi gl.& in clement.2.ut lit.pendente.& ratio est, quia lite pendente sic attentando dicitur offendere non solum partem, sed etiam iudicem, eiusque iurisdictionem, quod tamen intelligas, vt ibi declarat Abbas, nisi notorie constaret

riè constaret de non iure sic spoliati, ne detur vitiosus ingressus,& nequis cum peccato beneficium retineat,argumento no.in d.c.constitutus.

¶Sed tamen nec vltima declaratio placet,quoniam ratio peccati non excludit, nec operatur, quin spoliatus in odium spoliatoris sit restituendus per ea,quæ alias. s.dixi, respondendo huic rationi.

¶Præterea,in casu isto nedum restitutio facienda esset propter odium spoliatoris,qui iniuriam intulit, & sibi ius propria authoritate dixit,sed etiam quia spoliator authoritatē iudiciariam neglexit,vt s.ergo licet ratione iniuriæ illatæ restitutio facienda non esset propter defectum notorium proprietatis:tamen saltem fieri debet, ob offensionem iudici illatam,vt est de mente Do.de rota decis.505.in antiquis.Item quia propter litis pendentiam notorium fuit offuscatum nam litis euentus dubius est. l. quo tempore. §. fi.vbi Bar.ff.de pecu.l.proinde.ff.si cert. pet.l. quidam.ff. de re iudica.& bene inseruit id,quod dixerūt præfati Domini decis.56.in antiquis, quod licet reseruatio Papæ inficiat possessionem taliter, quod impedit restitutionem possessionis fieri spoliato,vt j.dicetur,& habetur in decis.7. & 475.in antiquis,tamen si quis lite pendente spoliatus esset,illi subueniretur officio iudicis contra extraneum spoliatorem: quia reseruatio si afficiat possessionē, dicitur afficere quo ad Papam,non autem quo ad extraneum.d. decis.56.

¶Præterea,non restituitur spoliatus,qui lite pendente possessionem per viam attentati adeptus fuisset, decis.429. in antiquis.

89 ¶†Tertia sit conclusio principalis ex verbis Abbatis, ibi in versiculo,sed tenendo illam communem &c. quod ad iustificandam possessionem sufficit confessio rei spoliatoris.Allegat Abb.Dominos de rota decis.401.aliàs 405.& etiam Lappum alleg.53.alias 54.sed Lappus ibi nihil de hoc dixit.Nec etiam reperi Dominos de Rota hæc ponere, nisi in decis.408.in nouis,vbi ponunt id, quod Abbas hic ponit.Dictum tamen in se verissimum est,si illud de iudiciali confessione intelligamus, quoniam tunc rem notoriam facit.c. vestra.c.si de cohabi.cle.& mulie.& dicitur probatio superlatiua probationum,vt habetur maximè per Moder.in Rub.j.de probatio.in illo articulo, vtrum cōfessio verè dicatur probatio,facit. c.1.& 2. de confess.in 6.Arbitror etiam hoc dictum procedere in confessione extraiudiciali,& hæc forte fuit mens Abbatis hic,qui considerat, hoc esse speciale in odium spoliatoris, ergo debet intelligi de extraiudiciali,non autem de iudiciali, quia nullum esset speciale,sed regulare.Nam in odium inuasoris multa a iure contra eum introducta fuerunt, & præcipuè quoad probationes,argumento no. in l.momentaneæ. per scrib. C.vnde vi,& l.si quando.C.eo.& c.fin.quod met.cau.vbi de rebus subreptis tempore spolij statur simplici iuramento spoliati,& optimè probatur in d.ca. ex insinuatione. de procurat.dum Papa se fundauit super iuramento præstito archidiacono & aduersario,faciunt no.in cap.fin.infra de succes.ab intesta.

90 ¶†Quarta sit conclusio, quod possessio iustificari potest probādo possessionem longi temporis, quia illa iusta præsumitur, vt per Lap.alleg.52.& sensit Inno.in d.c.2. de in integ. resti.faciunt not.in ca.si diligenti.j.de præscrip.& per Abb. post gl.in c.contingit.de dolo & contum.

¶Posset etiam forte possessio iustificari probando se possedisse authoritate superioris,vel illo sciente & tolerante, argum.c.authoritate,& ca.ex frequentibus.j. de institu. & hoc postea reperi tenuisse Dominos de rota decis.70.in antiquis,& allegant Inn.hic,& Ioan.An.in addi.super Rub. de spol.rest.ac etiam plures alios.Reperi etiam gl.cuiusdā doctissimi viri super regula Cancellariæ.33. quæ loquitur de possessione triennali, quod probando se possedisse pacificè per triennium continuum,illa dicatur iusta possessio,& titulata præsumatur,& hoc per illam regulam,quæ an inseruiat quo ad hunc effectum non examino, breuiter tamen dici posset, quod non: quia loquitur de triennali possessione, quæ haberet titulum saltem coloratum.

91 ¶Ex uerbis Abb.in versiculo,sed quero,an indistinctè &c. aliquas conclusiones facio, Primam,† quod in beneficialibus, quando agitur possessorio adipiscendæ, si aduersarius opponat de defectu proprietatis,& offerat se incontinenti probare,admittendus erit,vt hic per do.Anto.& latius. supra dictum fuit.argumento no.per glo.in l.2.C.de edic. diui Adria.tollen. cum alijs. supra ad propositum allegatis, & quamuis loquantur in prophanis, ex quo contrariū in iure canonico dispositum non reperitur, in beneficialibus quoque iuri ciuili standum est,argumento no.in cap. 1.de noui ope.nuntia.ad idem tex.in l.3.§.ibidem.ff.ad exhib. gl.in c.1.& c.literas.hoc titulo.Host.in c.ad vltimum.de cau.pos.& propr.licet Inn. & minus bene contrarium ibi dixerit.Hoc confirmat Abb. quia sic agens in beneficialibus repellitur per exceptionem criminis & infamiæ, vt legitur in cap. accedens.infra de accusa.& in cap.cum olim. de cau.pos.& proprie.

92 ¶†Secunda conclusio sit, quod agenti possessorio retinendæ in beneficialibus non obstat exceptio proprietatis, alioquin daretur occasio molestandi & turbandi possessorem in sua possessione contra mentem.c.eum,qui.de præb.in 6.& l. non est singulis.ff.de reg.iur.tum etiam,quia alius est possessor,& alius potest esse dominus, nihil enim commune habent,saltem quoad hoc interdictum dominum & possessio.d.§. nihil commune.l.j.§.huius.cum sequen.ff. vti possid.habetur in ca.licet causam.j. de prob. per Abb.in cap. pastoralis.& in ca.cum dilectus. de cau.pos.& propr. ac alias.supra dictum fuit.

93 ¶†Tertia sit conclusio, quod quando excceptio concernens proprietatem inficeret non solum proprietatem seu dominium,sed etiam posessionem,& sic esset talis,quæ reduceret titulum ad non titulum, & posessionem ad simplicē detentationem: huiusmodi exceptio excludit agentē possessorio recuperandæ in beneficialibus, & hoc potest exēplificari.Primo,quando laicus spoliatus posessione beneficialium agere vellet,illum enim excludit exceptio proprietatis,quia ea inficit non solum titulum, sed etiam posessionem,cum laicus dicatur incapax beneficij ecclesiastici, & illius posessionis,vt dictum fuit in lectione præcedenti argumento no.in c.2.de institu.in c.causam.de præscr. c.sacrosancta,& c.mesana.de electio.

94 ¶†Secundo Abba.hic exemplificat in exceptione reseruationis beneficii factæ a Papa, vel ab alio habente potestatē reseruandi ex mandato, iuxta.ca.si eo tempore. de electio. in 6.nam talis exceptio excludit agentem posessorio recuperandæ: quia reseruatio non solum titulum, sed etiam posessionem inficit,argumēto.c. vt nostrum. de appell. & ibi per Inn.c.si beneficia.de præb.in 6.d.c.si eo tempore.& ita concludunt ferè in omnibus locis Domini de rota decis.7.475.& 410.in antiquis. Lappus allegat.23.alias 25.& in alleg. 52.circa fi.& ita residet Abb.Hoc tamen intelligerem,dummodo opponens de reseruatione incontinenti se offerret uelle illam probare,& sic eam statim probauerit,alioquin secus,vt no.declarant Domini de Rota. decis.275.in antiquis,& comprobatur ex c.literas. iuncto c.ex parte.titulo nostro,vbi illis casibus, quibus in interdicto recuperandæ admittitur exceptio proprietatis,illa debet incontinenti probari, vt ibi.

95 ¶†Item secundo hanc conclusionem intellige,nisi quis lite pendente spoliatus esset, quia si contra eum implorantem officium iudicis super attentatis opponeretur exceptio reseruationis,nihilominus attentata essent reintegrāda,& sic spoliatus restituendus, quia talis exceptio opponi non diceretur contra reseruantem, sed aduersus collitigātem,per Dominos de Rota decis.56.in antiquis, & 275.& ratio esse potest,quia in officio iudicis, quo attentata reuocantur,non requiritur posesssio,sed sufficit etiam simplex detentatio: lite enim pendente quis a statu suo,& cōsequēter nec etiam a simplici detentatione remouendus est, ut per Inn.in c.dilecti.de maior.& obed.

96 ¶†Et quia hæc materia reseruationis vtilis est, & frequētata,ideo aliqua de ea dicamus,duplex enim dicitur esse beneficiorum reseruatio.Alia iuris & canonis.de qua in c.2. & 3.& in c.si apostolica.il 2.& in c.præsenti.de præb.in 6. Alia hominis,ut in c.si beneficia.de præb.in vj. & in cap. eo tempore.de electio.eod.titulo.Item iuris reseruatio in corpore iuris clausa est,illa etiam,qua sedi Apostolicæ, vel superiori reseruantur beneficia deuoluta ex negligentia prælatorum & ordinariorum,de quibus inferior se intromittere non potest,etiam si esset legatus, nisi hoc ex speciali mandato haberet, ut in c. licet.de supplen.neglig. prælat. in c.2.de concef.præben.

¶Item ut sunt beneficia,quę immediatè soli Papæ subsunt & eius sedi, vt in capitulo final. de renuntiation. & his duobus modis largè dicitur reseruatio. Hominis vero reseruatio, vel est generalis, vel specialis, generalis, quando Papa suæ dispositioni reseruauit omnia beneficia vacatura in tali prouincia, vel diocesi, vel omnium

nium officialiũ curiæ,& super hoc singuli Pontifices suas regulas cancellariæ faciunt, vt habetur per Dominos de rota decis. 553. in antiquis. specialis verò est illa, quæ fit de certo beneficio vacaturo, aut de beneficijs certi generis personarum, puta collectorum, vt uoluerunt Domini de rota decis. 410. in antiquis, & virtus reseruationis in genere est, vt beneficia reseruata taliter affecta dicantur, quòd semper durant affecta, quousque de illis Papa prouiderit. d.c. si beneficia, & in dicta decis. 410. & 412. & 553. Adeo, ꝙ si in casu, quo essent reseruata beneficia collectorum, seu familiarium Papæ, vel cardinalium, & vnus talis esse desijsset, nihilominus beneficia sua adhuc affecta durarēt donec de illis Papa prouideret, & quamuis reseruatio inficiat titulum, vt de illo non possit alius ordinarius disponere, neque illud beneficium conferre. d.c. 2. & 3. & in d.ca. si beneficia. iuncto. d.c. si eo tempore, tamen vnionem pēdente reseruatione ab ordinario factam non afficit, licet suspendat illius effectum, durante prouisione facta virtute reseruationis, decis. 19. in antiquis. si tamen Papa, qui reseruauit, pendente reseruatione moriatur, beneficium nō remanet affectum quo ad titulum, nec quo ad possessionem vt per Domi. per illum tex. in ca. in præsenti. in 1. respon. de officio deleg. lib. 6. sed contrarium fuit determinatum per Paulum. 2. ut refert gl. in proem. reg. cancel. illa rōne, ꝙ beneficium semel affectum semper durat affectum, ut in reg. cancel.

¶ Aliqui tamen dicunt, hoc vltimum procedere, quando reseruatio facta esset a Papa, secus si a legato, argumento. no. per Bal. in c. naturales. si de feu. fuer. controu. inter domi. & agna.

¶ Vel tu cogita, si dici possit, ꝙ aut reseruatio fuit facta a Papa, sub nomine sedis Apostolicæ, & tunc mortuo Papa beneficium adhuc durat affectum, ut de illo futurus Papa disponere possit, quia sedes Apostolica nunquam moritur. Aut reseruatum fuit sub nomine Papæ, & quia ipse morit, per eius obitum effectus reseruationis extingueretur, argumento tex. no. in c. si gratiosæ. de rescrip. in 6. quod nota quæso in practica.

¶ Item secundum Abba. vt s̄. etiam relatum fuit per reseruationem factam a Papa, vel ab alio habente potestatem ex speciali concessione, iuxta. d.c. si eo tempore in fi. verb. afficitur etiam possessio, adeo ꝙ ille, cui pendente reseruatione ab ordinario beneficium collatum esset, non diceretur possidere, sed simpliciter detinere detentatione asinina, & consequenter sentit Abba. ꝙ per reseruationem inficiatur possessio ciuilis & naturalis, vt etiam est de mente Lapi. allega. 14. & præsupponunt communiter scrib. in c. vt nostrum. j. de appell. ubi in eo, super quo Papa manuū imposuit, inferior aliquis se intromittere nequit, vt ibi etiā per Inn. & arg. d.c. si eo tempore.

¶ Aliqui vero dicunt, ꝙ solum inficitur possessio ciuilis, non autem naturalis, sicut dicimus, ꝙ ex contractu inutili & nullo saltem transfertur possessio naturalis, licet non ciuilis, per l. 1. §. si vir. ff. de acquir. pos. iuncta. l. si eum. ff. de dona. inter vir. & vxo. ergo licet ex reseruatione titulus habitus ab inferiore nullus sit, tamen ex eo saltem naturalis transferretur, vt referunt Dn̄i de Rota deci. 56. in antiqs.

¶ Aliqui uero, vt fuit Aret. in §. nihil commune. l. naturaliter. ff. de acq. pos. col. 32. uoluerunt, ꝙ per reseruationē Papæ, uel alterius habentis potestatem, vt s̄. solum dicatur affici beneficium quo ad titulum, non autem quoad possessionem ciuilem & naturalem, & ego priusquam Aret. viderem, fui in hac opinione per rationem nouam vltra eum, quia arguendo, ut arguunt scriben. de donatione inter uirum & vxorem ad reseruationem, per donationem, licet inficiatur titulus, non tamen inficitur possessio ciuilis, & naturalis, quæ vxori acquiri potest, quoniam ex possessione, quæ vxori donatariæ acquiritur, ipsa facit fructus suos l. fructus. ff. de vsur. l. de fructu. cum glo. ff. de donta. inter vir. & uxor. sed ad acquisitionem fructuum necessaria est possessio maxime ciuilis l. 3. §. ex contrario, vbi Bar. & alii. ff. de acqui. poss. ergo &c.

¶ Secundò mouebat vltra Aretinum: nam ex actu iniusto a iure reprobato & violento transfertur possessio ciuilis & naturalis, ut in l. clam. §. qui ad nundinas. cum gloss. ff. de acqui. pos. l. si colonus. cum simi. ff. de vi & vi arma. & hic est tex. ergo etiam ex prouisione ordinarij facta pendente reseruatione, quæ prouisio licet nulla sit, non tamen sui natura iniusta & reprobata.

¶ Aretinus verò ita mouebatur, tenendo, ꝙ exceptio reseruationis repelleret agentem possessorio recuperandę, quiá probata reseruatione ex productione literarum reseruationis notorie & euidenter constare dicebatur de non titulo, & non canonica institutione, quia productio literarum rem notoriam facere dicebatur, & vbicunque de nō iure agentis notorie constat, agens, ut sæpius. s̄. dictum fuit, excluditur.

¶ Præterea iure cautum non reperitur, ꝙ per reseruationē inficiatur possessio, sed solum titulus, & quicquid sequitur quod titulum concernat. d.c. 2. & 3. d. ca. si beneficia. & d. c. si eo tempore, ergo sicut canō solum expressit de titulo, ita facile fuisset sibi idem dicere de possessione beneficii, quod cum non fecerit, nec dixerit, nec nos dicamus, arg. c. ad audientiā. j. de decimis, vulgata. l. si seruus. §. non dixit prætor. ff. de acq. hæredi.

¶ Rursus, vt dictum fuit, ad acquirendam quasi possessionem saltem iniustam in beneficialibus non requiritur authoritas, nec scientia, aut patientia superioris, imo ex actu reprobato & iniusto, ut proximè dictum est, acquiri potest ergo licet per reseruationem Papæ non possit ab alio titulus beneficii transferri, tamen hoc non impedit, quin ex tali prouisione tituli facta ab habente alias potestatem conferendi, saltem acquiri possit vel iniusta possessio, cum titulus nihil cum possessione commune habeat. d. §. nihil cōmune. & ad effectum, ut detur interdictum vnde vi, non refert, an sua possessio sit iusta, uel iniusta, etiam si illa clandestina & violenta respectu aduersarij esset, licet secus sit in interdicto vti possidetis, vt alias supra declaraui faciendo differentiam inter hæc duo interdicta, argumēto tex. nostri. l. si quis ad se fundum. cum simi. l. j. in fin. cum seq. ff. vti possidet.

¶ Sed quoniam docto. communiter contrarium sentiunt, ꝙ reseruatio omnem titulum, omnemque possessionem afficiat, vt hic per Abb. & Imolam. in d. §. nihil commune. Domini. in c. 2. ut lit. pend. in 6. & hoc ferè vbique præsupponunt Domini de Rota, quando reseruatio decretum irritans haberet, alioquin secus, ut in d. ca. si beneficia. Idem putarem necessarium fore, ꝙ etiam inferioribus habentibus authoritatem conferendi, esset inhibitum ratione reseruationis, puta præsentando literas reseruationis cū inhibitione, alioquin dicerentur ligatæ manus suæ, cum uerisimiliter posset reseruationem ignorare, vt videtur probare tex. qui hæc duo requirit, in d.c. si eo tempore, & vn̄r præsupponere Domini de Rota decis. 475. & 33. in antiqs facit in simili, quod dicitur, quando ab interloquutoria ad Papam fuit appellatum: quia manus inferioris a quo ligatę non censentur, nisi ipse detulerit, uel donec fuerit per Papam ad quem inhibitum, ut in c. non solum. & in ca. cū appellationibus. de appel. in 6. si bene memini, veluti in simili dicamus de procuratore constituto ad renuntiandū in manibus papæ beneficium, quia licet per reuocationem mandati dicatur extingui mandatum, non tamen eius effectus, nisi procuratori fuerit inhibitum & intimatum de reuocatione, ut in c. fin. si bene memini, de renuntia. in 6. vel in clem. fi. eod. titulo.

¶ Quod confirmo, quia lex & princeps nō solum possunt actum annullare, quoad titulum, sed etiam quoad possessionem, vt est tex. in l. quemadmodum. in fi. verb. C. de agrico. & censi. lib. 11. ¶ Vis autem est in hoc, vtrum Papa reseruando inficere possessionem voluerit, quod putarem Papam voluisse, si in literis reseruationis apposuisset clausulam decreti cum potestate inhibendi, quia facta inhibitione diceretur voluisse inficere etiam possessionem, per d.c. si eo tempore. qui nedum annullat donationem & titulum, sed etiam ea, quæ inde sequi possent, & consequenter etiam possessionem, & potest simile adduci de eo, qui donat sibi reseruato vsufructu, quia sic videtur sibi omnē possessionem reseruare, quę ex vsufructu acquiri potest, & sic naturalē, iuxta. l. naturaliter. in prin. ff. de acq. pos. vt ꝓbatur in l. si quis argentum. §. sed si quidem. C. de donat.

¶ Et sequendo hanc communem opinionem potes r̄ndere his, quæ pro secunda opinione adducebantur, & in primis dico non esse arguendum de donatione inter virum, & uxorem ad collationem factam pendente reseruatione quæ haberet clausulam decreti cum potestate inhibendi, quia tex. ex tali donatione permittit possessionem trāsferri posse. d. l. 1. §. si vir. & l. quod vxor. de acq. pos. cum. l. 1. §. deijcitur. ff. de vi & vi armat. At pendente reseruatione canon omnia, quæ sequi possunt, inficit. d.c. si eo tempore. ¶ Limita tamen hoc in casu, quem ponunt Domini

de rota

de rota decis. 221. in antiquis, vel limita prædicta procedere in reseruatione speciali facta a Papa, secus si ab inferiore, item per generalem similiter infici non dicitur, de his tamen vltimo loco positis videas no. decis. 16. in nouis, & dicas vt ibi.

97 ¶ † Addo etiam duo in hac materia, quod reseruatio Papæ nõ expirat per commendam postea ab eo alteri factam de eodem beneficio: quia per commendam titulus non datur, igitur reseruatio adhuc durat, vt posuit Bernard. collector decis. sub Rub. de præben. la prima.

98 ¶ † Addo similiter, quod quando ad vtilitatẽ eiusdem Papa idẽ beneficium bis reseruauit, per secundam reseruationem prima nõ extinguitur, sed talis geminatio aliquos effectus operatur, vt dicitur in decis. 548. in antiquis. & licet regulariter collatio alteri facta post reseruationem Papæ ad alicuius vtilitatem factam valere non soleat, tamen si collatio fuerit facta cum clausula, si non alteri fuerit ius quæsitum valebit, ẽt non facta mentione reseruationis, vt ponit idem Bernar. in decis. incip. vtrum si Papa conferat.

99 ¶ † Vltimò si concurrãt reseruatio Papæ, & collatio exequutoris apostolici, præfertur collatio, Bellamer. decis. 235. & his modis limitatur id, quod communiter in curia dici solet, quod beneficium semel per reseruationem Papę affectum semper durat affectum, etiam si cessaret cã, propter quam a principio fuit affectum, cum sufficiat ab initio affectum fuisse, ut per Dominos de rota decis. aliàs allegatis, & in decis. Bernar. incip. Papa reseruauit.

100 ¶ † Vlterius Abb. insistendo super hoc possessorio recuperandæ, an agenti in beneficialibus obstet exceptio proprietatis, aut defectus tituli, & consequenter, vt agens possit obtinere, de titulo fidem facere teneatur, ponit quandam distinctionem, quam ad plures casus reduco. Primus est, quando talis exceptio non est notoria, quia aliqui dicunt, & forte magis communiter, eam non debere admitti, & si incontinenti probaretur, vt hic, in c. proximo seq. c. super de ord. cog. do. Ant. hic, & Inn. in c. 2. de cau. poss. & pp. Nisi in casu. c. literas. ĵ. eod. quando ageretur ad restitutionem quasi possessionis coniugalis, quia talis exceptio concernens proprietatem impediret restitutionem, quando incontinenti probaretur, & ratio esse potest, quia ius commune tali possessioni resistere dicitur, vt alias dictum fuit, super quo non insisto. ¶ Contrarium uero in hoc primo casu voluit Abb. argumento c. dudum. il 2. de electio. & c. eum, qui. de eo, qui mitt. in poss. in 6. & hoc ne detur vitio sus ingressus, & ne quis beneficium cum peccato obtineat tum etiam, quia in mora modici temporis præiudicium considerabile non contingit. l. si debitori. ff. de iud. sed tu teneas opinionem Inno. & domini Ant. quia facile est his rationibus Abb. respondere, vt s̃. dixi. Secundus casus sit, quando exceptio defectus tituli est notorius tali notorio, per quod certum sit, uel saltem tam verisimile, quod nullum ius competat, aut competere possit agenti quoad titulum, nam tunc talis exceptio impedit restitutionem quasi possessionis coniugalis, siue ea fundet intentionem excipientis, siue non, dummodo excipiens incontinenti offerat se illam probare, hoc enim casu restitutio absque peccato fieri non posset, verumtamen est, quod iudex ex suo officio potest supplere, & cogere spoliatorem beneficium relaxare, nec illud penes ipsum dimittere, similiter quando ageret ad quasi possessionem coniugalem, quia si de spoliatione constet, iudex supplere ex officio suo potest, vt spoliator puniatur, argumen. c. constitutum. & c. quoniam. de fil. presby. & per Inn. in c. j. de officio iud. c. si constiterit. vbi Ab. ĵ. de accusatio. Io. And. in d. addit. in rubr. eod. cum alijs, vt hic per Abb. in alijs vero, quàm in matrimonio carnali, vt in beneficialibus, si exceptio notoria, ut s̃. intentionem excipientis non fundet, ea non obstabit, quia ille iuste possidet, qui respectu spoliatoris possidet. l. fi. C. de rei vendi. l. 1. in fin. cum seq. ff. vti posside. l. loci corpus. §. competit. ff. si serui. vendic. & in hoc casu non procedunt, neque loquuntur glo. in dicto capit. ad decimas. & in dicto c. j. de rescrip. in vj.

¶ Tertius casus est, quando exceptio defectus proprietatis non est notoria, ut proximè dictum est, quia nec ex cõfessione iudiciali, nec ex plenis probationibus, & legitimè in iudicio admissis, iuxta. c. vestræ. & c. fin. de cohab. cleri. & mul. & no. in c. vt manifesta. 2. q. j. & per Inn. in d. c. constitutus, sed solum dicitur notoria, quia agenti ius commune resistit, & contra eum præsumptio iuris communis abhorret, ut quia appareat ipsum duo beneficia incompatibilia retinere, uel pati natalium, seu ætatis defectum, uel quia patri immediate successerit, tunc enim hæc exceptio etiam notoria iuris præsumptione agentem non excludit, vt hic per Abb. per d. c. ex insinuatione. s̃. de procurat. qui tex. mihi hoc non probat, vel latius dictum fuit, tamẽ hęc opinio vera videtur per plura, quæ alias dicta sunt.

¶ Nam & si præsumptio talis sit contra agentẽ, tamen contrarium probari potest, puta ostendendo dispensationem superioris, argumento. d. c. licet episcopus. cum gl. de præben. in 6. Item in casu isto spoliator sibi ius propria authoritate dicere non debuit, iuribus alias allegatis.

¶ Contrarium tamen in hoc casu voluit domi. Ant. hic, & fuit opinio Io. And. in d. Rub. pro quibus multum facere videtur. d. c. ad decimas. vbi videtur casus.

¶ Sed Abb. pro solutione considerat, quod aut talis exceptio, vt proxime notoria intentionem excipientis non fundat, sed ius tertii continet, & tunc procedit id, quod ipse hic dixit, quod agens non excludatur, aut illa iuris pręsumptione intentionem excipientis fundat, & excludit agentem, nisi ipse plenè & euidenter de legitimo titulo docuerit. d. ca. ad decimas. & hoc casu saluari potest opinio Ant. Ioã. Andr. & gl. in d. c. ad decimas. quia concurrunt duo vincula. Primum, quod in dubio contra agentem præsumitur. Aliud: quia in dubio præsumitur pro reo spoliato, pro quo est ius commune.

¶ Item quia concurrunt simul spoliator, hoc est prædo & dominus, ideo æquum est, dominum prædoni præferri. l. bona fides. ff. deposi. capitulo secundo. de ordi. cognit. & secundum hæc dicta consulendum, & iudicandum esset, in puncto tamen iuris ab his, quæ alias super his. supra dixi, non recedo.

101 ¶ † Vltimò, noto regulam, quod in his casibus, quibus contra spoliatum agentem exceptio proprietatis admittitur, illa semper incontinenti probari debet, alioquin &c. ne talis exceptio in fraudem ad differendam restitutionem opponeretur, vt ex prædictis colligitur, & not. in c. significasti. de diuor. & c. post electionem. de concess. præben. quamuis. d. c. significasti. multum aduersetur. c. porro. eod. titu. pro cuius solutione Abb. se remittit ad no. ibi, ubi glo. & doct. circa hoc nihil boni afferunt, sed dicas, vt s̃. circa solutionem illorum iurium.

¶ De alijs autem quibusdam, quæ propriè hanc materiam possessorii recuperandæ non concernunt. Abb. se remittit ad iura, ut hic per eum, & maximè ad no. per Bar. in l. 1. §. 1. ff. de itin. actuque priua. vbi multa ponit circa quasi possessionem iurium incorporalium, videas, vt ibi per eum.

102 ¶ † In vltima oppositione, quam format Abb. de l. bona fides. ipse sequitur solutionem glo. hic, ex cuius uerbis colligitur, quod priuilegium possessorii recuperandæ est, vt illo pẽdente interim petitorium silere faciat, & agens tali possessorio non possit super petitorio reconueniri, & hoc in odium spoliatoris, iuxta. d. clemẽ. vnicam. d. l. si quis ad se fundum. & d. c. pastoralis. de cau. poss. & proprie. istud priuilegium procedit quò ad ipsum spoliatorem, vt ipse recõuenire nequeat, non autem quo ad alium tertium, qui eodem tempore, quo spoliatus petitorio agit, uellet contra reum spoliatorem petitorio agere, & sic concurrere cum possessorio iam intentato, quia talis tertius agere posset, & petitorium propter possessorium silere non deberet, argumento. d. l. bona fides. & per gl. hic, quam sequuntur communiter docto. canonistæ, & fuit de mente Bar. in d. §. nihil commune. qui vult, petitorium silere debere, quando aduersarius illud intentare uellet, secus ergo, si alius tertius, & cum hac opinione pertranseunt Domini de rota decis. 162. alias 154. vbi hoc voluerunt, & ratio est: quia istud priuilegium possessorij fundatum est in odio spoliatoris. dicta clementina vnica, ergo ad alium tertium, qui nihil peccauit, trahendum non est capitulo odia. de regulis iur. in 6.

¶ Confirmantur hæc, quia exceptio spoliationis, quæ contra agentem petitorio opponi potest. dicto capitulo pastoralis. contra tertium agentem petitorio nihil operatur. dicto capitulo frequens. eodem titulo in 6. & hanc opinionem sequitur Lapus alleg. 27. quia delictum delinquentẽ egredi non debet, & peccatum suos authores sequitur. l. sancimus. C. de pœnis. capitulo quæsiuit de his, quæ fiunt a maior. part. & ego illam confirmo per l. cum fundum. in fin. ff. de ui & vi arma. qui text. in his terminis esse videtur, & ita illum intelligo, vt uerba conuenire videntur. ¶ Et hoc modo intelligendo cessant plura,

de quibus gl.hic dubitauit.

¶Sed contra hanc conclusionem videtur tex.in ca.olim.il 2.˜.eod.vbi de iure tertij ad impediendam restitutionem opponi potest.

¶Secundo in contrarium facit id, quod voluit Inn.in c.veniens.˜.de sponsa.vbi si vxor hoc possessorio contra maritum agat,& alia mulier contra eundem petitorio agere velit,per hoc restitutio non impeditur,& mulier agens petitorio non auditur.

¶At sequendo opinionem gl. ꝙ pendente hoc possessorio tertius petitorio agere possit,neque suspendi valeat per ea, quæ dicta sunt,maxime per d.l.cum fundum.in fi. istis in contrarium adductis respõderi potest,& primo.d.c.olim. quia,vt inquit ibi Ab.exceptio petitorij opponitur exequutioni,non autem processui,ibi enim spoliator condemnatus fuit ad restitutionem,& cum exequutio contra eum peteretur ad euitandam saltem restitutionem fructuum ipse opponebat,illum prius debere restitui aduersus alium suũ spoliatorem.secũdo ibi spoliator a restitutione fructuum propter inopiam se excusabat, quia dicebat se ab alio possessione eiusdem rei spoliatum fuisse.

¶Tertiò,tu dicas,aliud esse,ꝙ tertius,hoc est dñs agat petitorio, & spoliatus agat possessorio contra spoliatorem, & hic est casus noster,& aliud,ꝙ spoliatus agat possessorio cõtra spoliatorem,& ipse excipiat de alia spoliatione sibi a tertio facta,quoniam nisi ipse restituatur realiter, cogi nõ debet restituere,saltem fructus.d.c.olim.

¶Vel vltimo,ibi solum dubitatur de restitutione fructuũ, a qua spoliator propter inopiam excusatur.

¶Non obstat dictum Inn.quod fortius vrget,quoniam forte dici potest,illius dictum sustinendo,ꝙ aliud est, an agat possessorio ad restitutionem quasi possessionis coniugalis, & tunc procedat dictum Inno. aliud vero est, ꝙ agatur ad restitutionem rei corporalis,& tunc procedat id,quod uoluit gl.nostra. Ratio differentiæ est, quia primo casu facilius,quam in secundo restitutio impeditur,nam in primo ius commune possessorij resistit, & ideo tenetur ex titulo suam quasi possessionem iustificare.c.ex parte.c.transmissa.eod.ti.At in alio casu non tenetur, etiam si notorius defectus proprietatis contra eum opponeretur,vt latius.s̃.dictum fuit.

¶Vel dici potest secundum dom.Ant. ꝙ aut ius tertii uolẽtis agere petitorio est penitus separatum a iure ipsius spoliatoris adeo, ꝙ victoria illius tertii nullum commodum ipsi spoliatori afferre potest quoad iudicium possessorium, & tunc tertius petitorio agere,& cum spoliato agente possessorio concurrere potest,& hoc modo intelligitur id, qđ voluit gl.nostra,aut verò dictum ius tertii est connexum, & vnitum cũ iure ipsius rei spoliatoris taliter quod victoria illius tertii in petitorio spoliatori prodesse posset, ut restituere non teneretur, & tunc tertius volens concurrere non auditur,ne restitutio impediatur, & hoc modo intelligatur dictum Inn.in d.cap.veniens.ut hic ponit Abb.ex mente Ant.quod sic declara,ius enim tertiæ mulieris agẽtis contra maritum petitorio asserentis, illum esse maritũ suum,erat connexum cum iure ipsius mariti ratione allegati matrimonii,quod dicitur esse coniunctio indiuiduã consuetudinem continens,vt insti.de pat. pot. & ideo tertia mulier agendo petitorio nõ admittitur, quoniam si de matrimonio constaret,restitutio impediretur,ne cõtingeret coniungi eos,inter quos matrimonium non esset,arg. d.c.literas.Hanc declarationem dom.Ant. sequitur Ioan. de Imola hic,& cum illa pertranseunt doct. communiter ratione connexitatis,quod in simili suaderi potest ex pluribus.maxime ex not.in l.qui patri.ff.de acq.hæredit.l.alterius §.1.ff.de aqua plu.& arcen.& in l.si is,cum quo.ff.cõmuni diuid.

¶Abb.uerò hic,& in repeti.sua.c.item cum quis.˜.eo.nec non in d.ca.veniens.contrarium eius,quod voluit Inn.sequutus fuit, ꝙ in terminis illis mulier tertia agere possit petitorio,& ex pluribus mouetur,& in primis, quia istud, quod petitorium pendente possessorio recuperandæ interim silere debeat,in odium spoliatoris introductum fuit. Item in priuilegium spoliati, ergo hoc ad tertium extendi non debet,qui nihil peccauit,si pro iure suo petitorio agere vellet,& quandoque malum ratione boni connexi toleratur.c.sacri.˜.de sepul.gl.in c.qua magnum.23.q.4.

¶Istud motiuum sublatum fuit, quoniam magis in hoc casu ratione connexitatis petitorium retardari debet, quàm simul admitti,ne contingat spoliatorem de violẽtia ab eo illata impunitum remanere, & præsertim,cum ius tertii non auferatur,quamuis aliqualiter differatur,argu.l.si debitori.ff.de iudiciis.

¶Non obstat alia ratio Abbatis,ꝙ odium spoliatoris,& priuilegium spoliati nocere non debet tertio volenti ius suũ

103 prosequi,ex quo nihil peccauit,quia respondetur,† ꝙ quãdoque ratione connexitatis & indiuidui quis ex facto alterius grauatur,atque punitur.d.l.si is,cum quo. & d.l.alterius.§.1.faciunt,quæ habentur in c.cognoscentes.s̃.de cõstit.vbi quandoque quis sine culpa,sed non sine causa punitur & præcipuè quando damnum in modico mento temporis consisteret,& sic esset recuperabile,vt in casu nostro, arg.c.ex insinuatione.in fi.secundum communem intellectum.s̃.de procurato.Item quia mora modici temporis in consideratione esse non dicitur.d.l.si debitori.

¶Nec obstant.d.c.sacris. & d.c.qua magnum. quia ibi ratione connexitatis damnum esset irreparabile, & ideo q̃s sine culpa punitur.

¶Posset tamen forte in hoc articulo ita considerari duos casus ponendo.Primus sit,quando tertius pro iure suo ad effectum impediendi restitutionem opponeret de suo iure & dominio per viam exceptionis,& sic nõ agendo, sed excipiendo,& tunc ipse non auditur, siue ius suum sit connexum,siue non cum iure spoliatoris & ita procedat dictũ Inn.nam potest replicari quoad iudicium intentatum excipientis non interesse,argumento l.fin. C.de rei uendic. cum simi.

¶Secundus casus sit, quando pẽdente iudicio possessorio inter spoliantem & spoliatum, tertius vellet principaliter agere petitorio,ut ius suum consequeretur,& restitutionẽ impediret,& tunc poterit,quia quando dominus cum prędone concurrit,potior est causa ipsius domini. d.l. bona. fides.ff.deposit. ipse enim dominus principaliter venit,vt ius suum consequatur,non autem vt spoliatum impediat licet in consequentiam hoc contingeret, nam debet attendi,quod principaliter agitur, & ita intelligatur glosa nr̃a, pro qua facit d.l.cum fundum.in fin.& hoc modo posset saluari id,quod Abb. voluit hic,& in d.c.veniens. nec nõ in d.c.item cum quis.Vlterius propter instantes feruentes calores non est insistendum, & sic finitæ erunt lectiones huius anni cum tota materia huius no.decretalis,sup qua si bene quicquam dictum fuit,diuinæ maiestati totum assignet,at si quid male imbecillitati ingenii mei.Laus Deo optimo maximoq;.Amen. Bononie.17.Cal.Aug.1549.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum quod vi,aut clam cui, & ad quid detur, & quare dicatur restitutorium.*

2 *Interdictum quod vi,aut clam simile est edicto de noui operis nuntiatione.*

3 *Contra clandestinum possessorem datur interdictum unde ui & vti possidetis.*

4 *Exceptio criminis non impedit exequutionem restitutionis quando opponitur contra agentem,qui vi, vel clam sua possessione priuatus fuit, & nu.8.*

5 *Crimen quando contra spoliatum agentem opponi possit,remissiuè.*

6 *Inimicitiæ habiles ad excludendum ab accusatione oriuntur ex spoliatione rei immobilis.*

Inimicitia vel leuis repellit ab accusando, & an idem sit a testificando.

7 *Possessorium recuperandæ retinet priuilegium petitorij suspensiuum vsque ad perfectam sententiæ exequutionem.*

9 *Excipiens dicitur agere.*

10 *Accusatio dici potest actio.*

11 *Inimicitia ex spoliatione rei causata extinguitur,facta restitutione.*

12 *Inimicus ob spoliationem rei an facta restitutione statim ad accusandum admittatur.*

13 *Clandestinus possessor dominum reuertentem non admittens,illi violenter resistendo, conuenitur interdicto vnde ui directo.*

14 *Remedium directum & remedium vtile quando competere dicatur.*

15 *Domino,qui de sua possessione recessit, nemine relicto, & reuersus ad rem accedere non est ausus, maiorem vim veritus,quo remedio succursum sit. Et an interdictum huic competens sit directum,uel utile nu.16.*

17 Do-

17 *Dominus abſens non reuertens ad poſſeſſionem quibus caſibus poſſeſſionem ciuilem amittat.*

18 *Contra clandeſtinum poſſeſſorem quæ remedia domino competant.*

19 *Lex,uel ſtatutum tollens omnes exceptiones non tollit illas,per quas totalis intentio agentis excluderetur, & quæ ſublatæ intelligantur,nu.21.& 23.*

20 *Exceptiones,quæ agenti interdicto quod ui, aut clam opponuntur.*

22 *Statutum ſemper eſt intelligendum,vt vltra ius commune aliquid addat.*

Reſcriptum ad lites eſt ſtricti iuris.

24 *Lex,uel princeps tollens exceptiones aliquas ſpecialiter,ſi clauſulam generalẽ addat,ſimiles ſolũ tollere uidetur.*

25 *Lex vel princeps generaliter & ſimpliciter omnes exceptiones tollens in dubio ſolum dilatorias,& non peremptorias ſuſtuliſſe videtur, item ſolum illas, quę a iure poſitiuo ſunt inductæ.nu.26.*

27 *Exceptionibus omnibus ſublatis per legem,principem,uel ſtatutum,quæ non dicantur ſublatæ uſque ad nume.38.*

34 *Exceptio incompetentiæ iudicis an in dubio ſublata cenſeatur,remota exceptione nullitatis,& qñ opponi poſſit.*

35 *Officium iudicis an ſublatum cenſeatur a ſtatuto, vel lege omnes exceptiones excludente.*

36 *Sublata omni defenſione non tollitur, quin poſt ſolutionem quis repetere poſſit.*

37 *Defenſio quo ad ſui ſubſtantiam an per ſtatutum tolli valeat.*

38 *Statuto prohibente aliquam exceptionem opponi contra publicum inſtrumentum, an exceptio ſimulationis opponi poſſit.*

39 *Simulatio contractus facit illum eſſe alium contractum, quamuis non faciat deſinere eſſe publicum inſtrumentum de eo.*

40 *Crimen inhabilitans perſonam ad agendum obſtat agenti ad reſtitutionem.*

41 *Excommunicatio et bannum non ſunt crimina,ſed pęnę criminum.*

42 *Crimen priuans ipſo iure aliquem proprietate poteſt opponi agenti ad reſtitutionem in beneficialibus.*

Crimen hæreſis agenti ad reſtitutionem in beneficialibus opponi poteſt.

Hæreticus an ipſo iure, uel poſt latam ſententiam non ſolũ proprietate,ſed etiam poſſeſſione rei ſuæ priuetur.

43 *Et quid de filijs hæreticorum.*

44 *Nullum crimen etiam grauiſſimum beneficij priuationem ipſo iure inducere,quomodo intelligatur.*

45 *Laico agenti ad reſtitutionem decimarum, an obſtet exceptio,quod ſit laicus.*

46 *Exceptio criminis notoria quando in beneficialibus obſtet agenti poſſeſſorio recuperandæ.*

C.Item cum quis &c.

SVMMATVR communiter
hoc modo, non obſtat exce-
ptio criminis agenti interdi
cto vnde ui,vel quod vi, aut
1 clam.¶†Hoc ſummariũ mi-
hi non placet, quia non uide
tur hic tex.intelligi etiam de
eo, qui agit interdicto quod
vi, aut clam,illud enim non
præſupponit aliquẽ ſua poſ-
ſeſſione priuatum fuiſſe, ne-
que principaliter ad recuperandam poſſeſſionem, & ad re
ſtitutionem datur,ſicut interdictum vnde vi, ſed præſup-
ponit opus aliquod vi,aut clam fuiſſe factum, ad quod de
moliendum & deſtruendum ſolum datur tam contra poſ
ſidentem,q̃ non poſſidentem, & ipſi poſſidenti,ac etiam
non poſſidenti.l.1.§.primo.& ibi no.ff.de noui oper.nun.
l.1.in princ.& in §.1.l.competit.maxime in fin.l.is,qui in
puteum.§.ſi ita prædium. & ibi per totum titulum. ff. qđ
vi,aut clam.ſed hic tex.loquitur, quando quis principali-
ter ad reſtitutionem agit,& ratione clandeſtinę poſſeſſio-
nis,quam reus conuentus vi,vel clam,& ſic iniuſte occupa
uit,vt ibi: item cum quis dicit ſe de poſſeſſione violenter
eiectum,vel aduerſarium clã poſſeſſionem intraſſe, & ibi,
aduerſus eum ante reſtitutionem &c.Non autem hic agi-
tur ratione operis facti, ergo non poteſt hic text. intelligi
de eo,qui agit interdicto quod ui, aut clam eo, quia clam
poſſeſſionem agentis ingreſſus fuerit, item quia in libello
illius interdicti non proponitur,neque cõcluditur, quem
fuiſſe clam ingreſſum poſſeſſionem agentis; & præciſe ad
reſtitutionem cogi debere,ut hic, ſed ſolum opus vi, aut
clam fuiſſe factum,vel deſtructũ,& illud demoliri, & tolli
ſeu deſtructum reſtitui,vel patientiam præſtari, ſecũdum
ꝙ habetur per Io.And.in titulo,de reſti.ſpolia. in princ.v.
col.Et ex his patet,non eſſe ſimpliciter & indiſtincte verũ
dictum gl.in c.paſtoralis.s̃.de cau.poſſ.& propr.& Ioan.
And.in addi.ad ſpecu.in d.tit.de reſti.ſpolia.in verſi.poſ-
ſeſſionis.poſt ſpecu.ibi in v.col.dum dicunt,ꝙ interdictũ
quod vi,aut clam,dicitur eſſe interdictum recuperandæ,
ſeu reſtituendæ poſſeſſionis,& ſic duo dicũtur interdicta
recuperandæ,ut ibi,& propterea in l.1.§.j.ff.quod vi, aut
clam.interdictum reſtitutorium eſſe dicitur,quoniam po
ſito,ꝙ ita ſit,non tamen principaliter & directo reſtituto-
rium poſſeſſionis dicitur,neque principaliter, & ſui natu-
ra ad recuperandam poſſeſſionem datur, ſicut interdictũ
vnde vi,cum poſſidenti etiam detur,vt clare vult Ioã. An.
in loco præallegato,ſed dicitur reſtitutorium, quoniam ꝑ
illud principaliter agitur, vt res ad ſtatum reſtituatur, in
quo prius ante opus factum,uel deſtructum erat, ut decla
rare videtur tex.in d.§.j.& ibi per totum tit.itaque etiam
velle poſtea videtur Io.An. in loco allegato, & hoc modo
debet intelligi.l.fi.C.vnde vi,vt ibi eſt de mente glo.
2 ¶†Nec placet etiam,quod dicit Io.An.in d.uer. poſſeſſio-
nis,hoc interdictũ eſſe ſimile interdicto poſſeſſionis, qm̃
potius edicto de noui operis nuntiatione ſimile eſt, vt ha-
betur,& no.in d.l.1.§.j.ff.de noui op.nuntia. quamuis,vt
ibi no.gl.Bar.& alij in aliquibus differant, vt habetur etiã
per Ioan.And. in addi.ad ſpecu.in d.tit.in 7.col.
¶Item in interdicto quod vi,aut clam dicit, ꝙ agens poſſi
det.In interdicto vero unde vi ꝙ poſſederit,per Io.Andr.
in d.tit.in verſi.poſſeſſionis.¶Dubium ergo ſupereſt, quo
remedio hic potuerit agi contra eum, qui clam alterius
poſſeſſionem ingreſſus fuit,iuxa.l. clam.§. qui ad nundi-
3 nas.& in prin.ff.de acq.poſ.†vnde dicas hunc tex. intelli-
gi poſſe,ꝙ hic agebatur interdicto unde ui, & ſic poſſeſſo-
rio recuperandæ tam in ſecundo caſu,qñ poſſeſſionem clã
ingreſſus fuit,quàm in primo,quando violenter eiecit, in
his enim duobus caſibus datur illud interdictum, vt hic
vult,& declarat gl.j.vbi poſt doc.dicemus,& facit hic tex.
ibi,reſtitutionem &c. itaque intelligendo facit ad titulũ.
Poteſt etiam intelligi, ꝙ potuerit agi interdicto uti poſſi-
detis contra eum,qui clam ingreſſus fuit,nam regulariter
huiuſmodi interdictum datur contra eum qui clam ab eo
qui agit,poſſidet,quoniam quis clam ingrediendo, domi-
num, ſeu poſſeſſorem in ſua ciuili poſſeſſione moleſtare,
ſeu inquietare dicitur,& ideo contra eum competit, ut in
l.j.in prin.& in fi.& l.3.in prin.iuncta l.fi.ff.uti poſſid.&
l.clam.ff.de acquir.poſ.& in hoc caſu agens interdicto uti
poſſidetis large ſaltem loquendo poſſet dici agere ad reſti
tutionem & recuperationem poſſeſſionis, videlicet natu-
ralis,ut clare eſt de mẽte gl.ſingularis in d.l. clam.in prin.
in ver.ſuſpicabatur,& hoc modo poteſt intelligi & verifi-
cari hic tex.in illis verbis, ante reſtitutionem &c. ¶Et ꝙ
contra ingredientem clã alterius poſſeſſionem regulari-
ter detur interdictum uti poſſidetis, qñ clam ab aduerſa-
rio poſſidet, ꝓbatur in §.retinendæ,inſti.de interdic.not.
in ca.licet cauſam.j̃.de proba.in l.j.in fi.& in l.3.in prin.
ff.vti poſſi.item tale interdictum datur etiam illi,qui quo
quomodo in ſua poſſeſſione ciuili & naturali,uel in ſua ci
uili tantum,uel in ſua naturali inquietaretur,& moleſtare
tur,vt in iuribus præallegatis, unde ſi contingeret poſſeſ-
ſorem in ſua poſſeſſione turbari,ſeu moleſtari per opus in
re a ſe poſſeſſa factum,tunc daretur ipſi tale interdictum
ratione nõ operis,& ædificij principaliter, ſed turbationis
& inquietationis ex opere facto prouenientis,vt opus tol-
li deberet,veluti eſt text.q ſic debet intelligi in l. ſi duo.§.
ſi uicinus.ff.uti poſſi.poterit ergo agi contra eum, qui vi,

vel clam ædificauit,ut ædificium tollat, dupliciter, & ad duplicem effectum, primo, ut in sua possessione ratione ædificii & operis non turbetur.d.§.si vicinus.iunctis nota. per Abb.in c.audita.§.eo.secundo, vt tollatur opus ratione sui interesse,& tunc agi debebit interdicto quod vi,aut clam,& non vti possideus,ut per totum.ff.quod vi,aut clã & per Specu.in d.tit.de resti.spo.in v.& vj.col. & ibi Ioã. An.in addi.& sic ex prædictis patet in casu huius capituli non posse dici, ꝙ fuerit actum interdicto quod vi,aut clã, sed solum interdicto vnde vi,uel uti possidetis.cogita.

4 ¶†Aliter ergo summari debet, & hoc dicat,exceptio criminis ante restitutionem non obstat illi,qui vi,vel clã possessione priuatus fuit,vel sic, obiectio criminis non impedit exequutionem restitutionis, quando opponitur cõtra agentem,qui vi,vel clam sua possessione priuatus fuit.h.dicit in effectu.¶Diuiditur,vt per scribentes.

¶In tex.ibi obijcit,intelligas criminaliter agendo, vt text. j.declarat,& nedum per viam exceptionis,ut hic, sed etiã principaliter reconueniendo,vt hic probari videtur, ibi, quoniam criminaliter aduersus eum ante restitutionem agere non potest,& ibi non occurrit nobis, ꝙ illius obiectio admitti debeat,videlicet ad effectum,vt puniatur,uel principalis causæ propter hoc exequutio retardari, & consequenter hic tex.loquit̃,siue de crimine opponatur principaliter,reconueniendo,siue excipiendo,nam si solum loqueretur,quando per modum exceptionis opponitur,clarum esset,ꝙ de crimine puniri non posset,cum effectus exceptionis sit solum intentionem agentis excludere,nõ autem ut excipiens obtineat id,quod excepit, & super illo iudex iudicare debeat.c.cum dilectus.de ordi.cogn. & facit tex.in c.1.& 2.3.q.1.& in ca.nullus, cum seq.& seq.2.q.2.

5 ¶†An autẽ,& qñ contra spoliatum agentem opponi, & cõtra eum principaliter agi criminaliter possit, videas gl.nó. in c.in scripturis.2.qõ.2.quæ concludit, spoliatorem non posse excipiendo, nec principaliter agendo aliquod crimẽ spoliato obiicere antequam restituatur,per text. nostrum, & in d.c.cum dilectus.iuncto d.c.1.& 2. uide etiam glo. summæ.2.q.2.Ab alio tñ spoliatus potest accusari etiã ante restitutionem de aliis criminibus,& non de illo, ꝓ quo spoliatus fuit,& hoc,ne delicta impunita remaneant,cum ea puniri reipubl.intersit.l.ita vulneratus.ff. ad l.Aquil.

¶In tex.ibi aduersarius &c.ergo infertur,ꝙ alius, qui non sit aduersarius in causa spolii possit spoliatum de crimine conuenire,quod intelligas de alijs criminibus, & non de eo pro quo spoliatus fuit.Ita intelligatur.ca.2.3.q.1.

¶In tex.ibi ante restitutionem,&c. ergo secus facta restitutione,ut hic a contrario,& clare probatur.in c. cum ecclesia.& in c.audiuimus.3.q.2.¶In tex. ibi cum præsumatur existere inimicus,intelligas ratione spoliationis,& eiectionis,vel ex eo,quòd clam eius possessionem fuit ingressus, & procedit hoc referendo rationem istam in fin. positam ad vtrunque casum.§.positũ, prout summus Pontifex referre voluit,nam q bona nostra tollit, inimicus noster est

6 secundum Abb.antiquum & Io.An.hic.¶†Ex tertio nota. Abb.colligitur,ꝙ ex spoliatione & priuatione rei immobilis & particularis oriri dicuntur inimicitiæ inter spoliatorem & spoliatum habiles ad excludendum spoliatorem ab accusatione spoliati,vt hic est tex.melior de iure,quem ad hoc singulare & vnicum esse puto,quia tex.in c.accedens. il 2.vt lit.non contest.loquitur de eo,qui violenter terram & vxorem detinebat,quo casu nedum ipse, sed eius amici & consanguinei quodammodo inimici,& suspecti censentur,ut ibi.¶Idem dico per hunc text. singularem, qñ quis non violenter,sed clam, & sic iniustè possessionem absentis ingressus fuisset,quem postea uenientem non admisisset,ut in casu.l.clam.§.qui ad nundinas.ff.de acqu.poss.& sic optime hic probatur,ꝙ ille, qui habet mecum causam possessionis recuperandæ,censetur meus inimicus.

¶Ex quibus infertur, ꝙ inimicitia leuis, & proueniens nõ ex magna,sed ex leui causa ab accusatione excludit, nam inimicitia proueniens ex eo, quod quis prætendit se ab aliquo sua possessione spoliatum, & priuatum, dicitur leuis, quia ex leui causa prouenit, causa em̃ possessorii maximè recuperandæ parui & modici momẽti dr̃,ut in l.vnica, cũ ibi no.C.si de moment.poss.fuer.appel.& no.in l.momẽtaneæ.C.unde vi.& tñ ex tali inimicitia quis repellitur ab accusando & obiiciendo de crimine criminaliter, ut hic, & hunc tex.ad hoc reperio ponderari a gl.in ca.2.3.q.v.& in c.cum oporteat.de accusa.& ideo forte Abb.in ca.1. in prin.2.col.de accu.& gl.in d.c.2.3.q.5.& in d.c.cum oporteat.non bene loquuti fuerunt, neque alij omnes, qui eos sequuti fuerunt, volẽtes,ꝙ ad hoc,ut inimicus ab accusando repellatur,necesse sit, vt sit grauis & magna inimicitia, per d.c.cum oporteat.

¶Præterea ob leuẽ inimicitiam quis ab actu iudicandi repellitur,ut no.in c.accedens.il 1.& il 2.vt lit. non contest. bonus tex.in c.causam,quæ.de offi.deleg. ergo idem quo ad actum accusandi dicendũ est: parua tamen & leuis inimicitia non repellit quem a ferendo testimonio,sed requiritur, vt sit grauius & magna, veluti no.ꝑ gl.in l.3.in prin. ff.de testi.c.licet heli.de simo.& c.per tuas.eo.ti.no. in d. c.accedens.& in c.si testes.in ver.inimicus.4.q.3. & ita cõmuniter doc.sequuntur.¶Et quamuis Io.An.post gl. in d. c.cum oporteat.quem sequitur Do.in d.ca.2.3.q.5. dicat hunc text.intelligi debere, quando erat quæstio de omnibus bonis,uel de maiori parte,quo casu ex ea nascitur grauis & capitalis inimicitia,arg.c.frequens.de resti.spolia.in 6.& ibi no.tamen mihi hoc non placet,quia est maxima restrictio & diuinatio ad hunc tex.¶Præterea habetur consideratio, an spoliatio fuerit facta de omnibus bonis, vel de maiori parte,quãdo allegaretur,& opponeretur de spoliatione facta a tertio,& non ab aduersario,vt in d.cap.frequens.sed hic allegabatur de spoliatione facta ab aduersario,ut clare habetur in tex.ergo &c.

¶Et licet Io.And.in gl.d.c.frequens.dicat,ridiculum esse dicere,ꝙ criminaliter accusatus accusatorem possit repellere opponendo de spoliatione rei particularis & modicæ tamen attento,ꝙ ex hoc saltem leuis inimicitia causatur, accusatorem excludere debet,ne iratus nocere cupiat, & ne modice læsus se vlcisci uelit, quæ ratio in leui quoque inimicitia locum habet,ut colligitur ex tex.in d.c.accusatoribus.3.q.v.¶Rursus prædictis multum aduersatur, qđ nõ.in c.licet heli.de simo.in ver.distinguendum. ubi omnis,qui ad accusandum admittitur, non admittitur ad testificandum,quia facilius quis accusat, quam testificetur. Ratio est,quoniam per accusatores crimina non probant̃, sed ꝑ testes.d.c.licet heli.& facit ca. de cętero.de testibus. sed qui est inimicus leui inimicitia,accusare non potest,vt hic,minus ergo testificari poterit, cuius cõtrarium volũt omnes gl.& doc.in locis præallegatis maximè in d.l.3. cũ simi.¶Sed tu cogita,si dici possit primò, ꝙ qui non potest propter inimicitias accusare, testis quoque esse non potest capiendo inimicitiam in genere,quia propter inimicitiam quis ab accusando,& a testificando repellitur, sed diuersis respectibus, nam propter inimicitias etiam leues quis ab accusando repellitur,vt hic,sed a testificando propter graues excluditur.Ratio diuersitatis esse potest, quia inimicitia de iure ciuili a testificando expellit.l.3.ff.de testi. cum sim.sed non ab accusando.l.qui accusare.cum ibi no.ff.de accus.sed de iure canonico a testificando excludit.c.de cętero.de testi.c.si testes.cum ibi no.4.q.2.& c.2.3.q.2. & ẽt ab accusando,ut in iuribus præallegatis, & sic verum erit generaliter loquendo, ꝙ qui propter inimicitias accusare non potest, testificari etiam non possit, sed diuersimode, quia propter leues accusare non poterit,vt hic,sed propter capitales & graues non poterit testificari.d.c.licet heli. & d.c.per tuas.de simo.vel melius dicas,non esse differentiã in hoc inter accusationem & depositionem testium, nam cum regulariter a iure canonico æquiparentur. d.ca.1.4. q.2.& d.ca.2.3.q.v. dispositum in uno in alio dispositum esse dicetur,argu.eorũ, quæ habentur per Bartolum & alios in l.prima.ff.de lega.primo.& per doc.in c. translato. per illum textum de constitu.& consequenter sicut ꝓpter leuem inimicitiam existentem adhuc quis ab accusando excluditur,vt hic probat̃, & in c.accusatoribus. 3.q.5. ita propter eandem quis a testificando excludi debebit,per d. c.2.3.q.v.& sic non est verum simpliciter id, quod supra dictum fuit,quod propter leuem inimicitiam quis a testificando non excludatur.

¶Non obstat dictum cap.licet heli.& dictum c. per tuas. & dictum c.de cætero.quia pro solutione ad propositum videas,not.per Domi.de sanct.Gemi.in dicto ca.2.2.q.v. qui bene loqui videtur,dum distinguit,quòd aut sunt,seu fuerunt inimicitiæ capitales,& tunc ab accusando & testificando excludunt,dicto c.secundo,& dicto ca.licet heli. cum seq.Aut non sunt capitales,sed leues, quæ adhuc durant,& hæ a testificando excludunt, ut per Archid. in dicto capitulo secundo, vel saltem fidem minuunt, ut per Dom.in gloss.summæ 3.quæstione quinta. ergo idem est, quod in actu accusandi, quia propter leues, & non capitales quis accusare nõ potest, vt hic,& d.c.accusatoribus, nam æquiparantur & a pari procedũt accusatio & testificatio,

catio, arguendo negatiuè de accusatione ad testificationē, non potest accusare, ergo nec testificari, d.c.ij. cum seq. & d.c.j.sed non arguendo affirmatiuè; quia non sequitur, potest accusare, ergo & testificari. d.c.licet Heli.& d.c.de cætero.quæ iura sic loquuntur. Cogita tamen; quia hoc nondum apud me bene resolutum habeo.

7 ¶† Ex vltimo nota. Abb. colligitur, ꝙ possessorium recuperandæ habet priuilegium, ꝙ ante omnem contentionem expediri debeat. c.j.s̄.eod.& c.2.& fi.de ordi.cogni.& l.j. vbi Barto.C.ad l.Iul.de vi pub. & hoc priuilegium retinet nedum vsq; ad sententiam, quæ etiam in rem iudicatam transiuit, sed etiā vsque ad eius perfectam exequutionem, in tantum, ꝙ super petitorio, seu super crimine spoliatus molestari nō potest, secundum quod habetur, & nota. in c.in scripturis. 2. q.2.& in c.j. & 2.3.q.j. nisi prius realis restitutio sibi facta fuerit, & sic nisi prius sententia lata in causa spoliationis perfectè fuerit exequutioni mandata, vt hic ibi, exequutionem causæ principalis retardari, & ita volunt dicere iura super hoc loquentia, maximè d.c.j.& 2.3.q.j. & c.cum ecclesia.iuncto c.audiuimus.3.q.2.¶ Quid autem sit hoc dictum, ante omnia, seu ante omnem contentionem spoliatus restitui debet, videas plenè per Barto.in d.l.j.C.ad l. Iul.de vi pub.¶Et intelligendo hunc text. vt dixi.s̄. ꝙ hic

8 agi potuerit interdicto vti possidetis, † ampliatur conclusio præmissa, ꝙ etiam in casu huius tex.contra agentē possessorio retinendæ, & sic vti possidetis non potest opponi exceptio criminis, nec etiam proprietatis & dominij, sed prius causa vti possidetis vsque ad exequutionem sententiæ expediri debet: ad hoc facit.§.retinendæ. instit.de interdic. bonus tex.in l.j.§. huius autem.ff. vti posside. & in l.vnica.C.si de momen.cā fue.appella. ubi causa momentaneæ possessionis ante causam proprietatis tractanda est, & ille tex.communiter intelligitur, quando interdicto retinendæ, & sic uti possidetis ageretur, ut ibi per gl.& de interdicto vti possidetis habes tex.in l.unica.C. uti possi.& ibi no.¶Ratio huius in terminis tex.nostri esse potest, qa regulariter contra eum, qui clam alterius possessionem ingressus fuit, datur interdictum vti possidetis,& talis causa ante causam criminis & proprietatis est terminanda, & exequutioni mandanda, sicut causa interdicti unde ui, ut hic dicitur,& est tex.clarus in d.l.vnica.C.vti possid.nam is, qui clam alterius possessionem ingressus fuit, solum naturalem acquirit,& primus possessor ciuilem retinet. l.1. §.idcirco.ff.de vi & ui arma.ubi no.& in l.3.§. in amittenda.ff.de acq.pos.in qua per naturalem aduersarii turbatur l.3.in prin.ff.vti possi.iuncta.l.clam.ff.de acq. possess.cum ibi not.& hic per Abba.& ideo ratione inquietationis, & molestationis contra clam ingredientem potest agi interdicto vti possidetis, per quod agens molestationem euitat, & naturalem amissam per clandestinum ingressum aduersarii recuperat, ut colligitur ex gl.in d.l.clam. in princ.in uer.suspicabatur.¶Ex quibus infertur, ꝙ aliquod interdictum potest eodem tempore in eadem causa dici interdictum retinendæ,& interdictum recuperandæ diuersis respectibus. Sed impropriè tamen hoc dictum est, quoniam proprie, principaliter & directo dicitur esse interdictum retinendæ, etiam quando contra clam ingressum ageret, nam principaliter datur, ne in sua possessione molestetur. c. licet causam.de prob.c.audita.& ubique per Abb.j.eo. & in l.1.ff.vti possi. quamuis in consequentiam contingat etiam possessionem naturalem recuperari, vt not. in prin. d.l.clam.& in fi.& est gl.in l.3.§.penul. in versi.in hoc.ff.

9 vti possid.& j̄.latius dicetur.¶†Noto vltra Abb.ibi criminaliter agere non potest (intelligendo hunc tex. etiam quādo opponeretur de crimine per viam exceptionis, vt videtur velle hæc litera, ibi, crimen ei obijcit, vt eum a sua intentione repellat) ꝙ qui excipit, dicitur agere, & excipiēs quo ad suam exceptionem actor esse dicitur, bonus tex.in l.j.& ibi not.ff.de exceptio. Impropriè tamen hoc dictum est; quia inter se actio & exceptio differunt, vt colligitur ex titulorum diuersitate, in ff.& C. & insti.& in l.pecuniæ.§. actionis.ff. de verbo.signifi.iuncta l.actionis.ff. de actio.

10 & oblig.¶Item ex eodem ver.colligitur vnū aliud, ꝙ† quis ratione criminis, quod intentat, seu contra aliquem opponit, agere dicitur, & consequenter accusatio dici potest actio, nam accusatio propriè dicitur, quādo de crimine publico contra aliquem criminaliter agitur, ut per Bar. in rubri.ff. de accu.& Host.in summa in §.1.eo.ti.& sæpe repe ritur, actionem poni pro accusatione, ut in l.1.§.pe.per gl. in ver.actio.ff.de suspec.tuto.in l.presbyteri.C.de episcopis & cle.& in l.3.§.fi.ff.de sepul.uio.sicut econuerso, quādoque accusatio pro actione ponitur.l.ex iudiciorū.& ibi per gl.in uer.accusatio.ff.de accus.proprie tamen loquendo inter se differunt, ut no.in l.posthumus.§.1.ff. de inofficio.testa.& constat ex diuersitate diffinitionum, ut in §. j.instit.de actio.& per Host.in summa.de accus.§.1. nam ex diffinitionibus essentia & substantia subiecti colligitur, vt no.in l.omnis diffinitio.ff.de reg.iur. & in l.1.ff.de vsu fru.cum simi.

11 ¶†Vltimò nota ibi, ante restitutionem aduersus eum criminaliter agere non potest, ergo post restitutionem poterit, ut s̄.dixi, ꝙ inimicitia ex spoliatione rei causata durat, ac donec exequutio restitutionis facta fuerit, qua perfecta desinit inimicitia, ac quilibet eius effectus, & ideo is qui spoliauit, potest postea de crimine accusare, vt hic, & arg. d.c.j.& 2.3.q.1.c.cum ecclesia.c.audiuimus. ead. causa. & q.& c.nullus.iuncto ca.in scripturis.cum seq.2.q.2.

12 ¶†Sed facta restitutione dubium est, an statim ad accusandum admittatur,& uidetur, ꝙ non, vt per totum. 3.q.2. sed ex interuallo, nam incontinenti non admitteretur, qa eadem iracundia durare censeretur, & ideo ex interuallo arbitrio iudicis, vt est tex.cum ibi no. per gl. in c.2.3.q.v. & ibi Domi.de san.Gemi.dicit, hoc esse uerum facta recōciliatione de inimicitia leui, sed si ea fuisset capitalis, & magna etiam post reconciliationem ad accusandum non admitteretur propter memoriam prioris offensæ, ut ibi p eum. Quod no. venio nunc ad apparatum glossarum.

13 ¶†In gl.1.plura quæ hic ponit Abb.videnda sunt. Primū est, ꝙ interdictum vnde ui directum datur contra eum, q clam primo fuit absentis possessionem ingressus, in qua neminem reliquit, & postea dominum reuertentem per uim non admisit, per text.in l.clam.§. qui ad nundinas.ff. de acqui.pos.vbi uim infert, qui dominum non admisit, & vi possidere dicitur, ergo interdictum vnde ui dari poterit, ut per totum. ff. de vi & ui arma. sed melius probat. l.1.§.sicut autem.ff.eod.vbi deiecto per vim de possessione siue ciuili, siue naturali tantum datur interdictum unde vi,& ideo si clam ingressus postea dn̄m reuertentē non admisit, uiolenter resistendo, dn̄s ex hoc per vim defectus uidetur; nam sibi possessio saltem ciuilis, q uam animo retinebat, ablata dicitur, & consequenter interdictum unde vi directum sibi competit, vt no.per gl.in d.§.qui ad nundinas.& bene probat tex.in d.l.1. & profecto hoc casu directum interdictum datur, quia illi & mens, & uerba edicti prætoris conueniunt, ut in l.1.in prin.& in §.1.ff.de vi & vi arma.& in c.cum ad sedem.j̄.eo.iuncto.§.recuperandæ.institu.de interdic.

14 † vbicunque autem mens & verba legis locum habent, tunc datur directum remedium, qnimo si tantum mens & ratio legis locum haberet, daretur directum, quia vbicūque tex. ultra verba ipsius ex mente, & ratione sua extenderetur, habet locum dictum remedium, quod enim ex mente legis est, lex est.l. nominis, & rei.§.verbum ex legibus.& ibi gl.ff.de ver.signi. quamuis multæ glossæ reperiantur dicentes, & male, quod actio vtilis est illa, quæ non ex uerbis, sed ex mente legis datur, vtile vero remedium dicitur, quod nec ex uerbis, nec ex mente legis datur, sed ex interpretatione & extensione sola iureconsultorum ex similitudine rationis, non autem ex identitate, ut in casu.l.is, qui.in fi.iuncta.l.2.§. prætor. ff.de religio.& sum.fun.l.pen.ff.si quadru. pau.fecis.dica. Ita declarat Bar.in l.1.in prin.ff.uti possi.quem teneas mē ti: vide etiam Bar.in l.actio.in 1.q.ff.de nego.gest.& in l. curatores.C.eo.tit.& probatur in l.1.ff.de bon.pos. hær. pet.& eundem videas in l.1.in pe.col.C.de actio. & obli. qui aliter loqui videtur, videlicet ꝙ remediū vtile ex mente legis oriatur & detur. Sed plus placet id, quod ipse dicit. in d.l.1.in prin.ff.uti possi.& alia eius dicta debent intelligi, secūdum quòd ibi ipse declarat. Ita expresse etiam vult, & declarat in d.l.curatores.& ideo malè loquitur gl.in l.si id, quod.§.1.ff.de iurisd.om.iud. quæ in hoc aliter sensit.

15 ¶†Secundo uidendum est ex uerbis Abb.quod in casu.d. §.qui ad nundinas.si dominus & primus possessor, qui de sua possessione recesserat, nemine relicto, reuersus fuerit, non tamen ad rem accedere sit ausus, quia maiorem vim uerebatur, & se posse repelli suspicabatur, ipsi competit & datur interdictum unde ui vtile: ita intelligatur text. in l. sed & si nolit. ff. de acquirenda possessione. vbi noto illa uerba, sed si nolit &c. quæ prædictis in facto,

sed non in iure aduersatur, retentis terminis præcedentibus,ut l.sed & si quis.in prin.ff.si quis cautio.l.sed si hac. in prin.ff.de in ius vocan.l.sed & hæ.in prin.ff. de procu. per Bar.in l.si pupilli.§.sed si nominis.ff.de neg.gest.& in l.sed & si lege.in prin.ff.de peti.hære.cum simi. sed in casu præcedenti.d.§.qui ad nundinas.ratione violentiæ cōmissæ datur interdictum vnde vi,ut supra,ergo & in casu dicta l.sed & si nolit.

¶Præterea,qui propter timorem maioris vis ad rem accedere ausus non fuit,passus est vim non compulsiuam, sed potius quasi expulsiuam, quia propter timorem maioris violentiæ possessionem amisit,arg.l.non solum.§. si dominus.ff.de vsuca.& l.3.§. proinde.ff. de ui & ui arma.ergo debet sibi dari interdictum vnde vi.l.1.§.hoc interdictū. ff.de vi & ui arma.quod autem vim passus fuerit,& ꝑpter illam possessionem amiserit,probatur in d.l.sed & si nolit. ibi,quòd vim maiorem verebatur,iuncta.l.3.§. si quis denuntiet.ff.eod.vbi casus.l.si id, quod,in fi.uer.eo.titu. vbi tex.hos duos casus æquiparat,uel ꝙ reuertentem dominū vi non admiserit,uel ipse dominus ad rē redire ausus non fuerit,quia se posse repelli suspicabatur,nam vtroque casu possessionem etiam ciuilem,quam animo detinebat, amittere dicitur.

16 ¶†Et sequendo hoc,dubium est,an tale interdictum sit directum,vel vtile: Abb.hic tenet esse utile,quod uerius est, vt etiam tenuit glo.no.in l.j.§.idcirco.ff. de vi & vi arm. quam scriben.communiter sequuntur, directū enim cōpetere non potest,quia licet ipse ex tali timore possessionē suam amittat, tamen non dicitur propriè in illa possessione violentiam passus.d.l.3.§.si quis denuntiet.& d.l.si id, quod.in fi.ergo non dabitur interdictum vnde ui directū quia nec uerba edicti prætoris, nec mens conueniunt, vt in l.j.in prin.& in §.j.ff.de vi & vi arma. Dicendum itaq; est,ꝙ competat vtile,& hoc ad instar quādo filius uel mercenarius me non mandante eiecit,quem per vim, nam cōtra me qui vim nō inutili,datur vtile interdictum,ex quo possessio ad me peruenit.l.1.§. si filius. cum præceden.ff. de vi & arma. Ita ex quo possessio ad eum peruenit,qui clā ex timore violentiæ ingressus fuit,interdicto vnde vi vtili teneri debet, ex quo ipse violentiam propriè non intulit. Facit etiam, nam si possessor homines armatos venientes videat,& ideo profugerit,vi deiectus uidetur,& sic impropriè,non autem propriè.l. non solum.§. si dominus.ff. de vsucap.& propterea si ad illos postea possessio peruenerit, contra eos dabitur interdictum vnde vi nō directum, sed vtile.d.l.non solum.§.si dominus.l.3.§.proinde.& ibi bona gl.in uer.discessisset.ff.de vi & vi arma.Et hanc opinionem sequitur Bar.in d.l.1.§.siue autem. quam communē esse dicit:& ita teneas.

¶Vltra Abb.& gl.hic,quæro, nunquid vltra hos duos ca-
17 sus†de quibus.s.videlicet quando dominus reuertens nō fuit admissus,vel quando non fuit ausus ad rem accedere propter timorem maioris violentiæ,ipse dominus primus & antiquus possessor amittat possessionem ciuilem,cū naturalem amiserit,statim quo possessionem exiuit, & in ea neminem reliquit,ut j.dicam.& est tex.in d.l.si id quod, in fi.ver.Paul.de Castr.in d.l.clam.§. qui ad nundinas.ff. de acq.pos.dicit ꝙ sic,& tres casus refert.Primus est, quando absens,qui sciuit possessionem,& rem suam ab alio occupatā,non timuit se posse repelli,sed verisimiliter, & rōnabiliter timere debuit,ut quia is qui clam ingressus fuit, esset potētior,nec ab ipso repelli posset.l.quod meo. in fi. ff.de acq.poss.ibi, facile expulsurus simul atque sciero, ergo si facile expulsurus non fuisset,dominus illam partem, quam esset ingressus,possidere desineret, & probatur etiā ibi in fi.ver.dum ponit exemplum de exercitu clam ingrediente partem fundi,& hoc videtur velle glo.in d.l.clam. in prin.in versi.suspicabatur.

¶Secundus casus est,quando nō timuit, nec verisimiliter timere debuit,sed neglexit redire,atque expellere;cum de facili posset.l.si de eo.§.1.ff.de acq.pos.ubi si colonus, per quem in absentia possessionem naturalem retinebam, qa ciuilem animo meo retinebā, iuxta.l.3.§. quod si seruus. ff.de acqu.pos.decedat,vel ex re discedat animo possessionē naturalem deserendi & alius clam ingressus fuerit,quo casu sibi naturalis acquiritur, ut ibi,non amitto ciuilem possessionem,nisi neglexerim adipisci, & ad rem redire, cum possem, vt ibi per gl.etiam not.Hic casus mihi ita indistincte non placet; sed illum intelligo in casu proxime dicendo,& sic in tertio,uidelicet quando non timuit, nec timere debuit, vt s.sed in adipiscendo & redeundo ad rē per longum tempus negligens fuit: quia ex hoc ciuilem perdit,cum eius oblitus videatur, & consequenter eam animo deseruisse,iuxta.l.fundum.§.j.& ibi no.ff.de vsuca. l.licet.C.de acq.pos.& l.1.in fi.magnæ glo.C.de seruis fugi.non enim ex simplici negligentia possessio amittitur, nisi fuerit negligentia longi temporis, & ita intelligo.d.l. si de eo.§.j.& gl.ibi in ver.neglexerit.hoc uelle uī,si tamē absens,cuius possessionem alius clam ingressus fuisset,ꝗ nō timuit, neque timere debuit,sed expresse ad possessionem redire neglexit,cum de facili posset, ut quia dixerit, nolo ad rem redire,& possessionem recuperare multum nō curo,quamuis de facili possem,tunc nulli dubium, ꝙ possessionem etiam ciuilem amitteret,eo quia animum possidēdi haberet.d.l.3.§.in amittenda.cum expresseꝗ, & uere,ad rem accedere, ac illius possessionem recuperare neglexerit,ut colligitur ex tex.cum gl.in d.l.furtum. de qua uera negligentia posset intelligi dicta l.si de eo.§.1.& in hoc casu posset defendi & intelligi id,quod dicit Paulum de Castro.in dicto §.qui ad nundinas.in casu præmisso, & non aliter.

¶Circa id etiam,quod Abb.hic examinat,videlicet quan-
18 do is,† qui rem exiuerat,nemine in illa relicto,& alius clā ingressus fuisset, quo casu ingredienti naturalis possessio acquiritur,& ipse dominus animo ciuilem retinet, si ipse ad rem non redeat,vt illam recuperet, nec timuit, neque timere debuit,se posse repelli, an illi detur aliquod remedium ad recuperandam suam possessionem naturalem. Abb.concludit,triplex remedium ipsi competere.Primū, vt ad rem accedat,& si non admittatur,illum vi expellere poterit, quia se in sua ciuili possessione potius defendere dicitur,quam uim inferre.argu.capit.olim,il 1.ubi glo.in ver.præiudicium.infra eod.facit.l.quod meo.in fin.ff. de acquiren.posses.ibi,facile expulsurus &c.Et circa hoc aliter non insisto.

¶Aliud remedium ei datur,quod appellatur interdictum vti possidetis,quod directò & drincipaliter datur,ne quis in sua quieta possessione turbetur.c.audita. & ibi Abb.s. eod.c.licet causam.cum ibi no.per gl.Abba.& alios.j.de proba.§.retinendæ.insti.de interdic.l.j.§.illud.ff. uti possidetis.l.unica,C.eo.ti.& per gl.in l.fi.C.vnde vi.Hoc autem remedium datur in casu isto, quoniam is,qui possessionem exiuit, nemine relicto, molestatur & turbatur in sua ciuili per naturalem clandestini possessoris, & huiusmodi interdictum datur etiam ratione ciuilis possessionis tantum.l.fi.& ibi no.per gl.ff.vti possidetis. Istud est, quod expresse voluit gl.in prin.& in fin.in d.§.qui ad nūdinas.in d.l.1.§.idcirco.ff.de ui & ui arma.iuncta. d.l.fi. C.unde ui. Et agens interdicto vti possidetis in hoc casu duplicem effectum consequitur, uidelicet ne in sua ciuili possessione molestetur, & quia naturalem recuperat, vt ibi in illis glossis,& est communis conclusio.

¶Ex quibus habes,ꝙ etiam interdictum uti possidetis dicitur esse remedium restitutorium,seu recuperandæ possessionis,& sic datur interdictum, quod simul eodem tēpore,& in eadem causa dici potest retinendæ, & recuperādæ,diuersis tamen respectibus,& ratione diuersarum possessionum,nam respectu ciuilis dicetur retinendæ, respectu vero naturalis recuperandæ: vt not.in locis præallegatis,& hic per Abb.Anto.& Imolam.

¶Quæ tamen videntur expresse contra iura dicentia, interdictum uti possidetis simpliciter dici retinendæ, non autem recuperandæ,vt est textus clarus in l.1.§.illud.ff.vti possidetis.& in d.§.retinendæ.cum simi.supra allega.& no.in c.pastoralis.s.de cau.posses.& propr.

¶Quare dicas,interdictum vti possidetis semper, & omni casu,ac etiam in nostro dici retinēdæ,datur enim principaliter & directo solum,ne agens in sua possessione molestetur,ut in iuribus præallegatis. Et quamuis in casu nostro præmisso per illud etiam possessio naturalis peteret, tamen hoc non contingit principaliter, & directo, siquidē principaliter & directo agebatur, ne agēs in sua possessione ciuili turbaretur,quæ turbatio fiebat ꝑꝑ naturalem clandestinā possessionem aduersarij, ut d.l.clam. in prin. & in l.3.in prin.ff.uti possi.& in l.unica.C.eo.tit.cum si. Sed hoc contingit in necessariam consequentiam, & ꝑꝑ exequutionem interdicti vti possidetis, qa in casu proposito nō poterat cessare molestatio respectu ciuilis possessionis

sionis, & sic isto casu in tali interdicto exequutio fieri non poterat, nisi clandestinus possessor naturalem possessioné dimitteret, quoniam quatenus naturalem retineret, eatenus dominum in sua ciuili impediret & molestaret, vt in d. §. qui ad nundinas. cum simili. & in l. si id, quod, in fin. ff. de acquir. pos. & not. in l. 3. §. penul. ff. vti possíde. Recuperatur ergo & restituitur naturalis possessio in casu isto propter exequutionem interdicti vti possidetis, vt mediante illa recuperatione possessionis dominus in sua ciuili molestari desineret, & hoc est, quod Abb. hic vult dicere, si eius verba recté considerentur, & ita intelligas glossas prædictas, itaq; in terminis reperi declarare Paul. de Castro in d. §. qui ad nundinas. qui ad hoc allegat textum optimum in c. Pisanus. in fin. infra eod. & sic etiam declarat Ioannes de Imola hic.

¶Item quò ad alium effectum, & alio respectu restitutoriú esse dici potest non principaliter, sed potius in quandam consequentiam, vt in casu. l. 3. §. si vicinis. ff. vti possid. vt quando ageretur interdicto vti possidetis, vt tolleretur ædificium, cuius ratione turbabar, & impediebar in possessione mea, vt ibi, iuncta l. 1. §. 1. ff. quod vi, aut clam.

¶Item eo casu, quo agitur ad id, quod mea interest non turbari, neque turbatum fuisse, vt in d. l. 3. §. in hoc interdicto. ff. vti possíde. & ibi glossa, & in l. 1. §. 1. eodem titulo. potest dici restitutorium, videlicet damni & interesse.

¶Tertium remedium, quod datur, est interdictum quod vi aut clam, vt quidam, & magis communiter doctores hic volunt per hunc textum, quod Abb. in se verum esse dicit, sed huic textui minime conuenire, quia hic agebatur ad restitutionem possessionis, & sic interdicta & possessorio recuperandę, hæc enim verba, ante restitutionem ad vtrũq; casu referuntur, tam quando violenter eiecit, quam quando clam ingressus est, sed quando eiecit, nulli est dubium, dari possessorium recuperandæ, ergo, & in secũdo casu, quã do clam ingressus fuit, sed interdictum quod vi, aut clam ad recuperandam possessionem non datur, vt. l. 1. & per totum. ff. quod vi, aut clam, ergo &c.

¶Et in hoc lætor cum Abb. concurrisse, vt plenè dixi supra, in princip. huius capituli, antequam in veritate ipsum viderem.

¶Posset tamen hic intellectus etiam quo ad hunc textum ab impugnatione & inductione Abbatis defendi, quia licet tex. dicat, ante restitutionem, non tamen declarat, de qua restitutione loquatur. Propterea posset intelligi, tam de restitutione operis & ędificii eo casu, quo actum esset interdicto, ꝙ vi, aut clam, quam de restitutione possessionis, quando actum esset possessorio recuperandæ, ex quo generaliter de restitutione loquitur. Nam & interdictum quod vi, aut clam dicitur esse restitutorium, vt in l. 1. §. 1. ff. quod vi, aut clam. nedum operis, sed etiam damnorum & interesse, vt in iuribus hic allegatis per glo. primam ad hoc.

¶Præterea videtur, quod interdictum quod vi, aut clam sit recuperatorium etiam possessionis, vt videtur text. in l. fin. ibi, nec interdictũ vnde vi, nec quod vi, aut clam, vel actionem ad recipiendam possessionem. C. vnde vi. Ergo hic tex. de interdicto, quod vi, aut clam, etiam intelligi poterit.

¶Quod autem sit restitutorium possessionis principaliter & secundum suam naturam, mihi non placet, vt dixi supra in princi. Nec obstat. d. l. fin. quia illa erat quædam opinio & allegatio iure consultorum de illyrico ibi non approbata. Restitutorium tamen est operis & ædificij, vt d. l. 1. §. 1. Et ideo tenendo, quod etiam hic tex. loquatur de interdicto, quod vi, aut clã, illa verba ante restitutioné, diuersimode debent intelligi secundum casuum diuersitatem, quia quatenus illa ad primum casum referuntur, quando quis violenter eiecit, debent intelligi de restitutione possessionis, & quatenus ad secundum casum referuntur, quando agitur, quod vi, aut clam contra clandestinum ingressoré, sunt intelligenda de restitutione operis, & hoc argumento tex. in l. omnes. ff. de officio proconsu. cum similibus.

¶Attamen id, quod supra in princip. dixi, magis placet, vel quod intelligatur de possessorio recuperandę in vtroque casu, & bene conueniunt verba tex. ac materia tituli, vel ꝙ intelligatur de interdicto vti possideris in secundo casu, quia contra clandestinum possessorem habet effectum restitutorium ac recuperatorium etiam, vt supra declaraui post Abbatem.

¶Sed nunquid vltra prædicta remedia domino redeunti dentur alia contra clandestinum possessoré directò & principaliter ad recuperandã possessionem naturalem? Docto. hic non declarant, quinimo sentiunt aliud extra prædicta tria nõ competere. Paulus de Castro autem in dicta l. clã. §. qui ad nundinas. vbi sequitur Bartol. expressè in dicta l. fina. concludit, dari alia duo remedia, videlicet condictionem ex l. inuasor. C. unde vi. quando quis non dolo, nec lata culpa, sed leui possessionem vacuam absentis occupasset secundum vnum intellectum dictæ l. inuasor. quem approbant Barto. & alii communiter ibi, & hoc remedium non est pęnale, vt ibi: si autem quis dolo, seu lata culpa alterius possessionem vacantem, seu vacuam occupasset, tunc ad illam recuperandam etiam naturalem daretur remedium dictę l. fina. C. vnde vi. & principaliter ac directo, quia vt ibi nota. maxime in glo. j. remedium illius legis nedum datur ad recuperandam possessionem ciuilem & naturalem, sed etiam naturalem tantum, vel ciuilem ab alio occupatã, at in casu nostro, quando quis possessionem exiuit, nemine in illa relicto, retinet possessionem ciuilem, & ipso facto naturalem amittit, & consequenter naturalis vacua remanet, vt est textus in dicta l. clam. §. qui ad nũdinas. ibi, alius occupauerit.

¶Ergo erat vacua per alterius, exitum, non ciuilis ipsa, quia illam retinuit, sed naturalis, quoniam possessio tunc dicit occupari, quando est vacua. l. sequitur. §. item si occupauerit. ff. de vsucapio. & in dicta. l. fina. vbi Bartolus hoc voluit si igitur alius clam & dolo illam fuerit ingressus, contra eũ dari poterit remedium dictæ. l. fina.

¶Sed quicquid dicat ibi Paul. post Barto. forte in puncto iuris attentari potest, quod in casu dicti. §. qui ad nundinas. non competat remedium dictæ. l. fina. ad recuperandam possessionem naturalem. & ita glo. 1. ibi tenet. & considero, illud remedium esse subsidiarium, nam datur ad recuperandam possessionem naturalem, vel ciuilem, quando dolo fuit occupata, vt ibi eo casu, quo prius non poterat recuperari per aliud remedium iuris antiqui; videlicet nec ꝑ interdictum, vnde vi, nec quod vi; aut clam, nec alio modo vt ibi quia veteres leges, nec interdictum, vnde vi, nec ꝙ vi, aut clam, nec aliam quandam actionem &c.

¶Sed in casu d. §. qui ad nundinas. primus possessor, qui retinuit ciuilem possessionem, recuperat naturalem clam occupatam per interdictum vti possidetis, vt notatur in principio illius legis, & in d. §. qui ad nundinas. & sæpe supra post Abbatem, Anton. & Imol.

¶Ergo non sumus in casu, in quo detur remedium d. l. fin. Et iudicio meo recte considerando dici potest, illud remedium. l. fina. dari solum, quando quis dimisit totam illam possessionem, quam habebat vacuam, modo illa esset ciuilis & naturalis, modo naturalis tantum, non tamé rem habendo pro derelicto, secundum quod habetur & notatur in l. si quis vi. §. differentia. ff. de acquirenda possessione.

¶Et alias clam, seu dolo & lata culpa possessionem illam vacantem occupasset, nam contra illum daretur remediũ. d. l. fina. quoniam in hoc casu ad illam recuperandam non posset dari interdictum vnde vi, nec quod vi, aut clam, nec aliud remedium iuris antiqui, vt clarum est, & hic est proprie casus illius legis, quicquid dicat Paulus de Castro in d. §. qui ad nundinas. in finali. verbis, & Bart. in d. l. fina.

¶ Et verior intellectus esse videtur, quem sentit expressè ibi glossa prima circa medium, quod intelligatur de possessione uacua, quam possessor, seu dominus nullo modo possidet, quia eam omni respectu possidere desierit.

Cogita, nam doctores communiter contrarium tenent, præterquam glos. in dicta l. fina. tenentem opinionem meam.

¶In eadem glossa circa finem, iunctis nota. hic per Ioanné And. & Abb. habemus ex verbis Abbatis notare & collige

19 re, † quod quamuis lex tollat & reiiciat omnes exceptiones, tamen illas tollere non intelligitur, per quas totalis intentio agentis excluderetur, ꝑ tex. in l. prima, §. deniq;. ff. ꝙ vi, aut clam, nam contra agentem quod ui, aut clam, non potest opponi aliqua exceptio, intelligas hoc uerum, præsupposito, ꝙ aliquid ui, aut clam factũ fuisset, nec hæc qualitas per exceptionem remoueretur, sed si opponeretur exceptio, per quam inferretur, ui, aut clam non fuisse factũ, tũc talis exceptio opponi posset, ut si opponeretur, ꝙ opus fecisse ex conuentione, & sic ex agentis permissione, uel quod demolitus fuissem ædificium, uel opus fecissem de mandato, & concessione iudicis causa arcendi ignem, ue defendendi ædes meas ab igne, ut hic per dominum Abbatem, qui infert ad statuta excludentia omnes exceptiones, seu prohibentia exceptiones non debere contra publica in-

ca instrumenta opponi; quia non obstante statuto poterit opponi exceptio, per quam inferatur, non esse publicum instrumentum.

20 ¶Tu considera, quod † ex dictis Abb.& conclusione præmissa non colligitur perfecta doctrina, nec firma regula quo ad tex.in d.l.j.§.deniq;.cum iuribus allegatis, hic per Ioan.And.& Abb. quoniam contra agentem quod vi, aut clam, nedum potest opponi exceptio, per quam in totum tollitur intentio agentis, vt in duobus exemplis. s. allega. de quibus in l.3.§.sed si permiserit.cũ §.seq.& in l.si alius. §.est & alia exceptio.ff.quod vi, aut clam. sed etiam aliæ exceptiones opponi possunt, quæ totaliter intentionem agentis non denegant, sed præsupponunt illam extare, & qualitatem veram esse, videlicet, quod vi, aut clam factum sit, vt in casu.l.si alius.§.bellissime. ff. quod vi, aut clam. vbi potest opponi exceptio, quod ipse vi, aut clam etiam fecerit. Item in casu.l.semper.§. hoc interdictum.ff. quod vi, aut clam. vbi opponi potest elapsum esse annum a die perfecti operis, & consequenter verum esse præsupponitur vi, aut clam factum fuisse, sed tempus, infra quod agi poterat, elapsum fuisse, tamen d.l.j.§.deniq;. simpliciter omnes exceptiones excludit, nec est verum, vt sentit Abb. quod dicant exclusæ, solum exceptiones, quæ in totum denegant intentionem agẽtis, & non alia, quoniam aliæ quoq; opponi possunt, quæ non tollunt, nec denegant qualitatem, super qua agentis intentio fundata est, vt ex prædictis patet. Et ideo in hoc alia doctrina & theorica danda est.

21 ¶† Quare cogita, si dici posset ex mente Bar.in d.l.j.§.denique. cuius mentem Abba. hic non perfecte percepit, ac etiã ex mente docto. maximè Modernorum, vt ibi etiam refert ac sequitur Fely. in c.ex parte.il ij.de officio deleg. ꝙ quando lex communis tollit & excludit exceptiones sub verbis generalibus, & vniuersalibus, videlicet, quod nulla exceptio opponi possit &c. solum dicantur exclusæ, & remotæ exceptiones friuolæ, & non legitimæ, non autem iustæ, & legitimæ, & hoc per d.§. deniq;. iunctis not. per Ioan. And. hic per iura, quæ allegat, & per gloss. in d.§. denique. in qua Ioan.And. hic se fundat, & per quam ita expresse dicit Bar. ibi, qui plura allegat, & inter alia adducit, nam quando Papa in literis scribit appellatione remota, intelligitur de friuola, & non de legitima & iusta.l.j.§. interdum. ff. quibus appella. nõ licet. c.j.& ibi nota. de rescri.& in c.vt debitus. de appel.cum simi. quod tamen tunc non examino.

¶Sed quando statutum & lex municipalis omnes exceptiones tolleret, tunc viderentur sublatę omnes etiam illæ, quę alias iuste & legitime erant. Ita dicit Fel. post Ant. Imo.& alios in d.c.ex parte.& ita ego intelligo illum tex. qui loquitur, quando Papa in rescripto omnes exceptiones tolleret, & ibi dicitur, quod non obstante quacunque forma rescripti etiam præcisa possunt opponi exceptiones legitimæ, nisi scienter Papa in rescripto diceret, ꝙ aliquæ exceptiones opponi non possint. Nam vt statutum aliquid vltra ius commune & legem addere dicatur, intelligi debet etiam de iustis & legitimis,

22 † quia statutum est stricti iuris, & semper intelligendum est, vt vltra ius commune aliquid addat, argu. not. in c.j. de rescrip.& in l.1.ad fi. ff. ad municipa. Bar. & Alex. in l.4.§. prætor ait. ff. de dam. infecto. Abb. in c. pastoralis. de appellatio. Et in hoc statutum & rescriptum ad lites parificantur, quia sicut statutũ, ita rescriptum ad lites est stricti iuris. c. sedes. de rescriptis. c. cum olim dilecti. de officio delega.& in c.cum P.& G. eodem titu. not. in capit. edoceri. per glo. de rescrip.& in c.Rodulphus. eodem titu Io. iuncto. c.j. de rerum permuta. in 6.& ibi glo. prima. Itaque debet intelligi. d.ca. ex parte.il 2. de officio delega. Nec est verum, quod in illo tex. illud fit, veluti quidam dicebant, vt refert Felyn. ibi, in princip. 2. columna. & Moderni sequuntur, quia ille textus loquitur in beneficialibus, in quibus Papa plenissimam potestatem habet, & consequenter potuit tollere omnes exceptiones etiam legitimas, quã do de eius voluntate constat, quoniam hæc est maxima diminatio & restrictio quo ad eum, qui loquitur de rescriptis etiam ad lites, si bene consideretur, & consequenter ibi idẽ esse debet, quod in statuto tollente omnes exceptiones per predicta.

¶Ita colligitur ex verbis Fely. in d.c. ex parte. ¶Hæc doctrina quoque mihi non satisfacit, in quantum fit differentia in hoc inter legem & statutum, quoniam prædicta procedere possent, quando ius commune & statutum, seu rescriptum idem in eodem casu disponerent, vt quia lex communis omnes exceptiones tolleret, vt in casu. d.l.1.§. denique. cum simi. Et vltra legem communem statutum in eodem casu idem disponeret, nam hoc casu lex communis intelligeretur de friuolis & non legitimis, vt not. per gl. in d.c. ex parte.& per Bar. in d.l.j.§.denique.

¶Sed statutum deberet intelligi etiã de iustis & legitimis, ne esset superfluum, & vt aliquid iuri communi adderet ꝑ prædicta.

¶Et ita proprie loquuntur docto.& glo. dicentes statutum semper debere intelligi, vt aliquid vltra ius commune addat, vt in d.l.4.§. ait prætor. late habetur, & per Ant. in d.c. 1. de rescrip.& Abb. in c. pastoralis. de appel. ¶Secus autem esset, si lex in vno casu loqueretur, & statutum in alio, quoniam tunc non esset necesse intelligere statutum vltra ius commune, sed potius secundum ius commune, argumẽ. c. dilectus. de consuetu. & no. in l. fin. §. si in computatione. C. de iur. delib. vt quia lex diceret, quod contra agentem in terdicto quod vi, aut clam, non possit aliqua exceptio opponi, vt in d.§. deniq; quo casu intelligitur de friuolis, vt ibi per Bar. Statutum vero in alio casu idem disponeret, vt ꝗa diceret, contra instrumentum confessionatum non posse aliquam exceptionem opponi, nam hoc casu statutum nõ deberet intelligi, vt aliquid iuri communi adderet, de exceptionibus iustis & legitimis, quia ius cõmune super hoc specialiter non prouidet, sed deberet interpretari secundũ generalem interpretationem iuris communis in hoc quæ est, vt de friuolis intelligatur; vt per Bar. in d.§. denique.& no. in d.c. ex parte. il 2. de officio deleg.

¶Vnde in hac materia pono quædam dicta doct. quæ mihi satis placent. Primum dictum est,

23 † quod quando lex cõmunis tollit exceptiones generaliter & simpliciter, in dubio solum videtur tollere frustratorias, & non legitimas, vt per Bart. in d.§. denique.& dixi. s.& faciunt no. per docto. vt per Abba. post gl. in d.c. ex parte. il 2.

¶Secundum dictum est Io. Andr. in d.c. ex parte. qui dicit,

24 † quod si lex, seu princeps tollat aliquas exceptiones specialiter, videntur sublatę similes tantum, & in quibus eadem, vel similis ratio militat, & maxime quãdo esset adiecta clausula generalis, quod nõ possit opponi talis, & talis, nec quælibet alia, arg. c. qui ad agendum. de procu. in 6.& arg. no. in l. sed & si.§. quæsitum. ff. si quis cautio.& not. per glo. in d.c. ex parte. Idem dico, quando lex solum permitteret aliquas exceptiones specialiter, aliis exclusis, vt ꝗa lex diceret; quod solum possit opponi exceptio talis, & talis, & nõ alia, vel, quod nulla possit opponi exceptio præter talem, & talẽ, nam tunc omnes aliæ similes, & in quibus eadem ratio militat, etiam opponi poterunt, vt est casus iuncta glo.& ibi Sal. in l. ita nobis. C. ad l. Iul. de adul. vbi in quæstione adulterii, aliis exceptionibus abolitis, duæ permittuntur, videlicet exceptio quinquennii & lenocinii. Et tamen glo. ibi dicit, similes etiam opponi posse.

25 ¶Tertium dictum est Hostien. in d.c. ex parte. † quod quando lex, seu princeps generaliter & simpliciter omnes exceptiones tollit, in dubio videtur solum velle tollere exceptiones dilatorias, & non peremptorias, quia illæ sunt maioris præiudicii, arg. l.2. ff. de excep. c. exceptionem. eo. tit.& no. per Abb. in c.1. de ordi. cog.& eas princeps de facili nõ tollit, arg. l. quoties. C. de preci. impe. offer. Et ad propositum facit gl. nostra in fin. ver. iunctis no. per Io. And. hic, ac etiã facit text. iuncta glo. in d.§. deniq;. Secus autem si clare & expresse constaret de voluntate principis, ꝙ voluisset etiã peremptorias tollere, quod tamen in dubio non præsumit, vt est tex. no. in d.c. ex parte. il 2.

26 ¶Aliud dictum est Abba. in d.c. ex parte. quod † princeps, seu lex tollendo omnes exceptiones generaliter, videtur in dubio solum tollere illas, quę sunt inductæ a iure positiuo, & in illius ratione fundatæ, ac cõtra rationem naturalem, vt est exceptio præscriptionis rei iudicatæ, & similes. Et ita intelligatur. d.§. deniq;.& d.c. ex parte. ¶Sed non videntur in dubio sublatæ illæ, quæ super iure naturali & gentium fundatæ sunt, quoniam hoc casu videretur sublata defensio iuris naturalis & gentium. Et ideo debet intelligi, vt solum dicantur sublatæ exceptiones minus rationabiles, ar. clem. pastoralis.§. cęterum. de re iudi. c. a nobis. de sent. ex com.& c.2. de consti. in 6. Et ita dicit Abb. in d.c. ex parte. il 2. Cuius dicta non satisfaciunt, quia videntur contra. d. §. denique. vbi generaliter tolluntur exceptiones, & tamen non dicitur sublata exceptio anni, vt l. semper.§. hoc interdictum. ff. quod vi, aut clam, & tamen illa merè in iure positiuo fundata est. Item hoc videtur contra d.c. ex parte. il 2. vbi si constet rescriptum ex curia, & sic a Papa emanasse,

& in

& ĩ eo generaliter sublatę fuerint omnes exceptiones, dicũtur & cẽsentur sublatę tam illæ quę sunt fundatę in iure naturali, quam quæ in iure positiuo, & sic omnes, vt ibi.

¶Præterea princeps & lex quamuis non possit tollere exceptiones super iure naturali fundatas quoad sui substantiã, hoc est quoad defensionem. dicta clementina pastoralis, de re iudica. cum similibus, & per Abbatem in capitulo 1. de causa possessionis & proprietatis, tamen bene potest tollere exceptiones fundatas etiam in iure naturali quoad sui formam & solennitatem, vt etiam infra tangam.

¶Et faciunt notata per Abbatem & doctores in capitulo primo. de rescriptis. & per Abbatem, & alios in rubrica, de appellationibus. inquantum quærunt, an princeps, seu lex appellationem tollere possit, quinimo, vt ibi vult Abbas, & sequuntur scribentes in dicta Rubrica, & ibi dixi, princeps, & lex ex causa iusta appellationem tollere possunt, etiã quo ad sui substantiam, & quatenus meram iuris naturalis defensionem continet, vt ibi habetur, & ego alias dixi, nam & quandoq; ex causa lex citationem tollit, & sic defensionem meram iuris naturalis, arg. c. quoniam. de fil. presby. & vide omnino Abb. ad hoc in c. j. de cau. pos. & proprie. & in c. j. de iureiuran. in vlti. colum.

¶Quare ex prędictis omnibus facio conclusionem & regulam, quod lex, princeps & statutum possunt tollere omnes exceptiones tam dilatorias, quam peremptorias, quando hoc volunt, & hoc constat. d. c. ex parte. cum simi. s. allegatis, & hoc est de mente Barto. in d. §. denique. & omnium ibi, & hic, & in d. ca. ex parte. il 2. ¶ In dubio tamen aliquæ sunt exceptiones, quæ non videntur sublatæ, nisi de illis facta esset specialis & expressa mentio, quarum aliquas referam.

27 ¶†In primis nunquam videtur sublata illa exceptio, ꝑ quam tolleretur qualitas, super qua statutum esset fundatum, seu lex ad tollendum exceptiones, nam quando statutum ad tollendas omnes exceptiones generaliter fundaret se in certa qualitate, nunquam dicerentur sublatæ illæ exceptiones, quæ illi qualitati detraherent, & per quas demonstraretur, qualitatem illam non adesse, vt in exemplis hic positis per Abb. & per Bar. in d. §. denique. & doc. communiter hoc volunt etiam in d. c. ex parte. & facit gl. in cle. 1. de sequestra. pos. & fruct. prout illã hic, & in d. c. ex parte. inducit Abbas, & hoc verum est, quod comprobo ex notatis per Ioannem de Anania in capitulo tua. in 4. columna, de vsuris. qui dixit, quod quando lex, vel statutum loquitur respectu certæ qualitatis, vel certam qualitatem præsupponit, ea qualitate cessante, dispositio quoque cessat, & ea existente, dispositio sortitur effectũ, clemen. si de beneficio. de preb. cle. literas. de rescri. l. nõ ignorat. C. qui accu. non possunt. ergo ad hoc, vt omnes exceptiones excludantur, debet superesse qualitas, propter quam exceptiones excludun tur. ¶Secundo in dubio in generali remotione & prohibitione exceptionum nunquam intelliguntur sublatæ illæ exceptiones, quæ ex capite illiusmet statuti, vel alterius descẽderent, quoniam non est credendum, statuentes se voluisse incontinenti corrigere, item non est verisimile, quod per statutum generale statuentes voluerint aliud statutum speciali corrigere, argu. l. non ad ea. ff. de conditio. & demon. & in l. si quando. in prin. ff. de inoffi. testa. c. cum expediat. de electio. in 6. & not. & habetur in ca. j. & ibi per Abb. de rescri. itaque intelligatur. l. j. §. denique. ff. quod vi, aut clã, iunctis not. ibi per gl. & gloss. nostra, iunctis not. per Ioan. And. & ita expresse vult Bart. in d. §. denique. & sequuntur doc. maxime Moder. in d. c. ex parte. in 3. limitatione, qui sic dicunt debere intelligi glo. in c. ex literis. j. eod. vel forte melius voluerunt allegare no. hic per gl. & hoc vult Io. Andr. in addi. ad Specu. in titu. de exequu. senten. §. final. versicu. 16.

28 ¶†Tertiò in dubio nunquam videntur sublatę exceptiones inhabilitatis personæ, & per quas, maxime propter periculum animarum quis a iudicio excluderetur, vt quod agens esset excommunicatus, iuxta. c. 1. de exceptio. in 6. & in ca. decernimus. de senten. excommuni. eod. lib. cum simi. Itẽ quod quis esset bannitus &c. & hoc, qñ prohiberentur simpliciter exceptiones opponi contra instrumentum, vel aliter, dummodo non contra personam, nam si sublatæ essent omnes exceptiones etiam personales, tũc tales opponi possent, ita colligitur ex no. per Bar. in d. §. denique. & ꝑ Fely. in d. c. ex parte. in 4. fallentia. facit quod not. Bart. in l. 2. ad fin. C. de edic. diui Adria. tol. & in l. 3. §. ibidem. ff. ad exhiben.

¶Puto tamẽ, ꝙ si simpliciter etiam essent sublatæ exceptiones personales, non tamen in dubio diceretur sublata exceptio excõmunicationis, nisi de ea esset facta expressa mẽtio, & hoc propter periculum animarum, argumen. capituli primi, de exceptio. in 6. ca. cum inter. de exceptionibus. & dicto capitulo decernimus. & in dubio semper debet fieri interpretatio, quæ fauet animæ, & per quam quis a periculo peccati retrahitur. c. in ciuitate. & ibi Moder. de vsur. l. sancimus. C. de sacrosan. eccle. c. pręcipimus. 12. q. 2. & faciunt ea quæ dixi. s. in c. 1. eod. tit. l. sunt personæ. ff. de relig. & sumpt. fun.

29 ¶†Quartò in dubio nõ censetur sublata exceptio notoria & manifesta, vt voluit Bal. in rubrica. C. de proba. Ita Abb. in consi. 44. per glo. in c. ex conquestione. j. eo. Domini. in cap. si forte. in 3. col. de electio. in 6. & per Alex. in addi. ad Bart. in d. l. 1.

¶Quinto non uidetur sublata exceptio, quam quis incontinenti offert se probaturum, vt colligitur ex gl. & ibi Abb. in c. suscitata. de rest. in integ. in 4. col. facit tex. in c. literas. in ver. propterea. j. eod. cum simi. allega. per Fely. in d. c. ex parte. il 2. in 7. fallen.

30 ¶†Sextò, nunquam dicitur exclusa exceptio defectus citationis, nam talis est penitus fundata in iure naturali, hoc est in defensione, quæ tolli non potest, & vel saltem non pręsumitur in dubio sublata, arg. cle. pastoralis. de re iudi. & no. per Abb. in c. j. de cau. pos. & proprie. per illum tex. ita vult Cald. in consi. suo 8. ad fi. in titu. de re iudi. Barto. in l. si ꝓtor. de iud. Bal. in l. 1. in 2. colum. C. quomodo & quando iud. Petrus de Ancha. in consi. ccvij. cum simi.

31 ¶†Septimo non censetur exclusa exceptio contrarietatis & perplexitatis, nam si repugnantia & perplexitas demonstrari posset, talis exceptio admitteretur, quia sibi cõtrarius nõ est audiendus. l. vbi repugnantia. ff. de regu. iur. l. 1. C. de furtis. & ibi per Bal. ita dicit & vult Bal. & Ang. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pactis. & vide Domi. in c. 2. §. fi. de testi. in 6. & glos. magnam in. §. si quis testib. 4. q. 3. & Bar. in l. duo iudices. ff. de re iudica.

32 ¶†Octauo non censetur exclusa exceptio, quæ inest ex natura subiectæ materiæ, etiam si per statutum omnis defensio tolleretur, ita voluit Bal. in auth. pñte. post prin. C. de fideius. & vide Bal. qui etiam bonum exemplum ponit in l. si tradita. C. de actio. emp. & in l. peremptorias. C. senten. rescin. non posse. & ideo infero, quod si in rescripto omnes exceptiones ex certa scientia tollerentur, iuxta d. c. ex parte. il 2. cõtra rescriptum posset opponi exceptio subreptionis, quia inest ex natura subiectæ materiæ, c. super literis. cum ibi not. de rescrip.

¶Nono in dubio exceptio non censetur sublata, quæ ex eodem fonte oriretur, ex quo petitio, puta ex eodẽ instrumento, vel ex eadem sententia, ac ex eodem actu, vt per Bart. in l. si filius. ff. quod cũ eo. Ant. de But. in c. cum Bertholdus. de re iudica. in vers. quintus casus. facit l. veteris. ff. de itin. actuq; priua. vide glo. in l. 1. ff. de tab. exhib. & per Ang. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pactis.

33 ¶†Decimo non censetur sublata exceptio nullitatis, vt per Angelum in l. non erit. §. dato. ff. de iureiurãdo. facit quod notat Baldus in l. prima. circa medium. C. de iuris & facti ignorantia. qui dixit, quod exceptio nullitatis nõ est ꝓpriẽ exceptio, sed est proprie defensio, vt voluit Ioãnes Andreas in c. 1. de rescriptis. in sexto. Et faciunt notata per Baldum in l. eos §. ne temere. C. de appellationibus. qui dixit, in materia odiosa statutum loquens de exceptione non tollere exceptionem nullitatis, & vbicunque esset etiam sublata exceptio nullitatis expresse in dubio non intelligeretur sublata exceptio nullitatis, quæ ex incompetentia iudicis proueniret, vt per glossam in clemẽtina prima, de sequestratione possessionum & fructuum. approbatam & in dicto capitulo ex parte. il secundo. & ab omnibus in clementina prima.

34 ¶†Et ideo ex prædictis infero, quod in dubio nunquam cẽsetur sublata exceptio incompetentiæ iudicis per prædicta & facit quod notat Bartolus in l. exceptionem. ad finem. C. de exceptionibus. per Angelum, Imolam & Romanum in l. de pupillo. §. qui opus. ff. de noui operis nuntiatione.

¶Idem dicas eadem ratione de exceptione proueniente ex excessu potestatis, vt habes exemplum per Angelum in d. l. non erit. §. dato. quando iudex pronuntiasset vltra quam posset, vel arbiter vltra formam compromissi.

¶Idẽ si procurator fecisset vltra formam mãd. iuxta. l. diligenter. ff. mand. vide Bart. & Bal. in l. diuus. ff. de mil. test. in

in tantum,quod etiam iurans ſimpliciter de nullitate non dicere,poſſet de iudicis incompetentia opponere,per gl.in d.cle.j.de ſequeſtr.poſ.&c.& ita inquit Ange. in conſi.84.

¶Contrarium tamen videtur voluiſſe gl.& ibi doc. in cle. 1.de re iudica. quod quando eſt ſublata exceptio nullitatis, dicatur etiam ſublata exceptio incompetentiæ,vt ibi in gl. in verb.pendere,vbi dicitur,quod exequutio ſententiæ retardari non poteſt,etiam ſi de nullitate ſententiæ opponeretur,quando fuiſſent latæ tres ſententię cōformes, & hoc procedit,& ſi opponeretur de incompetentia & non poteſtate iudicis;illam tamen reprobat ibi Petrus de Ancha.

¶Tu dicas,quod lata vnica tantum ſententia quamuis contra eam poſſet opponi de nullitate,quæ prouenit ex incompetentia,vt in d.clem. j.cum glo.de ſequeſtra.poſſ.& fruct. tamen ſecus eſſet,quando tres conformes latæ eſſent,vt in d.clem.1.de re iudic.Ita voluit Ioan.de Imo.in l.ſi expreſſim.in 30.col.ff.de appel.& vltra alias concordias,quas dat Ro.in l. de pupillo.§.qui opus.ff.de noui ope.nūtia.& Alexan.in loco ſtatim allegando poſt Imo.ibi. Cogita, ſi aliter dictę gl.concordari poſſent, quod nullitas proueniēs ex incompetentia iudicis poſſit contra ſententiam opponi in caſu d.cle.j.de ſequeſt.poſ.& fruc.ad impediendum,ne quis poſſeſſione beneficii priuetur,lite pendente,& nondū perfectè finita,quam forte iuſte & canonice habebat,& ita ꝓcedat ibi gloſſ. ſed non poteſt opponi lite perfecte finita ad impediendum exequutionem trium ſententiarum conformium,& ita intelligatur glo.in d.c.clem.j.de re iudica.Ratio diuerſitatis eſt, quia primo caſu ſumus in odioſis; quia ante litem perfecte finitā ibi priuatur quis ſua poſſeſſione, & ſic ſumus in materia odioſa & exorbitanti,nam lite pendente,& nondum perfecte finita regulariter quis in ſua poſſeſſione tuendus eſſet,vt habetur in c. ex literis. per glo.de iure patrona.c.a memoria.vt lite pendē.cum ſimi. ibi no. in ſecundo vero caſu non ſumus in odioſis,quoniam poſt latas tres ſententias conformes exequutio non eſt retardanda.vt per totum.C.ne liceat in vna,eademque cauſa tertio prouo.c.ſua nobis.infra,de appellationibus,& facilius tollitur id,quod eſt de iure ſpeciali & exorbitanti,quā id quod eſt ſecūdum regulas iuris communis.l.eius militis.§.ſi militia.miſſus.ff.de mil.teſta.

35 ¶†Vndecimo,ſublata omni exceptione nō intelligitur ſublatum officium iudicis,vt hic per Abb.& per eum,& communiter omnes in d.c.ex parte.& ꝑ Bar.in d.l.j.§.& parui. vel in.§.deniq;.ff.quod vi,aut clam.per text. in l. plane.ff. de peti.hæredi.& in l.3.in fi.ff.nau.cau.ſtabu.& facit l. fi. ff.de peti.hære.& ratio huius dicti eſt,quia ex quo æquitas naturalis dictat,poſſe agi vel excipi ſublata exceptione,non dicitur ſublatum remedium,quin officium iudicis implorari poſſit,nam ex æquitate,ne quis locupletetur cum aliena iactura, per officiū iudicis ſuccurritur, vt in iuribus ꝓ allega. maxime in d.l.plane. & arg.l.diuus.ff.de in integr. reſt.& facit.l.ſeruos.ff.de alim.& cib.leg.iuncta gl.& facit quod plene habetur per tex.iunctis ibi no.per ſcrib.in cap. nouit.de iud.vbi per denuntiationem euangelicam, & ſic ꝑ officium iudicis nobile quis cōſequitur,ſeu tuetur,id qđ non poterat conſequi ſiue tueri per viam actionis,ſeu exceptionis,& iuſtum ſit illud pręſtari,& hunc demum caſum ſequitur Bar.in l. 1.circa fin.ff.de exceptio.

¶Contrarium voluit Bal.in l.j.in fi.C.de condi.indebi.nā remouere exceptionem de iure communi competentē nō eſt niſi fortificare actum in fauorem creditoris,ſed ſi creditor per officium iudicis poſſet remoueri, profecto nō eſſet actus fortificatus,ergo &c.Hoc idem ſequitur Sali. in l.ita nobis.C.ad l.iul.de adul.nā tunc officium iudicis poteſt ex æquitate implorari,quando æquitas non eſt improbata,vel quando eſt approbata,vt in iuribus.s̃.allega.poſt Bart.in d. l.1.ſed quando ſublata eſt exceptio per ſtatutum, æquitas dicitur a ſtatuto improbata, ergo &c.& ideo ſi quis vellet vti remedio officii iudicis, vteretur remedio reprobato ergo non poterit.¶Sed has opiniones ita concordare potes, ꝙ aut expellendo & excludendo exceptiones contingeret creditorem & actorem locupletari cum aliena iactura, & ſic contra naturā,& tunc ex æquitate officium iudicis implorari poterit.Itaque intelligātur no.per Bar.Abb.& alios in locis præallegatis.Nec obſtat, quod æquitas dicitur improbata.vt s̃.quia licet per ſtatutum poſſit improbari quoad formam & ſolennitatem iuris poſitiui,non tamen quoad ſui ſubſtantiam vt tollatur ęquitas naturalis,videlicet ꝙ quis cum aliena iactura locupletetur, arg.not.per Abba.& alios in c. j.de reſcrip.& in rub.de appel.nam contra naturam eſt, vt quis cum aliena iactura locupletetur l.nam & natura.ff.de condi.inde.contra quod ius naturale ius poſitiuum & ſtatutum diſponere non poteſt,niſi propter aliam rationem iuris naturalis, vel gentium, vt l.j.ff.de vſucap. iunctis not.per gloſſ.in capit. ius naturale.j.diſtinctio.quā omnino videas.¶Aut tollendo exceptiones; quis, hoc eſt, actor cum aliena iactura non locupletaretur, nec contra ęquitatem iuris naturalis fieret,& tunc quamuis fieret cōtra æquitatem iuris poſitiui, tamen reus officium iudicis implorare non poſſet.& ita poteſt intelligi id, quod voluit Bal.& Sali.in locis præallegatis,& hæc diſtinctio eſt de mēte Io.de Imo.in l.fi.ff.a quibus appel.non licet.

36 ¶†Duodecimo,ſublata omni exceptione & omni defenſione, quo caſu dicitur ſublatum remedium implorandi etiā officium iudicis,vt hic fatetur Abb.& in d.c.ex parte.poſt Bar.in d.l.j.§.& parui.in vlti.col.ff.quod vi, aut clam. vel quia expreſſe etiam ſublatum eſſet officium iudicis & ſubeſſet ęquitas naturalis, ne quis agendo cum aliena iactura locupletaretur, tunc reus cōuentus non poteſt ſe tueri per uiam exceptionis officii iudicis,nec aliter a petitione actoris,ex quo omnis defenſio eſt per ſtatutum ſublata,ſed cogi poterit ad ſoluendum,ſolutione tamen facta ipſe poterit illud,quod ſoluit,repetere etiam per condictionem indebiti,uel alia actione principaliter ad hoc competente, arg. c.debitores.cum ibi not.de iureiuran.Ita vult Bart. in d.l. j.& Abb.ſequitur hic.& in d.c.ex parte. & eſt communis opinio ſcriben.ibi.

¶Non obſt.quod condictio indebiti non competit, quando quis ſoluit de mandato iudicis. vt l.j.C.de condi.indebi.quia illud eſt verum,quando in primo iudicio,& in prima inſtantia principali examinari potuit,an illud eſſet debitū,necne,vt in d.l.j.cum ibi no.ſecus ſi nō potuiſſet examinari, puta vel ratione iuramenti, vel ratione ſtatuti tollentis omnes defenſiones, quia tūc ſi æquitas naturalis ſuggerit,& dictat illud peti poſſe, vt quia quis locupletetur cū aliena iactura,& contra ius naturale,tunc poſſet repeti etiā per condictionem indebiti, quamuis de mandato iudicis ſolutum eſſe,vt eſt caſus cum ibi no.in d.ca. debitores. ita declarat not.Bar.in d.l.j.in fin.verbis.

¶Et ex prædictis maximè ex not.per Bar.in locis præalleg.

55 & per Abb.hic,& in d.c.ex parte.habemus,† quod per ſtatutum poteſt tolli nedum exceptio,ſed etiam defenſio,nedum quo ad ſui formam & ſolennitatem iuris poſitiui,ſed etiam quo ad ſui ſubſtātiam,vt s̃.nam exceptio quo ad ſui ſubſtantiam eſt defenſio,& in æquitate naturali fundata eſſe dicitur.l.qui æquitate.ff.de except.doli.c.cum inter.de excep.cui æquitati data eſt forma a iure poſitiuo, vt ibi in d.l.qui ęquitati.& inſtit.de perpet.& tempo.actio.& de exceptio.& per totum.ff.de exceptioni. & tamē nedum exceptio, & ſic forma defenſionis iuris poſitiui, ſed etiam ipſa defenſionis ſubſtantia tolli poteſt.

¶In contrarium autem faciunt ea, quæ notant communiter doctores,maximè Abb.in d.c.j. de reſcrip. & in rubri. de appellat.& in c.quæ in eccleſiarum.de conſtit. per Bar. in l.omnes populi.ff.de iuſti.& iure.vbi concludunt,quod defenſio quo ad ſui formam & iuris poſitiui ſolennitatem poteſt tolli per ſtatutum,vel principem,ſed non quo ad ſui ſubſtantiam,prout eſt de iure naturali vt ibi latius in appellatione exemplificant.

¶Iſte articulus eſt magnus & difficilis, de quo plene dixi in c.j.de reſcript.Sed quantum eſt pro declaratione noſtri articuli pro nunc conſidera, quod ſublata omni exceptione,& generaliter omni defenſione per ſtatutum, quo caſu officium quoq; iudicis, vt s̃.ſublatum eſſe dicitur propter hoc non dicitur ſublata defenſio quo ad ſui ſubſtantiā, & prout eſt de iure naturali,ſed ſolum quo ad formam & ſolennitatem iuris poſitiui,nam exceptio quo ad ſui formam dicitur eſſe de iure poſitiuo,vt s̃. quo ad ſubſtantiā vero,& prout continet in ſe defenſionem,dicitur de iure naturali. d.l.qui æquitate.& d.c.cum inter.

¶Et ſi eſſet aliqua exceptio, quæ mere fundata eſſet in iure poſitiuo quo ad ſui formam & ſubſtantiam,tunc in totum tolli poſſet,etiam quo ad ſui ſubſtantiam per ſtatutum . Ita intelligantur no.per Bal.in c.a nobis.de exceptionib.in fine,& notatur per Abbatem in capitulo,dilecti. in ſeptima columna.de exceptionibus.& per Moder.in d.cap.ex parte.& conſequenter licet per ſtatutum dicatur ſublata omnis defenſio;cenſetur ſublata quoad formam & ſolennitatem iuris poſitiui tantum, vt reus ſe per viam exceptionis defendere non poſſit,nec etiam per officium iudicis,quod dici-

dicitur remedium & forma, seu solennitatis iuris positiui, vt in c.2.de offi.iu.& omnino vide ea quæ not. ponit Roma.in repeti.l.j.in prin.in vij.col.ff.de arbi.& insti.de off.
36 iu.cum simi.Nõ autem† quoad sui substantiam, & prout æquitatem naturalem continet,& est de iure naturali,dicitur sublata defensio,si subsit æquitas naturalis,super qua sit fundata,vt.s̃.dictum est.& ideo hoc non obstante, saltem poterit id,quod soluit,repetere, vt hic per Ab.& sic in substantia, & penitus æquitas naturalis extingui non dicitur. d.c.debitores.cum simi.alleg.per Abb.in d.c. ex parte, &
37 per Bar.in d.l.j.¶†Item sublata omni defensione per statutum quamuis non per viam exceptionis, nec officii iudicis reus se tueri possit,saltem poterit per denuntiationem euãgelicam,quando suberit æquitas naturalis,ne quis contra naturam,& cum peccato lucretur, vt in cap.nouit.cum ibi no.de iudi.& hoc voluit Anto.de Bu.in c.cum Ioannes.in 5.colum.de fide instru.Bal.in auth.clericus.in 3.col.C.de episcopis,& cleri.& sequuntur Moder.in d.ca.ex parte. in vlti.verbis, & in addi. ad Bart.in d.l.j.§.& parui. in verb. Adde,an stante statuto habetur.Et ad prædicta videas ea, quæ no.ponit Abb.in c.dilecti.in 7.col.de exceptio.vbi declarat,quomodo & quando princeps, seu statutum defensionem tollere possit,& triplicem esse defensionem considerat, dic vt ibi per eum, cuius dicta nobis optime in ser-
38 uiunt.¶†Circa illud,quod Abb.hic etiã tangit,quando statutum prohibet aliquam exceptionem contra publicum instrumentum opponi, an possit opponi exceptio simulationis,sequor distinctionem Bald.in l.j.circa fin.C.plus vale. quod agitur.quam etiam sequitur Abb.hic,& idem voluit Bal.in l.refert.C.de fal.cau.adiec.lega.& sequitur Alexan. in d.l.j.§.& parui.in addi.ad Barto.qui sic declarat, & limitat dicta Bartol.ibi,qui simpliciter tenuit, non posse exceptionem simulationis opponi, & nota quæso vnum ex di-
39 ctis Abb.hic post Bart.& alios,quos Abb.allegat,quod† simulatio contractus facit cõtractum esse alium contractũ, & nõ illum,qui celebratus fuit,& de quo publicum instrumentum factum fuit, nam desinere facit illum esse contractum c.ad nostram.de empt.& vendi.c.illo vos.de pigno. l.1.& per totum.C.plus vale.quod agitur,sed non facit desinere esse instrumentum publicum de illo contractu simulato l.1.& quasi per totum.C.si quis alte.vel sibi.Nisi opponeretur simulatio rogationi notarii,vel, ꝙ non in veritate, sed simulate testes interuenerint, nam ex hoc inferretur instrumentum non esse publicum ca.2.cum ibi no.de fid. instr.& in aut.de tabel.§.nos autem. Plura non dico circa hanc materiam,sed videas in locis præallegatis & maxime in d.c.ex parte.vbi proprie hæc materia cadit,& Moderni. ibi plene tangunt.
40 ¶†In oppositione,quam facit Abb.ex eius verbis post Ant. de But.habemus plures conclusiones elicere.Prima sit, ꝙ quando crimen inhabilitat personam ad agendum, vt est excommunicatio seu bannum,tale crimen obstat agẽti ad restitutionem,& de illo potest cõtra eum opponi,vt voluit gl.in c.ex insinuatione.de procur.& est gl.in c. in nomine domini.in ver.audientia.23.distin.& in c.dilectus.de rescri.ita voluit Inn.in c.cum nostris.de conces. præbend.in vlti.col.in ver.Item fatendum est, & hoc sequitur etiã Ab. in c.fi.de ordi.cog.in 2.opp.& facit tex.in c.intelleximus. de iu. vbi excommunicatus in iudicio stare non potest,nisi tanquã reus,facit c.cum inter.de excep.& c.1.eo.tit.in 6.& hoc procedit etiam si excommunicatus ageret per viam actionis ad restitutionem coniugis principaliter,quia exceptione excommunicationis repelli posset,vt voluit Io. An. in c.inter alia.de sent.excõi.c.q̃m multos.cum gl.x.q.3.& hic per Io.An.Cald.& sequitur Abb.in d.c.fi.in 3. oppo.ꝑ d.c.intelleximus.quamuis Hos.in summa eo. tit. §.q̃n facienda.versi.quid si vir petat,contrarium velit,& Abb.reli
41 quit hic indecisum,& hoc verum est.¶†Sed aduertas,dum Abb.post Anto.dicit,quod quando crimen inhabilitat personam ad agendum,vt est excommunicatio, seu bãnũ &c. Nam sentit Abb.quod excõicatio,seu bannum sint crimen seu delictum, quodq; inhabilitas ad agendum causata ab excommunicatione iuxta d.c.intelleximus. dicatur causari a crimine,seu delicto,propter quod excommunicatio infligitur.Hoc non placet, quia excommunicatio seu bannũ non sunt crimen,nec ab his tanq̃ a crimine inhabilitas personæ ad agendum causatur,sed sunt pęne criminis & delicti.c.corripiantur.24.q.3.no.in fin.3.q.4.facit.c. dilecto. de senten.excõic.in 6.& c.nostro.11.quæstio.3. & de banno probatur in l.si quis forte,in fi.cum gl.ff. de pęnis. iuncta.l.exilium.ff.de interdic.& relega. & iunctis no. per gl. in.§.relegari.insti.quibus mod.ius pat.pot.solui.& ideo inhabilitas causata ad agendum non dicitur causata a crimine;sed a pena criminis.¶Præterea,si inhabilitas personę ad agendum diceretur causari a crimine, propter quod quis excommunicari potest,sequeretur,quod de quolibet crimine & peccato mortali posset opponi contra agentem ad restitutionem,quod tamen est falsum,vt hic ex tex.& per totum.3.q.1.& 3.q.2.Nam pro quolibet crimine & peccato mortali quis excommunicari potest,vt c.nemo.11.q.3.cũ ibi no.ergo hic casus.seu hoc membrum,secundum quod Abb.exemplificat, distinctioni & quæstioni hic propositæ non conuenit.Posset tamen saluari & defendi hoc primũ membrum,& exemplificari forte in his casibus,in quibus, ex crimine quis ipso iure maiorem excommunicationem incurrit,iuxta c.si quis suadẽte.17.q.4.& plene habetur ꝑ gl.in c.eos,qui de sent.excommunica. in 6.& per glo.quæ se remittit in cle.1.in ver.excommunicationis.de sent.excõic.quæ refert infinitos casus,in quibus quis ipso iure maiorem excommunicationem incurrit,nam de tali crimine poterit contra agentem ad restitutionem opponi, q̃a ex illius oppositione infertur,agentem esse ipso iure excõicatũ, & consequenter ab agendo excludẽdum d.c.intelleximus.
42 de iudi.cum si.s̃.alleg.¶†Secunda conclusio sit,ꝙ de crimine,quod ipso iure priuat criminosum proprietate & ipso iure inficit ius possidendi,& habendi, potest opponi contra agentem ad restitutionem beneficii,vel alterius rei similis, vt est crimen hæresis,quod ipso iure priuat hæreticum bonis,& inficit ius possidẽdi & habendi,vt in c.si nos 23.q.5. & bonus tex.in c.1.& 2.23.q.7.l.fi.C.ad l.iul.maie.l. Manicheos C.de hæreti.iuncto.c.vergentis.eo.tit.cum simi. & ideo si hæretici,seu illi,qui crimen læsæ maiestatis commiserunt,non possunt possidere,ergo nec agere ad restitutionem,ar.c.consultationibus.de off.deleg.c. ad decimas. eo.tit.in 6.& ita tenet gl.in c.quo iure.8.distin. quæ ꝓprie de hæretico loquitur,& facit,quod not.gl.in c.ex parte. in ver.commodo.ĩ.eo.quæ vult, laicum non posse agere ad restitutionem decimarum,quia laicus de iure decimas possidere nõ potest c.causam.de prescrip.Item vbicunq; exceptio defectum proprietatis & possessionis concernit,& cõtinet,obstat agenti possessorio recuperandæ, & hoc voluit Ab.in c.in literis.in antep.col.in fi.s̃.eo.& ideo infert post Do.de Rota,quod si quis ageret ad restitutionem beneficij reseruati,contra eum potest opponi, beneficium fuisse reseruatum a Papa, quia ex hoc apparet defectus etiã possessionis,contrarium tamen in hoc tenet Aret. in l. naturaliter.§.nihil commune in 32.col.ff.de acqui.poss. Secus verò,si esset tale crimen,quod ipso iure criminosum proprietate non priuaret,nec inficere ius possidendi & habendi, quia de tali crimine contra agentem ad restitutionem beneficii,vel similis opponi non poterit l.si maritus.in fi.C. de don.inter vir.& vxo.c.1.& per totum.3.q.1.& q.2.& ꝑ totum.2.q.2.cum simi.& hæc sunt de mẽte Inn.in c. inter dilectos.de exces.prela.in j.gl.secundũ dõ. Ant.& Abb. q̃ sic distinguere & concludere videtur.¶Tu animaduertas, quia mihi placet,ꝙ cõtra agentem ad restitutionẽ beneficij possit opponi de crimine hæresis, sed non solũ ratione. s̃. posita per Abb.& Anto.& per gl. in d.c.de quo iure, sed ẽt alia,& maxime quia est tale crimen ex quo quis etiam si esset Papa ipso iure maiorem excommunicationem incurrit vt est tex.cum gl.in c.Acatius.& ibi gl.summæ. 24.q.1. & ibi per totum cum simi.& ideo cum sit crimen ipso iure ꝑsonam ad agendum inhabilitans,ar.c.ex communicamus. §.credentes.de hæreti.& c.intelleximus. de iudi. & habet in d.l.Manicheos.de eo poterit opponi contra agentem ad restitutionem possessorio recuperandæ, vt s̃.& idem dico in eorum credentibus,defensoribus & receptatoribus.d.§. credentes.qui tamen ipso iure beneficii non priuantur,vt ibi in.§.si verò fuerit clericus.per c.quæ dicta sunt supra in alia conclusione,& ita saluari potest gl.in d.c.quo iure.

¶Præterea, Abb.& Anto.volunt de crimine hæresis cõtra agentem possessorio recuperandæ posse opponi, quia tale crimine priuat criminosum nedum proprietate beneficii, sed etiam potestate possidendi dicto capitulo,quo iure,capitulo primo, & secundo,vigesimatertia quæstione septima. capitulo si vos, vigesimatertia quæstione quinta.Ergo hæreticus in possessorio recuperandæ obtinere non poterit arg.ca. consultationibus.de off.deleg.c.ad decimas. de restitu.spolia.in 6.

¶Hæc ratio cõmunis prima facie vera nõ videt, quia licet pro

propter crimẽ hæresis quis ipso iure proprietate rerum sua rum priuetur, nõ tamen ipso iure possessione priuatur, nisi post sententiam, vt est tex. in c.cum secundum leges. vbi casus de hæreti. in 6. & ideo videtur, quod cõtra agentem ad restitutionem non possit opponi de crimine hæresis per ea quæ hic ponit Abb. & j. statim dicetur, nisi saluando dicas tex. in d.c.cum secũdum. loqui de rebus & bonis patrimonialibus hæretici. Sed aliud est in beneficialibus & dignitatibus ecclesiasticis, quibus hæreticus ipso iure quo ad proprietatem & possessionem priuatur per prędicta, & ita intelligantur no. per gl. in d.c.quo iure. cum simi. Vel forte dici posset, quod non priuetur possessione etiam ecclesiasticorum, licet ipso iure priuetur proprietate. Nec obstant d.c. quo iure. & d.c.1. & 2. Quia probant, quod iuste non possidenti non tamen negant, quin saltem iniustè non possidenti, non tamen negant, quin saltem iniustè possideat, vt prædo. ¶ Præterea, de iure licitum est cuicunque spoliare hæreticum bonis & beneficiis ecclesiasticis, vt dicit gl. summæ. 23.q.7. per tex. ibi in c.1. ergo si quis spoliauerit hæreticũ, ad restitutionem cogi non poterit, quia quod quis facit lege & iure permittente, pęnam nõ meretur. l. Braccus. C. de adul. ¶ Dubito tamen de dicto illius gl. summæ per text. in d.c.cum secundum leges. vbi probatur contrarium quod hæreticus possessione suarum rerũ priuari possit, nisi post latam sententiam, sed saluare potes glos. illam in beneficiis & dignitatibus, ac bonis ecclesiasticis, quibus spoliari potest, & de his proprie loquitur d.c.1. & 2. d.c.quo iure.

43 ¶ †Et idem, quod dicitur est de hæretico, volunt Moderni. in d.c.quo iure. habere locum in filiis hæreticorum; vt ipsis agentibus possessorio recuperandæ ad restitutionem beneficii possit opponi de crimine hæresis patris sui, argu. ca. quicunque. §. hæretici. de hæreti. in 6.

¶ Et quamuis Abb. in c. vergentis. de hæreti. velit, quod filij hęreticorũ ipso iure non priuentur beneficiis, sed sint per sententiam priuandi. vt ibi per no. per gl. in c. satis peruersum. 56. dist. & consequenter quod contra eos agentes possessorio recuperandæ de crimine patris opponi non possit, tamen contrarium voluit Gemi. & Io. An. in c. vt cõmisi. §. priuandi. de hæreti. in 6. per illum text. & hoc mihi plus placet per tex. etiam in c. fęlicis. §. 1. de pęnis. in 6. iuncto. d. c. vergentis. & iunctis not. in d. §. hæretici. nam si filij eorũ qui crimen contra Papam & cardinalem, vel eorum familiares commiserunt, beneficiis ipso iure priuantur, ac etiã pontificali dignitate, quia eorum patres crimen læsæ maiestatis commiserunt. d. §. 1. a fortiori ergo hoc dicendũ erit in filiis hæreticorum. d.c. vergentis. & no. in d. §. hæretici. & de hoc videtur tex. in d.c. vt commissi. §. priuandi. de hęreti. in 6. ¶ Quicquid tamen dicant Moderni. in d. c. quo iure. puto contrarium dicendum, quod contra filios hæreticorum agentes possessorio recuperandæ ad restitutionẽ beneficii non possit opponi de crimine hæresis paternæ; quoniam licet hæreticus ipso iure priuetur potestate possidendi, vt s. & facto spoliari & priuari possit, vt not. in summa per gl. 23.q.5. tamen hoc in filiis hæreticorum nõ reperitur sed solum in eis iure cautum est, vt ex delicto paterno ipso iure proprietate & iure habendi beneficia priuati sint. d.c. quicunque. §. hæretici. & d.c. vt commissi. §. priuandi. non autem potestate possidendi, & cum simus in pænalibus, odiosis & exorbitantibus, videlicet quod filius pro delicto patris puniatur, profecto non fiet extensio, sed solum eorum filii puniendi erun in eo, in quo iure cautum in illis expresse reperitur, arg. no. per gl. in cle. 1. de pęn. cũ simi. in verb. obtinenda, & in cle. 2. in verb. obtentis. eo. tit. & posito quod ipso iure priuati sint iure habẽdi, & proprietate, non tamen sequitur, quod sint priuati potestate possidendi quia hæc sunt penitus diuersa. l. naturaliter. §. nihil communi. ff. de acqui. poss. & faciunt ad propositum ea; q̃ ponit hic Abb. qui distinguit, an propter crimen quis ipso iure priuetur etiam potestate possidendi, an vero solum ꝓprietate, & sic ista considerat vt penitus diuersa etiam in terminis nostris.

44 ¶ †Et ex prędictis habemus declarationem ad vnum dictũ Inno. in c.cum nostris. de concess. præben. dicentis, nullum crimen quantuncunq; grauissimum inducit ipso iure priuationem beneficii, sed quis est per sententiam priuãdus, & hoc voluisse videtur glo. in c. satis peruersum. 56. distin. Nam illud potest dici regulariter esse verum, sed fallit in crimine hæresis, propter quod hæretici, eorumque filii, & alii eorum similes beneficiis & dignitatibus ecclesiasticis ipso iure priuantur, vt habetur in d. capitul. quo iure. in d. §. hæretici. & d. §. priuandi. cum simili. s. allegat. Idem est etiam in his, qui hostiliter Papam, seu Cardinalem offenderunt & alios, de quibus habetur in ca. fęlicis. de pęnis in 6. Idem de scismaticis, ut c. j. de scisma. in 6. Ratio, quia hæreticis dicuntur, vt ibi, & in clem. 2. de pęnis.

¶ Item dum Abb. post Anto. ad prædictam distinctionem in hac secunda conclusione allegat ea, quæ ponit Inn. in c. inter dilectos. de excessio. præla. ꝓ decisione, iudicio meo dicta Inn. ibi potius in oppositum faciunt, si bene eius verba considerentur, nam primo ponit casum, quando ageretur possessorio recuperandæ ad restitutionem beneficii. & tunc indistinctè concludit, quod contra agentẽ nullo modo de crimine opponi possit, & vtitur verbis vniuersalibus quod nullo modo &c. & consequenter siue esset tale crimen, quod inficeret ius possidendi ipso iure, siue solum ꝓprietate priuaret, siue non ipso iure, sed per sententiã quis priuandus esset. Postea ponit alium casum, videlicet quando quis ageret petitorio ad restitutionem, seu acquisitionẽ beneficii, & tunc ipse distinguit, an sit tale crimen, quod ipso iure criminosum, vel dignitate ecclesiastica priuet, vt in crimine hæresis, & tunc de eo contra agentem petitorio opponi poterit, aut non ipso iure priuat, sed per sententiam quis priuandus est, & tunc de tali crimine contra agentem petitorio opponi non poterit, quia exceptio operatur effectum exclusiuum, & non priuatiuum, & sic apertè constat, dicta Inno. pro hac distinctione Ant. & Abb. non facere, sed potius contra.

45 ¶ †Item dum Abb. allegat not. per gl. in c. ex parte. j. eo. ꝓ confirmatione, q̃ contra agentem possessorio recuperãdæ ad restitutionem decimarum obstat exceptio, quod agens sit laicus quoniam laicus decimas possidere non potest. c. causam. de præsc. & sequitur Areti. in l. naturaliter. §. nihil commune. in 4. col. ff. de acqui. pos. considera, quia hoc mihi simpliciter verum non videtur, quod hæc exceptio taliter opponi possit, quod ipsum laicum agentem excludat, nam laicus potest agere possessorio recuperandæ ad restitutionem, dummodo aliqualiter iustificet suam possessionẽ, vt est tex. cum ibi not. per glos. in c. ad decimas. de rest. spo. in 6. ex quo infertur, quod exceptio, quod sit simpliciter laicus, ipsum non excludit. Verum tamen est, quod si ipse nõ probet se aliquo iusto titulo possedisse, fuisse spoliatum, obtinere non poterit, vt ibi no.

¶ Non obstat, quod laicus decimas possidere non possit d. c. causam. quia hoc verum est regulariter, vt ibi, sed ex priuilegio, & consuetudine laicus decimas detinere potest. cap. cum apostolica. de his, quæ fiunt a præla. sine consensu cap. cum ibi not. habetur in c. j. s. eod. Præterea, quã uis laicus decimas de iure ciuiliter possidere nequeat, illas tamen naturaliter possidere potest, vt no. per gl. in d.c. causam. sed ratione possessionis naturalis tantum potest quis agere possessorio recuperandæ. l. 1. §. siue autem. ff. de vi & vi arma. ergo & laicus ad restitutionem decimarum possessorio recuperandæ agere poterit, dummodo suam possessionem probet, & iustificet vt no. in d.c. ad decimas. ¶ Rursus laicus de facto saltem, & iniuste decimas possidere potest, vt habetur in d.c. cum apostolica. neque hoc negat gl. in d.c. ex parte. & in d.c. causam. ergo si erit spoliatus, agere poterit possessorio recuperandæ, quia etiam prædo & iniustus possessor in sua possessione tuendus est, vt in c. in literis. cum similibus. s. eodem. no. in l. si quis in tantam. C. vnde vi. dummodo saltem suam possesionem iustificet ex præscriptione tanti temporis, de cuius initio memoria in contrarium non extet, arg. no. in d.c. ad decimas. & c. 1. de præscrip. in 6. Quæ bene nota ad declarationem eius, quod Abbas hic ponit post gloss. in d.c. ex parte. j. eodem, vbi videas per scriben.

46 ¶ †Tertia est conclusio ex distinctione Antonii, quod exceptio criminis notoria, quando crimen ipso iure proprietatem inficeret, & ea criminosum ipso iure priuaret, potest in beneficialibus contra agentem possessorio recuperandæ opponi, vt hic per Abbatem & Ioannem de Imola, & facit quod not. gloss. in summa tertia, quæstione prima. per textum in c. scælus. & in c. manifesta. secunda q. prima. & ad propositum facit, quod habetur in capitulo, constitutus. per Innocentium & in c. quoniam. de fil. pres. secus cõtingit in prophanis, vt hic per Abba.

¶ Quarta sit conclusio, quod si crimen sit notorium, & ipso iure criminosum proprietate non priuet, sed per sententiam veniat priuandus, obstat in beneficialibus agenti possessorio recuperandæ per c. petitionem. & capitu. si constiterit,

terit.de accuſ. Ita ſequitur Anto.de But.hic & refert ac ſequitur Io.de Imola.¶Abb.verò hic tenet oppoſitum pluri bus rationibus motus,tum quia talis exceptio criminis nō elidit intentionem agentis, cum proprietatis cauſam concernat, quæ a cauſa poſſeſſionis ſeparata eſt l.naturaliter.§. nihil commune.ff.de acqui.poſſ.& hic per gloſſ.iuncto c. ſequē.vbi bonus tex.& exceptio ad hoc,vt poſſit & admittatur,talis eſſe debet,quæ actionē excludat l.1.ff.de excep. & c.ij.de ordi.cogni.tum quia exceptio operatur effectū excluſiuum,non autem priuatiuum.d.c.2.cum ibi not. & faciunt not.per Inno.in c.cum noſtris.de conceſ. præben. & in d.c.inter dilectos.de exceſſib.prælato.& contra prædictam concluſionem Abb.ponderat d.c.fi.de ordi.cogn. in ſui generalitate,ac etiam tex.d.c.j.& per totum 3.q.1.& 2.& 2.q.2.

¶Sed his iuribus breuiter reſponderi poteſt, quod non loquuntur,quando notorie conſtaret de crimine, vt ibi, vel procedunt quando ante reſtitutionem ſpoliator, vel alius vellet principaliter agere contra ſpoliatum de crimine, q͂a antequā ſpoliatus reintegretur,cōtra eū de crimiue agi nō poteſt,quia nudus & inermis cum inimico & aduerſario contendere nequit, ne propter inopiam contingat ipſum iniuſte forte ſuccūbere,vt in c.frequens.eod.tit.in 6. & in c.oportet.3.q.2.cum ſimi.ſ͂.allegatis.Quæ ratio ceſſare videtur,quando ipſe ageret ad reſtitutionem,& contra eū de crimine notorio opponeretur, quia tunc ſpoliator & reus ſe defenderet,exceptione de crimine opponendo.nam licet principaliter quis ad agendum non admittatur, tamen ad ſe defendendum admitti debet,arg.c.cum inter de excep. ¶Mouetur etiam Abb.nam contra ſpoliatum agentem ad reſtitutionem non poteſt de crimine opponi,quia actor, q̃ ſpoliauit tanquam inimicus cenſetur,vt hic,& d.c. opportet,quæ ratio militat ſiue ſit crimen notorium,ſiue non,& ſiue ſimus in beneficialibus,ſiue non,& ſiue agatur,ſiue excipiatur,vt hic,& optimus eſt tex.cum gl. in c.quod ſuſpecti.§.Anaſtaſius.3.q.5.quem ad hoc allegat Archi.qui hoc tenere videtur,in c.quo iure 8.q.1.& allegat Inn.in c.inter dilectos,qui voluit,contra agentem ad reſtitutionem beneficii nullo modo poſſe opponi exceptionem criminis,& cōſequenter,ſiue ſit notorium ſiue non.Gl.ibi bene hoc dicit ſed tex.non probat, quia loquitur de crimine manifeſto & non notorio,quæ differunt,quo ad caſum noſtrum,vt vult etiam Abb.hic quaſi in fi.qui ſic proprie etiam intelligit. d.c.quod ſuſpecti.& ita quoque intelligit Areti.in l.naturaliter.§.nihil commune.in 3.col.ff.de acqui.poſſ.& ad propoſitum ego pondero tex. in c.j.3.q.j.ibi, quia priuſquam hoc factum fuerit, nullum crimen eis obiici poteſt, & ſic nota illa verba vniuerſalia,nullum crimen,item & illa,obiici poteſt nullum crimen prius, quam omnina ſint reintegrata,& conſequenter loquitur etiam,quando de eo opponeretur petenti reſtitutionem,& ſic per viam exceptionis. ¶Conſidero etiam ea,quæ concludit Ant.& ſequitur Abb. in c.in literis.ſ͂.eo.ad propoſitum,qui volunt, quod cōtra agentem ad reſtitutionem beneficii poſſeſſorio recuperandæ de defectu notorio proprietatis opponi poſſit, per tex. cum ibi not.per Imolam in d.c.quoniam,de fil.presby.illa ratione,quia beneficium ſine peccato abſq; canonica inſtitutione detineri non poteſt c.1.de reg.iur.in 6.c.ex frequētibus.de inſtit.cum ſimi.ergo ſi de canonica inſtitutione conſtet quamuis beneficio ob crimen etiam notorium priuari poſſit,tamē adhuc illud iuſte detinet,& cum titulo,& ſic canonice donec per ſententiam priuatus fuerit, ita infertur ex illa commune concluſione.

¶Et hęc opinio ſatis mihi placet, quia etiam notorius crimino ſus tolerandus eſt in ſua eccleſia & beneficio, donec ab eccleſia toleratur,nec per ſententiam priuatus eſt,arg.c. nonne.8.q.4.& bonus tex.cum ibi no.per Hoſtien. & Anto.in c.ſicut.& in c.3.de cohab.cleri.& mul.

¶Et ſi prædictis opponeretur,quod ex quo notorio de crimine ſpoliati conſtat,& conſequenter certum eſt crimino ſum proprietate & titulo beneficii ſtatim priuandum fore propter crimen,contra eum doli exceptio poſſit opponi, quod dolo facit,ex quo petit id, quod ſtatim reſtitutur⁹ eſt l.dolo.ff.de excep.doli.c.dolo facis,de reg.iu.in 6.& maxime cum in beneficialibus poſſit opponi exceptio defectus proprietatis notorie, per quam intentio excipientis etiam non fundetur,ſecus in prophanis,vt vult Abb.poſt Ant.in d.c.in literis.in 4.colum.Reſpondeas,illam regulam non habere locum in poſſeſſorio recuperandę.d.cap.in literis. vbi caſus,& ibi Abb.declarat in 2. colum.in 3.oppo.¶Niſi quando crimen eſſet notorium facti permanentis,& iudex ex officio ſuo extra inſtantiam reſtitutionis priuaret criminoſum beneficio,& reſtitutionem tardaret motus ex æquitate illius regulæ,& quia circuitus ſunt euitandi,clem.auditor.de reſcrip.ita expreſſe ſentit Abb.in ſequenti verſicu. ¶Et ſequendo hanc concluſionem & opinionem Abb.contra Anto.& Io.de Imola reſtat,vt reſpondeamus text.in d. c.petitionem.& in d.c.ſi conſtiterit.de accuſatio.ſed tu reſponde vt per Abb.j͂.& pro hac concluſione contra do.Anto.facit etiam,nam quando ius poteſtati habendi reſiſtit,& ipſo iure non annullat,neq; tollit habitum iuris ipſo iure, ſed illud reſoluit, quia habentem priuandum inducit, & ſic quando ius reſiſtit poteſtati habenti reuocabiliter,tunc datur,& competit interdictum recuperatorium,in quantum vult conſequi poſſeſſionem reuocabiliter, vt eſt caſus in c.referente.de præben.vbi reſtituitur beneficium habēti conſimile, non vt perpetuo teneat, ſed vt vnum ex illis eligat,ergo agenti poſſeſſorio recuperandæ crimen notorium non obſtabit,propter quod ipſe per ſententiam priuandus veniret,quin poſſit recuperare poſſeſſionem ſuam etiam reuocabiliter,vt quia poſtea ratione criminis priuādus veniret,& ita dicit ad propoſitum Abb. in c.ex parte. in 6.colum.j͂.eod.¶Item dum Abb. quærit & examinat, an iudex ex officio ſuo poſſit excludere agentem poſſeſſorio recuperandæ propter crimen notorium,concludas ſecundum Abb.hic,qui optime declarat,& cum eius dictis pro nunc pertranſeo,& bene nota illius verba, quia ex eis optime declarantur dicta per Inn.in c.conſtitutus, & in c. quoniam.de filiis presbyterorum.

SVMMARIVM.

1 *Clericus ad hoc ut eccleſia & beneficio priuari poſſit, quot requirantur.*

2 *Clericus de facto etiam a iudice ſpoliatus ante omnia reſtituendus eſt,nec illi obſtat exceptio proprietatis,& quo modo hoc intelligatur.*

3 *Iudex delegatus quando peti poſſit a reo ſuper actione mouenda per actorem.*

4 *Interdictum vnde vi,datur etiam contra iudicem ſpoliantē aliquē ſua poſſeſſione de facto & extraiudicialiter abſq; cauſa iuſta & notoria,& quibus caſibus contra eū hoc remedium intentetur nu.7.*

5 *Iudex de facto & extraiudicialiter, ac iudiciij ordine non ſeruato procedens in his,in quibus iudicialiter procedendum eſt,non vt iudex,ſed vt priuatus procedit.*

6 *Iudex per iniuriam aliquid faciens conueniri poteſt, ſecus quando iure poteſtatis facit.*

7 *Iudex ſpolians aliquem ſua poſſeſſione quibus caſibus poſſeſſorio recuperandæ conueniri poſſit.*

8 *Appellatio quando concurrat cum poſſeſſorio recuperandę, & quando non.*

9 *Iudex factum ſuum extraiudiciale,contra quod opponitur, iuſtificare debet,& quando pro eius facto prę ſumatur, & quando non.*

10 *Pro ſententia iudicis de recenti lata in abſentem & fictum contumacem in dubio non præſumitur.*

11 *Exequutor ad conferendum alicui beneficium cum clauſula,ſi conſtiterit Titium illud poſſidere contra extrauagantem execrabilis,illud de iure conferre non poteſt,niſi citato prius Titio, & ſi eo non citato illum in poſſeſſione mitteret,an cōtra ipſum poſſeſſorio recuperādæ agi poſſit,quāuis Papa hoc in literis præciſe mādaſſet.n.13.*

12 *Cauſa cognita quid ſit eo citato, de cuius intereſſe agitur.*

13 *Cognitio cauſæ & citatio an a principe & inferiore poſſint remoueri.*

14 *Inferior in his, in quibus defenſio competit, ſine citatione procedere non poteſt,ſecus eſt in principe.*

15 *Iudex quando cognoſcat, an ſua ſit iuriſdictio.*

16 *Epiſcopus quomodo contra clericum ſubditum procedere debeat, quando delictum non eſt notorium, neque adeſt accuſator.*

17 *Clericus ſpoliatus ab Arobiepiſcopo, qui illud beneficium poſtea alteri contulit, ſi fuerit reſtitutus, poteſt ſuper*

petitorio

petitorio conueniri, & a clerico, cui facta fuit collatio, et ab archiepiscopo.& an ad archiepiscopum, an ad clericum spectet causam contra restitutum defendere.

18 *Clericus spoliatus ab archiepiscopo, qui beneficium alij postea contulit, an possit agere contra archiepiscopũ possessorio recuperandæ, vel cõtra clericum possidentem.*

19 *Iudex delegatus super causa proprietatis potest etiam cognoscere de causa possessionis & restitutionis.*

Caput, Conquerente &c.

SVMMATVR & diuiditur, vt per scriben. ¶Ex primo notabili Abb. colligitur † tria re-
1 quiri copulatiue ad hoc, vt clericus sua ecclesia & beneficio priuari possit, videlicet causam iustam & rationabilẽ, item illam esse notoriam item in iudicio, hoc est in figura iudicii iuris ordine seruato, vt hic per Ab. per hũc tex. An. verò duo solum requirit, videlicet iustam causam & quod illa sit notoria per hunc tex.& hoc mihi plus placet in terminis, in quibus loquitur tex. quando iudex, puta episcopus de facto, & iuris ordine non seruato, & sic potius extraiudicialiter vellet ex officio clericum sua ecclesia & beneficio priuare, vt hic est casus, vbi Papa mandat clericum debere ad ecclesiam restitui, quoniam non decet episcopum clericos suos ecclesiis spoliare, & sic de facto, & extra iudicium (ita importat verbum spoliare) nisi ex causa rationabili & manifesta.& quod ita tex. loquatur colligitur ex verbo, spoliare, vt per totum.3.q.1.& hunc titulum. item vt responsio Papæ conueniat querelæ clerici, qui proposuit de spoliatione extraiudiciali facta ab archiepiscopo, vt in primis verbis, debet intelligi de responsione extraiudiciali, quia responsio semper est intelligenda secũdum interrogationem præcedentem. l.si defensor.§. qui interrogatus.ff. de interrog. actio.& probatur ex hoc tex. in fin. ibi, restitutione autem, qui tex. venit aduersatiuè ad prædicta, vt patet ex dictione autem.§.si quis autem. insti. de nup.& per Cardi. in c. statuimus, de electio. in 6. sed in versi. fin. tex. vult seruari ordinem iuris, ergo.s̃. loquit̃ iuris & iudicii ordine non seruato. ¶Præterea, hoc verum esse aperte demonstratur per ca. quoniam. de filiis presby. vbi episcopus ex causa rationabili si ea sit notoria, põt extraiudicialiter & de facto etiam absque sententia clericũ ecclesia priuare, & sic ibi est casus pro eo, quod vult Anto. hic, & in c. ex tuæ. de cleri. non residen. si autem causa non esset notoria, sed manifesta, vel non manifesta, quæ tamen probari posset, tunc sufficerent etiam duo tantũ ad hoc, vt clericum suo beneficio ex officio suo priuare posset, videlicet causa iusta & rationabilis, hoc est grauis, & non leuis, vt hic declarat Abb. per c. inuentum.16.q. vlti. & no. in c. satis peruersum.56. distin. item quod in figura iudicii, & iuris ordine seruato. c. quoniam contra. de proba.& hic in fi. ver. ibi, ordine iudiciario. c. causam, de iudi. & c. petitionem. de accusa. cum simi. ita debes intelligere hunc tex. quicquid dicat Abb. & ex quo requiritur ordo iudiciarius, & sic causa cognita, consequenter requirit̃, ꝙ de causa liqueat. d.c. nos in quemquam, & d.c. manifesta. cum ibi no.2.q.1.& sic in effectu duo tantum principaliter requiruntur, quæ omnia alia continent. Cogita.

2 ¶Ex verbis Abb. In quarto notab. ibi no. † quod ante restitutionem non debet discuti exceptio defectus proprietatis, colligitur, quod si clericus etiam sit ipso iure priuatus proprietate suæ ecclesiæ, & titulo, vel aliter in ea titulum non habeat, si de facto, & extra iudicialiter contingat ipsum etiam a iudice spoliari, debet ante omnia restitui, nec contra eum etiam per iudicem de defectu proprietatis opponi potest, ita important illa verba Ab. exceptio defectus proprietatis, videlicet quod nõ habeat titulum, nec ius ꝓprietatis in ecclesia; nam si haberet, quamuis illo per sententiam priuari posset, non tamen diceretur defectus proprietatis, vt colligitur ex his, quę late ponit Abb. in c. in literis. maxime in antepenul. colum.s̃. eod. Ratio huius est, quia si clericus ipso iure beneficio priuatus sit, de facto & extra iudicialiter sua possessione priuandus & spoliandus non est, c. cum secundum leges. de hæreti. in 6.& est glo. singularis. in c. licet episcopus. in fi. gl. penul. de præb. in 6. quæ loquitur etiam in beneficialibus, & ideo si de facto spoliatus erit, ante omnia restui debebit, nec contra eum de defectu proprietatis opponi poterit, alioquin parum sibi sua possessio prodesset, arg. c. in literis. cum simi.s̃. eo.

¶Sed hoc videtur contra ea quæ posuit Abb. in d.c. in literis. & in c. proximo præcedenti. qui voluit, quod in beneficialibus contra agentem ad restitutionem beneficij possit opponi exceptio defectus proprietatis, & maxime quãdo iudex hoc ex officio suo faceret, per tex. in c. quoniam. cũ ibi no. per Inno. de fil. presby.& ideo id, quod dicit, & infert Abba. hic debet intelligi, quando de defectu proprietatis, & tituli notorie non constabat, sed aliqua probatio requirebatur, quoniam tũc licet nullum habeat titulum, nec ius proprietatis, tamen defectus proprietatis restitutionẽ non impedit, vt hic, vt qui a propter crimen aliquod non notorium ipso iure fuisset priuatus iure proprietatis, vel nunquam titulum habuisset, secus si de eo notorie cõstabat, quoniam tunc posset maxime a iudice opponi contra clericum agentem ad beneficii restitutionem, vt per Abb. in d.c. in literis.& in c. proximo præcedenti.& facit tex. in d. cap. quoniam.& in ca. constitutus. per Inn. de fil. presb.

Quod nota ad declarationem glo. in d.c. licet episcopus. Quinimo etiam si de defectu proprietatis notorie nõ constabat, si opponens de eo offerret se incontinenti probaturum, & prætenderet ius habere in beneficio, talis exceptio discuti posset, & per eã restitutio beneficii tardari, ita vult Abb. in c. proximo præcedenti. in fin. uer.

¶Vel possent intelligi verba Abb. hic de defectu proprietatis, qui ipso iure non prouenit, & omne ius proprietatis agentis excludit, sed de eo qui ex sententia prouenit, vt per sententiam iure proprietatis beneficii priuandus esset & ita intelligatur hic tex. in fin.& tunc clarum est, quod de tali defectu proprietatis opponi non potest, vt latius diximus.s̃. in c. proximo præcedenti. post Anto. Abb.& Io. de Imola, etiam si talis defectus causaretur a causa notoria, vt a delicto notorio, vt ibi diximus.

3 ¶Ex verbis Abbatis † in quinto notabili colligo, quod ad querelam & petitionem rei dari potest a Papa iudex super actione mouenda per actorem contra eum, ita colligitur ex fine huius tex. intelligendo, quod hic clericus esset reus in causa mouenda coram episcopo, vt clare ex litera colligitur, & hoc contingit ratione suspicionis sui iudicis, qui ipsum de facto spoliauerat re, super qua litigari debebat, vel dubitabatur, argumen. c. insinuante de officio delega. qui tex. parum facit: quia loquitur de eo, ꝗ post litem motam propter superuenientem iudicis suspicionem petit alium iudicem dari, cum prius forte datus esset iudex ad actoris petitionem, vt ibi, sed nos loquimur per hunc textum, quando ante litem inchoatam reus peteret iudicem dari a Papa super actione mouenda per actorem, quo casu de iure videtur, quod coram tali iudice actor litigare non cogatur, quoniam reus actorem supplantasse videtur, & ideo videtur quod literæ non valeant, argumen. c. oblatę. de appellatio.& hic per Ioan. de Imola. in vltimo notabili. & facit tex. a speciali sumpto argumento. in ca. j.& fin. de officio deleg. in 6.

¶Vnde cogita si dici possit, quod reus super actione mouenda potest iudicem petere & impetrare, corã quo actor litigare cogatur, quando iudex ordinarius reum impetrãtem spoliasset re, super qua litigari debebat, & ita text. iste intelligatur, secundum quod expresse vult Specula. in tit. de lega.§. excipi potest, versiculo item quod ipse spoliauit, qui allegat hunc textum.& in capitul. reintegranda. tertia quæstione prima.& in c. notum. ij.& ratio est, quia iudex ordinarius ex hoc factus erat ipsi reo suspectus, qui nimo inimicus, vt in c. item cum quis.s̃. eod.& in c. oportet. tertia, quæstione secunda.& ideo reus ab initio petere potuit alium sibi iudicem dari, ex quo suus iudex ordinarius factus erat suspectus ratione spoliationis & inimicitiæ, argumen. c. insinuante. de officio delega.& hoc est, ꝙ forte Abb. hic vult dicere.

¶Ex quibus infero idem, si aliter quomodocunque iuste & vere iudex ipsi reo inimicus factus fuisset per prædicta ex identitate rationis. ¶Posset etiam forte dici, quod reus tanquam reus principaliter non potest iudices impetrare super actione mouenda per actorem ipsum actorem supplantando, vt in capitul. oblatæ. de appella.& hic per

per Imo.cum simili. Sed secundariò posset, quando ipse tãquam actor principaliter adiret Papam in causa connexa causæ, super qua secundariò peteret iudicem dari, & sic tãquam actor in causa præambula, quæ sui natura & ex iuris dispositione præcedere debet, & de qua prius cognoscendum est: quia super causa, quæ sui natura sequi debet, cuiusque cognitio retardanda est, poterit super ea mouenda iudices impetrare, quamuis in illa sit reus, vt dictũ est, qđ ita declaro. Nam omnes sciunt, ꝙ de iure prius tractanda est causa possessorij, q̃ petitorij: & in causa petitorij supersedendum est, donec causa possessorij expediatur. clem. 1. de cau. pos. & proprie. c. 2. & c. pastoralis. & per totum. s̄. eod. tit. cum simi. Item ꝙ tales causæ sunt connexæ. ca. 1. & ibi Abb. de causa posses. & prop. Modo si spoliatus super causa spolij principaliter tanquam actor Papã adeat, ut illa prius per Papam, vel eius delegatum cognoscatur, poterit secundario etiam petere iudices dari super causa proprietatis & petitorii, coram quibus tanquam reus conueniri debeat. Et hoc est in se verum: nam ratione connexitatis causæ potest reus iudices impetrare super causa mouenda cõtra eũ per actorem vt s̄. dictũ est. Et hoc innuit glo. nr̃a. 3. si recte consideretur, iuncta gl. fina. & hic est proprie casus huius tex. Ratio est; quia cõuenit coram eodem iudice etiam in diuersa instantia cognosci de causa possessionis & proprietatis. c. primo. de causa poss. & proprie. Et quod facit delegatus Papæ censetur Papa facere; quia eius vices gerit. c. sane. cum ibi no. de offi. del. Cogita tamen, quia sic declaratum non reperio.

4 ¶ †Ex ultimo nota. Abb. colligitur, ꝙ interdictum vnde vi, nedum datur contra priuatum spoliantem, ut per totum. ff. de ui & ui arma. & C. vnde vi. & hic per totum, sed etiã contra iudicem spoliantem & priuantem quem sua possessione de facto & extraiudicialiter absque causa iusta & notoria, & ita intelligunt communiter Docto. hunc text. qui satis optimè probat, attenta subiecta materia tituli, iuxta. l. imperatores. ff. de in diem addict. & habetur in c. 1. de officio deleg. Et gl. hic clarius hoc innuit, quæ vult, ꝙ etiam cum fructibus restitui debeat, qui percipi potuerunt, quod non contingit, nisi quando ageretur ad restitutionem ratione spoliationis contra spoliatorem & prædonem, vt habetur in c. grauis. s̄. eo. Hoc etiam similiter probatur in c. cum causa. de offi. deleg. qui text. loquitur etiam de spoliatione facta a iudice de facto, & iuris, ac iudicii ordine non seruato, quem fortius ita induco, nã ibi quo ad restitutionem faciendam parificantur, ꝙ fuerit spoliatus vel a priuato, vel a iudicibus de facto, & iuris, ac iudicii ordine non seruato, sed quando quis a priuato spoliatus fuit, datur & competit interdictum vnde vi contra spoliantem, vt s̄. ergo & quando de facto extraiudicialiter a iudice spoliatus fuit ad hoc, vt vna & eadem determinatio pariformiter illa duo determinet, arg. l. nam hoc iure. de vulga. & pupil.

5 ¶ †Quod confirmo: nam quando iudex ex suo capite procedit, hoc est de facto & extraiudicialiter iudicii ordine non seruato in his, in quibus iudicialiter debet procedere, tunc non dicitur, ut iudex procedere, sed tanquam homo & priuatus, vt est bonus tex. cum gl. in c. iudicet. 3. q. 7. no. in c. priusquam. 28. distin. & in c. 1. & ca. 2. de officio ordi. cum simi. sed quando priuatus spoliat quem sua possessione, conueniri potest interdicto unde ui, ut s̄. ergo &c. Ideo dixi in his, in quibus iudicialiter procedere debet; quia aliqua sunt, in quibus extraiudicialiter, quoque procedere potest, velut in notoriis, ut in casu. c. quoniam. de fil. presbyt. in casu nostro, ut s̄. in casu. ca. ex tuę. de cleri. non residen. & hic per Abb. in 1. no. & in c. euidentia. cum simi. de accusa. In illis enim casibus iudex ad restitutionem conueniri non posset, ex quo faceret iure permittente, argu. l. graccus. C. de adulti.

¶ Item hoc etiam probatur ex generalitate. l. 1. ff. de ui & ui arma. vbi ponit edictum prætoris, & eius interpretatio, & ibi generaliter datur deiecto & spoliato per uim contra deiicientem & inferentem, ergo generaliter intelligi dẽt, etiam si iudex esset, qui tanquam priuatus deiiceret, arg. c. si Romanorum. 19. dist. c. solitæ. de maio. & obed. l. de precio. ff. de publicia.

6 ¶ Prædicta corroborantur, † nam quando iudex aliquid iure potestatis facit, non potest conueniri, secus si per iniuriam, hoc est non iure, iuxta l. 1. §. 1. ff. de iniur. quia tunc tanquam priuatus fecisse dicitur. l. qui iniuriarum. §. qui iure, iuncta l. nec magistratus. ff. de iniur. ergo iudex, qui de facto extraiudicialiter, & non iure priuat ac spoliat quẽ sua possessione, tanquam priuatus conueniri poterit, & cõsequẽter interdicto vnde vi, vt supra. & ita in terminis voluit gl. in summa. 3. q. 1. in prin. gl. quæ in hoc parificat spoliationem factam a priuato, & factam a iudice, & facit l. 3. ff. quod met. cau. Et iudicio meo hoc non habet dubium, quin contra iudicem possessorio recuperandę agi possit, vt supra.

7 ¶ †Sed dubium est, quando, & quibus casibus hoc fieri possit. Vnde circa hoc Abb. post Anto. de quo non facit mentionem, quandam suam distinctionem satis longam, sed pulchram, ac semper cordi tenendam ponit. Et ex eius verbis circa hoc vnam conclusionem facio, quæ in effectu totam eius mentem, & distinctionem suam complectitur, ꝙ quando iudex aliquem sua possessione priuando nulliter processit, tunc conueniri potest possessorio recuperãdæ ad restitutionem, vt quia penitus extraiudicialiter processit in his, in quibus de iure iudicialiter ꝓcedere debebat; quoniam ex quo tunc agit vt priuatus, potest vt priuatus cõueniri, iuribus. supra alleg. & ita intelligatur tex. noster & hic per omnes scrib. si enim extraiudicialiter processit in his, in quibus poterat vt in casibus. infra positis, tunc nõ posset conueniri per prædicta, vel si iudicialiter processisset, & ꝓcessus fuit ipso iure nullus, quia iudex competens non erat iuxta. l. j. & 2. & per totum cum simi. C. si a non compe. iudi. & no. in clem. 1. de sequestra. poss. & fruct. & in clem. 1. de re iudica. iuncta cle. pastoralis. eod. titu. vel fuit nullus propter ordinem & formam rescripti non seruatam, iuxta c. cum dilecta. de rescript. & ibi nota. & habetur. in c. causam, quæ. de re iudica. vel propter iuris & iudicij ordinem omissum, iuxta l. prolatam. C. de sen. & interlo. om. iudi. c. quoniam contra. de proba. capitu. primo. de libel. obla. c. j. de litis contesta. cum simi. ibi no. vel quia pars citata non fuerit, iuxta clemen. pastoralis. de re iudica. & per totum. C. quomodo & quando iud. Et ita intelligatur gl. quæ propriè sic loquitur in summa. 3. q. 1. in prin. & text. in c. cum causa. de offi. deleg. l. meminerint. C. vnde vi. l. fi. C. si per vim vel alio modo. c. licet episcopus. de præben. in 6. & facit dictum Ioan. And. in addi. ad Spe. in ti. de peti. & poss. in §. quoniam. de quo hic per Abb. cum simi. per ipsum allega. secus si non nulliter, sed iniustè processit, hoc est contra ius litigatoris, & consequenter quando processit iure suæ potestatis, non autem tanquam priuatus, vt in casu. d. l. iniuriarum. §. qui iure. ff. de iniur. & in l. 3. ff. quod met. cau. in j. respon. & maximè quando iudicialiter processit, hoc est iuris ordine seruato. Et ita intelligatur gl. in c. præsentiũ. 7. quæstione 1. quæ ita loquitur. Idẽ si extraiudicialiter, sed vt iudex tamen & non vt priuatus, videlicet in his casibus, in quibus vt iudex extraiudicialiter procedere potest, vt supra quia sic iniustè, hoc est contra ius litigatoris tantummodo processit, sed eius processus in se valeat, donec reuocetur, iuxta no. in capitulo primo. de re iudi. non potest contra eum agi possessorio recuperandæ, vt in d. gl. in dicto capitulo præsentium. sed alio remedio aduersus grauamẽ iudicis succursum est, videlicet per viam appellationis, iuxta capitu. cum speciali. §. porro. de appel. iunctis no. in dicto capit. primo. de concessio. præb. c. j. de re iudi. & in c. inter ceteras. & in l. j. ff. de ferijs, & hic per Abb. Nã etiam aduersus factum iudicis extraiudiciale appellari potest, vt in c. 1. & in c. a collatione. de appel. in 6. cle. sicut, cũ simi. eod. tit.

8 ¶ †Ex quibus habemus, quòd his casibus, quibus de iure & regulariter appellari potest, non potest agi possessorio recuperandæ: hęc enim duo remedia simul nõ concurrunt, vt hic per Abb. Nam vbi de iure datur remedium appellationis, si infra decem dies non appelletur, iuxta. capitulo licet. cum simi. de appella. in sexto. res in rem iudicatam transit, licet esset iniusta, vt hic per Abb. per ca. cum inter. de re iudica. Et ideo grauatus amplius non audiretur, quia factum iudicis & sententia etiam iniusta quę in rem iudicatam transiuit, ius inter litigatores facit. d. c. cum inter. & l. res iudicata. ff. de regu. iur. Appellatio autẽ, quæ de facto interponitur, puta ab actu nullo, iuxta nota. in d. l. j. ff. de feriis. & habet in d. c. j. de re iudi. bene posset concurrere cum possessorio recuperãdæ, quia si iudex nulliter processit in priuando aliquem sua possessione, contra eum possessorio recuperandæ agi posset, vt s̄. Item etiam posset priuatus, si vellet de facto appellare, sed non de iure, vt id, quod nulliter factum esset, reuocaretur & infirmaretur per appellationem, quatenus de facto iudex pro-

 cessisset,

cessisset, vt actus nullus declararetur, ut per gl. in d.l.1.ff. de fer. cum similibus. Et hoc modo debes declarare dicta Abba. hic.

9 ¶†Noto etiam ex uerbis Abb. vnum valde notandum, ꝙ quando iudex penitus extraiudicialiter processit, & cõtra eius gesta opponitur, ipse actum suum iustificare, & legitimitatem causæ probare debet, alioquin, quod gestum est re uocatur, vt hic est tex. sed si iudicialiter & in figura iudicij processisset, si cõtra eius gestum opponeretur, opponẽs pro bare teneretur, arg. no. in ca. quoniam contra. de proba. in c. cum in iure peritus. de offi. dele. ꝙ d. c. causam, quæ. Et ratio est; quia quando extraiudicialiter procedit, pro eo, & eius facto in dubio non præsumitur, sicut nõ præsumitur, pro eo, quod quilibet priuatus gessit, sed quando iudicialiter processit, pro eo præsumitur in dubio, vt in c. in præsen tia. de renuntia. c. sicut. de re iudica. cum simili. ibi not. & per gl. in d. c. præsentium. & hic in gl. fin. Et ideo nil mirũ, si opponens contra factum iudicis probare tenetur: quia præsumptio transfert onus probãdi in partem aduersam. l. siue possidetis. C. de proba. c. fi. de præsumptio.

¶Sed contra prædicta fortiter facit tex. in c. quoniam contra. in fi. de prob. vbi in dubio pro iudicis processu non p̄sumitur, nisi probetur per iudicem, vel per fundantem se in processu iudicis legitimis documẽtis, & probationibus contra prædicta.

¶Pro veritate enucleanda necesse est multa dicta doc. circa hoc ponere, de quibus plenissimè videas per Abb. in d. ca. quoniam contra. sed quantum est pro præsenti declaratione dicas, ꝙ pro sententia iudicis, a qua non fuit appellatũ, & maximè, quando amplius appellari non potest, vel si fuit appellatum, sententia in rem iudicatam transiuit, in dubio præsumitur adeo, ꝙ qui uult oppositum dicere, probare debet. d. c. in præsentia. d. c. sicut. cum simi. no. in prin. gl. fi. d. c. quoniam contra, ca. bonæ. de præsump. cum alijs. s̃. alle. Sed pro processu iudicis quãdo de eo ex actis notarii non constat, iuxta d. c. quoniam contra. in dubio non præ sumitur, nisi legitimè probetur per iudicem, vel alium se in processu fundantem, & hoc quando appellatum fuit, & appellatio pendeat, vel si non fuit appellatum, potuit appel lari, vel quando sententia, quæ de recenti in fictum contu macem lata fuit, etiam transiuit in rem iudicatam: ita colligitur ex omnibus dictis Abb. & aliorum communiter in effectu in d. c. quoniam contra. qui tex. sic intelligi debet, & facit. c. cum inter a contrario. de re iudic. prout inducit Abb. in d. c. quoniam contra. Sed quando fuit appellatum & pendet appellatio, sicut pro processu non pręsumitur, nec etiam pro sententia. d. c. cum inter a contrario. & ita vult Abb. in d. c. quoniam contra. in primo membro.

10 ¶† Item in dubio pro sententia non præsumitur, quando in absentem & fictum contumacem de recenti lata fuit, ar gu. text. cum ibi no. in l. ab eo. C. quomodo & quando iudex. ita declarat Abb. in ultimo membro, in dicto capitu. quoniam contra. quæ bene nota pro nunc ad declarationem prædictorum.

11 ¶†Ex dicto Io. And. in addi. ad Spe. in titu. de petit. & poss. in §. quoniam. duo colliguntur. Primum est, ꝙ si datus est exequutor ad gratiam faciendam, hoc est ad cõferendum alicui beneficium cum clausula, seu sub conditione, si constiterit. Titium clericum illud possidere contra extrauagãtem execrabilis, vel aliam similem, non potest de iure illud beneficium conferre, nisi prius citato Titio; quoniam non potest iustè cõstare, an Titius possideat contra decretalẽ execrabilis, nisi ipse fuerit citatus, vt de iure suo doceat: qa vbicunq; in literis apponitur illa clausula, si cõstiterit &c. vel per similia verba, & tractetur de alicuius etiam nõ nominati præiudicio, non potest ea conditio purificari, nisi il lo citato, de cuius interesse tractatur, ut voluit gl. no. in cle men. vnica. in gl. magna. de offi. dele. ad quam se remittit alia gl. in cle. 1. in uer. inquisitionem. de conces. præb. & in cle. 2. in ver. constiterit. de pœnis. Et ad propositum induco. c. 2. de rescrip. vbi mandatam fuit sub hac clausula & cõ ditione, si sibi constaret &c. dicitur ibi, ꝙ hoc cognito, & probato potuit eandem præbendam adiudicare &c. Noto illa verba, hoc cognito & probato, quæ inferũt necessariò ipsum. I. de quo ibi, debuisse citari, ac citatum fuisse, alioquin non potuisset dici cognitum, neq; probatũ, cum illud

12 causa cognita fieri dicatur, quod † fit citato eo, de cuius interesse agitur. l. in causæ. §. causa cognita. ff. de mino. & p Roma. in l. 1. in prin. in 4. col. ff. de arbi. & illa verba, cogni to & probato, conditionem faciunt. l. a testatore. ff. de condi. & demon. Item probationes recipi, & fieri non possũt, nisi citata parte. c. 2. de testibus. cum simi. & facit ca. 1. de conces. præb. in 6. ergo &c.

13 ¶†Secundũ est, ꝙ in casu præmisso exequutor literarũ possessionem illi tradere non potest, in cuius fauorem literæ datæ sunt, nec illum in corporalem possessionem inducere potest, etiam si Papa in literis hoc præcisè mandasset, nisi ipse, qui erat prius in possessione, fuerit legitime citatus, vt de iure suo doceat, alioquin tãquam spoliatus extraiudicia liter & iuris ordine non seruato posset contra ipsum exequutorem agere possessorio recuperandæ ad restitutionẽ, ita sentit Ioã. And. in loco præallegato, secundũ ꝙ Abb. hic vult & intelligit, & faciunt ad propositum rationes, & iura prædicta, ac etiam tex. in c. licet episcopus. de præb. in 6. & ibi gl. Facit l. fi. C. si per uim, vel alio modo. & optimè qua drat tex. in d. c. 2. de rescrip. inducendo illum ibi dum dicitur, ꝙ dictæ literæ ex hoc falsæ præsumuntur; quia non est credendum, ꝙ Papa ita præcisè scripsisset & mandasset, videlicet absque causæ cognitione, & parte non citata quẽ debere restitui, & sic ibi videtur casus pro hoc dicto.

¶Item facit, nam citationem & causę cognitionem Deus instituisse videtur, ut apertè colligitur ex. c. Deus omnipotens. 2. q. 1. & in c. qualiter & quando. il 2. de accu. ergo remoueri non potest, quia Papa est supra ius positiuum, non autem diuinum. c. proposuit. de conces. præben. iuncto c. sunt quidam. 25. q. j. & per Inn. in ca. quæ in ecclesiarũ. de constitutio. facit clem. pastoralis. de re iud. & dictum Bar. in l. filiusfamilias. ff. de dona.

¶Sed in contrarium facit, quod no. gl. 2. in l. meminerint. C. vnde vi, quæ innuit, Imperatorem posse dare facultatẽ occupandi possessionem absque citatione, quamuis aliud fit in iudice inferiore. d. l. fi. C. si per vim, vel alio modo. d. c. licet episcopus. & no. gl. in l. iustè possidet. ff. de acquirẽ. pos. & gl. in d. l. meminerint. sequi videtur Bar. in l. 3. in 5. 8. & 9. col. C. de pigno.

14 ¶†Reperio Abb. in ca. 1. s̃. de cau. pos. & proprie. qui circa hoc dictum no. ponere videtur, ꝙ si sumus in his, in qbus defensio competere potest, tunc inferior a Papa non potest sine citatione procedere, nec alteri potestatem dare, vel absq; citatione eius, cuius interesse potest, procedat. d. l. fi. C. si per vim, &c. d. c. licet episcopus. c. caueant. & ca. omnia. 5. q. 9. Princeps vero regulariter citare debet, & regulariter debet dare potestatem procedendi cum causæ cognitione, & parte citata, tamen si ipse secus velit, & manifestè constet, potest procedere parte non citata, & dare licentiã sine citatione procedendi: quia præsumitur, ꝙ iusta causa motus hoc fecerit, vt no. Docto. in l. fi. C. si contra ius, vel utili. publi. & in d. ca. quæ in ecclesiarum. Facit cle. vnica. de proba. & quod no. Inn. in c. inquisitioni. de sen. excom. bonus tex. in c. non nos. 40. dist. Et ad prædicta vide Alex. in consi. 87. in 2. vol. in fi. 6. col.

¶Non obstat clem. pastoralis. in uer. cæterum. de re iudic. vbi imperator, qui parte non citata processit, non præsumi tur motus iusta causa, neque processus valet; quia dicit Ab ba. in d. c. 1. de causa possessio. & proprie. ꝙ ibi imperator respectu rei petitæ non erat iudex regis, sed Papa, at ratione delicti iurisdictionem prætendebat. Vnde licet in dubio præsumatur causa in principe domino naturali, & ordinario, tamen secus est in alio non domino, nisi ratione accidentię per id, quod no. Inn. in d. c. inquisitioni. Quod dictum aureum non obliuiscaris.

¶Vnum tamen, quod in d. ca. 1. ponit Abb. in totum non satisfacit, dum dicit, ꝙ quando princeps procedit parte nõ citata, vel dat potestatem ita procedendi, præsumitur motus ex iusta causa, quę in dubio præsumitur in principe do mino suo naturali, etiam si cõtra ius diuinum, naturale, vel gentium veniat, ut supra. Nam hoc uerum non videtur ex his, quæ ponit Fel. in c. ad audientiam. il 2. in 5. col. de rescrip. post Abb. qui non solet allegari in repetitio. ca. per tuas. in 11. col. ver. nec obstat. ꝙ lex ciuilis, qui uoluit, ꝙ quando lex ciuilis, vel canonica fundata est in aliqua ratione descendenti a iure diuino, vel a dictamine rationis mere naturalis, ipse Papa non potest absque iusta causa expressa dispensare, & in dubio iusta causa non præsumitur, secus in his, quæ in iure positiuo fundata sunt: quia sola voluntas pro causa sufficit. Cogita tamen.

¶Non obstat etiam prædictis. d. c. secundo, de rescript. inductum, vt supra. quia ille tex. non negat, quin Papa possit dare

dare potestatem procedendi parte non citata,& absq; causæ cognitione, imo si rectè consideretur, cõtrarium innuit. Sed in dubio hoc nõ præsumitur, quinimo si in literis Papæ hoc præcisè reperiretur, literæ falsæ præsumerentur,& ex curia non emanasse, ita vult ille tex. quoniam non est verisimile, Papam tales literas dedisse. Infertur ergo, q̃ si clarè, manifestè ac liquido de voluntate Papæ constaret, q̃ dederit potestatẽ procedendi absq; causæ cognitione & parte non citata, & sic literas non esse falsas constaret, tunc ille, cui talis potestas data esset, posset ea vti, & ita intelligat glo. in d.l. meminerint. itaq; etiam debes intelligere prædicta omnia posita per Abb. hic, & in d.c.j. præalleg. quæ bene nota; quia vulgaria non sunt.

15 ¶†In gl. in ver. volueris, teneas solutionem illius declaratã. Item bene nota gl. singularem. in c. statutum. §.j. in ver. copia. in fi. ver. de rescr. in vj. quę distinguit, an principaliter sit contentio de iurisdictione inter iudicem & partem, & tunc iudex non põt cognoscere, an sua sit iurisdictio, q̃a ex quo constituit se aduersarium, non potest de causa & facto suo cognoscere. l. vnica. C. ne quis in sua cau. iud. aut contentio est inter ipsas partes principaliter, & tunc iudex potest cognoscere, an sua sit iurisdictio, ex quo se aduersarium non constituit,& ita intelligatur. c. super literis. cum simil. de rescrip. vbi videas, vt per scribentes,& c. significãtibus. de offi. deleg.

16 ¶†Qualiter autem iudex & superior, hoc est episcopus cõtra clericum subditum procedere debeat, quando delictũ non est notorium, neq; accusator & denuntiator apparet, & ipse contra clericum agere & experiri velit, dicas, vt hic per Abb. quia non potest agere coram Archiepiscopo Metropolitano, nec coram arbitris, per text. in c. pastoralis. de offi c. ordina. & not. in c. irrefragabili. §. cæterum. eod. ti. & in c.1.6.q.2. sed debet agere coram Papa, vel eius delegato, vt hic in fi. vel corã concilio prouinciali, cui Archiepiscopus præest. d.c.1. cum gl.6.q.2. & ita intelligatur gl. in d.c. pastoralis. vbi de hac materia videas.

¶In glo. fi. dum Abb. in prin. illius instat, an clericus agere possit, non clarè distinguit, sed duos casus penitus separatos simul inuoluit. Nam intentio glos. est solum declarare, an clericus, cui collatum fuit beneficium ab Archiepiscopo, qui spoliauit, debeat ipse agere contra clericum restitutum, an verò ipse Archiepiscopus,& Abb. hoc cum illo inuoluit, an clericus spoliatus agere possit contra clericũ, cui beneficium ab Archiepiscopo collatum fuit, an verò contra Archiepi. spoliatorẽ ad restitutionem remedio recuperandæ, quare isti articuli separatim tractandi sunt, & primò, an facta restitutione in terminis text. nostri clericus, cui beneficium collatũ fuerat, an verò Archiepiscopus possit agere cõtra clericum restitutum, ex verbis Ab. duas con

17 clusiones facio. Prima sit † q̃ facta collatione per Archiepiscopũ spoliatorem, clericus, cui collatio facta fuit, poterit agere contra clericum restitutum petitorio, vt hic per glo. & facit c. penul. de re iudi. & quod Abb. hic not.& hoc dubium non habet.

¶Item forte etiam agere poterit contra Archiepiscopum, qui contulit sibi beneficium, quod sibi de iure cõferre nõ poterat ad interesse & æstimationem rei, quod ęstimabit, secundum quod habetur, & no. in c. coram. de offi. deleg. & facit ad hoc tex. cum gl. in c. inter cætera. de præb.& in c. pastoralis. de iure patrona. & hoc est quod voluit forte dicere Abb. dum illa iura allegat. Secunda conclusio sit, q̃ non solum clericus, cui beneficium collatũ fuerat, sed etiã ordinarius, qui illum spoliauerat, poterat agere contra clericum restitutum tanquã intrusum,& nullum titulum habentem: quoniam superioris interest, ne quis sit in beneficio intrusus. c. ex frequentibus, de institu. c. ordinarij. de offi. ordina. in vj.& no. in c.1. de reg. iur. in vj. in fi. gl. vltimæ. per Ioan. And. post Host. in c. licet Heli. de simo. ita tenet hic Abb. quicquid velit hic gl. quæ secundum eum in hoc bene non sentit. ¶Sed considerandum est, glo.& doctores loqui eo casu, quo iudex & superior non posset ex officio procedere contra clericum restitutũ: quia non erat notorium, nec famosum delictum, nec vllus accusator vel denuntiator apparebat, quo casu iudex & superior non potest ex officio suo procedere, sed contra clericũ agere dẽt. vel corã Papa, vel eius delegato, vel corã cõcilio prouinciali, vt supra dictum est,& ibi sequitur & vult Abb.& hoc casu gl. quærit, an ad Archiepiscopum spectet agere, & causam defendere contra clericum restitutum, an verò ad clericum, qui ab Archiepiscopo fuerat institutus, & cõcludit, quòd hoc spectat ad clericum,& non ad Archiepiscopum, qui conferendo officio suo functus fuit; argu. not. per Inn. in c. dilectus. il 2. de præben.& argu. c. pen. de re iudi. si autem Archiepi. qui spoliauit, beneficium pro se restituisse, facta restitutione, cõtra clericum restitutum agere posset, vt hic per gl. quam puto bene loqui, quicquid Abb. dicat; quoniam ea non quærit, an superior post restitutionem factam possit ex officio suo contra clericum restitutum procedere, sed an ipse agere possit. vt s.

¶Præterea gl. vt Abb. supra post Gofredum declarat, loquitur, quando delictum nõ esset notorium, neque famosum, quo casu superior ex officio suo procedere non potest, arg. c. quoniam. de fil. presby.& c. ex tuæ. de cleri. non resid.

¶Non obstat, quòd interest superioris, ne clericus in beneficio sit intrusus, iuribus allegatis; quia licet illius intersit, non tamen ob hoc ipse semper contra intrusum coram Papa, vel alio agere poterit: nam quãdo alius haberet ius in illo beneficio, ad illũ spectaret, & non ad superiorem, vt hic per glossam.

¶Non obstãt iura & allegationes præallegatæ; quia fateor, q̃ superior potest ex officio suo contra clericum intrusum procedere, etiam quando alius haberet ius in beneficio, quando delictum esset notorium, vel famosum, vt s.& ita loquitur. dicto capi. ex frequentibus. d.c. ordinarij. glo. in d.c.j. de regu. iur. in vj. & Ioan. And. in d.c. licet Heli. post Host.& sic saluari potest glo. quicquid in cõtrarium Abb. dicat. Cogita.

18 ¶†Secundò, an clericus spoliatus ab Archiepiscopo, qui beneficium alij postea contulit, possit agere contra Archiepiscopum possessorio recuperãdæ ad restitutionem. item cõtra illum, qui habuit beneficium, & ex collatione sibi facta illud possidet, in hoc concludo, q̃ contra Archiepiscopum agere possit, quamuis ipse beneficium non possideat,& agetur ad interesse,& rei æstimationem, vt in l.j. §. ex interdicto. iuncta gl. ff. de vi & vi arma.& arg. c. sæpe a contrario. j. eo. iunctis no. in c. coram. de offi. deleg. in c. pastoralis. de iure patro.& in c. inter cætera. de pręben. Potest etiam agere contra clericum possessorem, cui beneficium collatum fuit, vel condictione. c. sæpe. j. eod. quod remedium datur contra tertium possessorẽ, ad quem res violẽta scienter peruenit, vt ibi, vel condictione. c. reintegranda. 3. q.1. quod remedium datur etiam cõtra bonæ fidei possessorẽ, vt no. in d.c. sæpe. per glo.& docto. & in l. rem quæ nobis. ff. de acquir. poss. maximè per Modernos, & hoc est, quod voluit dicere Abb. hic,& ita teneas.

19 ¶†Item dum Abba. quęrit, an in terminis tex. nostri iudex delegatus, cui causa proprietatis commissa fuit, vt in fi. dicitur, potuerit cognoscere etiam de causa possessionis & restitutionis, si Archiepiscopus restituere denegauerit, Inno. & quidam alij dicebant, q̃ non; quia solum causa proprietatis sibi commissa fuit, ergo non potuit de causa possessionis cognoscere: quia commissa causa proprietatis non dicitur commissa causa possessorij, argu. c.1. de sequest. poss.& fruc. l.j.& l. si de proprietate. C. si a non compe. iud. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poss.

¶Abb. verò & communiter alij doc. oppositum tenent: q̃a etiam negotium possessorij commissum fuisse dicitur,& si non verbis expressis saltẽ mente. q̃ est verbis pręferenda, argumen. capitu. intelligentia. de verborum significatio. l. non aliter. ff. de leg.3. & hoc mihi plus placet: quoniam causa possessionis coram illo cognosci debet, coram quo causa proprietatis cognoscitur, & econtra. c.1.& ibi habetur. de cau. poss.& proprie. facit c. fi. de rescrip.& c. dispendia. eod. tit. in vj. cum simi. In dubio enim semper rescriptum ita interpretari debet, vt vtranq; causam comprehendat, quando partes & litigatores sunt eiusdem fori. c.1. de sequestra. poss.& fru.& hic iuncta glossa.

¶Non obstant iura in contrarium allegata, quia & ea,& si qua sunt similia, debent intelligi, quando litigatores essent diuersi fori; quia tunc impetratum super possessorio ad petitoriũ non traheretur, nec econtra, c. fi. de iudi. cum ibi no. & ita declarat Spec. in titu. de rescrip. præsenta. §. vltimo. ver. Item quod facit &c.& credo hanc fuisse mentẽ Abb. hic, dum dicit, hic etiam fuisse cõmissum negotium possessori saltem ex mente, quæ bene no.

¶Circa vltimam oppositionem Abb. aliter nõ insisto; quoniam satis optimè loquitur. Item quia de hac materia supra aliqualiter tetigi. Et videas etiam hic per Antonium & Ioannem de Imola. Et ex his cum laude Dei sit expeditum hoc capitulum.

SVMMARIVM.

1 *In interdicto recuperandæ vnde vi non solum venit restitutio rei immomobilis violenter occupatæ, sed etiam omnium rerum inde ablatarum, satisfactio damnorum, & fructuum, atq; iniuriæ, siue in libello petita fuerint, siue nõ: et an hæc oĩa vniformiter in hoc iudicio veniãt.n.3.*

2 *Bona mobilia tempore spolij ablata quo remedio principaliter peti possint.*

3 *Iniuriarum satisfactio an accessoriè officio iudicis veniãt, quando agitur interdicto vnde vi ad restitutionem rei immobilis.*

4 *Plenaria restitutio rerum mobilium, & plenaria damnorũ resarctio quõ in interdicto vnde vi fieri intelligatur.*

Res mobiles ablatæ quo in loco restitui debeant.

5 *Actio vi bonorum raptorum interdictum dici non potest.*

6 *Fructus percipiendi, qui in interdicto vnde vi restitui debent, an intelligatur ex parte petentis, vel ex parte possessoris: & in male fidei possessore quomodo hoc procedat, nu.46.*

7 *Clericus nomine ecclesiæ actione iniuriarum ad illarum satisfactionem agere potest.*

8 *Spoliatio, vitiolentia & delictum quomodo probetur, & an per instrumenta probari possit.*

9 *Fructus quot modis capiantur.*

10 *Oleum & vinum dicuntur esse de fructibus industrialibus. Et quid de oliuis & vuis.*

11 *Sylua cedua est fructus naturalis. Idẽ ĩ sylua pascua.n.13.*

12 *Fenum dicitur fructus industrialis.*

14 *Lac, Pilus, Lana & Caseus an sint fructus industriales, uel naturales.*

15 *Operæ seruorum qui fructus sint.*

16 *Aucupationes, venationes & similia qui fructus sint.*

17 *Possessor malæfidei quis esse dicatur.*

18 *Possessor malefidei propter litis cõtestationẽ tenetur de fructibus perceptis etiã cõsumptis post litis contestationẽ.*

19 *Possessor bonæ fidei quis dicatur.*

20 *Denuntiatio rei alienæ facta nullum habenti titulum simpliciter in malafide constituit.*

21 *Errans in iure prohibitiuo in malafide est.*

22 *Prædo largè omnem iniustum ac malæfidei possessorem etiã non violentum significat.*

23 *Bonæfidei possessor sine titulo quos fructus suos faciat, vsq; ad nu.26.*

24 *Possessori malefidei soluens an liberetur.*

25 *Soluens fructus ciuiles illi, qui est illicitus possessor, neque eos opera, aut cõtractu suo percepit, an, & qñ liberetur.*

26 *Possessor bonæfidei cum titulo omnes fructus facit suos.*

27 *Item plus iuris habet, quàm vsufructuarius.*

28 *Aduersatiuæ natura est aduersari retentis terminis præcedentibus.*

29 *Possessor bonæ fidei an teneatur restituere fructus ab eo bona fide perceptos, & qua actione possint repeti, vsque ad nume.33.*

30 *Bonæfidei possessor, qui fructus perceptos consumpsit, an in dubio locupletior factus presumatur.*

31 *In petitione hæreditatis petens nec plus, ne minus iuris habet, quàm agens rei vendicatione.*

32 *In petitione hæreditatis quare fructus etiam consumpti veniant, & secus sit in rei vendicatione.*

33 *L.item verberatum.ff.de rei vendica.noua declaratio.*

34 *Malæ fidei possessor, an fructus suos faciat, illosq; restituere teneatur, & quo remedio.*

35 *Mala fides superueniens an & quando fructuum acquisitionem impediat.*

36 *Mala fides authoris an noceat successori quòd ad fructus remissiuè.*

37 *Vsucapio & acquisitio fructuum differunt.*

38 *Bona fides superueniens an acquisitionem fructuum operetur, vsq; ad nu.41.*

39 *Prælatus non succedit in vitium prædecessoris sui & ideo si est in bona fide, prescribit rem, quam prædecessor cum mala fide possidebat, fructusq; suos facit.*

40 *Prelatus colono, & cõtractui predecessoris stare tenetur, & quid de successore in præbenda.*

41 *Possessionis causa non potest sine iusta causa & legitimo titulo superuenienti mutari.*

42 *Bonæ fidei possessor sine titulo an fructus, quos cultura & perceptione suos non facit, vt sunt naturales, triennio vsucapiat.*

43 *Bonę fidei possessor cũ titulo, an fructus quos reuocabiliter suos facit triennio usucapiat, et irreuocabiliter acquirat.*

44 *Fructuum acquisitio an requirat possessionem naturalem, vel ciuilem, uel utranq; simul.*

45 *Vtile dominium habens quo iure fructus acquirat.*

46 *Possessor malæ fidei, qui tenetur de fructibus, qui percipi potuissent, an eos, qui ab ipso, vel qui a petitore potuissent percipi restituere teneatur.*

47 *Locupletior quando quis dicatur effectus.*

48 *Fructus qualiter peti debeant.*

49 *Fructus an & quando possint peti vnà cum ipsa re principali in eodem libello.*

50 *Cumulatio diuersarum rerum permittitur, quando ex eadẽ cã inter easdem personas, eademq; actione ageretur.*

51 *In actione quod metus causa fructus etiam non petiti officio iudicis veniunt.*

Idem in interdicto vnde vi, & in petitione hæreditatis.

52 *Fructus an sint petendi cum expressione certæ quantitatis, an verò generaliter peti sufficiat.*

53 *Fructus quando petuntur, an ipsi fructus, an verò ęstimatio, vel vtrunq; peti debeant.*

Libellus alternatiuus ratione incertitudinis, admittitur.

Caput, Grauis &c.

SVMMATVR & diuiditur, vt hic per Abb.& doctores communiter intelligendo hunc tex. loqui de possessorio recuperandæ. ¶Ex verbis Abb. in suo unico notabili colliguntur plura, quę Ant.de per se ex hoc text.notat. Primum est,
1 † ꝙ in interdicto recuperandæ possessionis vnde vi non solum rei immobilis inuasæ, & violenter occupatæ restitutio venit.l.j.§.& generaliter.ff.de vi & vi arma.c.in literis.s̃.& c.cum ad sedem.j̃.eo.Sed etiam restitutio plenaria rerum mobilium inde ablatarũ, satisfactio damnorum & interesse spoliati.l.j.§.qui autem. & l.in interdicto.ff.de vi & vi arma. Ac restitutio, & satisfactio fructuũ tam perceptorum, quàm eorum, qui ab ipso spoliato percipi potuissent. Quæ omnia in vno, eodemq; libello simul peti possunt, & si expresè non petantur, accessoriè veniunt officio iudicis, si de illis constiterit. vt hic, & in l.j.§.
2 planè.il 1.& il 3.ff.de vi & vi ar. Et † hæc, quæ accessoriè, veniunt, si petita nõ fuerint, si restitutio rei immobilis iam facta sit, possunt adhuc per interdictũ vnde vi principaliter peti.l.1.§.si fundus.ff.de vi & vi arma. vel per actionẽ ad exhibendũ, vel per actionem vi bonorum raptorum, quæ pro rebus mobilibus vi abreptis regulariter competunt, vt in d.l.1.§.de rebus verò. Vel etiam per actionẽ furti, vt in tex.statim allegando, vel rei vendicationem, quæ in hoc cum actione furti concurrit; ergo etiam condictione furtiua; quia omnis actio contra furem degenerat, vt in §.sic itaq;.insti.de act. Rei autem vendicatio & furtiua condictio soli domino cõtra furẽ dãtur.l.1.ff.de cõdi.furti. & d.§.sic itaq;.l.vnica.C.de aliena.iudi.mut.causa facta.iuncta l.in rem.ff.de rei vendi. ¶Non obstat d.l.1.§.illud vtique. ubi denegatur per interdictum vnde vi res mobiles vi abreptas peti posse, sed debent peti per actionem furti, vel vi bonorum raptorum, vel actione ad exhibendũ, quia ille tex.debet intelligi, quando huiusmodi res principaliter de p se extra spoliationẽ rei immobilis ablatæ fuissent.

¶Quare

¶Quare autem tex. in §.de rebus. d.l.j. præsupponat res mobiles posse ab inuasore peti actione vel ad exhibēdum, vel vi bonorum raptorum,& in d.§.illud vtique. addat & actione furti,& nihil hæc iura ponunt de rei vēdicatione,& de condictione furtiua, quæ etiam his casibus cōpetunt, vt dictum est. Dicas illud factum esse, non eo, ꝙ negare velint eas actiones non competere, sed de his tantum posuerunt: quia generaliter omnibus spoliatis ad res mobiles competere possunt, at rei vendicatio & conditio furtiua solum dominis spoliatis datur, vt s̄.

3 ¶Iuxta præmissa quæro † an omnia hæc quatuor hic enumerata, uidelicet mobilia ablata, resartio damnorum restitutio & satisfactio fructuum, nec non emendatio iniuriarum personalium vltra restitutionem rei immobilis vniformiter in hoc iudicio accessorem veniant. Gl. nostra secunda sentit, ꝙ non; quia iniuriæ personales, seu illarum satisfactio non ueniunt nisi specialiter,& expresse petantur, & consequenter principaliter peti debent, arg.l.prætor.in prin. ff.de iniur.at reliqua tria licet expresse & principaliter non petantur, ex officio iudicis accessoriè in hoc iudicio veniunt, ut in d.l.1.§.plane.il 1.& d.§.qui autem.cum seq.l.uideamus.la 2.§.in fauiana.ff.de vsuris.c.querelā, & ibi Inn.in fi.de elec.Itaq; est de mēte Inn.hic,& Abb.seqt.

¶Tu autem cogita, si dici possit, ꝙ in terminis nostris non sit differētia inter satisfactionem iniuriarum & restitutionem bonorum mobilium & fructuum, siue damnorum emendationem, quoniam omnia in hoc interdicto unde ui accessoriè & ex officio iudicis ex natura interdicti venire possunt, item principaliter & expresse pariter peti in libello, in quo petitur restitutio rei immobilis uiolenter inuasæ,& hoc videtur probari per text. qui omnia ista parificat, & sub una, eadēq; determinatione ponit, ergo æqualiter & pariformiter intelligi ac determinari debent. l.nam hoc iure. ff.de uulga. & pupil. & ꝙ iniuriæ personales etiā in libello specialiter non expressæ, neq; petitæ ueniant officio iudicis, sicut alia damna, induco.l.1.§. qui autem cum seq.ff.de ui & ui arma.ubi qui agit interdicto unde ui quicquid damni senserit ex eo, quod vi deiectus est, recuperare debet: omnia enim pristina recuperat, quæ habiturus fuisset, nisi vi deiectus esset. Noto illa verba quicquid damni, q̄ sunt vniuersalia, iuxta l.in fideicommisso.§.cum Polidius. ff.de vsuris. l.nemo.in fin.ff.de lega.2.l.quod his.ff.de leg.3.l.cum virum.C. de fideicommiss. l. Lucius Titius.ff.ad Treb.& sic comprehendunt omnia quæ damni appellatione quomodocunque continētur, sed appellatione damni, quod culpa datur, uenit iniuria, & econuerso.l.j.§. 1.ff.de iniur.l. sed & si quæcunque.§.1.ff.ad l.aquil.c.fi.de iniur. ergo in interdicto vnde ui, iniuria quoque venire dicitur, sicut res mobiles & alia damna.

¶Propterea forte sic distingui posset, ꝙ aut agitur pro uiolentia & spolio ciuiliter ad restitutionem rei inuasę interdicto unde ui, quod non infamat,& tunc omnia hic expressa ex natura interdicti officio iudicis accessoriè ueniūt, & sic etiam iniuriæ, seu illarum satisfactio, etiam si nō specificētur, ut hic probatur,& in d.§.qui autem. cum sequē. quatenus tamen hæc in iudicio interdicti vnde ui probata fuerint, ut hic ibi, si uobis constiterit, aut spoliatus cui iniuriæ personales, vel reales illatæ fuerunt. dum eijceretur,& spoliaretur, uult agere ratione iniuriarū ad vindictā actione iniuriarum. Et sic principaliter vult agere ad vindictam & pœnam per suam actionem principaliter ad hoc inuentam, quę infamat, iuxta d.l.prętor.§.nam ibi principaliter, & tunc exprimere specialiter iniuriam, & eius qualitatem debebit, nam qui famosam actionem proponit, vagari non debet cum discrimine alienæ institutionis, sed certum designare,& specialiter dicere, quam iniuriam passus fuerit. d.l.prætor.in prin. Et ita intelligatur gl.nostra secūda,& id quod volunt Abb.Inn.& alij hic, iūctis his, quæ voluit Barto.in d.l.prętor.in prin.& in §.1.

¶Ex prædictis attēta ratione d.l.prætor.in 1.respōso infertur, ꝙ si ageretur etiam actione furti, vel ui bonorū raptorum in terminis nostris ad res mobiles, tunc similiter res specialiter exprimendæ essent, nam & hæ actiones infamiā irrogant, sicut actio iniuriarum.l.infamem.ff.de pub.iud. l.1.§.1.ff.de his, qui no.infa.& consequenter in quibuscunque actionibus, quæ infamant, idem dicendum esset, quod in d.l.prætor.per rationem illius tex.

¶Secundo etiam iuxta præmissa quæro, quoniam Abba.in
4 hoc primo no.per hunc text.dicit, † ꝙ in interdicto unde ui venit plenaria restitutio rerū mobilium & damnorum plenaria resartio. Quid hæc uerba importent. Archi.in c.miror. 17.q.4. quē refert hic Ant.inquit, hoc debere intelligi etiam quo ad locum, ut omnes res mobiles ablatæ in loco, in quo tempore spoliationis erant, sumptibus & expensis spoliatoris reponi debeant, sic enim res cum integritate restitui dicentur. Pro qua opinione allego tex.in c.reintegranda.cum glo.1.3.q.j.ibi, reintegranda sunt omnia expoliatis,& in eo loco, unde abscesserunt, funditus reuocāda, dicit gl.in eo loco etiam vltra mare, & sunt reuocanda sumptibus spoliatoris.allegat.l.si uero.ff.de rei vend.in fi. facit ad idem tex.in c.episcopi.in fi.ver.3.q.1.

¶Verum,l.cum res.in ver.sed si alibi.ff.de lega.1. probare videtur, ꝙ præstari debeat, vbi petitur. Idem habetur in d.l.sed si.§.quo autem loco.circa fi.ad exhiben.

¶Tex.autem in d.l.si vero.in princ.iūcta l.si res mobilis. ff.de rei vendica. videtur velle, ꝙ malæ fidei possessor in illo loco restituere debeat, in quo res erat tēpore motæ litis, nisi petitor vellet eam sumptibus suis in loco iudicij,& vbi agit, restitui. Et ex his apparet iura multū sup hoc variare.

¶Nec obstat.d.l.si vero.in fin.versi.vbi sumptibus malę fidei possessoris res illic restitui debet, unde subtracta fuit,& sic concordat cum.d.c.reintegranda, quia debet intelligi, quando malæ fidei possessor, qui in loco, vbi erat res tempore motæ litis, restituere tenebatur illam alio post litem cōtestatam transtulit, ergo ante ibi restituere non tenetur.

¶Sed tu pro concordia, seu intelligentia horum iuriū, quæ bene declarata non reperio, cogita si altero de duobus modis dici possit. Primò, ꝙ aut loquimur in malæ fidei possessore non violento, aut in uiolento possessore, primo casu non est differētia inter bonæ fidei possessorem, & malæ fidei,& habet locum id, quod habetur in d.l.si uero. iuncta l.seq.& d.l.si res mobilis, videlicet, ꝙ rem mobilem in eo loco restituere teneatur, in quo tempore litis motæ res reperitur: fallit hoc primo, nisi ipse petitor vellet, ut sumptibus suis in eo loco res restitueretur, in quo eam petiit,& sic in loco iudicii, ut in dictis iuribus. Secundo fallit, nisi malæ fidei possessor ante, uel post litem contestatam alio rem transtulit: qa tunc sumptibus suis in loco iudicij restituere tenet.d.l.si vero.ī fi.ver.& ibi Bar.& l.cū res.§.sed si alibi. ff.de le.1.iūcta.d.l.sed & si.§.quo autloco. in fi.ff.ad exhi.

¶Secundo casu, quando nos loquimur de prædone, vel spoliatore præsumpto, vt quando agitur possessorio recuperandæ: tunc res mobiles cum omni integritate sunt restituendæ,& consequenter in eo loco, vnde sumptibus spoliatoris & rei conuenti subreptæ fuerunt. d.c.episcopi. d.c.reintegranda. & hic per Ant.per istum tex.& Arc.in d.c.minor. Nam si ablata sunt reintegrāda, ergo in eo loco, in quo ablata fuerunt; quia hæc propriè dicetur reintegratio & restitutio.arg.l.fi.in fi. C.de senten.pass.iuncta.l.1.§. pristina.de ui & ui arma. Hoc tamen verum intelligerem, si spoliato magis expediret.d.c.episcopi.& d.c.reintegrāda, quæ iura ad fauorem eius loquuntur, sed si ei magis expediret restitui, vbi agitur,& vbi petuntur, tunc propter moram, in qua spoliator semper extare dicitur, in loco, in quo petuntur, in odium spoliatoris res ablatę restituendæ forent, arg.l.1.§. bellissime.& l.merito. ff. de ui & ui ar. iuncta. d.l.cū res. §.sed si alibi.& d.l.sed & si.§.quo autem loco. Nam si hoc dicimus in bonæ fidei possessore,& malæ fidei, qui rē alio transtulerunt.d.l.si res mobilis.cum seq.& seq.ergo hoc ēt in prędone dicendum erit, qui ut malę fidei possessor,& vt semper morosus rem alio transtulit.

¶Vel secundo considera, si breuiter dici possit, ꝙ aut agitur possessorio recuperandæ,& serua, quod habetur in d.c.episcopi.& in d.c.reintegranda.cum gl.& alijs.s̄. alle.aut agitur petitorio, puta rei vendicatione, seu actione personali ad rem debitam,& serua id, quod habetur in d.l.si res mobilis, iuncta d.l.si vero.& d.l.sed & si.§.quo autem loco.& d.l.cum res.§.sed si alibi. sed prima distinctio plus placet.

5 ¶†Tertio aduerte, dum Abb.hic dicit, ꝙ quando principaliter de rebus mobilibus ablatis agitur, non potest agi interdicto vnde ui, sed interdicto ui bonorum raptorum.l.1.§.illud vtique.ff.de vi & ui arma.quia inaduertenter loquutus fuit. Nam & si detur interdictum vnde vi, non tamen reperitur interdictum vi bonorum raptorum, sed actio vi bon.rap.& ita inquit.d.§.illud utique.quæ actio est quid diuersum ab interdictis, ut dicitur in l.prima.in princip.ff.de noui oper.nuntia. & probatur.in l.2.§.sexta. C. de uet.iure enuclean..ibi, postquam hæc omnia interdicta glomerata sunt,&c.quæ verba vniuersalia inferunt, ꝙ extra tractatum interdictorum, qui in uno libro cū quibus-

dam aliis continetur, uidelicet in li.44.fforum. alia uerè, & proprie interdicta non dicuntur, alioquin verum non esset, quod dicit ille tex. in lib.44. fforum. omnia interdicta glomerata esse: quia qui omne dicit, nihil excludit. l. Iulianus. cum simi. ff. de lega.3. sed actio ui bonorum raptorũ, ibi glomerata non reperitur, ergo non dicitur esse interdictum, sed actio, vt probatur in l.2. per totam legem. ff. ui bon. rap. iuncta d.l.1.§. illud utique. Nam licet interdicta impropriè actiones dici possint, non tamen econuerso, ut insti. de interdic. in prin. iuncto §.1. insti. de actio. l. actionis. §. interdicta. cum gl. ff. de actio. & obli. ubi interdicta, quæ non sunt actiones continentur actionis verbo, propterea, quia effectum actionum habent, & dicũtur interdicta quasi inter duos reddita. l.1. ff. uti possi. & no. in l.1. in princip. ff. de noui op. nun. & ideo alias, dum in iure ciuili legerem, dicebam in l.1. in prin. ff. de noui op. nun. ꝙ illud edictum non poterat proprie loquendo interdictum dici, per text. in d.§. sexta. inducendo, vt s.

6 ¶ † Noto secundo principaliter ex uerbis Abb. ꝙ uiolentus possessor, contra quem agitur interdicto unde vi, uel possessorio recuperandæ, tenetur ad restitutionem fructuum etiam percipiendorum, quousque percipere potuisset, non ipse possessor, sed dñs seu spoliatus sua possessione, & hoc expresse infert tex. noster in fi. verb. ibi, sed quos si eis possidere fuisset licitũ, possessores veteres percepissent, per quẽ tex. secundum do. Ant. hic declarantur iura omnia dicentia, fructus percipiendos restitui debere; quia non habetur respectus ad personam noui possessoris, qui restituere tenetur, sed ad personam antiqui rem petentis. Optimus etiam est tex. in l. si nauis. in fin. ff. de rei vendi. qui hoc expresse innuit, & ita Bal. ibi tenet, ac idem sequitur gl. in l. fructus. ff. eo. Addo tex. no. in l. apud Iulianũ. in princi. ff. de leg.1. ibi, fructus autem ij deducuntur in petitionem, non quos hæres percepit, sed quos legatarius percipere potuit.

¶ Contrarium probare videtur. l. domum. C. de rei vendi. quæ loquitur in uiolento possessore, ut ibi, domum ab aduersa parte iniuria occupatam &c. ꝙ haberi debeat respectus ad personam noui possessoris, qui restituere tenetur, & ita illũ tex. simpliciter intelligit Roma. in suo sing.333. ut ibi, quas percepit, aut percipere poterat. Hanc difficultatem post alios tangit Bar. in l. ex diuerso, in 2. colũ. ff. de rei vendic. Neque bona solutio esset facere differentiam inter fructus naturales & industriales, vt de his loquatur tex. noster cum simili. & inter fructus ciuiles, quales sunt pensiones, vecturæ, & huiusmodi, & de his intelligatur. d.l. domum. & id, quod innuit Roma. in d. sing.333. Nam hæc differentia videtur contra tex. in d.l. apud Iulianũ. in prin. qui idem quo ad hoc in omnibus esse velle videtur. Ac ẽt contra. d.l. si nauis. quæ generaliter loquitur.

¶ Posset pro solutione dici, ꝙ d.l. domum. licet probet malæ fidei possessorem teneri ad fructus, quos ipse percipere potuisset, non tamen negat, quin etiam ad illos teneatur, quos antiquus possessor percipere potuisset, & ita est de mẽte Bar. in d.l. ex diuerso.

¶ Quare autem in casu. l. si fundum. C. de rei vendi. malæ fidei possessor non teneatur ad fructus percipiendos, seu quos percipere potuisset, nec non in casu. l. cæterum. versi. improbe. cum ibi no. ff. eo. ubi est casus singularis secundũ Roma. in d. sin. dicetur. j. latius post Abb. & do. Ant.

7 ¶ Vltimo ex verbis Abb. colligitur, ꝙ † clericus nomine ecclesiæ actione iniuriarum agere, earumq; satisfactionem petere potest, intelligendo vel de iniuria clerici, vel de iniuria ecclesiæ, nam vtroque modo verba Abb. intelligi possunt, per hunc tex. cui concordat. c. olim. j. de iniurijs.

¶ Host. quem refert Abb. & sequitur Ant. hic, & in d. capi. olim. dicebat, ꝙ quamuis nomine ecclesiæ de iure pro iniurijs ecclesiæ, vel clericis suis illatis agi possit, ut in dictis iuribus, tamen hodie in curia Romana vix darentur literæ super huiusmodi causa iniuriarum.

¶ Abb. vero hic inquit, ꝙ si in curia talis est stylus, ille est ibi, & non alibi seruandus, cum consuetudo particularis & localis solum derogare dicatur iuri communi in loco, in quo viget, vt per Bar. in l. de quibus. ff. de legi. & no. per gl. in c. consuetudo. 1. dist. Sed iure communi loquendo non apparet ratio, quare magis hoc clericis quam laicis sit denegandum, vt hic per eum. ¶ Sed tu considera, ꝙ Host. non sine ministerio illud dicit, ideo dicas: ꝙ pro iniuria dupliciter agitur primo pro rancore iniuriæ, & ad pœnam, secundo ad emendationem & satisfactionem iniuriæ, & damni iuxta totum titulum insti. de iniur. & arg. l.1. cum l. quod senatus. ff. eo. primo casu clericus nomine ecclesię siue suo, vel Christi actione iniuriarum agere non potest, quoniam clerici & personæ ecclesiasticæ rancorem iniuriæ remittere tenentur. l. si quis in hoc. versus finem. C. de episcops & cle. & ita intelligatur id, quod uoluit Host. secũdo vero casu agere potest, vt hic. & d.c. olim. neq; iniuriam clericus quo ad hunc effectum remittere potest, c. si is, qui. 23. q.4. gl. in c. accusatio. il 1. 2. q.7. in fi. ver. Ratio autem differentiæ esse potest, prout colligitur in simili in cap. fraternitas. 12. q.2. cum gl. nam ecclesia licet ratione criminis ad emẽdationem & satisfactionem damni, reique restitutionem agere possit, non tñ ad pœnam sibi applicandam. Cogita.

8 † Gl. j. per hũc text. colligit, ꝙ in iudicio recuperandæ possessionis contra spoliatorem constare debet de uiolentia & spolio p testes, si aduersarius negauerit, vt hic cum c. consultationibus. de offi. deleg. & d.c. olim. il 2. & il 3. j. eo. ac etiam per confessionem aduersarij, item per instrumẽta ac facti euidentiam de spoliatione apparere potest, ad quod cõiter allegatur. c. cũ ad sedẽ. j. eo. ubi videtur casus. Sed hoc, quod dr̃ de instrumentis, non placet; quia cum spoliatio violenter facta sit delictũ. l. si quis ad se fundum. C. ad l. Iuli. de ui pub. l. j. §. ne quid. & melius in §. interdictum hoc. ff. de ui & ui arma. cũ simi. sequitur, ꝙ per instrumentum probari non poterit, quãuis gl. in uer. per dicta testiũ, & doc. in d.c. cum ad sedem. & ibi Io. And. expresse cõtrariũ præsupponãt. Ego semp de hoc dicto dubitabi per ea, q̃ uoluit Bar. in l. diuus. la 2. in fi. uer. ff. de cu. reo. & in l. senatus. in prin. ff. ad Turpil. vbi delictũ per instrumenta directò probari non potest, qñ tale sit, ꝙ ab ipso instrumẽto, ac illius scriptura sit separatum, vt quia non sit delictũ, quod scribendo, vel contrahẽdo cõmittat. ¶ Alex. etiã in apostil. ad d.l. senatus. aliqua ponit, refert enim Io. And. in d.c. cũ ad sedem. tenere, ꝙ violentia per instrumẽtũ probare possit per illum tex. sed postea refert eundem in c. qđ quis. de reg. iu. in 6. in mercuria. & in c. semel malus. contrariũ tenere, nisi instrumentũ esset de delicto confectũ de consensu ambarum partiũ. ¶ Nec obstat. d.c. cum ad sedẽ. sup quo Io. An. & alij se fundat: quia referendo ibi singula singulis, sicut, sunt reerenda, tex. ille non probat, violentia simpliciter per instrumentũ probari posse: uult enim, ꝙ qñ per testes, aut per confessionem, aut per instrumenta, aut per euidentiã facti non cõstat, ꝙ quis spoliauerit, vel spoliari mandauerit, aut spoliationẽ factã ratam habuerit, cõtra illũ interdicto vnde ui agi nõ possit. Dũ loquitur de probatione, quæ fit per instrumenta, dum refert ad id, quod dictum fuit de mandato seu de ratihabitione spoliationis, quæ per instrumenta directò probari possunt, vt in l. precibus. cũ ibi no. C. de proba. & de se patet, non aũt ad id qđ de spoliatione, & uiolentia dictum fuerat, qa ea directò per instrumenta probari nequeunt, sicut & alia delicta non probant cũ ratio diuersitatis nõ appareat, iuxta quæ habentur per Bart. in d.l. senatus. ¶ Posset tñ dici, ꝙ hoc, ꝙ violentia per instrumẽta probari possit, prout tex. ille loquitur, intelligitur non directè & per se, sed adminiculãdo & probationẽ testium coadiuuando, puta si ad probandam violentiã contra me probetur per testes, ꝙ Titius spoliauit te me mandãte, vel ratum habente, & ad probandum mandatum, seu ratihabitionẽ producatur instrumentũ, & hoc est, quod forte vult dicere tex. in d.c. cũ ad sedẽ. facit, quod voluit Bar. in d.l. senatus. ar. l. cõtra negantẽ. cum ibi no. C. ad l. aquil. iuncta l.2. C. quorũ appel. non recipi. ¶ Præterea posito, ꝙ delictũ per instrumẽta probari posset, ut in casu. d.c. cũ ad sedem. dẽt intelligi, quando ageretur de crimine violentiæ ciuiliter ad rei restitutionẽ, vt ibi, non aũt criminaliter ad vindictã publicã, iuxta d.l. si q̃s ad se fundũ. qa tũc p instrumenta directò probari nõ põt, cũ tale sit crimẽ, ꝙ cõtrahẽdo, seu scribendo nõ cõmittit, arg. d.l. si q̃s ad se fundum. ibi nõ potuerit cõprobare, & ibi cõstiterit. iuncta l. seq. ibi cõfessionibus testiũ, aut propriis docebũtur, iunctis his, q̃ voluit Barto. in d.l. senatus. ¶ Probata aũt legitimè & plenè spoliatione, seu violentia, tũc de rebus amissis & acceptis statur iurõ spoliati & eiecti, prius tñ taxatione iudicis præmissa, q inspecta qualitate psonarum, & negotii taxare dẽt. c. si. qđ me. cau. l. si qñ. C. vñ vi. c. in primis. 2. q.1. c. olim. de iureiu. sed gl. voluit allegare. c. olim. de iniu. vbi de hoc est casus. ¶ Gl. secũda. s. in no. expedita fuit. Gl.3. duo principaliter facit, primo q̃rit, qđ veniat appellatione fructuũ, secundo ibi cum hac distin. quo ad restitutionem & satisfactionem fructuum distinguit inter fructus naturales, & fructus industriales, item inter bonæ fidei possesso-

rem

rem & malæ fidei possessorem non violentum, & quia glo. in se satis est clara, ideo eius verba aliter non declaro. Super cuius materia, quæ pulchra est, & aliqualiter difficilis, doctor. nostri canonistæ satis sicco pede processerunt. Do. Anto. plura retulit, quæ extraxit a Bar. in l. ex diuerso. ff. de rei vendica. vbi hanc materiam plenè tractat, ac etiam in l. sed & si. §. scire. ff. de peti. hære.

¶Dominus verò Abb. conclusiuè procedendo tangit ea, quæ magis sunt necessaria, quæque materiam magis respi-
9 ciunt. Nam † primo quærit, quot modis fructus capiant. Et vltra hic, & docto. & gl. in d. l. ex diuerso. & ibi Bar. qui dicunt dupliciter sumi, videlicet alii naturales, alii industriales. Abb. latius & clarius inquit alios esse ciuiles, alios vero naturales, & horum naturalium quosdam per se, & simpliciter naturales dici, quosdam vero industriales, ut hic per Abba. vsque ad versi. his præmissis. Tu autem vltra glossas prædictas, & vltra Barto. in d. l. ex diuerso. & Abb. hic altius & plenius exordiẽdo dicas, quòd aliqui sunt fructus, qui ciuiles dicuntur, aliqui pro certo simpliciter naturales, aliqui pro certo etiã industriales, & aliqui, de quibus plurimum dubitatur, an sint naturales simpliciter, an vero industriales. Fructus ciuiles sunt secundũ Abb. hic. & Bar. in d. l. ex diuerso. hi, qui nõ ex corpore, nec re ipsa ꝓueniunt, siue nascuntur, sed qui propter rem, hoc est propter vsum rei iure ciuile percipiuntur, vt sunt pensiones ꝓdiorum vsuræ, vecturæ nauium, mercedes iumentorum & operæ seruorum, & aliæ huiusmodi obuentiones, vt probatur in l. si nauis. ff. de rei vendicat. iuncta l. vsura. ff. de verborum significatio. & l. vsuræ. ff. de vsuris. Et ideo hæ ciuiles accessiones vocantur, vt per glossam in d. l. si nauis. in versicu. percipitur. & in d. l. vsura. in glossa fina. Facit etiã l. prædiorum vrbanorum. ff. de vsu. qui tex. dicit, qui prædiorum pensiones pro fructibus accipiuntur. Et quòd vsuræ, vecturæ, pensiones, fructus; seu accessiones ciuiles, & nõ naturales dicantur, ita probatur. Nam hæ verè & propriè fructus non dicuntur, sed fictè: quoniam in d. l. vsuræ. dicitur, ꝙ vicem fructuum obtinet, in d. l. prædiorum. quòd pensiones pro fructibus accipiuntur, & sic fictè, argumen. not. per Barto. in l. si maritus. §. legis Iuliæ. ff. de adulte. Et text. in d. l. vsura. dicit, vsuram non esse in fructu: quia ex corpore non prouenit, ergo verè non est fructus, alioquin nõ esset verum dicere, quòd non esset in fructu, quia sum, es, est, veritatem denotat, vt per Bar. in d. l. si maritus. Ergo hi fructus ciuiles & legales esse dicentur, hoc est a iure introducti & inuenti, non autem naturales, neque industriales; quia lex est illa quæ fingit, nõ autem natura, vt per Bar. in l. si is, qui pro emptore. in 10. & 11. colum. ff. de vsucap. per tex. in l. si forte. ff. de castren. pecu. & not. in l. si quis in fundi vocabulo. ff. de leg. j.

¶ Ex prædictis notandum est, quòd hi propriè & verè fructus sunt, qui ex corpore, & ex re sunt, hoc est, qui ex re imẽdiate proueniunt, atque nascuntur, siue natura solum, siue etiam mediante hominis industria. Alij vero de quibus supra impropriè & fictè fructus dicuntur, vt in iuribus præallegatis. Quod facit ad statuta facientia mẽtionem de fructibus simpliciter, nam cum statutorum verba sint verè & propria intelligenda. l. 3. §. hæc verba. ff. de negot. gestis. l. quicquid astringendæ. & ibi Barto. ff. de verborum obligatio. cap. in nostra. de iniur. non cõtinebuntur vsuræ, vecturæ, pensiones & aliæ ciuiles accessiones, quæ impropriè & fictè fructus sunt.

¶Et hos fructus ciuiles Bal. in l. si traditio. in fi. C. de actio. emp. industrialissimos appellat; quoniam non ex re, seu ex corpore naturaliter, nec ex re mediãte industria hominis, sed merè ex industria propter rem, hoc est ꝓpter vsum rei percipiuntur. d. l. si nauis. iuncta d. l. vsura. & d. l. vsuræ. d. l. prædiorum. & de huiusmodi ciuilibus habetur in l. videamus. ff. de vsu.

¶Horum fructum ciuilium aliqui honestè percipiuntur, aliqui inhonestè, prout declarat Abb. hic post Barto. in d. l. ex diuerso. Honestè percipiuntur pensiones prædiorum, vecturæ nauium, mercedes seruorum & iumentorum. d. l. prædiorum. & dicta l. si nauis, inhonestè vero, vt sunt pensiones quæ a lupanari recipiuntur. l. ancillarum. in fi. cum ibi nota. ff. de peti. hære. iuncta l. generaliter. ff. de vsur. Itẽ vt sunt mercedes meretricum, vt in l. idem & si. §. quoties. ff. de condict. ob tur. cau. glo. in summa 14. quæstione 5. & aliter, vt ibi habetur. Item vt sunt vsuræ olim immoderatæ. l. improbum. C. de his, qui no. infa. cum ibi no. l. si non sortem. in princi. ff. de cõdictio. indebi. l. vsuras. ff. de vsur.

¶Hodiè vero indistinctè, cum sint omni iure prohibitæ. c. quia in omnibus. & per totum. ĵ. de usur. & per totum. 14. q. 3. & 4. & 5. c. debitores. cum ibi not. de iureiuran. & per scribentes in d. l. improbum.

¶Verùm ego dubito super eo, quod s̃ dictũ est mente omnium doctorum, ꝙ pensiones, vecturæ & huiusmodi fructus ciuiles indistinctè esse dicantur, quia cum hæ a iure gentiũ introductæ sint, nam contractus locationis, de cuius substantia, est vt pensio, seu merces certa in pecunia soluatur, vt in l. 2. ff. locati. & instit. de loca. & condu. est de iure gentium. Sequitur, ꝙ ciuiles fructus dici non possunt, qm̃ ius gentium specie a iure ciuili differt. instit. de iu. nat. gen. & ciui. & ꝙ contractus locationis, & consequenter pẽsiones, sine quibus talis contractus esse non potest, sit de iure gentiũ, non autem ciuili, probatur in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. in §. ex hoc. insti. de iu. na. gen. & ciui. & in c. ius naturale. cum ibi not. 1. dist. Propterea non sine ministerio tex. in d. l. si nauis. dicit non natura, sed simpliciter iure ꝑcipitur, nec dixit iure ciuili, quamuis gl. ibi sic exponat, sed iure simpliciter. Item non sine ministerio forte iura nõ dicunt, nec appellant pẽsiones, vecturas & mercedes fructus, nec præsupponunt illas esse fructus, sed obuentiones, vt est tex. in l. vsufructu. ff. de vsufru. Item dicũt illas esse loco & vice fructuum. d. l. vsuræ. & d. l. prædiorum. Imo tex. in d. l. vsura. negat vsuras esse in fructu, licet pensionibus, mercedibus & vecturis æquiparentur. d. l. si nauis. Et consequenter videtur, ꝙ nõ possint dici fructus ciuiles aut naturales, aut industriales, quia qualitas sine subiecto stare non põt, l. 2. ff. de vsufru. Vnde hæ obuentiones ciuiles fructus iuris simpliciter esse dicentur. d. l. si nauis. & sic siue sint iuris gẽtium, siue ciuilis; quia terminus ius ad hæc omnia adaptat, vt per totum. 1. dist. & instit. de iure na. gen. & ciui. cogita.

¶Saluare tamen forte posses Abb. & alios hic, & Bar. in d. l. ex diuerso. quòd pensiones, vecturæ & mercedes dicuntur quidem esse inuentæ & introductæ a iure gentium, & hoc negari non potest, vt supra, & sic essentialiter & substãtialiter sunt de iure gentium, sicuti precium in contractu emptionis, vt in d. l. 2. ff. locati. & insti. eodem. Sed ꝙ sint loco fructuum, & eorum vicem obtineant, hoc a l. & iure ciuili mediãte fictione fuit introductum. dicta l. si nauis, cum gl. iunctis præmissis. Ergo cũ fructus a iure ciuili sint, & reputentur, dici possunt, fructus ciuiles, quasi a l. & iure ciuili sic denominati, seu ex inuentione, & fictione iuris ciuilis effectu, & denominati fructus. Et hæc quo ad fructus ciuiles sufficiant. Industriales fructus sunt, qui non simpliciter ex re & corpore sunt, seu natura proueniunt, sed magis facto & industria hominis percipiuntur. Et licet natura, atque hominis industria simul ad percipiendos fructus concurrere dicantur, vt est text. no. in l. si quis sciens. C. de rei vendica. ibi, domini enim magis segetem, vel plantas, q̃ huiusmodi factum solum suum facit. Tamẽ ex quo magis industria hominis, quàm natura, vel solum cooperatur, ab industria denominari debent, argu. l. cum quæritur. ff. de sta. homi. c. Hermaphroditus. 4. q. 3.

¶Ex quibus infertur, quòd ad cognoscendum, qui dicant industriales simpliciter, & qui simpliciter naturales, semp debet inspici, quid in illis magis operetur; nam industriales dici non possunt, nisi cũ hominis industria natura quoque, vel solum concurrat. Item naturales dicuntur, in quibus natura & industria cooperantur, sed vtrisque concurrentibus semper fiet denominatio ab eo, quod magis incalescet. d. l. cum quæritur. & hic per Abba. & Bart. in d. l. ex diuerso. Si vero dubium sit, an magis natura, q̃ industria versetur, vel ecõtra, vt quia æquè & pariter in illis operent, tũc Abb. hic velle videtur, ꝙ hoc sit in arbitrio iudicis, qui animum suum ex identitate rationis informabit, arg. l. nõ possunt. ff. de legi. Nam ex quo certa doctrina dari no potest ad cognoscendum, qui dicantur industriales, & qui naturales, nisi hoc cognito, quod nam plus vel minus ad percipiendos fructus operetur, quando hoc dubium erit, stabitur arbitrio iudicis, arg. l. 1. de iu. deli.

¶Et dicuntur industriales ab industria plus operante, quæque magis principalis est, vt sunt segetes, vt uoluit glo. nostra, & gl. in §. si quis a non a dño. insti. de re. di. in ver. cultura. Itẽ vt sunt venationes fundi. l. venationes. ff. de vsu.

¶Prædicta probantur etiam ex text. in l. fructus. ff. de usu. qui facit differentiã an operis & labore principaliter, & magis ipsius hoĩs pacto capiant, & producantur, ut sunt segetes, an uero magis natura, & non principaliter facto hoĩs, ut sunt poma, ut est sylua cedua, & no. in l. diuortio. ff. sol. matrimo.

matrimo. optimus tex.in l. bonæ fidei.in prin.ff.de acqui. rerum domi. ibi, non tantum eos, qui diligentia & opera peruenerunt, ſed & omnes. Et dicit Ioan.de Ana.in capitulo ſecundo.de vſuris, ꝙ quamuis in fructibus naturalibus verſetur etiam opera ac factum hominis, item expenſa, nõ tamen deſinunt eſſe naturales, ex quo natura in illis plus verſatur & operatur.

¶Contra tamen hanc communem opinionem, quæ vult, ſegetes & alia ſeminaria dici fructus induſtriales, ꝙ imo naturales ſimpliciter dici debeant, propterea quia in illis natura magis operetur, fortiter ſtringit.l. qui ſcit.§.in alieno.ff.de vſuris.ibi, quoniam in percipiendis fructibus magis vis corporis, ex quo percipiũtur, quàm ſeminis, ex quo oriuntur, inſpicitur.

¶Sed tu reſpondeas, illum text. procedere non quo ad nominationem, ſed quo ad acquiſitionem, quando eſſet quæſtio inter bonæ fidei emptorem, qui frumentum alienum in re poſſeſſa ſeminaſſet, & dominum ipſius fruměti reſpectu fructuum, non autem inter poſſeſſorem & dominũ rei poſſeſſæ ſuper fructibus, vt ibi hr. Et ſic ex prædictis habes, qui dicantur induſtriales, quique naturales tantum.

¶Adde his, quæ ſupra de ciuilibus dicta fuerũt, ꝙ exemplificari poſſunt etiam in his vtilitatibus, quæ propter rem, & non ex re, neque ex corpore proueniũt, vt rem dare pignori, qa licere rem dare pignori eſt in fructu.l.fina. ff. de vſuris.l.fructus.ff. de regulis iuris, cum vbique notatis.

¶Sed quid ſi ſint aliqui fructus, in quibus ſola natura operetur, prout Barto. etiam præſupponit in d.l.ex diuerſo. & videtur probari in d.l.fructus. An dicentur naturales ſimpliciter, vel alio nomine nuncupabuntur? Bar.in loco præallegato dicit, illos eſſe naturales, in qbus modica, aut nulla induſtria verſatur, arg.d.l.fructus.cum gl.in fi.ff.de vſu.

¶Verum forte quis nõ erraret, ſi diceret, tales fructus poſſe dici naturaliſſimos, ex quo ſola natura abſque alia hominis induſtria illos producit, & hoc in paſcuis exẽplificari poſſet l.ſilua.ff.de verbor.ſigni. Nã ſicut induſtrialiſſimi dici poſſunt hi; in quibus ſola induſtria verſatur, ſolumque factũ hominis, vt per Bal.in d.l.ſi traditio.in fin.verſi.C.de act. emp. Ita ex identitate rationis hi naturaliſſimi fructus dici poſſunt in quibus ſola natura verſatur.

¶Nec prædictis aduerſatur.l.ſi quis ſciens.C.de rei ven.in prin.in ſui ratione, vbi tex. velle videtur, ꝙ in ſegetibus. ſicut in plantis magis ſit conſiderãda natura, hoc eſt ſolum, ex quo ſegetes naturaliter proueniunt, quam factum hominis, & induſtria vt ibi, domino enim magis ſegetẽ, vel plantas, quam huiuſmodi factum.ſ.hominis ſolum ſuum facit, quia reſpõderi poteſt, ꝙ quo ad effectum denominãdi fructus, in quibus natura & induſtria verſantur, illud attendi debet, quod magis verſatur & operatur, & ideo cùm in ſegetibus factũ & induſtria hominis plus operetur, fructus induſtriales eſſe dicentur, d.l.fructus. & d.l.bonæ fidei. Et ita intelligantur ea, quæ hic voluit Abb.& Bart. in dicta l. ex diuerſo. Sed quo ad effectum acquirendi fructus poſſeſſionis & prædij, an magis acquirantur domino, an vero ſeminanti, & non poſſidenti, tunc non induſtria & factũ hominis attenditur, etiam ſi illud in colligendis fructibus ꝑponderaret, ſed natura, hoc eſt ſolum; quoniam quicquid in alieno ſolo ſeritur, aut plantatur, ſolo cedit, vt in dicta l. & in §.ſi Titius.cum ſeq.inſt.de rer.diui.& in d.l.qui ſcit, §.in alieno.ff.de vſur.

¶Nonnulli etiam ſunt fructus, ſeu inter fructus connumerantur, de quibus dubitatur, qui fructus cenſeantur, an naturales, an vero induſtriales, cum diſcerni nequeat, an natura magis, quã induſtria in illis verſetur. Et ex verbis Abba. hic & Barto.in dicta l.ex diuerſo. inferri videtur, hoc eſſe in arbitrio iudicis, qui motum animi ſui informare poterit, vel ex ſimilitudine rationis, vel ex eo, quod in illis plus operatur, vt ſupra argumen.l.non poſſunt.ff.de legib. Sed ſi vtrunque pariter in illis verſarentur, & operarent adeo, ꝙ iudex ex prædictis animi ſui motum informare nõ poſſet, & ſic penitus in dubio eſſemus, Abb.& Barto. hoc non bene declarant, & quamuis velle videantur, hoc eſſe in arbitrio iudicis: quia ſumus in ambiguis, argumen.l.continuus.§.cum ita.ff.de verb.obli.& l.j.ff.de iur. delib.no.in l.interdum.ff.de verbo.obl.l.fi.ff.de actio.emp. & l.quod dicimus.ff.de ſol. Mihi tamen videtur poſſe dici, ꝙ in hoc caſu fructus potius ab ipſa natura, quam ab induſtria denominandi ſint; quia cõcurrentibus ſimul naturali & accidẽtali ratione, tunc ſemper datis paribus terminis ratio naturalis potius, quam accidẽtalis eſt attendenda.l. qui habet, ff.de tutelis.¶Et quia hic per Abb.& Bart.in d.l. ex diuerſo.de aliquibus dubitat, an ſint fructus induſtriales an vero naturales, vt ſunt oliuæ, vuæ ſylua cedua, lana, lac, & plura ſimilia. Ex verbis ipſorum facio aliquas concluſiones.
10 Prima ſit, † ꝙ oleum & vinum dicuntur eſſe de fructibus induſtrialibus, vt probatur in l.ſi eius.ff.de rei vendi.ibi, veluti ſi oliuæ, vel vuæ collectæ ſint, nondum autem vinum, vel oleum ab aliquo ſit factum. Innuit ergo ille tex. ꝙ non poteſt dici vinum, ſeu oleũ, niſi ab homine factum fuerit, & cõſequenter plus in illis induſtria, factumque hominis verſat, q̃ natiuitas, cum a facto hoĩs nomen aſſumat, ergo induſtriales dici debent, vt ſ̃.& ar.dicta l.bonę fidei. iũcta d.l.fructus.ff.de vſu.itaq; tenet gl.hic, & in d.l.ex diuerſo.

¶Infero tamen ex illo tex.quòd ſi vinum & oleum de fructibus induſtrialibus eſſe dicuntur ratione, de qua ſ̃.videlicet propter factum hominis, ſequitur, quòd oliuæ, & vuæ antequam ex eis fiat vinum & oleum, vel ſi eſſent collectæ, vt ex eis nihil tale fieret, ſed vt cõſeruarentur, dicẽtur eſſe de fructibus naturalibus, ponderando eum tex.ibi in illa aduerſatiua, nondum autem vinum, vel oleum ab aliquo factum ſit, quæ in iure, & in facto aduerſatur. Præterea eadem ratio videtur militare in oliuis & vuis collectis, quæ in pomis recollectis militat, ſed poma dicuntur de naturalibus, ergo &c.

¶Contrarium tamen verius eſſe puto, ꝙ oliuæ, & vuæ, quę ſunt collectę etiam vt ex eis non fiat vinum, vel oleum, dicantur eſſe de fructibus induſtrialibus, itaque tenent Abb. hic, & Barto.in d.l.ex diuerſo. Quod ſic probo, bonæ fidei poſſeſſor non facit fructus naturales ſuos, ſed ſolum induſtriales.d.l.fructus.& hic per glo.noſtram.in fi. & j. dicetur, & arg.tex.in l.bonæ fidei, cum ibi no.ff. de acqui. rerũ domi. Sed ſimplex bonæ fidei poſſeſſor ſtatim quo vuas & oliuas collegit etiam antequam oleũ, ſeu vinum ab aliquo factum ſit, illas facit ſuas, vt in d.l.ſi eius.ff.de rei ven. ergo ſimpliciter fructus induſtriales eſſe dicuntur.

¶Præterea vuæ, & oliuæ collectæ ad vinum & oleum conficiendum pręparãtur.d.l.ſi eius. Ergo ſicut oleum & vinũ factum dñr eſſe fructus induſtriales, vt ſupra. Ita & oliuæ, & vuæ collectę ad effectum faciendi oleum & vinũ, ad no. per Alex.in l.j.§.fuit quæſitum.ff.ad Treb.& per Abb.vbi ego dixi, in cap.nulli.de rebus eccle. Et ſi tunc de fructibus induſtrialibus eſſe dicuntur, multo magis quãdo perfectè perceptæ eſſent, vt illas poſſeſſor ſic cõſeruaret, facit l.ſi ſeruus.§.Viuianus.ff.ad l. Aquil. vbi oliuã collectam & meſſem ſeparatam a ſolo fructum appellat, ad cuius collectionem impenſa & induſtria requiritur.

¶Si tamen oliuæ, nuces & ſimilia per ſe deciderint, tũc nõ dicuntur induſtriales, ſed naturales fructus: quod patet, qa bonæ fidei poſſeſſori non acquiruntur. l. ſi vſufructuarius meſſem, cum ibi no.ff.de vſufru.

11 ¶ †De ſylua cędua, ꝙ ſit fructus naturalis, uidetur tex.in l. fructus.ff.de vſuris.qui æquiparat pomũ decerpere & ſyluam cæduã incidere, quodque illa bonæ fidei poſſeſſori nõ acquiratur, quia in ea factum & induſtria hominis principaliter & magis non operatur, vt ibi. Præterea ſylua cædua par eſt pomorum decerptioni, ſed poma dñr de fructibus naturalibus.d.l.fructus.ergo & ſylua cædua. Et hoc veriſſimum eſſe puto, quamuis Bart. in d.l.ex diuerſo.dicat ſatis dubium eſſe de ſylua cædua, & de fœno, an ſint naturales, an vero induſtriales, & eſſe recurrendum ad arbitrium iudicis, qui motum animi ſui informabit, cõſiderando, an illis magis factum & induſtria hominis operetur, & verſet, quã natura, vel econtra. ¶Sed & de fœno vr̃ concludendũ,
12 †ꝙ ſit fructus induſtrialis, quia ad hoc, vt dicatur fœnum principaliter requiritur & plus hominis induſtria, atque opera, quam natura operari videtur; quoniam antequã ſit effectum, hoc eſt falce ſecatum, herba dicitur, fœnum vero ſit & denominat ab hominis facto, ergo fructus induſtrialis eſſe dicetur.d.l.fructus.iũcta l.pratum.ff.de verb. ſig. Facit d.l.ſi vſufructuarius meſſem. qui tex. parificat fenũ cæſum, ſpicam inciſam, vuam ademptam & oliuam excuſſam ac recollectam. Sed oliuæ & uuæ recollectæ, & ſpicæ fructus induſtriales ſunt, vt ſ̃.ergo & fœnum cæſum. Et ita eſt de mente Roma.in ſingu.563.
13 ¶Item ſcias, † ꝙ ſicut ſylua cædua dr̃ eſſe fructus naturalis, vt ſ̃. Ita ſylua paſcua, q̃ factum & induſtriam hominis non expoſcit, cũ paſcuis pecudum deſtinata ſit, ut in l. ſylua.ff. de verb.ſig. Et ideo cum in illis ſolum natura verſet & ope
14 retur, fructus naturaliſſimus per ꝑdicta dici poteſt. ¶ † An autem lac, pilus, lana & caſeus ſint fructus induſtriales, ſeu

naturales,

naturales,glo.in §.si quis a non domino.in versic.cura.Instit.de rer.diui.voluit esse fructus industriales, quia in illis factum & industria hominis magis versatur, quàm natura,quia exemplificando,qui sint fructus,qui cura percipiũtur, exemplificat in lacte, pilo & lana,sicut segetes cultura percipi dicuntur, & omnes simplici bonæ fidei possessori acquiruntur,ergo industriales dicuntur,vt ibi not.iuncta. d.l.fructus.cum ibi no.de vsu.Facit l.pecudum.in prin.ff. eo.de vsu.§.in pecudum.insti.de re.diui.l.bonę fidei.in fi. ff.de acqui.rer.do.ubi idem iudicatur de fętibus,de lacte, pilo,lana & caseo,ꝙ simplici bonæ fidei possessori indistinctè acquirantur.Ergo industriales, & non simpliciter naturales fructus esse dicuntur, arg.d.l.fructus.cum ibi not.ac etiam nota.in d.§.si quis a non domino.& in d.l.bonæ fidei.cum glo.in prin.

15 ¶Sed quid de operis seruorum,†quę in fructu,seu loco fructuum sunt,sicuti mercedes animalium,pensiones domorum ,vecturæ nauium & iumentorum, vt in l. mercedes. ff.de peti.hæredi.Credo illas neque naturales,neque industriales esse , sed fore ciuiles fructus: tum quia per omnia æquiparantur pensionibus & vecturis quæ ciuiles sunt. d. l.mercedes.iuncta d.l.si nauis.§.j.cũ his,quæ supra dixi,tũ etiam quia verè fructus non sunt, sed fictè: quia locum & uicem fructuum tenent,sicut pensiones,vt ibi.Ergo dicũtur fructus ex legis dispositione inducti, quia sola lex fingit,vt supra.

¶Pręterea operæ non sunt ex corpore,neque ex re,sed propter rem,quia ex sola industria.Propterea opera diurnum officium dicitur.l.j.& 3.ff.de ope.liberto.ergo fructus industrialissimi dicentur secundũ Bal.in d.l.si traditio.quos fructus ciuiles appellamus,vt supra.

¶Rursus operæ non sunt in rerum natura.l. operæ. & ibi no.in princ.ff.de oper.liber.Ergo nec naturales,neque industriales dici possunt,quia nisi natura quoque cooperetur vel principaliter,vel secũdariò,fructus naturales, aut industriales dici non possunt,vt dictum fuit, & argumento.d. l.fructus.& d.l.vsura.ff.de verb.signi. & est de mente Bar. in d.l.ex diuerso.& Abb. & Anto.hic, ergo fructus ciuiles esse dicentur,& quamuis operæ seruorũ ex eorũ industria prouenire possint,ac etiam ex quali quali possessoris industria,vt in l.forte.cum sequen.& in l.cæterum.ff.de rei vẽdica.Non tamen ex corpore & naturaliter prouenire dicũtur,vt in dictis iuribus.Et ideo neque naturales,neque industriales dici possunt,quia ad hoc vt industriales appellari queant,requiritur,ꝙ ex re & corpore proueniant, ac etiã ex industria possessoris & domini,non autem rei ipsius, ex qua percipiuntur. d.l.fructus.cum simi. huiusmodi enim possessoris,nõ alterius industria facit fructus dici industriales dummodo ea sit principalis,& magis in illis , quàm natura operetur,atque versetur.d.l.fructus.Ergo operæ seruorum naturales dici non possunt,quia non ex corpore serui naturaliter proueniunt,sed accidẽtaliter, neque industriales;quia ex industria serui,& nõ possessoris, vel domini ꝓuenire dicuntur , & si aliqualis industria domini vertitur, illa non est principalis, nec magis uersatur. Dicentur itaque fructus ciuiles veluti pensiones,vecturæ,mercedes & vsuræ,in quibus etiam aliqualis industria & factum hominis versatur,vt pactum, promissio & diligentia locatoris.d.l.si nauis.iuncta l.item si pretio.in fi. ff.loca.& l.si voluntate.C.de rescind.vend.& tamen fructus industriales non sunt,neque naturales per prædicta.

16 ¶†Aucupationes vero,venationes & piscationes,quæ sunt in fructu secundum quod habetur in l.venationem. ff.de vsur.l.item.§.aucupium.& l.vsufructuarium.ff.de vsufru. Concludo esse fructus industriales, quoniam & si ex corpore rei sunt, tamen in illis plus versatur & operatur factũ ac industria hominis,q̃ natura,vt in dictis iuribus. Idẽ de lapidicinis,cretofodinis,& ď aliis huiusmodi dicẽdũ est,vt in d.l.item. in princ. & hæc sufficiant quo ad hoc primũ.

¶Secundò Abba.quærit,quos fructus possessor rei suos faciat, quosque restituere ac satisfacere teneatur.Et quia super hac quæstione & materia glossæ diuersimodè, multũque intricatè loquuntur.Pro clariori intelligentia,de quatuor principaliter separatim videndum est, prout Abbas quoque hic distinguit,& ante ipsum Bart. in d.l.ex diuerso.& do.Ant.hic.

¶Primum est de bonę fidei possessore, qui semper fuit in bona fide,an faciat fructus suos, & quos restituere teneat. Secundum,de malæ fidei possessore,qui semper fuit in mala fide,Tertium de eo,qui ab initio fuit in bona fide, & ex postfacto factus est malæ fidei. Quartum est de eo, qui ab initio fuit malæ fidei,deinde factus est bonæ fidei.

¶Verùm antequam ad horum quatuor examinationẽ veniam,necessariũ esse existimo breuiter examinare,quis bonæ,& quis malæ fidei possessor esse dicatur.Quod licet Abba.ponat infra post illorum quatuor discussionem,tamen iudicio meo huic loco melius conuenit,cum de illis disputaturi simus.

¶Et ex verbis Abb.in penulti.colũ.ibi tertio quæritur &c.

17 Primo colligitur, ꝙ malæ fidei † possessor verè is dicitur, qui rem possidet,quã pro certo scit esse alienam , & ad aliũ pertinere.c.si virgo.34.q.2.Inno. & Abb.in c.vigilanti.de præscrip.c.fin.& ibi docto.post Inno. eod.titu.per Inn.in c.quia plerique.de immuni.eccle.Ioã. And.in c.possessor. de regul.iur.in 6.in mẽcuria.& glo.ibi vltima se remittit ad no.per glo.penul.in d.c.vigilanti.per Abb.in c. consultationibus.de iure patrona.Bal.in authẽ.ad hęc.C.de vsuris.cum simili.Item dicitur malę fidei possessor etiam ille, qui scit rem pro certo non esse suam ; quoniam esse alienã scire debuit,& hæc est præsumptio iuris,vt in l.fi. C.vnde vi.Propterea hic tanquam raptor & fur esse censetur.d.l.fina.c.si quid inuenisti.c.multi.14.q.5.cum ibi nota. Posset tamen contra hãc malæ fidei præsumptionem probari,puta probando,rem pro derelicto habitam fuisse,& sic in nullius bonis esse,vel putauisse rem pro derelicto haberi;tunc enim quamuis ille,qui illius possessionem ingressus fuit,sciuerit prius eam non esse suam,tamen non dicitur malæ fidei possessor, sed bonæ fidei , quia credidit sibi acquiri potuisse,cum res habita pro derelicto occupanti cõcedatur, vt per gl.in d.c.si quid.l.falsus.§.qui alienum.ff.de furtis, quem tex.omnino vide l.2.ff.pro derelicto,& ibi per totũ. §.penul.instit. de rerum diui.cum vbique nota. Item iuris præsumptione malæ fidei possessor dicitur ille, cum quo super re,seu dominio reis lis contestata fuit,& hæc dicitur

18 præsumptio iuris & de iure.†Vnde quantumcunque iustã causam litigandi habuerit a mala fide non excusat̃,& ideo postea semper tenetur de fructibus perceptis etiam cõsumptis post litem contestatam propter eius malam fidem ꝓsumptam.l.certum.C.de rei vendica.l.nemo ambigit.C. de acquiren.pos.& habetur in l.sed & si,§.scire. ff.de peti. hæredi.in l.terminato.C.de fructi.& lit.expen. per do.de Rota decis.sua.23.& in decisio.184.secundum numerum Ioan.de Imola,sed secundum Abba.est decisio. 170 . alias 175.

19 ¶Secundò colligitur ex verbis Abb.†ꝙ ille dicitur bonæ fidei possessor,qui ignorat se alienum possidere, sed cogitatione domini possidet.d.c.si virgo.vbi text.Bart.in l.apud antiquos.in 2.notabili.& ibi Bal.C.de furtis.Item ille,qui credit tradentem esse dominum, bonæ fidei possessor dicitur.Bart.in l.si existimans.ff.pro soluto. Et quis in dubio bonæ fidei possessor esse præsumitur,quando ex re fructus & commoda percipit,vt per Bar.in dicta l.apud antiquos. & in l.illud.in princip.ff.de petitio.hæredi. Abb.in c.consultationibus.de iure patrona.& in ca.si diligenti.in 9. columna.in versi.venio ad glo.vltimam,de præscrip.l. bonæ fidei.cum glo.ff.de verborum significatio. Nam alleganti bonam fidem credendum est,donec cõtrarium probetur, quia in dubio bona fides præsumitur, si allegata fuit, vt in l.si adulterium.§.idem Pollioni.ff.de adulte.Bar.in l.Celsus.ff.de vsucap.Alexand.in consilio.199.in secundo volumi.& in consilio vigesimo,in quarto volumi.Abb.in capitulo fina.de præscrip.& Alexan.in l.rem alienam.ff.de pigno.actio.

20 ¶Tertiò noto ex verbis Abba.†quòd per denuntiationem de re aliena factam illi,qui nullum habet titulum,is simpliciter in mala fide constituitur.l.item veniunt.§.quod autem.ff.de peti.hæredi.alias est in §.eos autem. & in §. petitam.Et hoc idem Imola hic, tenet, si denuntians iustã denuntiãdi causam habeat, per textum in l.si fundum. C. de rei vendica. Quæ declaratio non satisfacit, quoniã hoc casu non refert, a quo denuntiatum fuerit, vt in d.l. item veniunt.§.a quo.Si verò quis cum titulo possideret, & denuntiatum sibi fuerit ab initio contractus,tunc in mala fide constituitur. dicta l. si fundum. & in hoc casu declaratio Imolæ procedere potest,quando videlicet denuntians iustam denuntiandi causam haberet, per dicta l.si fundũ. quæ in hoc casu loquitur , & est glossa in l.alienam. ff.pro emptore.Si autem possessori iam habenti titulum fiat denuntiatio de re aliena post acquisitum titulum, & acquisitam possessionem: tunc in mala fide non constituitur, vt est tex.

tex.in d.l.alienam.qui loquitur, etiam si fiat denuntiatio ab eo, qui iustam denuntiandi causam habet, vt est dominus,nisi denuntiatio fieret per exequutorem iudicialē, vt per glossam in d.l.alienam.per textum in l.sicut.C.de præscriptio.triginta annorum.Ista sunt de mente Bart. in d.l. si fundum.& faciunt nota.per eum in l.non solum.§.morte.ff.de noui ope.nuntia.An autem,& quando quis bonę, seu malæ fidei præsumatur.Abb.hic se remittit ad ea,quæ habentur & no.per gl.& docto. & per ipsum in d.c.si diligenti.de præscrip.

21 ¶†Quarto noto ex verbis Abba. ex mente Bartoli in l. sed & si,§.scire.ff. de petitio.hæreditatis. & in l.si fur.§.j.ff. eodem. quod errans in iure prohibitiuo in mala fide esse dicitur,nam qui facit & contrahit contra iura interdictoria,& prohibitiua, bonam fidem habere non censetur,sed malā,& hæc est præsumptio iuris,& de iure, taliter, quod qui in hac mala fide constitutus est,non facit fructus suos neque præscribit.l.quemadmodum.C.de agrico.& censi. libro vndecimo, capitulo qui contra iura mercatur. de regulis iuris in sexto.Sed errans in iure non prohibitiuo,sed non assistēti in mala fide non dicitur veluti ꝙ quis credat testamentū non solenne valere, & ex eo capere posse.l.hac consultissima.§.ex imperfecto.& l.ex imperfecto.C.de testamentis. Item quod agnatus non proximior, sed remotior ad successionem ab intestato vna cum proximiore admittat contra iura,vt institu. de legi.agnat.succes.in principio.& in §.si plures.& in authentico de hære.ab intesta. veniē.§.si vero neque fratres. collatio.9.& in l.2.§.hereditas.ff. de suis & legitimis. Errans enim in tali iure, si rem possideat,non dicitur esse prædo,hoc est in mala fide iuris præsumptione,vt est textus in d.§.scire.

¶At in contrariū facit: quia ex quo quis errat in iure,non dicitur in bona fide.d.l.si fur.ergo est in mala.

¶Sed respondetur,ꝙ est dare medium inter bonam & malam fidem,vt nota.per glossam in l.j. C. de acquirēda possessione.& in l.3.in fi.ff.eodem titulo. in verb. non bona. vbi ignorans ius nō dicitur bonæ,nec malæ fidei:quia neque bonam,neque malam fidem habere potest. Errans ergo in iure quāuis non sit in bona,non tamen erit in mala. Et ideo vsucapere & præscribere non poterit, quia bona fides requiritur,vt in l.2.& per totum.C.de prescriptio.lōgi temporis.d.l.nunquam.& d.l.si fur.qui textus ita est intelligendus,quoniam non dicit errantem in iure esse malę fidei,vt intelligit Pau.de Cast.sed dicit nō esse bonę fidei, sed bene faciet fructus suos, quia ad illos acquirendum satis est, quod quis in mala fide non sit,vt in d.§.scire.iuncto. §. quod autem, licet non sit in bona fide. Ita voluit glossa singularis in dicta l.si fur.§.primo, quam singularē dicit Roma. in singulari 92.per text. in dicto §.scire.ubi Bartol.

¶Sed tu considera,quod text.in d.§.scire.quamuis probet errantem in iure non prohibitiuo prædonem non dici. vt ibi;non tamen probat,quòd non dicatur esse in mala fide, stant enim simul,quod quis non sit prædo,& tamen sit malæ fidei possessor,vt præsupponit gloss.nostra,& docto.cōmuniter hic,& Bar.& alii in d.l.ex diuerso.in d.l.certum. & in d.l.si fundum.C.de rei vendica. dum faciunt differētiam inter malæ fidei possessorem non violentum, & malæ fidei violentum.

¶Præterea,ille tex.probare non videtur, quòd errans in iure,qui non est prædo, fructus acquirat, ergo malè allegatur per Bartolum & glossam in d.l. si fur. & hic per Abbatem.

22 ¶Verùm dicas quò ad primum, quòd † largè loquendo prædonis appellatione continetur omnis iniustus, seu malæ fidei possessor, etiam non violentus.l. si quod possessor.§.sicut.l.prædonis.l.post senatus.l. sed si. §. si ante. ff.de de peti.hæredi. Alexand. in l.si quis nec causam. ff.si certum peta.l.si ex stipulatione.& ibi Alex.ff.de acquirenda possess.argu.l.fin.C.vnde ui.& l.pro hærede. in fi.cum sequen.& sequen.ff.de petitio.hæredita.

¶Ad secundum vero respondeo,quòd tex.in dicto §.scire. qui venit successiue ad declarationem eorum,quæ habentur in §.quod autem probat.quòd ex quo ille, qui errat in iure non prohibitiuo,non est prædo,hoc est non est in mala fide, lucrari poterit fructus hæreditatis, vel bonorum, quæ vt hæres possidet, quia in petitione hæreditatis possessor ille ad fructus tenetur,ꝙ est in mala fide, dictis iuribus

¶Sed prædictis vnum mihi aliqualiter obstare videtur.Tu scis, quòd donatio inter virum & vxorem dicitur a iure interdicta, & prohibita in tantū,quòd ipso iure nulla esse dicitur,vt in l.hæc ratio.in prin.iuncto §.sciendum.& per totum legem, & totum titulum.ff. de donatio. inter virū & vxo.Item quòd ex tali donatione possessio transferri po test.l.j.§.si vir.cum ibi nota.per Barto.& alios.ff.de acquiren.possess.Et tamen sic possidenti acquiruntur fructus industriales,non autem naturales,sicut acquiruntur cuilibet bonæ fidei possessori sine titulo, quia titulus huiusmodi donationis est nullus, & pro non titulo habetur,vt supra. Ita probatur in d.l.fructus.ff.de vsuris. Ex prædictis ergo inferri videtur,quòd qui contra iura interdictoria & prohibitoria mercatur,nō præsumitur esse in mala fide; alioquin fructus etiam industriales suos nō faceret, vt hic per gl.Abba.& omnes,& per gloss.& Barto.in d.l.ex diuerso. profecto contrarium multum stringit.

¶Nisi nouiter forte diceretur, quòd aut quis errat in iure interdictorio & prohibitiuo,quod habet perpetuā causam prohibitionis,& tunc p̄sumitur in mala fide præsumptione iuris & de iure, quæ mala fides acquisitionem fructuū impedit,vt supra. Aut quis errat in iure interdictorio, qđ non habet perpetuam causam prohibitionis,& non præsumitur in mala fide, & hic acquirit fructus industriales,sicut bonæ fidei possessor, & hic est casus. d.l.fructus. Nam licet donatio inter virum & vxorem sit a iure prohibita, non tamen est perpetuo prohibita; quia in vita est ipso iure nulla,sed morte donatoris confirmatur,vt in l.cum hic status.in prin.cum simi.ff.de donatio.inter virum & vxo. Et ideo ex prædictis infero,quòd quò ad bonam, vel malā fidem præsumptam paria sunt,quòd faciat, vel contrahat contra iura simpliciter non assistentia, vel contra iura interdictoria,vel prohibitoria, quæ perpetuam prohibitionis causam nōn habent,quæque perpetuo non annullant, quia in dubio in mala fide non præsumetur, quamuis nec in bona. d.l.fructus. iuncto dicto capitulo, qui contra iura. de regulis iuris. in sexto. Et hoc expresse etiam colligit ex text. in l. de fructibus.cum glos.ff.de dona.inter vir.& vxo. vbi ex donatione inter virum & vxorem.etiam ciuiles fructus acquiruntur, dicit glo.hoc contingere,quando mulier putauit donationem in se valere,ergo præsumitur in bona fide,vel saltem in nō mala. Secus si quis erraret in iure prohibitorio, quod perpetuam prohibitionis causam haberet.Idem colligitur etiam ex gl.j.in d.l.fructus.dum dicit illum tex.debere intelligi, quando putauit donationem valere,& sic errabat in iure prohibitorio,&c.

¶Vel cōsidera etiam,si dici posset,quòd aut possessor errat in iure non prohibitorio pro se,& ad eius fauorem,& talis error non facit errantem esse malæ fidei, & ideo fructus suos facit; quia magis est proximus bonæ fidei, dicta l.sed si,§.scire. Aut possessor errat in iure contra se,& cōtra eius possessionem;quia putat sibi nō licere possidere,& talis nō dicitur esse in bona fide, propterea vsucapere non potest; quia magis proximus est malæfidei.d.l.si fur.§.j.ff.de vsucapio.iuncto d.c.virgo.

¶Modo redeo ad id,vnde digressi sumus,& capiendo primum membrum ex quatuor supra positis videlicet quando quis semper est bonæ fidei.Ex verbis Abba.plures conclusiones facio.

23 †Prima sit,quòd bonæ fidei possessor sine titulo facit fructus industriales suos; quia illos ratione culturæ,& curæ lucrifacit, sed fructus naturales extantes, & nondum cōsumptos non acquirit; quia in illis cessat cura, quæ est causa acquisitionis.l.fructus.ff.de vsur.iuncta l.in pecudum.ff.eod.§.in pecudum.insti.de rer.diuisi.Ideo dixi extantes;quia consumptos naturales bonæ fidei possessor etiam sine titulo suos facit,vt voluit gloss.nostra, & in d.l.ex diuerso.& in §.si quis a non domino. insti. de rerū diui.& habetur per Innocē.in capitulo in literis.supra eodem,& hic istud sequitur Abb.& ante eum glos.in §.j.insti.de offic.iudi.Ratio autem esse potest; quia quod per se cultura, seu industria in naturalibus operari non potuit, quæ solum in industrialibus versatur & operatur, vt in d. l.fructus.& in l.bonæ fidei.ff.de acquiren.rer.do. cum simili.supra allega.illud consumptio operatur,argumento. l.nam & si fur.l.si a furioso.in fi.l.si ego.l.si filius.& l.non omnis.§.si pupillus.ff.si certum petatur. cum simili. vbi per consumptionem mutuum reconciliatur, & id quod meum effectum non erat post consumptionem efficitur, quamuis haberem causam a malę fidei possessore,ac etiam a fure & a prædone.l.quæsitum.in fin. ff.de acquirenda possessio.

¶Secunda sit conclusio, quòd bonæ fidei possessor sine titulo

tulo fructus ciuiles, quos facto, prouisione, seu industria sua percepit, facit suos,& sibi soluens liberatur, vt in l.si vrbana.ff.de cōdictio.indebi.Et ita per illum text. voluit Innocen.in capitulo in literis.supra eodem.& sequitur Bart. in dicta l.ex diuerso.per eundem tex.qui sic induci posset, nam si malæ fidei possessor tales fructus ciuiles facit suos, vt ibi.Ergo multo magis bonæ fidei possessor etiam sine titulo,consequentia clara est.Sed profecto ille tex.parum facit.Primò, quia in prædone loquitur.Secundò: quia ibi solum probatur,quòd soluens prædoni liberatur non autem ꝙ prædo pensiones suas faciat, ciuiles enim fructus & obuentiones prædo suas non facit.vt hic per Abb.

24 ¶Sed contra hoc,quod ipse Abbas dicit,†quòd malę fidei possessor obuentiones ciuiles & pensiones,quas ex suo cōtractu,suaque diligētia percepit,suas non faciat.In primis facit;quia loquendo de bonę fidei possessore sine titulo,in ipso hoc ipse voluit per tex.in dicta l.si vrbana. qui tamen loquitur in malæ fidei possessore,ergo per illum tex. infertur,idem esse in ipso malæ fidei, quod Abb.in bonæ fidei esse voluit, videlicet quòd illis soluens liberetur, quodque ipse malæ fidei possessor faciat suos fructus ciuiles,quos ex suo contractu, suaque diligentia percepit, per text.in d.l. si vrbana . dupliciter illum inducendo;nam primo ibi dicitur,quod si prædo vrbana prædia locauerit,& pensiones receperit soluens liberatur,& non potest illas tanquam indebitè solutas a prædone repetere,nec prius etiā dominus eas a conductore petere, & exigere poterit, prædo tamen domino illas soluere obligatus erit,ergo actione personali,quæ obligationem præsupponit.§.omnium. institu. de actio.ac etiam dominium.§. sic itaque.insti.eo.tit.

¶Secundò,ille tex.dicit,quod si seruus se ipsum locauerit, conductor soluens prędoni mercedem nō liberatur : quia pecunia non efficitur prędonis accipiētis,ergo in casu quo prædo locauisset,ex quo soluens tūc liberaretur, sequitur, ꝙ ipse prædo illas pensiones suas faciat, quodque pecunia sibi soluta ipsius accipientis efficietur.

¶Præterea & tertio pensiones quas prædo ex suo cōtractu recepit,non sunt domini rei,seu prædij,nisi ipsi soluantur, item nisi ex contractu suo,vel serui percipientur, vt in d.l. si vrbana prædia.& ibi Bar. Nec etiam remanent ipsius soluentis, quia per solutionem factam prædoni liberatur,neque pensiones solutas tanquam indebitas repetere potest, vt ibi,ergo dicentur esse effectę ipsius prædonis,cui solutæ fuerunt,ne contingat illas in nullius bonis esse, & earum dominium esse in incerto,ac per aera volare, iuxta text.in l.j.ff.de vsuca.

¶Ex quibus inferri potest, quòd si hoc dicimus in malæ fidei possessore,& prædone, vt ipse dicatur facere suos fructus ciuiles,quos diligentia & ꝓuisione, seu contractu suo percepit.d.l.si vrbana. inducendo, vt supra multo magis hoc dicēdum erit in bonæ fidei possessore,vt ex infra dicendis constabit,quoniam hic magis facit fructus suos, ꝙ malæ fidei possessor,vt supra dictum fuit, ac infra quoque dicetur,& ita forte Abb.hic,& Barto.in d.l.ex diuerso, voluerunt inducere.d.l.si vrbana.Et quamuis Abb.postea dixerit malæ fidei possessorem tales fructus suos non facere, tamen dicas declarando Abb.hoc debere intelligi irreuocabiliter,quoniam ipse prædo,& malæ fidei possessor, qui pensiones recepit, est obligatus illas postea domino soluere,& dare.d.l.si vrbana.Et propterea dici possunt non esse effectualiter factæ suæ argumento not. in l.de fructibus . & in l.si seruus,ff.de dona.inter vir.& vxo.

¶An autem,& qualiter ciuiles fructus malæ fidei possessori acquirantur,infra forte dicetur.

¶Subdo tamen,quòd illi,qui nec bonæ,nec malæ fidei est, veluti is,qui errat in iure,quod actui non assistit,seu illi resistit,sed perpetuam prohibitionis causam non habet,vt dictum fuit, supra dicuntur acquiri fructus etiam ciuiles & obuētiones, vt probatur in l. ex annuo. in l.de fructibus. ff.de dona.inter vir.& vxo.qui tex.loquitur de vsuris.Sed in fin.ver.probat, quòd quicquid seruus donatus acquisiuit,ad eum pertinet,qui donauit,& tamen id de fructibus ciuilibus esse dicitur,vt supra.Et sic ille tex. ꝓdictis aduersatur.Quare aut dicendum est,quòd id,quod acquirit seruus,non dicitur esse de fructibus industrialibus, nec de ciuilibus,sed de naturalibus,vt probare videatur.l. quæsitū. in fi.ff.de acquir.rer.domi. quod per supradicta non placet.Aut dicendum est,quòd is,qui nec bonæ,nec malæ fidei esse dicitur,non acquirit fructus ciuiles, qui ex prouisione,facto aut alterius, puta serui industria acquiruntur, vt ibi.Sed illos ciuiles acquirit,quos percipit opera,prouisione,seu contractū & industria ipsius possessoris, vt vtrūque probat tex.in dicta l.ex annuo.iuncta dicta l.de fructibus.& l.si nauis. ff.de rei vendica.cum his, quæ supra dixi in prima q.& faciunt,quæ in simili dicuntur hic per Abb. & statim in sequenti conclusione dicentur.Facit etiam.d. l.si vrbana. dum loquitur de seruo, qui per se locauit, vel operas suas præstitit.

¶Tertia sit conclusio,quòd bonæ fidei possessor fructus ciuiles,quos diligentia & opera,vel contractu alterius percepit, suos facit, & ad hoc mouetur Abb.quia ex quo est bonæ fidei possessor,illos sibi acquirit,nihil allegat,nisi quòd præsupponit bonam fidem, hoc est bonæ fidei possessionē hoc operari,& Innocen.hoc non posuit in capitu.nihil.de electio.nec Barto. in dicta l.ex diuerso. nec etiam in d.l.si vrbana prædia.ff.de condictio.indebi.Quare de hac conclusione propter aliqua iura multum dubito, nam text.in d.l.si vrbana.& in l.de fructibus.ff. de vsuris.distinguunt, an opera sua,vel alterius.Sed saluando dicas,quòd d.l.si vrbana.loquitur in malę fidei possessore.Tex.etiam in d.l.de fructibus.de eo,qui possidet contra ius prohibitiuum perpetuam prohibitionis causam non habens, & sic qui nec bonæ,nec malæ fidei dicitur.

¶Et pro hac cōclusione videtur tex.in d.l.quæsitum.in fi. ver.ff.de acquiren. rerum domi.vbi bonæ fidei possessori acquiritur id, qđ seruus possessus acquirit ex re illius, aut ex ipsius serui opera,sicut bonæ fidei possessor fructus prædiorum consumptos acquirit.

25 ¶†An autē soluens ciuiles fructus illi,qui eos percepit non sua diligentia,nec opera,prouisione,vel contractu,sed alterius liberetur? Bartol.in dicta l.si vrbana.distinguit exemplificando in Abbate,& plato,qui iustè electus nō fuit, sed intrusus, & fructus recepit, an soluentes sibi liberentur; nam aut hi habuerūt legitimam & iustam cām soluendi, & credendi illum esse Abbatem: vt quia de facto a superiore confirmatus fuerat, quæ tamen confirmatio ex aliquo defectu de iure valida non fuit,& tunc soluentes illi liberātur,argumento.l.cum fundus.§.seruum tuum imprudēs. ff.si certum petatur. Aut non habent iustam & legitimam causam credendi illum esse Abbatem, vt quia sibi constabat ipsum non fuisse canonicè electum, & tunc soluentes non liberarentur. Facit, qđ no.Inn.in c.nihil.de elect.per d.l.si vrbana.in 2.& 3.casu illius legis.Sed quando quis ciuiles fructus illicito possessori solueret, qui sua diligentia, & prouisione illos perciperet, tunc recipiens eos suos faceret, & soluens liberaretur, vt in dicta l.si vrbana.in primo suo casu.

26 ¶Aliam ex verbis Abb. conclusionem facio, † quòd bonæ fidei possessor cum titulo iusto facit omnes fructus suos tam ciuiles,quàm industriales,ac etiam naturales,siue cōsumptos,siue extantes,per tex. qui malè aliter intelligi potest,nisi illius litera violetur,prout nonnulli in variis locis intelligere & violare voluerunt,in l.bonę fidei. in princi. ff.de acquirend.rerum domi.ibi,non tantum eos,qui diligentia & opera eius prouenerunt,sed omnes, nam qui omne dicit,nihil excludit.l.Iulianus.ff.de legatis tertio,& loquitur in eo, qui bona fide possidet emptionis titulo , & assignat rationem generalem ad omnes fructus & obuentiones; quia quo ad fructus attinet, quasi dicat non quo ad alios effectus, bonæ fidei emptor, qui possidet,loco domini penè est, & illos fructus etiam antequam eos percipiat,statim quòd a solo separati sunt,facit suos.Et tex. in l.qui scit.§.in alieno. ff.de vsur.inquit, quòd bonæ fidei possessor cum titulo, in percipiendis fructibus idem iuris habet,quod dominus, sed dominus omnes fructus & obuentiones suos facit,ergo & bonę fidei possessor cum titulo iusto.

27 ¶†Præterea,plus iuris habet bonæ fidei possessor cum titulo,quā vsufructuarius.l.qui scit.§.in alieno.ff.de vsuris. quia bonæ fidei possessor statim, ꝙ fructus a solo sunt separati,& nondum percepti, nec reconditi, illos facit suos, vt ibi. Sed vsufructuarius non,nisi recepti & recōditi fuerint, vt est textus in l.si vsufructuarius messem. in fi.ff. quibus mod.vsufruc.amit.& est tex.no.& ad literā.d.l.qui scit.§. in alieno.qui hanc consequentiā optimè probat. Sed vsufructuarius oēs fructus tam ciuiles, quā naturales & industriales suos facit.d.l.si vsufructuarius.iūcta l.vsufructu legato,in princ.& in §.j. ff. de vsufructu. Ergo a fortiori hoc in bonæ fidei possessore cum titulo dicēdum erit,qui plus iuris quo ad fructus habere dicitur. Et ideo glossa ibi, & glo.

glo.in §.si quis a non domino.insti.de rerum diui.& in d.l.ex interdicto.& alii, qui tenent, bonæ fidei possessorem cum titulo non facere fructus naturales suos errāt,& malè intelligunt, dum dicunt, ꝙ tex.in d.l.bonæ fidei, solum loquitur de fructibus industrialibus;& non de merè naturalibus, vt ex prædictis colligitur, & ponderant illum text.in aduersatiua, sed omnes, quæ aduersatur in iure & in facto præcedentibus, sed in præcedētibus loquitur de industrialibus, qui diligētia possessoris percipiuntur. Ergo debet in illis aduersatiuis intelligit de industrialibus, qui diligentia ac opera sua non percipiunt. Et hæc fuit inductio Bartol.in d.l.ex diuerso. quæ profecto multum extranea non
28 videtur, considerando, quòd † natura aduersatiuæ est semper aduersari retentis terminis proximis præcedētibus, vt per gloss. in §.item lapilli. institu. de rerum diuis.l.Seiæ.§.Caio.ff.de fund.instru.Bal.in l.omnes populi.in 9. vel 11. colum.ff.de iusti.& iur. Barto.in l.in repetendis.in fi.ver.ff.de lega.3.capi. at si clerici.§. de adulteriis. & ibi Decius extra de iudi.

¶Sed tu aliter pro hac conclusione illum text.ita inducas. Nam vult, quòd bonæ fidei emptor percipiendo fructus etiam ex aliena re facit suos,& sic innuit ex illa implicatiua etiam, ꝙ faciat sunt eodem modo, quo si ex re sua caperet, & postea subdit,& non tantum eos, quos diligentia & opera eius &c. sed omnes, hoc est, sed ex re sua omnes, & etiā naturales faceret suos, ergo ille tex.voluit idem esse etiam, quando ex re aliena bona fide possessa cum titulo.

¶Item pro hac conclusione est tex.in d.l.qui scit.§.in alieno.in dicto & ratione; nam dicitur ibi, quod bonæ fidei possessor cum titulo idem iuris habet in percipiendis fructibus, quod habet dominus, sed dominus naturales etiā suos facit, ergo &c. Præterea, ille tex.præsupponit, bonæ fidei possessorem cum titulo habere plus iuris in percipiendis fructibus, quàm vsufructuarium, vt probatur etiam in l.si vsufructuarius messem.cum ibi nota. ff. quibus mod. vsufruct. amitt. sed vsufructuarius omnes suos facit, ergo &c.

¶Hanc opinionem & conclusionem per d.l.bonæ fidei sequuntur Iac.de Aren.Iac.Butr.Bar.& communiter doct. moderni ibi, quamuis docto.antiquissimi & glo.communiter contrarium voluerint, facientes differentiam inter naturales & industriales etiam in bonæ fidei possessore cū iusto titulo,& ita pro nunc teneo.

¶Iuxta prædicta Abb. antequam ad alia tria membra, de
29 quibus supra deueniat.†Circa istos bonæ fidei possessores qualiter & quando, & quos fructus faciant suos, vidēdum esse dicit, an illos fructus, quos ipsi suos faciunt, quosque perceperunt, restituere teneantur, & qua actione, seu quo remedio,& ex verbis Abb.qui omnia assumpsit a Bar.in d.l.ex diuerso.aliquas cōclusiones facio. Prima sit, ꝙ illis casibus, quibus bonæ fidei possessor non facit fructus suos (quod est regulariter in naturalibus) si tales fructus extent, & non sint cōsumpti, illos restituere tenetur eo modo, quo rem ipsam. & consequenter rei vendicatione. Ita tenet gl. magna, in prin.insti.de officio iud. Et ita potest intelligi.l.cum in rem.ff.de rei vendica.

¶An autem hi fructus vsucapi possint taliter, ꝙ non sint restituendi.j̃.dicetur.

¶Si verò tales fructus non extent: quia consumpti sint nō dolo malo, sed bona fide: quoniam pręsupponimus, possessorem semper esse bonæ fidei, tunc vendicari non possunt, ex quo non sunt, neque in rerum natura extant, & possessor cōsumptione effectus fuit dominus per ea, quæ aliàs supra dixi, & rei vendicatio non datur contra dominum, sed ipsi domino.d.l.in rem. l.is, qui destinauit.l.vnica.C.de alie.iudic. mut.causa facta. Sed si possessor ex illis fructibus consumptis locupletior effectus esset, tunc contra eum ex æquitate agi posset.l.si me & Titium.ff.si cert.pet. ad æstimationem eatenus, quatenus locupletior factus esset, condictione sine causa, vel melius forte certi cōdictione generali.l.certi condictio.cum ibi not. ff.si certum petatur. cum d.l.si me & Titium. Sed si locupletior non factus esset, non posset rei vendicatione conueniri duplici ratione. Prima quia illa datur contra possessorem, aut detentatorem, aut contra illum, qui dolo desijt possidere.l.officium.l.si autem.ff.de rei vendica. Secunda; quoniam cum per consumptionem maxime bona fide factam fructus illi effecti fuerint ipsius bonæ fidei possessoris, vt argumento.l.si a furioso.l.nam & si fur.l.si filiusfamilias.ff. si cer. pet. vbi tantum operatur cōsumptio pecuniæ ex postfacto, quātum translatio dominij ab initio. Sequitur, quòd cōtra eū rei vendicatione agi non potest, quia illa dat̃ domino, non contra dominum, vt supra. Nec etiam post consumptionē potest conueniri cōdictione sine causa, vel certi condictione generali, quia cessat æquitas.d.l.si me & Titium, ex quo in rem suam, hoc est in suam vtilitatem illos non consumpsit, neque locupletior effectus fuit, & ad prædicta faciunt no.per Inno.in c.in literis.s̃.eo.

30 ¶†An autem in dubio præsumendum sit bonæ fidei possessorem, qui fructus consumpsit, locupletiorem effectum fuisse, Ange. in l.vtrum.per gl.ibi tenuit, ꝙ sic, contrariū postea voluit in l.insulam.§.j.ff.solu.mat. & in consi.157. domina Catherina. & in consilio 130.aliàs 103. super pūcto Alexand.in l.mulier.§.cum proponeretur.in fi.ver.ff.ad Trebellia.

¶Secūda conclusio sit ex verbis Abb.ꝙ illis casibus, quibus bonæ fidei possessor facit fructus suos, quāuis illos extātes non teneatur restituere per viam actionis, puta per rei vendicationem, quæ hoc casu competere non potest, quia non datur contra dominum, sed domino, vt supra tamen ad illorum restitutionem cogi potest per officiū iudicis ex quadam æquitate, nam cum ex re mea bonæ fidei possessor factus sit locupletior, & fructus extantes ex re mea habeat, æquum est, vt illos mihi restituat. Et ideo cū actio non cōpetat, mihi succursum erit per officium iudicis illud implorando, quod imploranti impartiri debet, quoties ipsi iudici æquum visum fuerit argumento.d.l.si me & Titium. iuncto capit.secundo.de officio iudi.& tex.in l.4.§.hoc autem iudicium.cum ibi no.ff. de dam.infect.l.1.ff.de iurisdic.om.iudi. Et ita tenent Anto.& Abb.hic,& Bar.in d.l.ex diuerso.

¶Mihi autem videtur, ꝙ in casu isto non competat officiū iudicis, quod est remedium extraordinarium.d.c.2.quia cum possit competere actio,& sic remedium ordinarium, cessare debet extraordinariū.l.in prouinciali.§.j.ff.de noui ope.nunti.l.in causæ.in prin.ff.de mino.quoniam licet rei vendicatio competere nequeat, vt supra tamen non tollitur, quin possit competere condictio,& sic actio personalis, quæ datur contra eum, qui est dominus, vt rem det, & illius dominium transferat, vt insti.de actio.in §.sic itaq;. Et ideo cum fructus ex re mea ad te bonæ fidei possessorē peruenerint,& sic effectus sis locupletior ex re mea, cū fructus extent, æquum iustumque est, vt illos mihi restituas per condictionem sine causa, vel condictione generali per tex. cum ibi nota. in d.l.si me & Titium.iuncta l.certi cōdictio.ff.eodem.

¶Et si diceres, quòd re extante prædictum remedium non datur, quia cessat æquitas,& ratio.dicta l.si me & Titium, vt est tex.cum glo.in l.si eum seruum.ff.eo. Respōdeo, hoc verum esse, quando dominium rei meæ extantis non esset in te translatum, quoniam cum tunc res vendicari possit, & rei vendicatione agi, non est agendum remedio,& ex æquitate.dicta l.si me & Titium, & d.l.si eum seruum.quia illud remedium est actio personalis, quæ domino non datur. dicto §.sic itaque. Sed quando rei extantis dominium esset in te translatum, maximè sine causa & iusto titulo & sic locupletior factus esses, vt quia haberes fructus extantes penes te perceptos ex re mea, tunc æquitas locum habere potest.d.l.si me & Titium. & d.l.si eum seruum. Et ꝓpterea erit succursum per viā actionis, vt supra & huic declarationi bene conueniunt ea, quæ ponit Bart.in d.l.si eū seruum. Itaque in puncto iuris tenendum esse puto, q cq d dixerint hic Abb.& Anto.& Bar.in d.l.ex diuerso. Quod confirmo ex his, quæ infra statim in sequenti conclusione dicentur. Nam si ipse bonæ fidei possessor fructus consumptos, quos fecerat suos, tenet̃ restituere via ordinaria, hoc est condictione sine causa ex æquitate.d.l.si me & Titium. Ergo multo magis tenebitur non consumptos,& extantes ex illa æquitate restituere, quia propter vnum quodque tale,& illud magis.

¶Posset tamen opinio Bartoli, do.Ant.Abb.& cōis saluari, qñ dñs agendo rei vendicatione ad rem vellet etiam petere & consequi fructus naturales, vel ciuiles & industriales extantes qui ipsius bonæ fidei effecti erant, certè tunc non posset illos petere æquè principaliter per rei vēdicationem, q̄ quo ad fructus competere nō posset, sed dominus accessoriè,& in consequentiam, illos petere deberet per officiū iudicis mercenarium, illud in eodem libello, in quo rei vēdicatio intentata fuisset, implorando. Et hoc modo intelligatur id, quod voluit glo.insti.de offic.iudic.vbi videtur

tex.&

tex.& gloss.in dicta.l.ex diuerso. ad quas gloss. nostra se remittit,& ita declarat Barto.& Abba.hic cogita tamen.

¶Tertia conclusio sit ex verbis Abbatis & Bar.in dicta l.ex diuerso. quem Abba.hic vlti.verbis in effectu sequitur, ꝙ bonæ fidei possessor post consumptionem fructuum, quos suos fecerat etiam industriales & ciuiles restituere tenetur, si ipse ex his locupletior effectus sit, & ad illorum restitutionem tenetur, & condictione sine causa conueniri potest;quia illa actio,seu condictio, quæ datur ex æquitate d. l.si me & Titium,& d.l.si eum seruum,cum ibi notatis. datur,& competit non solum aduersus eum,qui ex re mea locupletior effectus fuit, sed etiam contra eum, qui quomodocunq; ex re mihi debita,quæq; nondum mea erat,factus est locupletior,vt colligitur ex illis iuribus, maximè iuncta gl.in vers.mea,vbi ille tenetur mihi cōdictione sine causa, inquantum est factus locupletior ex pecunia,quæ ad eum a debitore meo peruenit, & sic ex pecunia mihi debita, sed fructus industriales, quos possessor bonæfidei pcepit, quãuis non sint mei, sunt tamen mihi debiti etiam post consumptionem; quia per me saltem officio iudicis peti possunt,& debitum dicitur, quod etiam officio iudicis venit. l.pecuniæ.ff.de verborum significationibus. in fi.la.2.iunctis ibi notatis. vbi deberi dicitur, siue persequutio ciuilis sit,siue honoraria,siue fideicommissaria.

¶Et pro hac conclusione videtur tex.secundùm Abbatem post Bart.in l.item verberatum.ff.de rei vendicat.in §.j. in versiculo.Nam & si fructus,vbi si possessor,qui rei vendicatione conuenitur, fructus distraxerit ex quandam necessitate,videlicet ne corrumperentur,tenetur officio iudicis precium illorum,& non vltra domino restituere.

¶Posset tamen illi tex. secundùm Ab.hic responderi, quòd loquatur in fructibus naturalibus consumptis, quos possessor bonæ fidei non ita facit suos sicut industriales; quoniam tales fructus extantes sunt domini,non possessoris.& ideo si possessor illos consumpserit, tenetur inquantum factus est locupletior, & sic ad precium,quod recepit,verum est enim bonæ fidei possessorem ex re domini locupletiorē effectum esse, & ideo ex æquitate dictæ.l. si me & Titium, contra illum condictione sine causa agi potest.

¶Hæc responsio Abbatis,quę fuit Bartoli in d.l.ex diuerso. in penultima columna.multùm restringit illum textũ, qui de fructibus generaliter loquitur, & sic de omnibus; nam & ratio illius pariter in omnib. militat, ibi illud est, ex quo propter necessitatem fructus a possessore distracti fuerunt, ne corrumperentur, quæ ratio fructibus quoq; industrialibus conuenit,quorum aliqui diu seruari non possunt,l.lex quæ.in fi. cum ibi no.iuncta.l.sancimus.in fin.C.de administratione tutorum.vbi casus.

¶Abbas pro hac cōclusione etiam inducit.l. indebitum.in secundo respon.ibi, imo & fructus, cum ibi not.per glossam in verb.percepit.ff.de condictione indebiti.sed ille textus parum facit,& minus,quàm dicta.l. item verberatum: quoniam primò dici potest,quòd licet loquatur de fructibus industrialibus,tamen loquitur de extantibus, nec text. præsupponit illos consumptos , prout præsupponunt iura, qñ volunt illos comprehendere, vt in l.quæsitum.in fine. ff.de acquirendo rerum dominio. cum his, quæ habentur in l.fructus.ff.de vsuris.& ratio diuersitatis inter consumptos & extantes esse potest; quia in consumptis concurrit duplex causa acquisitionis , videlicet perceptio, seu separatio illorum a solo,vt in dicta.l. si vsufructuarius messem.& in dicta.l.qui sit.§. in alieno.ff.de vsu. Item consumptio illorum, iuxta quæ habentur in l. filiusfamilias. ff. si certum petatur. in principio & dixi supra. in extantibus verò vna tantum ratio & causa, videlicet perceptio, & duplex vinculum, duplexque causa est maioris potentiæ, argument. auth.itaque.C.communia. de successio. capitu. primo, de treuga & pace.& argumen.text. cum ibi not. in capitu.verum. de conditio.apposi. per textum.in §. sanctissimas. in auth.de alie.& emphy.columna.9. & argum. eorum, quæ volunt Barto.& Alexan. & alii in l.filiusfamilias.§. diui.ff. de legat. primò. dum de duplici alienationis prohibitione loquuntur.

¶Potest etiam dicta.l. indebitum. euitari, intelligendo, ꝙ loquatur de consumptis, quòd solùm de naturalibus & nõ de industrialibus loquatur.

¶Hæc responsio non placet;quia nimis restringit tex.

¶Item pro hac conclusione Barto. & Abb. adducitur hæc ratio; nam bonæ fidei possessor, contra quem agitur petitione hæreditatis, tenetur etiam de fructibus industrialibus consumptis quatenus factus est locupletior, vt in l. itē veniunt.§.eos. & in l. sed si lege.§. consuluit.ff. de petitio. hæreditat. vnde si hoc dicimus in petitione hæreditatis, vbi petens minus iuris habet , multo magis hoc in rei vendicatione dicendum erit , vbi est maior æquitas ex parte petentis , vt argumen.l. officium. ff. de rei vendicatione .

¶Et hanc opinionem post Barto.sequutus fuit dom.Anto. hic,& vltra Barto. hoc suum argumentum corroboro per textum in §.& si hæredi tas.insti. de officio iud.vbi præsuponitur circa fructus,siue agatur rei vendicatione, siue petitione hæreditatis , quod in vtroq; casu eadem, vel saltem similis ratio militet,ergo si in petitione hæreditatis reus de fructibus consumptis tenetur,quatenus locupletior factus fuit, idem dicendum est, quando agitur ad res singulares rei vendicatione.

¶Sed huic rationi,quę multùm colorata videtur,responderi potest,quòd in hoc est differentia inter petitionem hæreditatis & rei vendicationem secundum Petrum , & hanc differentiam gl.& doc.communiter præsupponunt,qui tenent contra Barto. Abb.& Anto.quòd possessor non teneatur de industrialibus consumptis etiam quatenus locupletior factus fuit, quando contra eum rei vendicatione agitur,& tamen secus est in petitione hæreditatis, vt in dictis iuribus,ergo præsupponunt,hanc differentiam extare.

¶Sed respondendo argumento in forma ita dicere potes,ꝙ tenendo hanc differentiam.Negatur primò, † quòd in petitione hæreditatis petens minus iuris habeat , quàm agens rei vendicatione. Nam sicut rei vēdicatio competit solùm ratione dominii,& eius causa solum est dominium, vt in l. in rem.ff.de rei vendica. §. omnium.§. sic itaque.instit.de actio.nec aliud iuris habet in agendo rei vendicatione.Ita etiam contingit in petitione hæreditatis, quæ datur solùm ratione dominii,quod habet hęres adeundo hæreditatem; quia illa datur solùm vero hæredi post aditam hæreditatē, vt in l.j.2.& 3.cum sequen.ff.de peti.hæredi.& sic illi,qui vt hæres effectus est, dominus ex aditione hæreditatis , ex qua dominium ipso iure acquiritur.l.cũ hæredes.in princ. ff.de acqui. possess. & sicut in rei vendicatione quis agit,vt pronuntietur dominus particularis.d.l.in rem.l. is qui.ff. de rei vendica.ita in petitione hæreditatis quis agit, vt hæres pronuntietur,& sic dominus vniuersalis, quod est plus. l.licet.ff.de pet.hære.Barto.in l.prima.C. quorum bonor. quod idem est ac si pronuntietur dominus; quia hæres idē est quòd dominus,insti.de hæred.qualita.& dif.in §.sui.& in §.fina.

¶Nec obstat,quòd petitio hæreditatis non detur contra titulo possidentem.l.regulariter.cum.l. sequen. & ibi no.ff. de petitio.hæredita.l.cogi.C.eo.ti.l.etiam.§.si quis sciens. ff.eo.item non datur contra simplicem detentatorem, seu possidentem nomine alieno.d.l. etiam.§. si quis absentis. Sed rei vendicatio datur contra titulo possidentem, item contra simplicem detentatorem, & alieno nomine possidētem.l.officium.ff. de rei vendica. Quia responderi potest, hoc non facere, quòd petens, seu agens petitione hæreditatis,seu rei vendicatione plus,minusue iuris habere dicatur, vt colligitur ex not.in dicta.l.cogi.C.de peti.hær.cum ius, ex quo vtrunque remedium causatur, sit idem & par, quãuis ex parte conuenti in petitione hæreditatis plus iuris debeat reus habere quàm quando agitur rei vendicatione, vt in d.l.officium.cum simi.supra, allegatis.nam reus conuentus petitione hæreditatis debet suo nomine possidere, vel pro hærede,vel pro possessore,sed conuentus rei vendicatione satis est,ꝙ quomodocunque possideat,vel simpliciter detineat.d.l.officium.

¶Præterea text. in dicto.§. & si hæreditas. negat possessorem teneri de consumptis etiam in iudicio petitionis hæreditatis, nisi post litem contestatam , ergo debet intelligi , quando possessor locupletior factus non esset, alioquin esset contra text. in dicta.l. item veniunt.§. eos. & §. consuluit. Æquiparatio ergo, quæ fit inter petitionem hæreditatis & rei vendicationem quoad fructus procedit quoad malæ fidei possessorem , item quoad fructus extantes, & non consumptos, saltem quando possessor bonæ fidei etiam locupletior factus non fuit; nam quando locupletior factus esset, videtur esse differentia inter petitionem hæreditatis, & rei vendicationem, vt volunt glossæ & doctores communiter quicquid dixerint Abb.& Bar.

¶Et tenendo hanc differentiam, ratio illius esse potest;quia † petitio hæreditatis est iudicium vniuersale, in quo precium

cium loco rei succedit, quatenus possessor lucratus est, & factus fuit locupletior. l. si rem & precium. ff. de petitio. hæreditа. & fructus veniunt æquè principaliter, sicut aliæ res hæreditariæ, cum illi augeant hæreditatem. l. item veniunt. §. fructus. l. hæres furiosi. in fin. ff. de peti. hæredi. cum ibi notatis, & ideo nil mirum, si fructus consumpti veniunt, quatenus locupletior factus fuit: quia illi principaliter veniũt, & sub illo iudicio vniuersali comprehenduntur, quæ ratio cessat in rei vendicatione: nam fructus rem petitam nõ augent, nec æquè principaliter veniunt, & in hoc iudicio particulari. & singulari precium loco rei non succedit. l. mater. C. de rei vendicatione. l. si eum seruum. cum ibi notatis. ff. si certum petatur. & per Bartol. in l. si a debitore. ff. de his, quæ in fraud. credi. & ideo in iudicio rei vendicationis fit differentia, an fructus extent, an vero consumpti sint, sed non in iudicio petitionis hæreditatis: quia idem iudicatur de consumptis, quando possessor factus est locupletior, quod de extantibus, ex quo precium loco fructuum consumptorum succedit, quatenus quis locupletior factus fuit.

33 ¶†Et ex prædictis solutio, seu responsio colligi potest, quare. in dicta l. item verberatum. in iudicio rei vendicationis quis ibi teneatur de fructibus consumptis, quatenus possessor factus fuit locupletior, quia dico illud esse, quoniam in casu illius textus, precium loco rei, hoc est fructuum succedit, quia & si regulariter in particularibus precium loco rei non succedat, vt supra tamen fallit in casu illius textus, quando ex necessitate quis vendidit rem, seu fructus, vt ibi, & sic ibi militat eadem ratio in rei vendicatione, quæ in petitione hæreditatis: & ideo nil mirum, si possessor tenetur de consumptis, quatenus fuit locupletior, sicut in petitione hæreditatis. cogita tamen, quia hæc est noua declaratio.

¶ Si tamen velis sequi hanc conclusionem Bartoli, Abbatis & Anton. Dubium est, an possessor bonæ fidei teneatur restituere fructus industriales consumptos eatenus, quatenus factus est locupletior, per officium iudicis mercenarium, quod inseruit rei vendicationi, an verò per officium iudicis nobile, quod appellatur persequutio. dicta l. pecuniæ. la secunda, in fin. ff. de verborum significationibus. an verò per remedium, quod oritur ex obligatione, videlicet per conditionem sine causa, vel certi condictionem. Barto. in dicta l. ex diuerso. & Abba. hic, & Antonius. variasse videntur vno, & eodem quasi momento, præsupponunt enim primò, quod condictione sine causa, dum dicunt, quod ea datur in casu. dicta l. si me & Titium. non solum pro re mea, sed etiam pro re mihi debita, quando quis ex ea factus est locupletior, deinde dicunt, quòd huiusmodi fructus consumpti, ex quibus possessor factus est locupletior, quamuis non sint petitoris, sunt tamen sibi debiti, ex quo officio iudicis scilicet nobili peti possunt: quia debitum dicitur, quod officio iudicis venit, ergo innuunt, quòd possint peti officio iudicis. de quo in d. l. pecuniæ. in fin. quod est notabile, vt ibi.

¶Tu autem dicas, quod si loquamur de petitione hæreditatis, fructus consumpti petuntur, & in petitione hæreditatis veniunt, quia de illis, vt de extantibus iudicatur, cum simus in vniuersalibus, vt in iuribus præallegatis, si vero loquamur in iudicio rei vendicationis, dicas, quod petuntur non officio iudicis mercenario inseruiẽte rei vẽdicationi: quoniam cum fructus industriales maximè consumpti effecti sint possessoris, non veniunt in iudicio rei vendicationis etiam per officium iudicis; quia si principaliter vendicari non possunt, vt supra nec etiam per officium iudicis in iudicio rei vendicationis restitui debent, cum plus non debeat operari accessorium, & inseruiens quam principale. c. accessorium. cum sim. de regu. iur. in 6. l. 1. & secunda. ff. de pecul. lega. & est gloss. in verb. ratio. in §. primo. institu. de officio iudicis.

¶Præterea, cum huiusmodi fructus peti possint ex eo, quia debiti, vel quasi, vt hic per Abb. Barto. & Anto. sequitur, ꝙ non peterũt peti, seu restitui non debebũt per officium iudicis mercenarium, quod nullam obligationem præsupponit. l. qui per collusionem. in fin. ff. de actio. emp.

¶Et ex ratione præmissa videtur etiam dicendum, non posse peti per officium iudicis nobile, ꝙ nullam præsupponit obligationem, dicta l. qui per collusionem. iuncta dicta l. pecuniæ. in fin. & l. creditores. ff. de verborum signific. sed cum possessor ex equitate teneatur. dicta l. si me & Titium, debet tanquam obligatus teneri, quia ex illa æquitate oritur obligatio, quæ appellatur condictio sine causa, vel certi condictio, vt in dicta l. si me & Titium. l. si eum seruum. & ibi docto. ff. si cer. peta. ibi, proprius est, vt obligari te existimem, & ibi, possit precium condicere, cum ibi not. condictio autem præsupponit reum obligatum. dicto §. sic itaq; ergo sequitur, quòd non datur officium iudicis nobile, sed actio, quæ ex obligatione oritur; quia vbi datur remedium ordinarium, & actio, nunquam regulariter loquendo datur extraordinarium, hoc est officium iudicis nobile. capitulo final. de officio iudi. l. in causæ. in prin. ff. de mino. l. in prouinciali. ff. de noui ope. nuntia. & ita tenet glos. in dicto §. primo. in versi. ratio. & ex prædictis tollitur fundamentum Barto. Anto. & Abbatis tenentium prædictam cõclusionem, dum dicebant, hos fructus consumptos, ex quibus possessor locupletior factus fuit, dici debitum, quia debitum dicitur id, quod officio iudicis peti potest. dicta l. pecuniæ.

¶Et ne erres, scias, quòd conclusio supra tradita ex mente Barto. per Abb. & Ant. hic, non est communis, sed singularis ipsorum; quia glo. & docto. communiter contrarium tenent, quòd bonæ fidei possessor in tantum facit fructus industriales suos, quòd si ab eo consumpti sint, & ex illis factus sit locupletior: non teneatur illos quoquomodo restituere; quoniam & si extantes restituere debet, vt supra in alia conclusione dictum fuit; quia illos ex re domini percepit, & cum extent, dicitur locupletior, tamen postquam cõsumpti sunt, nullo modo & casu restituere tenetur; nam illos ex cultura diligentia, & labore lucratus fuit. dicto §. si quis a non domino. & argum. dicta l. qui scit. §. in alieno. cum simili. itaque glo. communiter & docto. alij ante Bar. tenuerunt, vt per gloss. in capitulo non liceat. 12. quæstione secunda. & in dicta l. ex diuerso. in dicto §. primo, insti. de offic. iudi. & in dicto §. si quis a non domino. & ita attestatur Abb. & Barto. & hęc opinio mihi placet, non per iura præallegata, quæ loquuntur in bonæ fidei possessore cum titulo iusto, qui est loco domini, idemque ius quoad fructus habet, vt supra dixi, & consequenter plus, quam simplex bonæ fidei possessor, ratione tituli, ꝙ ei tribuit causam dominij, videlicet ius vsucapiendi, vt C. de præscrip. long. temp. & de vsucap. transfor. Sed alia ratione; nam in huiusmodi possessore concurrunt duæ causæ acquisitionis, videlicet causa perceptionis & culturæ. dicta l. si vsufructuarius messem. dicta l. fructus. cum simili. Item consumptio, argumen. l. filius. cum similib. supra allegatis. ff. si certum. petatur, quæ ambæ causæ operantur, vt non teneatur de cõsumptis etiam eatenus, quatenus locupletior factus fuit, quia ab initio, & ex postfacto concurrit causa acquisitionis dominij, argumento eorum, quæ in simili. supra dixi. & licet hæ causæ successiuè concurrant, tamen concurrunt ad diuersos effectus, quo casu sunt in consideratione. Nam pceptio, & industria acquisitionem dominij reuocabiliter operantur, consumptio vero bona fide postea facta operatur, ꝙ illos nullo modo restituere teneatur, & sic facit suos irreuocabiliter, & hoc est, qđ forte voluit dicere text. in dicta l. quæsitum. in fin. ff. de acquir. rer. dom. & consequenter ex vna causa solùm dominium fructuum acquiri dicitur, nam dominium reuocabile ex perceptione acquiritur, dominium vero irreuocabile ex consumptione. Nota quęso ista, quæ confirmantur ex his, quæ infra dicentur post Barto. in l. sequitur. §. primo. ff. de vsucapio. & Abb. hic, vbi fructus iam acquisiti per possessorem bonæ fidei reuocabiliter, per vsucapionem ex postfacto irreuocabiliter acquirũtur. Idem contingit in legato rei; quod tempore mortis reuocabiliter acquiritur, a die vero aditæ hæreditatis & agnitionis irreuocabiliter.

¶Præterea post consumptionem videtur nullum remediũ posse competere, non rei vendicationem, vt supra. non officium iudicis mercenarium; quia est accessorium, & actioni inseruit, ergo non debet plus posse pedissequum, quam principale, vt supra. Item nec officium iudicis nobile, nec actio personalis ex æquitate. dicta l. si me & Titium. & d. l. si eum seruum. quia requiritur ad hoc, vt illud remedium competat, quòd quis sit factus locupletior vel ex re mea, vel ex re propriè & verè mihi debita, vt ibi, sed id, quod possessor habuit ex fructibus industrialibus consumptis, nõ dicitur habuisse ex re ipsius domini: quia illi nunquam fuerunt sui, sed possessoris, vt s. & sic ex re sua, nec etiam ex re debita ipsi domino propriè loquendo; quoniam nullum negotium contractum est cum eo, nec cum alio, ex quo fructus industriales potuerunt dici debiti ipsi domino; quia

fuerunt

fuerunt acquisiti, & producti industria possessoris.dicta l. fructus.cum simi.& hoc fatentur Bartol. & Abb. sed text. in dicta l.si eum seruum.& in dicta l.si me & Titium, loquuntur quando ex re mea, vel ex re verè mihi debita, puta legata, vel aliter ex contractu per creditorem debita quis factus esset locupletior, vt in dictis iuribus, & ibi per Bart. quem omnino videas, ergo non dicetur etiam competere condictio sine causa, de qua in dictis iuribus, quæ volunt, ex æquitate, de qua ibi, illum mihi teneri condictione sine causa ad id, in quo factus fuit locupletior, saltem ex re mihi verè & propriè debita, & hæc sufficiant quoad primum membrum, quando quis esset semper bonæ fidei possessor.

34 ¶†Venio ad secundum principale, quando quis semper esset malęfidei possessor, an faciat fructus suos; uel illos restituere teneatur, & quo remedio, & ex verbis Abb. hanc conclusionem facio, quod malę fidei possessor sine titulo, siue sit violentus, siue non fructus etiam industriales suos non facit, idem si cum titulo possideat. Nam mala fides facit, ipsum non posse facere fructus suos.l. domum.l.si fundum.& l. certum. C. de rei vendicatio. vbi fructus vendicantur ergo, non dicũtur esse malæ fidei possessoris, & hoc non habet dubium, vt est tex.in l. qui scit.in fin.princ. ff.de vsu.l.fructus.ff.de rei vendicatio. Hoc tamen intelligas, nisi fructus siue naturales, siue industriales, malæ fidei possessor consumpsisset, quia consumptione suos faceret, quod enim operatur translatio dominii ab initio, idem operatur consumptio rei ex postfacto.l.filiusfamilias. cum simi.ff. si certum petatur, & ita est de mente Abb.hic, & Barto.in dicta l.ex diuerso.dum dicunt, quod contra malęfidei possessorem ad fructus consumptos agitur condictione sine causa, quæ præsupponit dominium ex parte conuenti, vt in dicto §.sic itaque.fructus verò ciuiles malę fidei possessor facit suos secundum distinctionem.l.si vrbana prædia. ff. de condictio.indebi. & dixi supra & hic per Abb. distinguentem, prout habetur in dicta l.& ibi per Bartol. & Innocen. in c.in literis.s̃.eod.

¶An autem, & qualiter malæfidei possessor ad restitutionẽ fructuum teneatur. Abb.super hoc principaliter insistit distinguendo inter malæ fidei possessorem cum titulo & sine titulo, vt habetur, & not.etiam per gloss.in capitulo non licet.12.quæstione secunda.& in dicta l.ex diuerso. & in dicto §.primo, Institu.de officio indic. & ex verbis Abb. aliquas breues conclusiones elicio. Prima sit, quòd malæ fidei possessor sine titulo tenet de fructibus, quos percepit, quosque percipere potuisset, & sic de perceptis & percipiẽdis, vt probatur hic, in l.fructus. & in l.si nauis.ff. de rei vendicatio.& in l.certum.C.eodem titulo, qui tex.dicit, malę fidei, possessorem teneri restituere omnes fructus cum ipsa re petita, sed ille in princip. non probat, nisi de extantibus, nam vult, illos debere restitui æquè principaliter vna cum re, & sic per rei vendicationem, ergo loquitur de perceptis extantibus, aliàs vendicari non possent, vt dictum fuit, & ita intelligit ibi glos. in versi.fructus, at in fine probat, dum loquitur de bonæfidei possessore, qui per litis contestationem efficitur malę fidei præsumptione iuris, & de iure, vt supra dictum est, & probatur in l.secunda. C.de fructib. & lit.expen.qua tunc fructus vniuersos nedum extantes, sed etiam consumptos & percipiẽdos restituere tenetur. dicta l.secunda.& est bonus text.in §. & si hæreditas. institu. de officio iud.& est tex.in l.mala fide.C.de condictio.ex lege vbi extantes rei vendicatione; consumpti condictione sine causa vel iniusta petuntur.l.aduersus.in fine.ff.de crim.expila.hæredita.

¶Item de consumptis etiam conueniri potest rei vendicatione perinde ac si extaret, quia ex quo erat malę fidei, & sic sciebat, seu scire debebat illos fructus non esse suos, eos consumendo, dolo dicitur desijsse possidere, & ideo rei vendicatione illos restituere tenetur, ut in l.parem.ff. de regu.iuris.nam pro possessione dolus est. l.qui dolo.ff. eodem titulo.& ibi glos. dicit hoc procedere quoad effectum rei vendicationis, & petitionis hæreditatis, intelligas tamẽ in hoc casu dari rei uendicationem ad consumptos propter dolũ, malam quæ fidem vtilem, non directam, argumento lege electio. §.si is, quem.ff. de noxa. & ita declarant glossæ in dicta lege malafide.& in dicta l. dolo, & hoc modo prædicta intelligas.

¶Item contra malę fidei possessorem ad consumptos agi potest etiam condictione furtiua tanquam contra furem; quia fur dicitur rem alienam scienter contractando. lege, prima, ff.de furtis. iuncta lege, in rem.§.final.ff. de condictio.furti.quia contra furem omnis actio degenerat. dicto §.sic itaque.

¶De percipiendis autem qui nũquam in rerum natura fuerunt, conuenitur officio iudicis, vt insti.de offi.iud.§. illorum. & hic per Abb. quoniam rei vendicatio non datur; quia nihil extat, vt supra nec condictio sine causa; quia nihil ad eum peruenit, argumento, dicta l.si eum seruum. & dicta l.si me Titium.ff. si certum peta. Ergo erit locus officio iudicis, vt videtur probare.l.domum.C.de rei vendicatio.ibi præses prouinciæ cum pensionibus, quas percepit, aut percipere poterit, & omni causa damni dati restitui iubebit, ex quibus verbis relatis ad iudicẽ affirmatiuè dicitur magis oriri officium iudicis, quam actio, vt per Bartol.in l. vnica, in 3.colum. in versic.secundo quæro. ff.de cõdictio. ex lege, facit, quod voluit glo.in dicta l.mala fide.C.de cõdictio, ex lege, quæ hoc dicit procedere in malęfidei possessore sine titulo, & est bonus text.in l.litigator. C. de fructibus & lit.expen.quem omnino videas.

¶Secunda sit conclusio, quòd malę fidei possessor cum titulo de omnibus perceptis tenetur, sed non de percipiendis; quia titulus eum excusat, l.fundum. C. de rei vendica. ibi fructus, quos cùm mala fide percepisse fuerit probatum, dicit gloss.ideo dicit percepisse; quia de percipiendis non tenetur propter titulum, quem habet. Vltramontani fuerunt in contraria opinione, quæ est sustentabilis; quia de facili. dicta l.si fundum euitari posset.

¶Fallit tamen prædicta conclusio in quatuor casibus, quos refert Abb.hic, & Bartol.in d.l.ex diuerso & eos ponit glo. in d.l.si fundum, quos, cum clari sint per te videre potes, & similem gl.habes, in l.sed & partus.in princi.ff. quod me. cau.quæ in malæ fidei possessore cum titulo ponit regulam prædictam cum dictis quatuor limitationibus, in quibus titulus a percipiendis non excusat.tu autem vltra illos quatuor casus adde, quando quis cum mala fide possideret etiã cum titulo rem minoris, quia de percipiendis quoque teneretur, vt est gloss. in l.patri pro filio.in §. item ex diuerso.ff.de minoribus.per illum tex.iuncto §.præcedenti. quã glo.ad hoc pro singulari allegat Roma.in singulari. 542.tu verò habes tex.in d.l.si fundum.

35 ¶†Circa tertium membrum, quando quis a principio bonæfidei possessor fuit, & ex postfacto effectus est malę fidei. ex verbis Abbatis aliqua dicta elicio. Primũ sit, quòd si mala fides cum mutatione personarum superueniat, vt quia defunctus fuerit bonæ fidei, hæres verò suus sit male; quia rem esse alienam sciat, tunc hæres propter eius malam fidẽ fructus suos non facit: hæc enim mala fides superueniens cum mutatione personarum impedit acquisitionem fructuum in eo, qui sciens cęperit rem alienam possidere.l.hæres eius.in princip.ff.de vsucap. & in l.quæsitum. ff. de acquiren. rerum domi. qui textus loquitur in eo. qui bona fide liberum hominem possidebat, & decessit relicto hærede, qui scit illum esse liberum, & vult, quòd hæredi per eũ liberum hominem non acquiratur, ac idem etiam ibi quo ad alias res decidit.

36 ¶†An autem econtra mala fides authoris noceat successori quo ad fructus, vide Bartol.in l.j.C. de rei vendica. & in l.sequitur.§.fructus.ff.de vsucap. per Bald. in l. vitia. C.de acquir.poss.& infra dicetur in sequenti membro post Bart. in d.l.ex diuerso.in fi.

¶Secundum dictum ex verbis Abb. colligo, quòd mala fides ex postfacto superuenit absq; mutatione personarum; vt quia ille, qui erat ab initio bonæ fidei ex postfactò ipsemet malæ fuit effectus: tũc talis facit fructus suos; quia initium suæ possessionis attenditur.l.qui scit.§.bonæ fidei. & ibi gl.ff.de vsur. vbi est casus, nam quoad acquirendos fructus ille, qui ab initio fuit bonæ fidei censetur esse bonæ fidei, donec fundus ab eo euictus fuerit hoc idem tenet glo. in l.bonæ fidei.§.in contrarium.ff.de acquir.rerum domi. sequitur Bartol.in dicta l.ex diuerso.

¶Non obstat. dicto §.in contrarium. vbi contrarium probari videtur, quòd propter malam fidem superuenientem non possit ex postfacto fructus acquirere: quia secundum Bar.in dicta l.ex diuerso.& glossas prædictas ibi textus loquitur opponendo, non autem ponendo, nec determinando, quod postea determinatur.in dicta l.qui scit.§.bonæ fidei. Vel potest responderi, quòd in d.§.in contrarium.probatur; talem possessorem propter eius malam fidem superuenientem teneri ad restitutionem fructuum perceptorũ, quos tamen suos fecerat, vt in dicta l.qui scit. Hæc solutio Abb.est contra dicto §.in contrarium. vbi dubitatur non

super restitutione fructuũ, sed an possessor illos faciat suos propter malam fidem superuenientem, sicut etiam dubitatur de hoc in dicto §.bonæ fidei.& tamen illa iura videtur inter se contrariari; quia in dicto §. bonæ fidei. probatur, quòd illos facit suos & in §.in contrarium; totum oppositũ præsupponitur, alioquin frustratoriè iureconsultus ibi sic opponendo,& non ponendo loqueretur, quòd nõ est dicendum, vt in §.quibus. in j.constitutione codicis.

¶Præterea contra hanc opinionem glossarum, Barto. Abb. & aliorum communiter induco text.qui in terminis probat, non esse spectandum initium possessionis bonæ fidei. sed singula momenta temporum magis esse inspicienda:& ideo si homo liber, vel seruus alienus, quem ab initio bona fide possidebam, aliquid acquisiuerit postquam sciui eum esse liberum, vel alienum, id mihi non acquiritur, quia non initium, sed singula momenta spectare debemus, vt est tex. in l.qui bona fide.§.j.ff.de acquir.rerum domi.& id, quod dicitur ibi delibero homine ac de seruo, & de eo, quod ex operis suis acquiritur habet locum etiam in rebus aliis bona fide possessis, argumen.l.quæsitum.ff.eo.ergo ibi est tex. cõtra hanc communem conclusionem, quòd imo mala fides superueniens absq; mutatione personæ facit, quod possessor fructus non acquirat.

¶Non obstat. dicta l.qui scit.§. bonæ fidei, quia primo responderi potest, illum tex.loqui de rigore, secus est de æquitate, vt in dicta l.qui bona.& in d.§. in contrarium, quamuis glossæ in dictis iuribus totum contrarium dicãt,& malè: quia semper æquitas magis aduersatur malę fidei quàm rigor.capitulo secundo, de dolo & contuma.capitulo fina. de præscrip. Secundò responderi potest, quod quoad illos fructus, qui habuerunt initium bonæ fidei, superueniens mala fides non nocet, quin acquirantur possessori: vt quia tempore seminis possessor credebat se in suo seminare,& anteqnam fructus perciperet, cognouit fundum esse alienũ nam istos fructus facit suos: quia attenditur initium, quo fructus esse ceperant, vt in dicto.§.bonæ fidei.Sed illos fructus, quos possessor percepit,& post malam fidem superuẽtam seminauit, non facit suos: quia singula momenta spectanda sunt.dicta l.qui bona fide.§.primo.Cui tex.non cõuenit responsio, quam illi dat gloss. in dicta l. qui scit.§.bonæ fidei. quoniam est in terminis contra illum text. qui loquitur etiam in seruo alieno omni respectu, sicut in libero homine bona fide possessio.

¶Et tenendo hanc conclusionem contra communem, non aduersatur text.in dicta l.qui scit.in fi. quia dum ille loquitur de seruo alieno bona fide possesso cum titulo, debet intelligi de possessore bonæ fidei semper, donec a domino euictus fuerit, tertiò potest responderi, tex.in dicta l.qui scit.§. bonæ fidei, ex mente Barto.in dicta l.ex diuerso, quòd aut loquimur de mala fide, quæ verè superuenit ex vera scientia,& procedat tex.in d.§.in contrariũ,& in dicta l. qui bona. Aut de mala fide, quæ superuenit p̃sumptiue & fictè, vt de illa, quę supuenit ob lite contestationem, iuxta not.in §.& si hæreditas.insti.de offi.iudi. l.certum. C.de rei vendi. l.secunda.C.de fructi.& lit.expen.l.prima.C.de pẽti.hęre. & dixi.supra post Abb.& de ea loquitur.dicta l. qui scit.§. bonæ fidei.vt ibi, intelligi debet &c.plus enim operatur veritas, quàm fictio,& præsumptio.

¶Et ex prædictis infertur, quòd si hoc dicimus de iure ciuili, quod malam fidem curare & considerare non solet, vt in dicto capitulo fin.præscrip.cum simi.multo magis hoc dicendum erit de iure canonico, argumen. dicto capi.fina.& capitu. possessor.de regu.iuris.in sexto.vbi habetur, q: mala fides superueniens interrumpit vsucapionem, seu præscriptionem nondum finitam,& tamen secus est de iure ciuili. dicto §.in contrarium. vbi casus.l.alienam.ff.pro empto.& in l.vnica.C.de vsucap.transfor.

¶Si verò teneamus opinionem Abbatis hic, Bart. & glossarum, de qua. supra erit differentia inter ius canonicum & ciuile, vt hic inquit Abb. Qua differentia stante sequitur, q: dictum gloss. in dicto §.in contrarium. & in dicto §.bonæ fidei, quod de æquitate possessor, qui cœpit habere scientiam rei alienæ dicatur facere fructus suos, non est verum: quia si id esset de æquitate, procederet etiam de iure canonico, quod in sola æquitate fundatum est, vt per Bal. in l.fi. in princip. C.de iure deliberand.& capitu. dilecti, de iudi. quod tamen est falsum: quia de iure canonico, mala fides superueniens nocet.

¶Considerabam tamen, quicquid dixerit Abb. hic sequendo conclusionem communem, de qua supra quòd idem quoque sit de iure canonico: tum quia cõtrarium cautum non reperitur per ius canonicũ, ergo in hoc iuri ciuili standum erit, per no.in capitu. primo.de noui ope.nuntia.tum quia si verũ sit, quòd dispositio.dicto §. bonę fidei. sit fundata in æquitate, sequitur, quòd etiam de iure canonico seruanda erit, argum en. dicto capi.dilecti.& per not. per Bal. in d.l.fina.in prin.

37 ¶†Non obstant, qui habentur in c.fin.de præscrip. & in dicto capitulo possessor.quia respõdetur, illa procedere quoad usucapiendum & præscribendum: nam superueniens mala fides eam vsucapionem, vel præscriptionem interrũpit, sed propter hoc nõ sequitur, quod impediat acquisitionem fructuum quoad dominium, quod ex cultura & perceptione acquiritur: nam etiam de iure ciuili in terminis nostris est differentia inter vsucapionem & acquisitionem fructuum, vt in dicto §.in contrarium. vbi qui non potest vsucapere propter vitium rei, facit fructus suos, & quãdoq; is, qui fructus suos nõ facit, vsucapit, vt ibi, nihil ergo hæc inter se cõmune habent, & ideo de vno ad aliud argui non potest.l.naturaliter. §.nihil commune.ff.de acquiren. possessio.l.inter stipulantem.§.sacram.ff.de verbo. obliga. ca. per venerabilem.qui filii sint legiti.

¶Nec obstat, quod ius canonicum non admittit, vt quis rẽ alterius scienter acquirat sine causa, vt in dicto cap.fina. in sui ratione: quia in casu nostro quamuis possessor fructus acquireret, vt supra tamen illos restituere teneretur. quia illos faceret suos reuocabiliter, non autem irreuocabiliter, vt per Barto.in dicta l.ex diuerso.& propter malam fidem suam postea illos vsucapere non posset dicto capitu.fi. & dicto capitul.possessor.quamuis de iure ciuili illos triennio vsucapere posset, ut per Bartol.in l. sequitur.§.fructus. de vsucap. & infra statim dicetur. Quo autem iure & quo remedio possessor, qui ex postfacto malęfidei factus fuit, cogi possit fructus restituere, distingue vt hic per Abb. quem per te videas.

38 ¶†Circa quartum membrum, quãdo quis ab initio est malę fidei,& ex postfacto fit bonæ; ex verbis Abbatis facto aliquas conclusiones. Prima sit, quod si quis fit malæ fidei, & superueniat bona fides cum mutatione personarum, quæ in vniuersum ius succedant,& personam primam, cui succedunt, representent, vt est quando defunctus erat malę fidei,& sibi succedat hæres, qui rei alienæ scientiam non habeat, sed credat defunctum esse dominum, tunc dicta bona fides nõ prodest ad acquisitionem fructuum; quoniam cũ succedat in ius omne defuncti,& in omnibus eius personã representet, vt in authen.de iureiur.a mor.præsti.sequitur, quòd dicitur succedere in vitium, ac malam fidem defuncti, quæ idcirco sibi quoque nocet, vt in l.2.in fi. ver.C. de fructi.& li.expen.ibi heredis quoque succcedentis in vitiũ per habẽda est fortuna.l.cum hæres.ff.de diuers.& tempo. præscript. vbi intuendum est exordium personę defunctæ, non autem bona fides & ignorantia hæredis, & ita voluit gl.in terminis nostris in l.sequitur.§. fructus. ff.de vsucap. hæres enim est vitiorum, & culpæ defuncti successor. l.si ego.§.sed hæres.ff.de publi.d.l.cum hæres.

¶Præterea defunctus, qui erat malæ fidei, percipiendo fructus committit furtum: quia rem alienam contractat inuito domino, seu ignorante, ergo, ipse, seu hæres suos illos acquirere,& vsucapere non potest.d.l.sequitur. §.quod autẽ. sed si non potest vsucapere, ergo minus acquirere.d.l.bonę fidei.§.in contrarium eodem titulo,& hanc conclusionem ponit Barto.in dicta l.ex diuerso, & est de mente gl.in d.l. si ego.§.partus.in ver.sed hæres.

¶Et ex prædictis infertur, quod aliud erit, quando mala fides cum mutatione personarum superuenit; quæ non representant personam, a qua causam habuerunt, & sic non habent causam vniuersalem, sed particularem & singularẽ; vt quia a malæ fidei possessore emerit rem cum bona fide, vel sibi donatum fuerit: nam talis bona fides superueniens prodest acquisitioni fructuum, nec debet inspici exordium personę, a qua causam habuerit, quia ille in vitium non succedit, vt voluit glo. in d.l.si ego.§.partus.in ver.sed hæres, qui textus facit differentiam inter successorem singularem & vniuersalem, talis enim bonæ fidei emptor, quique habet causam a malę fidei possessore non solum facit fructus suos, sed etiam præscribere potest, vt per glossam in dicta l. sequitur.§. fructus.vbi gloss.nihil de hoc dicit, sed est gloss. in d.§.partus.

39 ¶†Item ex prædictis infertur, quod id, quod dicitur de hærede, qui in vitium prædecessoris sui succedit, non habet

bet locum in successore prælaturę, quia successor prælatus non dicitur successor vniuersalis, neq; personam prædecessoris representat. capitulo finali. ne prælat. vices suas. cum ibi not. & ideo quamuis prædecessor in mala fide fuerit, & fructus acquirere non potuerit, tamen prælatus, successor, qui est in bona fide, fructus suos faciet, quoniam licet in prælatura seu in eius iure succedat, non tamen in iure ipsius prælati prædecessoris, quoniam ius suum non causat, neq; consequitur a defuncto, sed a superiore ipsum instituente, propterea instituens, & conferens dignitatem, & prælaturam ecclesiasticam dicitur illi donare, & ab eo tanquam donatore ius præuenire dicitur iuxta c. relatum. cum ibi not. & c. inter cætera. de præben. & ideo, successor in prælatura potest præscribere, & bonam fidem habere, & consequenter fructus acquirere, quamuis prædecessor hoc non potuerit, nec bonam fidem, sed malam habuerit. & idcirco mala fides prædecessoris prælati non nocebit successori, qui in vitium, & culpam prædecessoris succedere non dicitur, propterea quia non succedit in ius vniuersum prælati defuncti, sed in ius vniuersum prælaturę, ut not. in c. de quarta. de præscrip. & in c. cura. de iure patronatus. in fin. gloss. magnæ, habetur in c. si diligenti. de præscrip. & per Dynum in c. possessor. de regulis iuris. in sexto. & hoc est, quod voluit dicere Bald. in l. emptorem. in secunda columna. C. locati. quod successor in prelatura, vel rectoria tenetur stare rebus bona fide gestis, & rite, & debita solennitate factis, quia eadem persona significatione eiusdem officij esse uidetur, aliàs non tenetur machinationibus, & fraudibus antecessoris stare, quia in segetem successoris non potuit antecessor falcem immittere. c. hoc consultissimo, §. fina. de rebus ecclesiæ non alienan. in sexto. Archidiaconus in c. alienationes. duodecima, quæstione secunda. cum similib. alleg. per Baldum in d. l. emptorem.

40 ¶ † Reperio tamen Abb. in dicto capitulo finali. ne prælati vices suas. dum opponit contra ibi dicta de prælato, quòd teneatur stare contractui, seu locationi prædecessoris, de text. in dicta l. emptorem. ubi successor singularis colono stare non tenetur, qui dicit, illam legem loqui in successore singulari & in eo, qui non habet administrationem rei respectu successoris, sed prælatus dicitur esse successor vniuersalis, & habere administrationem respectu successionis, & ideo colono, seu contractui prædecessoris stare tenetur, quando locatio facta fuit nomine ecclesiæ, & prælaturæ, quę nunquam moritur. c. si gratiosè. de rescriptis. in sexto. Facit etiam quod not. glo. in capitulo, quia episcopus. tertia, quæstione quinta. quæ dicit, prælatum non æquiparari tutori: quia prælatus est perpetuus, tutor temporis, prælatus utitur bonis ecclesiæ, vt proprijs, tutor non. Item prælatura est honor, tutela onus, prælatus habet liberam administrationem & generalem bonorum ecclesię, sed non tutor.

¶ Quare tu dicas, quòd successor prælatus non dicitur vniuersalis successor prædecessoris; quia in ius suum non succedit, sed bene est successor vniuersalis prælaturæ, & ecclesiæ, in cuius ius vniuersum succedit, ut per Abbatem in dicto capitulo finali. & hoc est, quod uult Baldus in dic. l. emptorem. Dic, vt latius habetur in d. capitulo finali. & per glossam & Baldum in l. iubemus. in principio. C. de sacrosanctis ecclesijs.

¶ Quid autem dicendum sit de successore in præbenda, uidetur, quòd dicatur successor singularis non canonici prædecessoris, quia quoad illum nulla datur successio, dicto capitulo finali. & ibi omnes, ne prælati vices suas, nec etiam dicitur ecclesiæ, vel in eius ius succedere, sed potius dicitur successor glebæ, & rei temporalis, iuxta nota. in capitul. cum M. Ferrariensis. de constitutio. & ideo prædecessor non habet potestatem obligandi successorem. l. si quis domum. §. primo. ff. locati. & dicit Baldus in dicta. l. emptorem. quòd qui succedit in præbenda, non dicitur habere causam a prædecessore, nec transmissionem, sed succedit per viam priuationis: quia corruptio antecessoris est generatio successoris ex natura ordinis, & non transfusionis, nec creationis capitulo dilecto. de præbenda. Dicas tamen, ut tetigi supra in capitulo cum omnes. de constitutionibus. post Abbatem in notabilibus.

¶ Secunda sit conclusio ex verbis Abbatis, quòd bona fides superueniens absque mutatione personarum ex causa iusta & legitima putandi se bonæ fidei possessorem prodest ad acquisitionem fructuum, nec spectandum est initium possessionis malæ fidei, sed bonę superuenientis ex iusta & legitima causa; nam a tempore superuenientis bonæ fidei possessor incipit acquirere fructus postea perceptos: non autem ante perceptos tempore malæ fidei possessionis: si verò possessor sola cogitatione bonæ fidei esse cœperit, & non ex superuenienti iusta & legitima causa, tunc talis simplex cogitatio bonæ fidei nihil operatur, neque facit, quod

41 quoad effectus iuris dicatur esse bonæ fidei, † quia sine iusta, & legitima causa superuenienti quis non potest mutare sibi causam possidendi. l. non solum. §. primo. ff. de vsucapio. l. cum nemo. cum ibi notat. C. de acquiren. possess. l. tertia. §. illud. ff. eodem. sed ex causa iusta, & legitimo titulo sic, & ideo potest incipere vsucapere id, quod prius propter malam fidem, quam habebat, non poterat: quia noua causa iusta præbet causam bonæ fidei, vt in dictis iuribus, & hæc conclusio est de mente Bartoli in d. l. sequitur. §. fructus. circa medium. ff. de vsucap. quamuis hoc in dicta l. ex diuerso decidere ausus non fuerit, quod satis mihi placet: & ex his hæc quatuor principaliter proposita sint expedita.

¶ Sed pro declaratione omnium prædictorum animaduertendum est, nam supra dictum fuit, quod possessor siue malæ, siue bonæ fidei, qui fructus percepit, tenetur illos restituere, & aliquibus casibus ad illorum restitutionem cogi potest, etiam quando eos suos fecit. Dubium nunc superest, an hoc sit verum indistinctè, an verò sit aliquo modo a iure succursum, vt non cogatur illos restituere. do. Anton. leuiter se expedit, sed ex uerbis Abba. hic aliquas conclusiones elicio.

42 † Prima sit, quod bonæ fidei possessor sine titulo fructus, quos perceptione, seu cultura suos non fecit, quales sunt fructus naturales, potest per spatium triennij vsucapere, & acquirere: quia quoad hos fructus, qui nondum erant acquisiti bonæ fidei possessori sine titulo, recta & indubitata procedit vsucapio triennalis, vt in d. §. fructus. & ibi glo. & Barto.

¶ Hęc prima conclusio pęnes me est dubitabilis; quoniam cum possessor sit bonæ fidei simpliciter sine causa, & aliquo iusto titulo, sequitur, quòd fructus, qui sunt res mobiles, spatio triennali vsucapi non possunt; quia sine titulo & iusta causa possessionis præcedente res mobilis vsucapi non potest, vt insti. de vsucap. §. j. l. vnica. C. de vsucap. transfor. l. j. §. sed cur. cum legibus sequentibus vsq; ad l. eum qui. ff. de publicia. vbi plures iustæ causæ ponuntur, ex quibus quis cum bona fide vsucapere potest, vnde quamuis bonæ fidei possessor excusetur a furto fructuum, iuxta quæ habentur in d. §. sequitur. non tamen hęc sola bona fides erit sufficiens, vt ipse possit fructus naturales, quosq; percipiendo suos non fecit, sine aliquo iusto titulo vsucapere, vt etiam videtur probare. d. l. sequitur. §. sed hæc.

¶ Nec contrarium voluit Bartol. in d. §. fructus. si bene uerba sua consideres: nam ipse præsupponit, quòd fructus naturales, quos quis suos non facit, possint usucapi, ut ibi dicit text. non intelligas ab eo, qui solùm erat in bona fide, nec habebat titulum, nec iustam causam vsucapiendi, sed ab eo, qui iustum titulum, iustamq; causam habebat, puta ut dicit ibi gloss. in dicto §. fructus, ab hærede, vel ab alio, qui haberet iustam causam, iustumq; titulum a simplici bonæ fidei possessore.

¶ Nisi saluando Abbat. diceres, quòd ad vsucapiendum vltra bonam fidem sufficit iustus titulus, ac etiam quælibet iusta causa possessionis, ut insti. de vsucap. in princ. ibi, rem emerit, uel ex donatione, aliave iusta causa acceperit, dicit gloss. ibi, iusta causa, ideo sic dicit tex. quia multæ sunt iustæ causæ possidendi sine titulo. d. l. j. §. sed cur. cum ll. sequen. de pub. Item glos. in §. j. ibi insti. de vsucap. dicit iusta causa, uel quasi, ut quia habuerit rem ex causis, de quibus in d. l. j. §. sed cur. cum sequen. sed omnes illæ causæ habentur pro iusto titulo, seu sunt iusti tituli, ergo &c. & ideo glos. in §. sed tamen. insti. de vsucap. in uer. dotis, quia & hic est iustus titulus ad usucapiendum.

¶ Quare tu melius dicas, saluando & declarando mentem Abb. hic, & Bart. in d. §. fructus, quòd bonæ fidei possessor sine titulo fructus, quos non fecit suos, ut naturales, per triennium vsucapit sine titulo, sed non sine iusta causa tituli, ut quando iustè credebat se habere titulum, cũ non haberet, uel pro hærede, ut in d. §. sed tamẽ. & melius in l. quod

vulgò, vbi habes casum & exemplū.ff.pro emptore. & in l. pro legato.ff.pro lega.l.1.& 2.ff.pro solu.cum simi.& habetur p gl.in §.nouissime. in ver.error.insti.de vsuca. & hoc voluit dicere gl.ibi in §.1.dum dicit iusta causa, vel quasi, nam istis casibus procedit vsucapio sine vero & iusto titulo, non tñ sine iusta causa tituli; quia requiritur verus, & iustus titulus, aut putatiuus, & vt adsit iusta causa sic putandi, vt in dictis iuribus, & ita debes intelligere hanc conclusionem de bonæ fidei possessore, qui haberet saltem iustā causam tituli putatiui; vt quia credebat se iuste esse hæredem, emptorem, vel legatarium, cum non esset, vt in locis allegatis, alioquin non posset dici bonæ fidei, si crederet rem nō esse suam seu non vt suam tenere.l.fi.C.vnde vi.

43 ¶†Secunda sit conclusio quòd bonæ fidei possessor cum titulo irreuocabiliter acquirit per vsucapionē triennalem fructus, quos perceptione, siue cultura reuocabiliter suos fecerat; quia aduersus actionē, per quam cogi poteram ad restitutionem alicuius rei, possum rem meam præscribere, & cōsequenter irreuocabiliter, l.in bello.§.si quis seruum. ff.de capt.& postli.reuer.cum glo. vbi est casus notabilis; & quamuis rem meam vsucapere non possim: quia qđ meum est, amplius meum effici non potest.d. §.si quis seruum.d. §.sic itaque.l.sequitur.§. lana. cum ibi no. ff. de vsucap. tñ illud est verum, qñ illud est meum irreuocabiliter, secus si esset meum reuocabiliter, q̄a tunc illud possum vsucapere, & vsucapio prodest, vt id meum irreuocabiliter efficiatur; vt probatur in d.§.si quis seruum.& ideo quamuis fructus percepti a bonæ fidei possessore effecti sint sui, tamē ex quo illos restituere tenetur, vel officio iudicis, vel condictione sine causa, vt s̄.& sic reuocabiliter illos fecit suos, per vsucapionem dicetur facere suos irreuocabiliter, ita declarant Bar.in d.§.fructus, & Cyn.in l.ancillæ.C.de fruct.& ita intelliguntur ea quæ hic voluit do. Anto. ¶Contra hoc vltimum, quòd imo non possit bonæ fidei possessor, siue cum titulo, siue sine, fructus, quos facit suos reuocabiliter; vsucapere, videtur tex.in d.l.sequitur.§.lana. qui loquitur de eo qui bona fide emit rem, vt oues a fure, & qui facit fructus suos, quos ipse per se recepit, & reuocabiliter: quoniam illos tenetur restituere saltem officio iudicis, vt in terminis præsupponit hic Abb.& tamen bonæ fidei possessor cum titulo illos vsucapere nō potest, cum statim effecti sint sui, & reuocabiliter, secundùm Abb. hic, & est de mente sua. s̄.in 1.membro. ¶Vnde vel dicendum est, q̄ aut bonæ fidei possessor cum titulo statim facit fructus suos irreuocabiliter, aut falsum est, quòd per vsucapionem etiam possit acquiri irreuocabiliter illud, quod reuocabiliter acquisitum erat, per tex. in d.§.lana. ¶Tu dicas pro declaratione prædictorum, sequendo illud, quod Abb.hic voluit ex mente Bart. in d.§.fructus. q̄ bonæ fidei, possessor sine titulo fructus, quos facit suos, illos facit reuocabiliter, vt dixi. supra post Abba. in 1.membro, & ideo eos irreuocabiliter vsucapere poterit. d.l.in bello. & hic per Abb. sed bonæ fidei possessor cum titulo illos fructus, quos recipit, & sic naturales et facit suos irreuocabiliter, vt in l. bonæ fidei.in prin.ff.de acquir.rerum domi.l.qui scit.§.in alieno.ff.de vsu. inducendo, vt s̄.illorum.insti.de offi. iudi.non cauillando literam, & intelligendo illam in bonæ fidei possessore cum titulo, qui titulus in eo operatur illud, quòd simplex possessio bonæ fidei non operatur, videlicet acquisitionem fructuum irreuocabilem, quod patet, quia si bonę fidei possessor cū titulo faceret fructus suos tantū reuocabiliter, sequeret̄, q̄ illo vsucapere posset, vt irreuocabiliter illos acq̄rere valeret veluti in d.l.in bello.§.si quis seruum. quod tamen est falsum, vt est tex.in d.§.lana.ergo infertur, q̄ illos statim facit suos irreuocabiliter, vt in dicto §.lana. ibi nec vsucapi potest, sed statim est emptoris &c. Cuius contrarium tamen Abb.hic præsupponit.

¶Nec aduersatur tex.in §.si quis a non domino.insti.de rerum diui. quia non probat, quòd extantes, siue consumptos restituere teneatur, nisi a contrario sensu, ergo &c. & sic erit differentia inter bonæ fidei possessorem sine titulo, & cum titulo; quia sine titulo facit fructus suos reuocabiliter, & ita debent intellligi ea quæ ponit Abb. s̄. in primo membro ibi sedente, quam &c.sed cum titulo acquirit fructus, & suos statim illos facit irreuocabiliter.

¶ Vel forte melius dici posset pro saluatione dictorum Abbat. quòd aut loquimur de fructibus industrialibus, & illos bonæ fidei possessor cum titulo statim facit suos irreuocabiliter, & ideo vsucapio non est necessaria. dicta lege, sequitur. §. lana. qui textus. loquitur de his fructibus industrialibus, aut loquimur de fructibus naturalibus, & illos non facit suos irreuocabiliter, sed reu ocabiliter, & ideo vsucapio prodest, vt hic per Abba. dum loquitur de naturalibus, & quamuis de industrialibus etiam loquatur tamen debet intelligi, quando bonæ fidei possessor sine titulo illos cępisset, & sic suos reuocabiliter fecisset. Ratio autem differentiæ inter naturales, & industriales manifesta est. quia datis paribus terminis, magis & facilius acquiruntur iudustriales, quam naturales, vt probatur in l. fructus, ff. de vsur.& in d. l. bonæ fidei.in princip.ibi, sed omnes &c.ergo bonæ fidei possessori cum titulo magis dicentur acquiri industriales, quam naturales, quia naturales: reuocabiliter, industriales verò irreuocabiliter, sicut in simpliciter bonę fidei magis illi acquiruntur industriales quam naturales, vt supra conclusum fuit.

¶An autem ad acquisitionem fructuum requiratur naturalis possessio, †an ciuilis, an verò vtraque simul? Abba.se 44
remittit ad not.per Bart. in l.3. ex contrario. ff. de acquir. possess.& in l.si fur.in princip. ff. de vsufru. per Dyn.in ca. possessor.de regu.iur.in 6.& in effectu Docto. ibi communiter concludunt, solam ciuilem, sed non solam naturalem sufficere ad fructus acquirendos. l.si fur.aliàs est. l.arboribus.§.si fur.ff.de vsufruc.l.qui scit.§.præterea. ff.de vsur.l. si vsufructuarius messem.cum ibi not. ff. quib. mod. vsusfruct.amit.inducendo, vt facit Barto.ibi, & in d.§.ex contrario. hanc conclusionem sequitur Bald. in d. l.si fur. per illum text.ac etiam in d.l.si vsufructuarius messem.eam tamen ipse limitat, nisi cum sola naturali concurreret vtile dominium rei, quia tunc naturalis possessio cum dominio vtili coniuncta acquisitionem fructuum causat.allegat Baldum d.l.qui scit. §.in alieno. in fin.verb.dum loquitur de fundo vectigali, & vult quòd conducenti fundum vectigalem, qui dicitur habere dominium vtile & naturalem possessionem, vt habetur, & not. in d.§.ex contrario. & in l.si vt certo.§.si duobus vehiculum.ff.commoda.acquirantur fructus statim, ex quo à solo separati sunt sicut bonæ fidei, & non domino habenti ciuilem ergo: sicut bonæ fidei acquiruntur ex sua ciuili, ita conduceti vectigalem fundum dicentur acquiri ex sua naturali.

45 ¶†Hæc limitatio Bald. non placet; quoniam is, qui vtile dominium habet, fructus ex sua naturali possessione non acquirit, quæ non est sufficiens, vt s̄.sed ex suo vtili dominio: quoniam.d.l.qui scit.§.in alieno, in fi.solum hoc considerare videtur, quòd habeat rem tanquam vectigalem, & sic considerat solum vtile dominium, non autem possessionem, prout illam in bonæ fidei possessore considerat, & q̄ ius vtilis dominij sit illud, quod acquisitionem fructuum causet in eo, qui vtile dominium habet, non autem naturalis possessio, probatur in ca.1.in fin. in quibus causis feu. amit. vbi de hoc est text. & hoc videtur expresse de mente Barto.in dicto §.ex contrario. postquam conclusit, quòd sola naturalis acquisitionem fructuum nō causat, dicit enim non obstare, quod dicitur de feudatario, vsufructuario, emphyteuta, & similibus: quia tales non dicuntur acquirere fructus ex sua naturali possessione, sed ratione iuris & perceptionis, quam habent, & consequenter ex suo iure & vtili dominio quod est causa perceptionis fructuum. De hoc articulo vide latius per scriben. in d.§.ex contrario.

46 ¶†Item quærit hic Ab. pro declaratione huius tex. & aliorum iurium, quæ volunt, malæ fidei possesorem sine titulo, & maximè violentum teneri de fructibus percipiendis, an hoc intelligatur de his, quos ipse malæ fidei possessor percipere potuisset, an verò ipse dominus, si rem possedisset, de qua q. aliqualiter. supra in notabilibus tetigi. Ex verbis Abbatis habemus quatuor super hoc articulo opiniones diuersas propter nonnulla iura, quæ diuersimodè loqui videntur, nam aliqua velle videntur, q̄ habeatur relatio ac respectus ad fructus, quos dominus & petior percipere potuisset, si ipse possedisset, vt habetur in l. si nauis. §. 1.& in fin. ff. de rei vendica. cum gloss. in l. ex diuerso. cum glo.& gloss. in l. fructus. eod. titu. in l. apud Iulianum. §. 1. ff. de lega. 1.& hic l. sed & partus. in prin.& ibi glo. ff. quod met. causa. l. prima. C. de fide instrumen. lib. 10. Aliqua innuūt, quòd habeatur relatio ad fructus quos potuisset percipere ipse malæ fidei possessor, qui de percipiendis tenetur, & ad hoc allegatur communiter solùm vnus text. in l. domum. C. de rei vendic. prout illum inducunt hic Abba.& Bart. in dicta l. ex diuerso. & alij in d. l. domum. sed vltra illū ego induco tex. in l. 2. C. de pig. ac. & meliorē ac clarius probantem in l. 2. C. de fructi.& lit. expen. ad idem

l.pati.

l.pati.§.ex quo.cum ſequen.& ibi glo.ff.de minori.vbi habetur relatio ad eum,qui reſtituere tenetur, hoc eſt ad poſſeſſorem.Idem probatur in l.ait prætor.§. per hanc.il 2.ff. de his,quę in frau.credi.ibi,non tantum,qui percepti ſunt, verum hi,qui percipi poterunt a fraudatore veniunt.

¶Quare pro ſolutione & concordia horum iurium & dictorum Bartol. Abb. relatis tribus opinionibus quartam ponit ex cuius verbis hanc concluſionem facio, quòd de rigore iuris,ſi poſſeſſor malæfidei conueniatur abeo,qui non aſſerit ſe dominum,nec fundat ſe in dominio: vt eſt quãdo agitur petitione hæreditatis: tunc quoad fructus percipiendos haberi debet reſpectus ad perſonam poſſeſſoris, non autem agentis, vt in l.item veniunt. §.item eos. ff.de peti. hæredi.l.ſed ſi lege §.ſed fructus . eodem titulo, quæ iura hoc bene probant,ſi vero cõuenitur ab eo,qui aſſerit ſe dominum,& intentionem ſuam in dominio fundat, vt quando agitur rei vendicatione;tunc de iure.ff.habenda erit ratio ſolum ad fructus, quos petitor & agens, ſeu dominus percipere potuiſſet,vt in d.l.fructus.d.l.ex diuerſo.d.l.ſi nauis.d.l.apud Iulianum.§.j.d.l. ſed & partus. in princip. ſed per ius Codicis additum fuit, quòd etiam haberetur ratio ad illos, quos malæ fidei poſſeſſor percipere potuiſſet, & ita loquitur d.l.domum.& d.l.2.C.de fruc.& lit.expen.& C. de pigno.actio.& in hoc ius Codicis nõ corrigit ius.ff. ſed illi addit. erit ergo in electone domini agentis, & petitoris petere, vel quos ipſe percipere potuiſſet, vel quos malæ fidei poſſeſſor,prout magis ipſi domino petenti expediet, & melius probare poterit,vt dicta l.prima.C.de fid.inſtrum. li.10.& ita.ſ.de rigore intelligatur id, quod voluit Bart.in d.l.ex diuerſo.qui ſic diſtinguit,& declarat iura.ff.& Codicis,& huic opinioni Bartol.etiam conuenit opinio Guliel. de Cug.in dicto l.domum.qui idem ferè ſenſit: & hoc poteſt dici fundatum & introductum eſſe in odium violenti poſſeſſoris,vt ſibi imputetur,ſi ipſe aliquos fructus ſua induſtria percipere potuerit, & ſic prodeſſe domino, & non fecerit:quoniam ex quo ſpoliauit, & contra æquitatem, ac omnia iura vim intulit,compellitur colligere, & percipere tot fructus,quod ex ſua induſtria percipere potuit,alioquin ad illos in odius ipſius violenti poſſeſſoris ex rigore iuris teneretur.Et ita intelligit Abb.no.per Bartol.in d.l. ex diuerſo.De æquitate verò iuris procedit alia opinio Barto.de qua in d. l.domum, qui in effectu ſecundum Abb. voluit, quòd regulariter habeatur reſpectus,& ratio fructuũ,quos dominus,ſeu petitor percipere potuiſſet, nõ autem poſſeſſor ſingulariter,vt hic eſt tex.& ita intelligantur iura dicentia debere attendi poſſibilitatem petitoris,& domini, vt d. l.ſi nauis.d.l.apud Iul.§.j.d.l.ſed & partus.& d.l.j.C.de fide inſtrumen. lib.10. Niſi quando poſſeſſor violentus tantum percipere potuiſſet, quantum communiter quilibet poſſeſſor,ita quòd non habeatur reſpectus ad ſingularitatẽ perſonæ poſſeſſoris:quoniam hoc caſu petitor,& dominus non poſſet prætendere intereſſe, ex quo ipſe vel alius plus communiter percipere non potuiſſet, quamuis ex ſua ſingulari induſtria poſſeſſor violentus conuentus plus percipere potuiſſet: hæc eſt mens & intentio Ab.hic per iſtũ tex.

¶Tu autem conſidera circa hũc articulum ſatis difficilem ob iura,quæ diuerſimodè loqui videntur, & propter opin. varietatem,quòd in primis opinio Vltramon.de qua in dicta l.domum.dicentium, ante moram debere attendi, id quod malæ fidei poſſeſſor percipere potuiſſet. d.l. domũ. cum ſimi.ſed poſt moram illud,quod petitor & dominus, vt hic,& dicta l.ſi nauis.cum ſimi. non videtur ſuſtentabilis,nec bene iuribus ſuper hoc loquẽtibus conuenire; quoniam videtur contra.dicta l.ſecunda.C.de fructi.& lit.expen.quæ loquitur poſt moram, videlicet poſt litem conteſtatam,& rem iudicatam,quo caſu quis in mora dicitur cõſtitutus,vt habetur in l.vinum.ff. ſi certũ petatur. & ſupra, dictum fuit.l.nemo.§.j.ff.de verborum obligatio.no. in l. ſi quis ſolutioni.in princip.ff.de vſur.& argumen.l. partũ. ff.eodem,&tamen dicit tex.poſſeſſorẽ teneri etiam de fructibus,quos ipſe percipere potuit.

¶Præterea,ſecundum Bartol.in dicta l.ex diuerſo.& hic ſecundum Abb.hęc opinio non eſt ſuſtentabilis,nec cõgruit iuribus allegatis:quia eſt contra dicta l.domum.quæ loquitur in prædone,& ſic in violento poſſeſſore,qui ſemper eſt, & fuit in mora.l.prima,C. quod me.cauſa, ſed melius allegare potuerunt.l.marito.& l.j.§.vbi enim.& vbique no.ff. de vi & vi arma.& tamẽ tex.in dicta l.domũ. vult poſſeſſorem teneri de fructibus,quos ipſe percipere potuiſſet.

¶Poſſet tamen dici,ꝙ non loquatur de violento poſſeſſore, ſed de pdone,& ſimplici malæ fidei poſſeſſore, qui non dr̃ in mora: quia ſolum ratione violentiæ quis dicitur in mora,vt in iuribus præallegatis:& quamuis dicat iniuria occupatam,non tamen ſequitur,ergo vi quia dicitur iniuria fieri,quod non iure fit,vt inſti. de iniur.in §.j.cum ſimi.& dũ dicit occupatam,impropriè loquitur ibi per gloſ. quia mobilia occupantur.Satis tamen ex prædictis conſtat, opinionem vltramontanorum non conuenire iuribus allegatis, quæ inter ſe contrariari videntur.

¶Opinio quoque Abb.Vltimo loco poſita ſecundum quã dedi concluſionem,non placet,dũ quærit concordare opinio.Bar.in dicta l.ex diuerſo.cum opinione eiuſdem in d. l.domũ.vt retuli.ſupra in primis;quia reſtringit omnia iura loquentia de hoc, & illa dicta Bar. ad malæ fidei poſſeſſorem violentum,& ſic ad ſpoliatorem ſolum, vt clarè colligitur ex verbis ſuis, & non determinat, quid iuris poſtea ſit in aliis malæ fidei poſſeſſoribus non violentis, & tamen iura præallegata non ſolum loquuntur de poſſeſſoribus violentis, ſed etiam de aliis malæ fidei poſſeſſoribus,vt in d.l. apud Iulianũ.§.j.& in d.l.2.C.de fructi.& lit.expen.in l.j. C.de fid.inſtru.li.10.& in d.l.patri.ff. de mino. cum ſimil.

¶Secundò non placet hæc opinio Abb.dum facit differentiam inter rigorem iuris & æquitatem in hoc, vt ſupra relatum eſt.Nam hæc differentia & hæc opinio videtur præſupponere,quòd id,quod eſt de rigore corrigitur per id,qđ eſt de æquitate,& conſequenter illa iura quæ præſupponũt debere attendi etiam id,quod malæ fidei poſſeſſor percipere potuiſſet,quæ de rigore intelligi debent corrigi dicãtur per iura violentia debere attendi id, quod dominus percipere potuiſſet,quę ſecundum Abb.de æquitate loquuntur, quia dicere hoc procedit de æquitate,illud de rigore,eſt inducere iuris correctionem,argumen.l.leges.C.de legibus. l.diuus.ff.de in integ.reſtitu.l.placuit.C.de iudi.cum ſim. & idèo hæc diſtinctio & reſpõſio nõ eſt admittenda,vt etiã ſolitus eſt dicere Bar.in l.cotẽ,§.qui maximos. ff. de publica.in l.Plautius.ff.de auro & argen.leg.& in l. vxoris abortu.C.poſthu.hæred.inſti.Soci.in l.ſi fuerint.in princ.ff.de rebus dub.Bartol.in l.ſi vt certo. §. ſi duobus vehiculum. ff.commoda.

¶Præterea Abb.ac etiam Bartol.in d.l.ex diuerſo. præſupponunt,de iure.ff.ſolum cautum eſſe, ꝙ poſſeſſor malæ fidei teneret de fructibus, quos dominus percipere potuit, & non ipſe poſſeſſor; quia hoc vltimum additum fuit per ius Codicis ſecundum eos, quod videtur contra l.patri. §. ex quo.& in §.ſeq.cum glo.ff.de mino.& l.ait prętor.§.per hanc.il 2.ff.de his,quæ in fraud.credi.vbi poſſeſſor malæ fidei tenet de his. quos etiã ipſe pcipere potuiſſet, ergo &c. Rurſus Bar.in d.l.ex diuerſo.nõ loquitur de rigore,nec ibi ad caſum æquitatis ſe reſtringit,nec etiam in d.l. domum.

¶Præterea non placet diſt.Bar.& Abb.dum faciunt differẽtiam,an agens fundet ſe in dominio,& ſic an reus cõueniatur ab eo,qui aſſerit ſe dominum,& fundat ſe in dominio, an ab eo, qui non ſe fundat in dominio,an ab eo,qui aſſerit ſe dominum,& fundat ſe in dominio,vt s̃.Nam tex.in d.l. item eos.& in d.l.ſed ſi §.ſed & fructus.non probant,malæ fidei poſſeſſorem.& prędonem teneri de his,quos ipſe percipere potuiſſet,ſed ſimpliciter loquuntur,& maximè in d. §.ſed & fructus, quos percipere debere eos præſtaturos, ſi tamen bene inſpiciatur ille text.pſupponit malæ fidei poſſeſſorem teneri de his,quos ipſe percipere potuit.

¶Verum alia ratione non placet hæc differentia,an quis cõueniatur petitione hęreditatis,an rei vendicatione,quoniã vtroq; caſu tenebitur de fructibus, quos ipſe percipere potuit,vt in §.& ſi hęreditas.cum.§.illorum inſti.de offi.iud. vbi tex.vtrunque caſum parificat,& hoc voluit glo. in d.l. ſed ſi §.quod autem.in verſi.ſed & fructus,quòd idem. qđ. dicitur in d.§. habeat locum etiam in rei vendicatione, per tex.in §.illorum.

¶Non obſtat,ꝙ ille text.vult, malæfidei poſſeſſorem teneri de his,quos ipſe percipere potuit : quia idem dico eſſe etiã quando agitur rei vendicatione,vt per glo.in d.§.ſed & fructus.& in d.§.illorum.

¶Præterea non placet,quod dicunt Barto.& Abb.ꝙ quãdo quis cõuenit petitione hæreditatis,dicatur cõueniri ab eo, qui non aſſerit ſe dominum,nec ſe fundat in dominio, q̃a hoc videtur falſum; quoniam petitio hæreditatis non dat niſi illi,qui eſt hæres, ſeu dicit ſe hæredem, quique adiuit hæreditatẽ ex aliqua parte legis,quæ hæreditatem deferat,

siue ex testa.siue ab intestato,ut in l.j.& 3.ff.de pet.hær.& dixi.s.per Bar.in l.j.C.quo.bo.ergo qui agit petitione hæ. ex quo asserit se hæredem,dicitur se asserere dominum,& sic se fundat in dominio saltem vniuersali,sicut qui agit rei vendicatione,asserit se dominum saltem singularem,ut ꝓbatur in dicto.§.& si hæreditas. Institut. de officio iudic. ibi, si petita sit hæreditas, eadem circa fructus interueniunt, quæ diximus interuenire de singularium rerum petitione, & ibi in vtraque actione eadem ratio plenè habetur &c.

¶ Quare mihi pro nunc magis placet opinio Gulielmi de Cugno indistinctè posita, videlicet, quòd in electione sit ipsius agentis,seu domini petere fructus a malæ fidei possessore,vel quos percipere potuisset ipse dominus, vel quos ipse possessor, prout magis ipsi domino expedire videbitur,& hoc argumento.l.quoties.ff.de actionibus, & obligationibus. vbi,quando succursum est agenti pluribus remedijs, in electione sua est intentare, quam vult,non faciendo differentiam in hoc inter ius ciuile & canonicũ, nec inter ius Digestorum & Codicis: quia idem est de iure Codicis, quod de iure Digestorum, ut supra. Nec etiam faciendo differentiam inter æquitatem & rigorem iuris: quia id iure non probatur, & hoc modo possunt intelligi iura, quæ in hac materia allegantur. Nam textum iste vult, quòd possint peti fructus, quos potuisset percipere dominus, & petitor, non tamen negat, quin etiam ij peti possint; quos possessor malæ fidei potuisset percipere. Idem probatur in dicta.l.si nauis.in fin.in dicta.l. apud Iulianum.§.primo,in l.sed partus.in prin.ff.quod metus causa,in l.prima.C. de fide instrumentorum. libro decimo. Alia verò iura tam Codicis,quam.ff.probant,quòd possint peti illi, quos malæ fidei possessor percipere potuisset,vt in dicto §.illorum.in dicto §.& si hereditas,in dicta l.domũ. in dicta.l.secunda,C.de fructibus,& litium expensis in d. l.pati,in d.l.ait prætor.§.per hãc.ff.de his,quæ in fraudem creditorum gesta sunt. quæ iura non magis loquuntur in violento, quàm in non violento possessore, ergo indistinctè tenenda est opinio Gulielmi de Cugno, de qua s.

47 ¶ † Et quia sæpe supra dictum fuit, quòd quando quis ex fructibus consumptis est effectus locupletior, tenetur eatenus,quatenus fuit factus locupletior, vt in l. si eum seruum.l.si me & Titium.ff.si certum petatur.cum simi.esset videndum, quando quis dicatur effectus locupletior, sed quia longa esset habenda distinctio, ideo te simpliciter remitto ad ea,quæ habentur per Bartolum in l.si ipsa res. & ibi Alexander.ff.quod metus causa. & dicitur locupletior ille,qui non est effectus pauperior, ut ibi per Alexandrum & est tex.in l.in pupillo.in §.primo.ff.de solutio. & quamuis aliqui,ut fuit Ioan.istud reprehendant,tamen sustinere debet, & intelligi secundum quod declarat Bartolus, in l. prima.§. impuberes.ff. commoda. videlicet, quando quis faciendo, vel soluendo illud, ad quod faciendum,vel soluendum per actionem conueniebatur, pauperior non efficeretur, & sic eius patrimonium non minueretur iuxta.l.damnum.ff.de damno infecto. Ita colligitur ex tex. in dicta.l.in pupillo.in §. primo. iuncta glossa in versiculo pauperior, vbi habetur etiam, quòd tempus inspici debeat, quòd quis sit locupletior. vide ibi per Bartolum, & in lege si a domino. §. quo tempore.ff. de petitione hæredita.

¶ Item dicitur locupletior, qui habuit precium, sed non consumpsit, alioquin secus. l. si de eo. in fine. ff. ad exhiben.

¶ Item dicitur locupletior, qui rem, seu precium consumpsit in vtilitatem suam,& circa id, circa quod de suo quoque necessario expendisset.l.sed & si.§. quod autem.ff. de petitione hæreditat.

¶ Item si recepit aliquid ex obligatione ad antidora ab aliquo,dicta.l.sed & si.§.consuluit cum.§.si quis re sua, secus si antidora non recepisset,sed solum haberet aliquem naturaliter,& ad antidora obligatum,vt ibi per Bartolum,& secundùm Angelum in l. illud.§.prædo. & secundum gloss. in l.vtrum.ff. de petitione hæreditatis. in dubio ille, qui possedit,& fructus percepit,præsumitur locupletior.

48 ¶ Vltimo quærit Abbas hic,qualiter fructus peti debeant. Pro cuius declaratione primò querendum est, an fructus possint peti in eodem libello vna cum ipsa re, an uero separatim petẽdi sint:secundò an petendo fructus sit exprimenda certa quantitas ipsorum, vel æstimatio tertio an precise sint petendi fructus percepti,an præcisè æstimatio, an vero vtrumque alternatiuè.

49 ¶ † Et ex verbis Abbatis circa hæc tria quasdam conclusiones facio.Prima sit,quòd illis casibus, quibus fructus vendicari possunt, in vno & eodem libello per rei vendicationem non possunt principaliter peti res, & fructus rei. Ita volunt Innocentius hic, & Bartolus in dicta lege ex diuerso.§.vbi autem. non enim hæc duo iudicia simul cumulari possunt: quoniam ita se habent ad inuicem, vt absolutoria lata in vno parit exceptionem rei iudicatæ in alio, ut in dicto.§.vbi autem. & hæc conclusio probatur in l. fundum.l. fundi quem. circa fin. maximè illius legis.ff.de exceptio.vbi pro ea tex.clarus esse videtur, quòd non debet petitor admitti ad fructus principaliter petendos, nisi prius de proprietate per sententiam constet,& sic, si prius petitor in rei vendicatione super re principali [illegible]tineat, deinde postquam sententia lata in illo iudicio in rem iudicatam contra possessorem transiuit, dominus, seu petitor fructus condicere potest, dicta.l. fundi, quem.& hoc est intelligendum in his casibus, in quibus ad fructus rei vendicatione agi potest, qui casus sunt, vt alias supra dictum fuit. & ad obtinendum postea super fructibus principaliter petitis sententia lata super re principali etiam iniusta & erronea, & contra ius litigatoris,ad victoriam fructuum proderit etiam in alia instantia, ac in alio iudicio, & consequenter sententia etiam iniusta, & erronea, quæ super re lata transiuit in rem iudicatam, dicetur facere ius inter partes, non solum quo ad rem principalem, sed etiam quòad fructus, & quo ad accessoria contra victum etaim in alio iudicio, vt est textum qui melius probare non posset in dicto.§. vbi autem. & ibi gloss. & Bartolus hoc expresè tenent, facit in simili quod habetur in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verborum obligationi.

¶ Ego semper fui aliqualiter dubius super hac conclusione, videlicet quando fructus peti possunt rei vendicatione, vt quando fructus extarent, neque consumpti essent, quia essemus in malæfidei possessore respectu omnium fructuum, vel in bonæfidei sine titulo respectu naturalium iuxta ea, quæ dixi supra. Nam ex quo tales fructus rei vendicatione peti possunt, quia extant & non sunt effecti possessoris, videtur dicendum, quòd in eodem libello, & æquè principaliter peti possint, quodque ambæ hæ petitiones simul & semel in eodem libello cumulari queant,ex quo inter easdem personas fiunt, & vnum, idemque remedium competit, & ex eadem causa, ac vnum est principale, aliud quodammodo accessorium, quoniam regulariter cumulatio permissa censetur, nisi ex aliquibus regulis prohibentibus,ea sit impedita, ut plenè habetur in lege edita. C. de edend. & hoc videtur velle Bartolus in lege prima in penultima columna. ff. de eden.

¶ Nec obstat, quòd quando actio prima,ita se habet ad secundam, quòd absolutio lata in prima potest parere exceptionem rei iudicatæ in secunda; tunc non admittitur cumulatio, per dicta l.fundum.& dicta.l.fundi,quem. cum similibus.ibi notatis, sed in casu nostro sententia absolutoria lata super re petita parere potest exceptionem rei iudicatæ super fructibus dicto.§. vbi autem,ergo &c.quia respondetur, quòd obiectio procedit, quando quis diuersas actiones super diuersis rebus in eodem libello cumulare vellet: & ita propriè loquuntur doctor. in dicta. l.edita, & ibi Bartolus, & ita loquitur textum in dicta l. fundum. & in dicta.l.fundi. vt quia quis in terminis nostris vellet agere contra possessorem ad rei restitutionem rei vendicatione, & ad fructus condictione sine causa, & sic actione personali, vt ibi, secus ergo, si ad vtrumque agere vellet eadem rei vendicatione, ex vna, & eadem causa, videlicet ratione dominij, adeo quòd probationes factæ in vno, in alio quoque prodessent, quia tunc admitteretur cumulatio, quæ regulariter permissa dicitur cum nulla regula illam impediat, & ratio diuersitatis esse potest, quoniam quando ad rem ageretur rei uendicatione, & ad fructus condictione sine causa, illis casibus fructus condici possunt, fructus in iudicio rei vendicationis venire non possunt; quia per rei vendicationem non agitur, vt detur res, sed vt restituatur,lege officium l. item verberatum ff. de rei vendicatione, sed fructus, qui petuntur condictione sine causa, petuntur, vt dentur, non ut restituantur: quando vero sunt fructus, qui vendicari possunt, sicut res, petuntur,

tuntur, non vt dentur, sed vt restituantur, sicut res ipsa, quę non dicitur restitui nisi cum omni sua vtilitate & fructibus. l. cum prætor. l. restituere. l. plus. l. fina. in fin. ff. de verborum significa. l. in condemnatione. §. 1. ff. de reg. iuris. & ideo magis possunt venire principaliter in iudicio rei vendicationis, quàm si res peteretur rei vendicatione, & fructus per actionem personalem, hoc est condictionem sine causa.

50 ¶† Nec obstat, quòd absolutoria lata sup re principali posset parere exceptionem rei iudicatæ super fructibus extantibus, ergo cumulatio admitti non debet; quia hęc regula procedit, quando ageretur de cumulando diuersas species actionum, vt in dicta l. fundum. & in dicta lege fundi. secus: si ex eadem causa, & inter easdem personas ageretur ad diuersa eadem actione: quia tunc possent cumulari, & peti illæ res diuersæ in eo. libel. vt probatur in l. 1. §. ex die, cum seq. ff. de vi, & vi arma. & in §. planè. & in §. si fundus. cum sequen. ff. eod. titu. facit. l. item veniunt. §. simili modo. & §. fructus. ff. de peti. hæredi. vbi in eodem libello res & fructus principaliter petitione hæreditatis peti possunt. Nam continentia causæ non est diuidenda. l. nulli. C. de iudi. c. j. de sequestr. poss. & fructu. res autem & fructus rei eandem continentiam dicuntur continere in iudicio rei vendicationis; quoniam res, quæ in illo iudicio est restituenda, non diceretur restitui, nisi etiam fructus restituerentur, vt in d. l. cum prætor. d. l. restituere. cum simi. s. allegatis. ¶Secunda conclusio sit ex verbis Abb. quod fructus, qui vendicari non possunt, sed solum peti officio iudicis. & illi qui etiam vendicari possunt, in eodem libello peti possunt per officium iudicis mercenarium, vt voluit gl. & ibi Barto. in d. l. fundi, quem. ff. de exceptio. Bart. in d. §. vbi autem. facit. l. interdum. §. qui furem. ff. de furti. iũcta. l. vnica. C. quando actio ciuil. præiudicet crimi. vbi licet principaliter de eodem facto non possit agi simul ciuiliter, & criminaliter, tamen si criminaliter agatur, potest super restitutione rei furtiuæ implorari officium iudicis in eodẽ libello, vt habetur in dicto §. qui furem. & in ca. cum dilectus. de purgatione canonica. ita dicendum est in casu nostro, ꝙ quamuis fructus principaliter peti non possint rei vendicatione simul cum re in eodem libello, vt s. tamen si principaliter res sit petita rei vendicatione, fructus quoque possunt peti in eodem libello per officium iudicis illud implorando. ¶Tertia sit conclusio, quòd illis casibus, quibus fructus vendicari possunt, si solùm quis egerit rei vendicatione ad rem, & in libello nihil dixerit de fructibus, quia fructus fuerit percepti ante litem contestatam, iudex non potest reum ex suo officio condemnare ad fructus perceptos ante litem contestatam, nam ad illos officium iudicis se non extendit, vt hic per Innocentium. ex quo enim tales fructus ad rem accessoriè non veniunt, sed æquè principaliter, nisi fuerint petiti, non potest iudex in illis condemnare, argumento. l. sciendum. la 2. ff. de ædilitio. edicto.

51 ¶Hoc autem Primò fallit, † quando ageretur ad restitutionem rei ob vim compulsiuam actione quod metus causa; quia iudex posset etiam cõdemnare in fructibus perceptis ante litem contestatam, quamuis illi in libello petiti non essent. l. sed & partus. in prin. ff. quod metus cau.

¶Secũdò fallit, si agatur de vi expulsiua, vt per interdictum vnde vi, vt in l. prima. §. rectissimè. & in §. ex die. cum seq. in §. planè. & in §. illud. cum si. ff. de vi & vi ar. vel per cõdictionem ex. l. si quis intantam. C. vnde vi. vt in d. l. vbi punitur & condemnatur a iudice ad restituendum rem, ac etiam æstimationem non petitam. Nam quando agitur pro vi compulsiua, vel expulsiua, & sic ad restitutionem rei venit omnis causa, omnisque vtilitas etiam si non petatur: quoniam res restitui non dicitur, nisi cum omni sua causa, vtilitate, & cum fructibus restituatur, vt in d. l. cũ prætor. d. l. restituere. l. plus. l. final. ff. de verborum significationi. l. in condemnatione. §. 1. ff. de regulis iuris.

¶Tertiò fallit, quando ageretur actione vniuersali petitione hæreditatis, in qua veniunt accessiones & fructus, etiam si non petantur; quia augent hereditatem, d. l. item veniũt. §. fructus. cum simi. quando vero fructus in iudicio rei vendicationis accessoriè venirent, vt est, quando essent fructus percepti post litem contestatam, vel non extantes, tunc iudex non posset in illis condemnare, nisi petiti essent, quinimo post latam sententiam super re principali amplius peti non possent; quia cum officio iudicis debeantur; quoad illos officium iudicis per sententiam finitum, atque extinctum esset. l. iudex postquam. ff. de re iudicata. & argumento. l. quarta. C. deposi. vbi est text. not. quòd facta condemnatione super pecunia deposita, non possunt amplius peti vsuræ debitæ post moram; quia non duæ actiones, sed vna tantum competebat, quæ per sententiam finitur.

52 ¶†Quarta sit conclusio ex verbis Abbatis ibi ad secundum & cætera, quòd siue petantur fructus principaliter, siue accessoriè, siue fructus percepti ante litem contestatam, siue post, sufficit, quòd petantur fructus generaliter & indistinctè absque, eo, quòd exprimatur certa quantitas fructuum, satis enim est, quòd generaliter petatur res vna cum fructibus perceptis, & secundùm quod erunt postea in processu per probationes certificati, iudex condemnabit, alioquin si in processu non fuissent liquidati, neque probati, iudex nõ posset in illis condemnare, vt voluit Barto. in l. prima. in penultima columna. ff. de eden. Innocen. in capitulo tanta. de excessi. præla. Nam in accessorijs libellus generalis esse potest, sed in processu debet declarari, & liquidari. capit. cum venissent. infra eodem titulo. Cynus in l. prima. C. de proba. facit, quod voluit Bartolus in l. si quis intentione ambigua. ff. de iudi.

¶Item quãdo peto rem cum fructibus perceptis in eodem libello, vel fructus principaliter & de per se, non est necesse declarare quantitatem ad hoc, vt reus deliberare possit: qa eadem ratione, qua debetur mihi res, fructus quoque debentur, & ideo reus bene deliberare potest, cum certus sit de facto suo, an perceperit fructus, nec ne, per text. in d. l. ex diuerso. §. vbi autem. facit quod not. Innocentius in capit. secundo. de libelli oblatione. per Cynum in l. cum te. C. si quis alteri, vel sibi.

¶Bartol. tamen in d. l. ex diuerso. §. vbi autem. quoad fructus perceptos ante litem contestatam, & maximè quando principaliter per se peterentur, voluit, quòd agens quantitatem illorum exprimere teneatur, argumento. l. si in rem. ff. de rei vendicatione. l. in actione. ff. de furtis. nam cum hi rei vendicatione petantur, ad hoc, vt libellus procedat, debent certi peti: quia in rei vendicatione libellus debet esse certus, vt ibi, sed quo ad fructus post litem contestantam non debent in libello certificari; quoniam cum tempore libelli nondum percepti essent, non est necesse, illorum certã quantitatem exprimi; nam actor illam probabiliter ignorare potuit, cum diuinare non potuit, argumento. l. primę. in fin. ff. de condi. & demon. l. vbi autem. §. fundi. cum sequẽti. ff. de verborum obligationibus. plus tamen placet, id qđ prius dictum fuit, vt etiam tenuit Alexander in dicto §. vbi autem, & maximè, quando fructus generaliter petiti essent relatiuè ad certificationem, seu probationem faciendam in processu, puta dicendo, peto rem cum fructibus, seu peto fructus perceptos ex tali re, prout & secundum quòd in ꝓcessu liquidabitur. Nam sic dicerentur quodammodo in libello certificati, habita relatione ad probationes faciendas, argumento. l. penultimæ. cum ibi notatis. C. de senten. quæ sine cert. quanti. & eorum, quæ voluit Bartol. in d. l. si quis intentione. & in dicta l. prima. ff. de eden. l. hæc venditio. §. huiusmodi. ff. de contrah. emp.

¶Non obstat dicta l. si in rem. quia illud procedit, quando reus aliter deliberare non posset, sed si posset deliberare etiam in aliquo casu, quo libellus esset generalis, vt quia illud, quod peteretur, a facto suo dependeret, in quo ignorãtia non est tolerabilis, vt in l fina. in fin. cum ibi notatis. ff. pro suo. tunc libellus generalis admitti posset, vt est gloss. in dicta l. si in rem. in fin. & per Bartolum & alios in dicta l. prima. ff. de edendo. faciunt quæ habentur in l. vnica. C. de sentent. quæ pro eo, quod interest. notatur. in §. curare. Institutio. de actionibus. cum ibi notatis. Inno. in cap. certificari. de sepultu.

¶Qualiter autem peti debent fructus contra illum, qui de percipiendis tenetur, & de his, quos percipere potuit, & non percepit, dic, vt per Bartolum in dicto. §. vbi autem. & hic per Abbatem.

53 ¶†Vltimò ex verbis Abbatis colligitur, quòd quando fructus, qui petuntur, extant, tunc peti debent fructus, & non eorum æstimatio; quoniam æstimatio debetur in subsidiũ fructibus non extantibus, argumento. l. finali. C. de fideicommissa. iibert. & dicto. §. vbi autem. & hic est textus cum similib. sed si certum sit, fructus non extare, sed esse consumptos, tunc potest & debet eorum æstimatio peti, argumento legis si vsusfructus mihi in biennium. ff. de vsufruc. legato. & l. si seruum. in fin. ff. de verborum oblig.

¶Nec

¶Nec obstat, quòd fructus ex re percepti dicantur consistere in pondere, numero & mensura, & sic debentur tãquam genus, quod perire non potest. l. incendium. C. si certum petatur. & ideo fructus in genere peti debent, non autem æstimatio: quoniam in genere suo functionem recipiunt: quia respondetur, quod isti fructus ex re mea percepti debentur mihi non, vt genus, sed vt species, & ideo illis consumptis, & non extantibus ad æstimationem deuenitur, sicut in qualibet alia specie perempta contingit. d. l. si vsusfructus mihi. At quando dubitatur, an fructus extent, an vero consumpti sint, tunc ratione incertitudinis libellus alternatiuè procedere potest, hoc modo, peto fructus si extant, vel eorum æstimationem, si non extant, & sunt consumpti: nam ratione incertitudinis admittitur libellus alternatiuus, vt habetur in c. constitutus. de restitutione in integrum. l. prima. §. quia autem. ff. quorũ legatorum. vbi optimus textus, quòd quando incertum est, quæ actio magis competat, libellus alternatiuus admittitur, & ex his sint expedita ea, quæ in hoc capitulo posuit Abb. & consequenter sit expeditum hoc solenne capitulum cum sua materia ad laudem indiuiduæ trinitatis, Amen. Augustinus Beroius Bononiensis, Vtriusque Iuris doctor.

FINIS.



VENETIIS, Apud Dominicum Nicolinum.
M D LXXVIII.

AVGVSTINI BEROII

BONONIENSIS

IVRISCONSVLTI CELEBERRIMI,

& in Gymnasio Bononiensi Iuris Pont. [illegible]

primarii Interpretis.

In ij Partem Libri Secundi Decretalium

Commentarii.

[illegible]

MAG [illegible] POSTREMA EDITIONE, NON ABSQVE

[illegible]

Omnibus [illegible]

[illegible]

[illegible]

V E N E T I I S, Apud [illegible]

M D L X X V I I I.